R
h : 20.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


COLLECTIONIS
BULLARUM
SS. BASILICÆ VATICANÆ
TOMUS PRIMUS.

Digitized by Google

COLLECTIONIS
BULLARUM
SACROSANCTÆ
BASILICÆ VATICANÆ
TOMUS PRIMUS
A SANCTO LEONE MAGNO AD INNOCENTIUM VI.
PRODUCTUS

Notis auctus, & illuſtratus.

Accedit Diſſertatio de Abbatia Sancti Salvatoris ad Montem Magellæ.



ROMAE

Excudit Jo: Maria Salvioni Typographus Pontificius Vaticanus
In Archigymnaſio Sapientiæ.
M. DCC XLVII.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

BENEDICTO XIV.
P. O. M.

HANNIBAL S. CLEMENTIS CARD. ALBANUS
Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyter.

EN Tibi, BEATISSIME PATER, Opus Tuum: Opus Tuum inquam, hanc ipſam, quam Tibi ſiſto, Bullarum Collectionem. Nihil hic, niſi quod Romanis Pontificibus; nihil, niſi quod Vaticana S. Petri Baſilica dignum, occurrit. Quo Te vertas, Tua res agitur, Tibique peculiari quodam jure Opus adjudicandum. Tua eſt Vaticana Baſilica, quæ Tibi Summo Eccleſiæ Pontifici famulatur; Tua item, & præcipuo quodam neceſſitudinis vinculo, Tua eſt; quum ea, quæ hodie Patrem Te colit, olim amantiſſimum Filium

ſuo exceperit ſinu. Ea nimirum tempora in mentem revoco, quibus Tu inter Baſilicæ Canonicos cooptatus, eumdem, quem ego Sacra ornatus Purpura, locum dimiſeram, dignius impleſti. Provido Divinæ Sapientiæ conſilio mutatis vicibus, Teque in Principem Eccleſiæ Paſtorem evecto, quæ primum Tibi inſederat in Baſilicam Tuam pietas, ac ſolicitudo, numquam excidit; quandoquidem Tu viciſſim, quam olim veneratus es Matrem, modo tamquam Filiam Tibi conjunctiſſimam ſingulari amoris ſignificatione complecteris. Tot rei hujus habemus teſtes, quot in Baſilicæ decus ac ornamentum hactenus edidiſti Conſtitutiones. Neque Tua hic ſiſtit ſingularis beneficentia: majora adhuc, & meliora moliris; jamque Operi manum admoviſti. Quid tacitus intelligam, bene noſti; juvat enim hic meminiſſe Apoſtolicam illam Sanctionem, cui perficiendæ totus incumbis, ut vetera Baſilicæ Vaticanæ Privilegia confirmes, novaque ſuperaddas. Quum primum inſigne hoc munificentiæ Tuæ monumentum ad noſtras perveniet manus, noſtrum occupabit ornabitque Volumen; cui & pretium addet quammaximum. Quum enim quæ in quamplurimis ſparſa ſunt Diplomatibus, in unum colligat; & prolixioris ſermonis materiem breviori ſtylo contractam exhauriat, uni-

ver-

verſam pene dixerim Bullarum feriem exhibet, confirmat, illuſtrat; atque Operi ſupremam imponit manum. En igitur, non uno duntaxat nomine, hanc Bullarum Collectionem Opus reipſa Tuum, Tibique ſummo jure vindicandum.

Sed & alia, eaque non levis urget me cauſſa, cur primum hunc Bullarum Codicem Auguſto Tuo Nomini inſcribam. Novi, reſque ipſa loquitur, illud Tibi curæ olim fuiſſe, ut egregii Operis, quod de Servorum Dei Beatificatione, ac Beatorum Canonizatione ſcripſiſti, Tomum alterum CLEMENTI XI., etſi vita functo, nuncupares. Splendidum quidem obſequentis animi argumentum eſt, in eos, qui deceſſerunt, beneficia conferre: Nec levem de aliena ſalute ſpem concipit, qui Defunctorum Animas officiis, atque muneribus ſibi demeretur. Quæ in exteros beneficia cumulantur, admirationem excitant; quæ vero in ſuos congeruntur, ad mutuam benevolentiam impellunt. Par igitur, ut quam Tu BEATISSIME PATER, in Optimum Patruum exercuiſti beneficentiam, ego Tibi viventi rependam. Diſpar quidem muneris menſura: Tu namque, quod Tuum erat, & doctiſſimas ingenii Tui lucubrationes obtuliſti; quum ego nonniſi ex alieno labore proficiam. Non ideo tamen muneris nobilitati

quid-

quidquam decedit. In hac Bullarum ſerie, aliquam ſibi partem Tua vindicant Diplomata; aliquam etiam CLEMENTIS XI. Conſtitutionibus acceptam referre juvat. Sive igitur Tuum Tibi Opus; ſive quæ a Prædeceſſore Tuo conſcripta ſunt, Tibi objiciam, munus fore acceptiſſimum certo confido. Nec jucunda minus CLEMENTIS Animo, jam ut mihi bene ſperare licet, in tuto poſito, futura eſt mea hæc erga Te grati animi ſignificatio, quam, in Baſilicam mihi Archipresbytero concreditam, ſolicitudo; in Patruum Pietas; in meum ex Fratre Nepotem, qui nuper a Te in ampliſſimum Cardinalium Senatum relatus eſt, Amor, a me juremerito exigunt. Reliquum eſt, ut quam in Baſilicam Tibi conjunctiſſimam, geris benevolentiam, Præſidio foveas, juves Patrocinio. Huc tandem mea vota ac preces contendunt; atque, ut votis annuas, preceſque impleas, etiam atque etiam rogo. Jam vero, demiſſo ad SANCTITATIS TUÆ Pedes vultu, Apoſtolicam Benedictionem ſupplex imploro.

OPE-

OPERIS RATIO.

Quemadmodum univerſis ſacris Ædibus toto Chriſtiano Orbe conſtitutis Vaticana Beati Petri Baſilica ob venerandos ejuſdem Apoſtolorum Principis Cineres in ea reconditos, Sanctitate ac Religione præſtat; ita ob multiplices, quas Romani Pontifices de ipſa ſubierunt curas atque ſolicitudines procul dubio ceteris antecellit. Id vero ipſimet Summi Antiſtites & ſapienter viderunt, & non ſemel declararunt. Quæ collegimus & ordinavimus eorumdem Diplomata, indices profecto ſunt harumce curarum luculentiſſimi. Utinam nobis præſto eſſent univerſa id genus Monumenta. Sed aliquot ex iis, & uti quidem opinamur ſplendidiora, noſter Maphæus Vegius, decimoquinto Eccleſiæ ſeculo Scriptor clariſſimus, deperdita jam olim lugebat*; eorumque jactura eo nos inpræſentiarum vehementius angit, quod pretioſiores hujuſmodi gemmas nullibi datum ſit reperire, tametſi ſtudioſiſſime perquiſitas. Sanctum Paſchalem I., Sergium II., Joannem X., ac Joannem XIX., ut ceteros taceam, pro Canonicis Vaticanæ Baſilicæ inſervientibus Diplomata procudiſſe, non obſcure innuunt ſuperſtites Sancti Leonis IX., & Hadriani IV. Bullæ, quas in hoc Opere publica luce primum donamus: Ea tamen vel penitus interciderunt, vel alicubi ſic latent, ut nullum rei noſtræ ſubſidium conferant. In ipſa vero, quam concepimus triſtitia, quicquam eſt quo magnopere gratulemur: Paucarum namque Conſtitutionum jacturam tutiſſima reliquarum ſuperſtitum conſervatione quodammodo reparaſſe viſus eſt præſtantiſſimus Hannibal Sancti Clementis Cardinalis Albanus, memoratæ Baſilicæ Archipresbyter. Is ſcilicet eximia in Principem Apoſtolorum pietate ac religione affectus, compluribus ac pretioſis auguſtiſſimo ejus Templo collatis muneribus illud nuper adjecit, ut Romanorum Pontificum Diplomata, Cæſarum, Regumque Privilegia ad eamdem Sancti Petri Baſilicam ſpectantia, ære proprio, ſingulari prorſus liberalitate ac munificentia colligi, typiſque Vaticanis conſignari curaverit. Grande quidem & inſigne hoc beneficium eſt, quo cum ipſam inprimis Baſilicam, tum etiam Literariam Rempublicam Eminentiſſimus Princeps ſibi perpetuo devinxit, ac de utraque optime meritus æternùm vivet. Etenim qui in emortuis ſepultiſque membranis Vaticanus ſplendor deliteſcebat, atque, ſi ita dicere fas eſt, pæne occubuerat, ſecurus in publicum prodit, & ad lucem revocatur: Ad oſtendendam Canonicorum ſeu Monachorum-Canonicorum remotiſſi-

* Lib. 4. de reb. antiq. memorab. Baſil. S. Petri tom. 7. Jun. Bollandiani.

tiſſimam vetuſtatem, aliorumque Vaticano Templo miniſtrantium originem invictiſſima argumenta proferuntur, varius pro diverſis temporum conditionibus ſtatus ob oculos ponitur, Majorum noſtrorum inſtituta panduntur, Jura ac Bona recenſentur, Prærogativæ, Immunitates, Exemtiones, Privilegia quamplurima congeruntur. Hæc ſane ad privatum Baſilicæ, ejuſque Cleri commodum pertinent. At multa paſſim occurrunt in hac Bullarum Collectione, quæ ad Topographiam, Rem Liturgicam, & Eccleſiæ Romanæ Hiſtoriam illuſtrandam valde conferunt; unde iſtarum facultatum ſtudioſi magnum eruditionis fructum capere poſſe, minime dubitamus. En itaque Operis inſtitutum, en Sapientiſſimi Cardinalis conſilium in paranda hujuſmodi Diplomatum editione.

Pauca nunc dicere oportet, ut Lectorem præmoneamus, quænam in hoc negotio ſervata methodus, quantaque fides & integritas ſit adhibita. Vaticanæ Baſilicæ Tabularium, non ultimum quidem inter Archiva Urbana, primum luſtravimus, ubi non ſolum autographa Privilegia bullis plumbeis munita, Motus Proprios, & Brevia originalia, verum etiam Copias authenticas, ceteraſque uti vocant, Simplices, queis tamen Clemens VII. & Sixtus V. omnimodam in Judiciis auctoritatem conciliavit; ſemel iterumque contulimus cum Apographis, quæ providus Cardinalis jam pridem confici curaverat. Quamquam vero multam Diplomatum vim idem Capitulare Scrinium ſuppeditarit; non ideo tamen quæ typis edita ſunt, negligenda putavimus: Ex iis etenim non pauca, quantum ſivit anguſtia temporis, ſedulo evolvimus, præſertim D. Gregorii Magni Epiſtolarum Regiſtra, aliorumque Pontificum Romanorum Literas inter Labbeana Concilia prælo commiſſas; quarum nonnullas ad præſentem Collectionem revocavimus. At quæcunque diligentia in editis Libris fuiſſet a nobis poſita, eam nihili vel minimi habitum iri præſenſimus, ſi Archivum Apoſtolicum Vaticanum, copioſa Pontificiorum Diplomatum ſupellectile ditiſſimum præteriiſſemus. Ut hujuſce Tabularii nobis pateret aditus, & Bullas, aliaque documenta ad Vaticanam S. Petri Baſilicam ſpectantia exſcribere liceret, Sanctiſſimus Pater Benedictus XIV. bonis artibus, ſtudiiſque literariis fovendis natus, & ejuſdem Baſilicæ commodis atque utilitatibus promovendis aſſidua & ſpeciali cura intentus, ſumma benignitate conceſſit. Inſignem porro Monumentorum theſaurum tractare, ex eoque ad rem noſtram dumtaxat conducentia excerpere, & excerpta cum archetypis conferre, laborioſum quidem, at nobis perjucundum extitiſſet; quocirca ad ea jam parati eramus. Sed Vir Cl. Philippus Antonius Ronconius memorati Apoſtolici Tabularii Præfectus, eo nos, licet invitos, labore exemit ac liberavit; tanta videlicet

ejus

ejus erga nos humanitas fuit, tantaque in Sanctum Petrum & ipſius Baſilicam veneratio, ut ultroneam conquirendi Bullas, exempla ſeu copias conficiendi, easque poſtmodum ad archetyporum fidem exigendi ipſe ſibi curam & onus aſſumſerit. Prælaudato igitur Eminentiſſimo S. Clementis Cardinale Albano ſumtus erogante, quæ in Archivo Apoſtolico extant Diplomata ad Principis Apoſtolorum Baſilicam attinentia, paucorum menſium ſpatio deſcripta ſunt.

Fontibus ita indicatis, unde in publicam lucem prodeunt Romanorum Antiſtitum Bullæ, quas Collectio iſta complectitur; ad alia progrediamur. Ex membranis apud S. Petri Baſilicæ Tabularium aſſervatis, nonnullas nacti fuimus aliqua ex parte corroſas & exeſas, pulvere carieque conſumtas, truncatas aliquot ac mutilas, vel temporis injuria ſic male affectas, ut alicubi ne lynceis quidem oculis legi poſſint: Quamobrem de reſtituendis hujuſmodi locis cogitatum eſt, idque hac ratione præſtitum: Loca ipſa alioquin inpervia, ex authenticis documentis, vel ab Apoſtolico Scrinio, vel a Capitulari Archivo petitis ita caute ac circumſpecte ſupplevimus, ut ſupplementa hæc *curſivo*, uti vocant, charactere, quum id ſcilicet intereſſe viſum eſt, exprimenda curaverimus. Ubi vero nullum præſto fuit ſatis exploratæ fidei monumentum ad reſtitutionem textus confirmandam idoneum; punctis tantum appoſitis, lacunas impleri maluimus. Conjecturis aliquando uſi ſumus; at probe conſcii, quam facile ſit, nos in hac parte hallucinari, ſenſum conjecturalem, extra Bullarum textum, ſeorſim adnotavimus. Hanc ſane methodum, ſi parum gratam quiſquam putet, aut non laudandam, ad doctorum Virorum tribunal graviter vapulabit. Quid enim veterum Monumentorum editoribus antiquius eſſe debet, quam eadem fideliter proferre, prout in ipſis Archetypis jacent? Omnimodam ac veluti ſuperſtitioſam hac in re diligentiam nos adhibuiſſe non piget. Proinde nemini mirum videatur, ſi antiquam ſcribendi rationem in Autographis (de iis tantum loquimur, quæ apud Baſilicæ Tabularium proſtant; Archetypa enim in Scrinio Apoſtolico aſſervata minime inſpeximus, & horum apographa eodem ferme pacto, quo Amanuenſis formavit, prælo tradita ſunt) uſitatam, typis etiam ſervaverimus. Lecturi ergo in procuſis Diplomatibus, E. G., *cottidie* pro *quotidie*, *ſet* pro *ſed*, *attemptare* pro *attentare*, cetera his ſimilia; ne, quæſo, nobis ſuccenſeant: alioquin eruditiſſimis quibuſque viris ſuccenſeant oportet. Caſſiodorum audiamus Lib. de Orthograph. cap 1. ſic docentem „ *Quotidie* ſunt qui pro *co*, *cotidie* ſcribant„ & cap.4. „ *cotidie* pro *c* & *o* dicitur ut ſcribatur, non per *q*, quia non a quoto die, ſed a continenti die dictum eſt „. Quod *T* & *D* promiſcue uſurparint Bullarum ſcribæ, nec ideo arguendi ſunt, nec ipſorum

 ortho-

orthographia nobis reformanda erat vel rejicienda : in pleriſque enim Inſcriptionibus vel Auguſti ætate id ipſum videre licet, uti etiam in Grutero pag. 378. & apud Angelum Politianum lib.4. epiſt.9. . Non ii ſumus, ut quamcumque ſcribendi rationem ab infimæ & mediæ ætatis amanuenſibus uſitatam propugnare velimus. Illam ſane, veluti ſplendidum veterum Monumentorum argumentum, in excudendis hiſce Bullis ſequi placuit, ut ne latum quidem unguem ab eiſdem priſcis membranis diſcederemus. Sed de his ſatis.

Jam vero ea vel curſim attingere opus eſt, quæ aliena videri poſſunt, revera tamen noſtra ſunt. Quandoquidem complura Monaſteria, plurimaſque Sacras Ædes cum Bonis, Juribuſque ſuis univerſis in Vaticanæ Baſilicæ jus ac proprietatem Summi Pontifices tranſtulerint; operæ utique pretium fuit, ut quæ ad ipſa Cœnobia, præſertim Sancti Salvatoris de Majella, Sancti Martini de Valle, Sancti Ruffilli, & Sancti Martini in Montibus Viterbii, necnon & ad alias Eccleſias cum in Urbe tum extra Romanum Territorium ſitas pertinent Diplomata, præſenti Bullarum Collectioni aſſuerentur. Harumce Conſtitutionum exhibitio, ubi perſpecta habentur Sacrarum Ædium Bona, Privilegia, & Jura, multum profecto commodi ſupremis Judicibus ac Forenſibus adfert, his evolvendorum Codicum ac Digeſtorum laborem minuens, illis veritatem & juſtitiæ tramitem luculenter atque inconcuſſe demonſtrans; at plurimum quidem Vaticano S. Petri Capitulo, & Rei Monaſticæ prodeſt: cujus quidem utilitatis ut ſpecimen aliquod præberetur, Diſſertatio de Abbatia S. Salvatoris de Majella conſulto elucubrata fuit, & ad calcem hujus tomi rejecta.

Quod ad Bullarum diſpoſitionem attinet, eas ordine Chronologico diſtribuimus; ſub ipſo quaſi veſtibulo cujuſque Diplomatis (pauca ſi demas) æræ communis annum quo illud procuſum fuerit, numeris arabicis ad paginæ oram adnotantes: annum inquam a Kalendis Januarii, ut vulgaris fert conſuetudo, inchoandum. Quocirca maxime animadvertendum lectoribus eſt, Diplomatum ſcribas; veteres quidem, plerumque; recentiores autem, perpetuo id ſervare, ut annum Bullis inſcribendum, a die 25. menſis Martii, annum verò quo Brevia notantur, a die 25. menſis Decembris auſpicentur. Dum ergo ipſiuſmet Conſtitutionis annum aliter ſub ipſo limine a nobis, aliter ad extremam Bullæ partem ab amanuenſi aliquando enumerari, quis inſpiciet; ea in re caveat, ne præcipiti judicio, nos deceptos pronunciet: ſed potius ex diverſa annum inchoandi ratione, quæ inter ſe oppoſita videntur, prudens conciliet. Ut facili negotio id confici poſſit, imo ut unaquæque Bulla ad æræ communis annum, quo reapſe edita eſt, revocetur; diem & annum electio-

nis,

Digitized by Google

nis , diem etiam coronationis , & annos cujuſque Summi Pontificis ad ipſum Pontificatus initium prænotari curavimus , eo potiſſimum nomine , quod in pleriſque Romanorum Antiſtitum Bullis ante Eugenii IV. ætatem excuſis , annus dumtaxat Pontificatus inſcribatur , nulla de Incarnationis anno facta mentione .

De notis vero adjectis nonnihil præfari cogimur , quo moroſorum , ſi qui ſint , offenſionibus occurramus . Hanc Diplomatum ſeriem legentibus , plurima ſeſe offerunt abſtruſiora vocabula, minus obvia , phraſes non uſitatæ , locorum nomina antiquata ſive corrupta , multa item priſci moris ac ritus , nonnullæ etiam circa Chronologiam & Bullarum textum difficultates . Eapropter operam non inutilem lectoribus fore judicavimus , ſi hæc omnia pro viribus enucleare ſtuderemus . Stimulos adjecerunt docti plerique viri , exemplum præſertim eruditiſſimi P. Bremond , qui Bullarium Ord. Prædicatorum egregiis notis illuſtravit . Atque utinam ſat otii nobis ſuppetiiſſet , ut rem pro libito perficeremus . At nimis feſtinanter has noſtras animadverſiones elucubrare compulſi ſumus : vix ac ne vix quidem formatas importunus Typographus , nobis propemodum invitis , rapiebat ad prælum . Eas proinde , qualeſcumque tandem ſint , lector benevolus , ut nobis bene ſperare licet , ſin minus gratia , indulgentia ſaltem dignas exiſtimabit ; & ſicubi conatum noſtrum vires deſtituant , promptam quam habuimus ſtudioſorum comodis conſulendi , voluntatem inſpiciet .

APPRO-

Digitized by Google

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

F. M. de Rubeis Archiep. Tarſi Viceſgerens.

APPROBATIONES.

Auguſtiſſimam Principis Apoſtolorum Baſilicam, Summi Pontifices, Imperatores, Reges, Principes Viri, alii aliter, pia quadam æmulatione illuſtrandam exornandamque ſuſceperunt. Sunt qui eam a fundamentis erexerunt, aut collapſam inſtaurarunt, inque eam, quam modo ſuſpicimus, amplitudinem perductam, marmoreo pavimento, admirabilis magnitudinis tholo, ſtatuis, pictis imaginibus, muſivo opere ornarunt. Alii ſacris vaſis aureis & argenteis, pretioſa omnis generis veſtium ſupellectile, ditarunt. Alii denique fundos ampliſſimos, & prædia attribuerunt, non modo ut ſartum tectum integrumque ab omni detrimento tam auguſtum opus conſervaretur; ſed etiam ut decore ac majeſtate in dies, ſi fieri poſſet, augeretur. Atque hæc quidem omnia partim oculis ipſi noſtris conſpicimus; partim in hiſtoria Eccleſiaſtica, ac præſertim in eo, qui ſub Anaſtaſii nomine prodiit de rebus geſtis Romanorum Pontificum libro legimus; partim demum ex iis quæ ſuperſunt Archivi noſtri Vaticani monumentis deprehendimus: Ex quibus illorum quidem ſtudium operamque meritis laudibus extollimus, qui collatis opibus id effecere, ut, quemadmodum in Republica Hebraica Hieroſolymitanum illud Templum, ſic etiam in toto Chriſtiano Orbe eſſet Eccleſia inter cunctas Urbis & Orbis Eccleſias, dignitatis conſpicuæ fulgens honore, quæ velut ſingulare jubar & ſpeculum in Orbis capite caput cæterarum conſtitueretur. Verum quot & quanta perhibentur eidem Baſilicæ collata dona, quæ ſunt ſacrilega Barbarorum manu direpta! Quoties collapſa, & reparata ejuſdem ædificia! Quot prædia ei attributa, quorum vix nudum nomen ſupereſt! Quam multa interiere monumenta, quæ olim in Archivo religioſiſſime ſervabantur! Itaque, meo quidem judicio, omnium optime de eadem Sacroſancta Baſilica mereri mihi videtur Eminentiſſ. ac Reverendiſſ. Princeps, ejuſdem Baſilicæ Archipreſbyter, Annibal S. R. E. Cardinalis, Portuenſis Epiſcopus, Albanus, qui, ut perpetuis futuris temporibus quæcumque ad ipſam ſpectant Inſtrumenta, Diplomata, Documenta, a Summis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus edita, ad poſteros integra tranſmitterentur, nec unquam interitura; ea nitidiſſimis typis evulganda ſuo ſumtu curavit: Sic enim fiet, ut neque temporum injuria, neque Barbarorum incurſionibus, quidquam de ipſius juribus, fundis, reditibus, prærogativis, honoribus deperire poſſit. Quamobrem hanc Brevium Apoſtolicorum, Bullarum, ac

Diplo-

Diplomatum Collectionem, æque digniſſimum tanto Principe opus cenſeo, ac eidem Sacroſanctæ Baſilicæ utiliſſimum. Quæ vero in publicum prodeunt, vel ex Archivo ejuſdem Baſilicæ, vel e Bibliothecæ Vaticanæ ſcriniis deſumpta monumenta, autographis adamuſſim conſentire teſtor.

Die XXVI. Junii M. DCC XLVII.

Joſeph Simonius Aſſemanus, ejuſdem Sacroſanctæ Baſilicæ Canonicus, Archivo, & Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus.

EGo infraſcriptus Vaticanae Baſilicae Beneficiatus, & Bibliothecae Scholiaſtes Graecus perlegi juſſu R.mi P. Nicolai Mariae Ridolfi Sac. Palatii Magiſtri librum, cui titulus: Collectio Bullarum SS. Baſilicæ Vaticanæ, *cum notis, ac diſſertatione: quumque in eis praeclara multa, quae tum ad Sacros Ritus, atque Eccleſiaſticam Diſciplinam, tum ad Hiſtoriam, & Geographiam Medii Aevi, tum praeſertim ad decus, dignitatemque noſtrae Baſilicae plurimum conferunt, obſervaverim; nihilque non religioſum maxime deprehenderim, publica luce digniſſimum cenſeo.*

Franciſcus Marianus.

IMPRIMATUR.

Fr. Nicolaus Aloyſius Ridolfi Ordinis Prædicat. Sacr. Palatii Apoſtolici Magiſter.

Digitized by Google

INDEX CHRONOLOGICUS
Diplomatum primi Voluminis.

	Conſtitutio	Annus	Menſis	Dies	ARGUMENTUM	Pagina
S. Leo I.	I	447	Octobr.	21	De Conciliis coram Beatiſſimo Apoſtolo Petro celebrandis.	1
S. Gregorius I.	I				De Sua ad Epiſcopatum aſſumtione dolet: Clavem a Corpore S. Petri tranſmittit.	3
	II			16	De Clavi Sepulcri Beati Petri prodigium enarrat.	3
	III		Martii		Ut Epiſcopi Romam accedant ad celebrandum Beati Petri natalem diem.	4
	IV				De eodem agit argumento, ac de rebus Romanæ Eccleſiæ utiliter adminiſtrandis.	4
	V				Ut Conſtantinam Mauritii Imper. uxorem, Caput S. Pauli poſtulantem deterreat, varia recenſet prodigia. Addit hanc eſſe Romanis conſuetudinem, ut Reliquias petentibus Brandea ſolum concedant.	4
	VI		Maji		Martinum Diaconum ad Sacratiſſimum Beati Petri Corpus canonice purgatum, loco ſuo & ordini reſtituit.	5
	VII				Vela, quæ Beato Petro tranſmiſſa fuerant; ſuſcepta eſſe enuntiat: cur ea ad S. Apoſtoli Baſilicam cum litania delata non ſint, rationem declarat.	5
	VIII				Ad Arogem mittit epiſtolam de juvando Sabino Subdiacono in vehendis ad mare trabibus, queis Baſilicæ SS. Petri & Pauli opus habebant.	6
	IX				Arogi Duci xenium ſpondet, ut Sabinum inciſas pro Eccleſiis SS. Petri & Pauli trabes ad mare trahentem juvari præcipiat.	6
Honorius I.	I		Decembris	13	Ut Hypatius Romam veniat, & apud S. Petri Confeſſionem ſacramento deleat criminis ſuſpicionem.	7
S. Gregorius II.	I		Novembr.	13	Prædia ac Oliveta nonnulla enumerat eaque SS. Apoſtolis Petro & Paulo, ad eorum concinnanda ac paranda lumina, perpetuo addicit.	7
	II				Imperatorum Litteras in limine Confeſſionis beati Petri ſervatas admonet; Sacrarum Imaginum cultum, ejus præſertim, quæ ipſum Apoſtolorum Principem referebat, ſtrenue tuetur.	8
S. Gregorius III.	I				Langobardorum in Eccleſiam vexationes Carolo Martello enuntiat, eique mittit Claves Confeſſionis Beati Petri, per quas obteſtatur, ut ſuppetias ferat.	10
	II				Quæ præſertim in S. Petri Baſilicam Langobardi patrarunt facinora exponit, iterumque auxilium poſcit.	10

S. ZACHARIAS.	I				Conſtituit, ut Epiſcopi ad SS. Petri & Pauli Apoſtolorum Limina ſtatis temporibus accedant.	11
STEPHANUS II.	I				Hoſpitale ad S. Petri Baſilicam ſpectans, & domum juris Monaſterii S. Stephani certis quibuſdã legibus Fulrado Abbati concedit.	12
S. PAULUS I.	I				De Sacra Menſa Stephano Papæ a Pippino Rege dono miſſa, ad Beati Petri Confeſſionem oblata, & ab ipſo Paulo conſecrata, addito anathemate in eum, qui prædictam Menſam a S. Petri Eccleſia alienare auſus eſſet.	12
HADRIANUS I.	I				Ut inſtauretur Eccleſia, a Carolo Rege trabes petit una cum lignis ad innovandam Vaticanæ Baſilicæ concamerationem idoneis.	
	II				Eidem Regi, preces ad Beati Petri Confeſſionem Deo effuſas, enuntiat; promiſſa ibidem facta memorat.	13
	III				Ab eodem, ad inſtaurandum Baſilicæ Vaticanæ tectum quod promiſſum fuerat, ſtannum, poſtulat.	14
S. LEO IV.	I	854	Auguſti	10	S. Martini Monaſterium privilegiis donat, ejuſque bona enumerat.	15
JOANNES XIX.	I	1026	Decembr.	2	Ob Vaticanæ Baſilicæ dignitatem ſtatuit, ut Silvæ Candidæ Antiſtites Officia divina, & quæ Epiſcoporum ſunt, in eadem S. Petri Eccleſia peragant, ac de Vaticanis Oblationibus participent.	17
BENEDICTUS IX.	I	1037	Novembr.		Quæ in ſuperiori Diplomate Ioannes XIX. Epiſcopis Silvæ Candidæ mandavit & conceſſit, confirmantur atque in nonnullis amplificantur.	20
S. LEO IX.	I	1053	Martii	21	Eccleſias Monaſterio S. Martini ſubditas, una cum prædiis ac juribus enumerat, & S. Petri Canonicis confirmat.	22
	II	1053	Martii	24	Bona, jura, & Eccleſias Monaſterii S. Stephani Majoris recenſet, & Beati Petri Canonicis confirmat.	29
	III	1053	Aprilis	1	Vaticano S. Petri Templo inſervientium Bona, Eccleſias ac jura enumerat & confirmat.	33
	IV				Vaticano S. Petri Templo decimam Oblationum partem elargitur.	35
VICTOR II.	I	1057	Maji	8	Privilegium, quo Silvæ Candidæ Epiſcopi Vaticanas Oblationes certis quibuſdam diebus percipiebant, Humberto ejuſdem Eccleſiæ Antiſtiti corroborat & amplificat.	37
ALEXANDER II.	I				Monaſterio S. Salvatoris de Magella, ejuſque Eccleſiis ac Bonis exemptionem ac libertatem aſſerit perpetuam.	39
S. GREGORIUS VII.	I	1074	Octobris	28	Hungariæ Regnum juris Beati Petri eſſe affirmat cum ex Oblatione S. Stephani Regis, tum ex eo, quod Henricus Imperator Lanceam & Coronam ad Corpus ejuſdem Apoſtoli tranſmiſerit: idcirco queritur quod Salomon a Teutonicorum Rege idem Regnum in beneficium acceperit; ac monet, ut illud ab Apoſtolica Sede recognoſcat.	41
	II				Archiepiſcopum Rothomagenſem arguit, quod nec ipſe nec ejus Suffraganei ad S. Pe-	

					S. Petri Limina venerint, nec Pallium a Sede Apoſtolica poſtularit. Prohibet nedeinceps Epiſcopum, vel Sacerdotem ordinet, vel Eccleſias conſecret, donec Pallium impetrarit.	42
	III				Ut Clerus, & Populus Carnotenſis Gotfredum, qui dato ſacramento ſuper B. Petri Corpus ab objectis criminibus ſeſe purgavit, proprium Epiſcopum ſuſcipiant, eique obtemperent.	43
Paschalis II.	I	1112	Aprilis	14	Monaſterii S. Martini de Valle, cui Apoſtolicæ tuitionis præſidium elargitur, Eccleſias deſignat, enumerat Privilegia.	44
Innocentius II.	I	1138	Maji	23	Eccleſias Beatorum Martyrum Joannis & Pauli, S. Martini, S. Stephani Majoris, & S. Stephani Minoris, necnon medietatem Oblationum, & Bonorum ad certa quædam Altaria, & Sacras Ædes pertinentium, B. Petri Canonicis perpetuo addicit.	46
Eugenius III.	I	1151	Januarii	24	Abbatiæ S. Salvatoris de Majella Eccleſias ac Bona, quæ late recenſet, confirmat, jura tuetur, vindicat libertatem.	48
	II	1153	Aprilis	10	Vaticanæ Baſilicæ Canonicis quartam partem omnium Oblationum, quæ tam de Altari Beati Petri, & Arca, quam de omnibus miniſteriis ejuſdem Eccleſiæ proveniunt, præter de miniſterio S. Leonis, accedente Cardinalium conſenſu elargitur.	51
Hadrianus IV.	I	1155	Januarii	20	Eugenii III. Privilegio, quo S. Petri Canonicis quarta Oblationum pars conceditur; majorem conciliat firmitatem.	53
	II	1155	Maji	7	Conſtitutiones Paſchalis II. atque Eugenii III. ſuper juribus, libertate, ac bonis Abbatiæ Majellanæ ſubjectis, repetit atque confirmat.	55
	III	1158	Februarii	10	Eccleſias cum in Urbe, tum extra Romanum Territorium poſitas, Bona complura, Privilegia etiam ac jura enumerat; eaque omnia Archipresbytero & Canonicis peculiari Diplomate communit.	57
	IV		Julii	12	Compoſita Canonicos inter & Sutrinum Epiſcopum de Eccleſia S. Silveſtri controverſia, dato Diplomate concordiam efficit perpetuam.	60
Alexander III.	I	1164	Februarii	27	Monaſterii S. Ruffilli Eccleſias, Bona, ac jura enumerat: Donationes eidem Monaſterio factas, confirmat.	61
	II	1175	Martii	28	Quæ Prædeceſſores Pontifices favore Abbatiæ Majellanæ decreverant, approbat, Eccleſiarum Catalogo unam ſuperaddit.	63
	III		Aprilis	30	Jus percipiendi quartam omnium Oblationum partem, Archipresbytero & Canonicis ab Eugenio III. & Hadriano IV. conceſſum, novo Diplomate confirmat.	64
	IV	1181	Maji	13	Bonorum, quæ Monaſterio S. Ruffilli adjacent, fines deſignat; Eccleſias aliquot enumerat; jura tuetur.	66
	V				Eccleſiam Cantuarienſem eiſdem Cæremoniis reconciliari jubet, quibus Eccleſia B. Petri utebatur.	68

Urbanus III.	I	1186	Junii	13	Eccleſias Vaticano Capitulo ſubditas, ejuſque Bona enumerat & vindicat; Jura tuetur; Privilegia confirmat.	68
Clemens III.	I	1188	Junii	2	Præceſſorum ſuorum exempla ſequutus, quartam Oblationum partem Canonicis elargitur.	72
Cælestinus III.	I	1192	Octobris	4	Eccleſiarum S. Mariæ Dominæ Roſæ, & S. Laurentii in Caſtello Aureo, Bona enumerat & confirmat.	74
Innocentius III.	I	1198	Martii	13	Medietatem omnium Oblationum elargitur; Sacras Ædes D. Jacobi, & D. Leonardi in Septiniano, una cum aliis Eccleſiis in Civitate Leoniana ad Montem uſque Marium poſitas, Vaticano Capitulo ſubdit, & confirmat, ejuſque Poſſeſſiones ac Bona tuetur.	77
		1198			Viſum exponit, quod pius Sacerdos ter ſibi, non ſine prodigio, objectum affirmabat; quædam Vaticani Templi Altaria conſecrari mandat.	79
	III	1199	Maji	1	Prædeceſſorum Sanctiones favore Abbatiæ Majellanæ editas, commemorat, atque confirmat; In Eccleſiarum ſerie attexenda, duas ſuperaddit.	80
	IV.	1200	Januarii	22	Proventus e Signis plumbeis, Apoſtolorum Petri & Pauli imagines referentibus, jus quoque ipſa conflandi, Vaticanæ Baſilicæ Canonicis elargitur, indicto anathemate in eos qui ſine Capituli aſſenſu prædicta Signa excuderint.	82
	V.	1205	Octobris	15	Eccleſias Vaticano Capitulo ſubditas deſignat; Bona eidem addicta, tum jura, privilegia, & libertates enumerat; ac ſpeciali Diplomate hæc omnia confirmat.	83
	VI.	1206	Januarii	10	Iis, quæ ad Officia Divina rite perſolvenda, & ad confovendam Canonicam diſciplinam, ipſi B. Petri Canonici inſtituerant; Apoſtolicæ auctoritatis robur, atque inconcuſſæ obſervantiæ præceptum adnectit.	87
	VII.	1207	Octobris	30	E duabus Sententiis in cauſa quadam Monaſterii Sancti Martini de Monte prolatis, unam tamquam iniquam revocat; alteram minus providam corrigit, litemque dirimit.	88
	VIII.	1208	Januarii	3	Stationem ad Hoſpitale Sancti Spiritus in Saxia quotannis celebrandam inſtituit; Effigiem Jeſu Chriſti illuc e Vaticana Baſilica per ipſius Canonicos ſolemni ſupplicatione deferri mandat; idcirco eiſdem Divi Petri Canonicis præmium elargitur.	89
	IX.	1208	Februarii	1	Eccleſias ac Bona, quæ Monaſterio Sancti Martini de Monte ſubjiciuntur, enumerat, atque confirmat; Privilegia addit quamplurima.	90
	X.	1209	Junii	10	Sancti Michaelis de Revere Scriniolo Eccleſiam, cujus Privilegia, Sacras Ædes, ac Bona enumerat, & confirmat; ſub D. Petri tutela ſuſcipit, ac duos Aureos Vaticano Capitulo quotannis perſolvere indicit.	94

Vati-

	XI.	1212	Aprilis	24	Vaticanas Oblationes, præter quartam Canonicorum partem, Fabricæ, ac luminibus Baſilicæ S. Petri concinnandis addictas declarat: idipſum ut ceteris enuncient, Peregrinis Apoſtolica Limina viſitantibus demandat.	96
	XII.	1214	Maji	5	Quæ Vaticanum Capitulum inter, & Offreducium, Jacobæ ac Paulinæ Tutorem oborta fuerat de reſtituendis quibuſdam Terræ pedicis pignori datis controverſia, hanc definitiva ſententia dirimit.	97
Honorius III.	I	1217	Februarii	18	Conceſſionem Juriſpatronatus Eccleſiaſtici Beneficii in Eccleſia de Holcham, a Joanne Angliæ Rege factam favore Monaſterii S. Martini de Monte, atque ab Innocentio III. confirmatam, novo corroborat Privilegio.	99
	II	1217	Februarii	25	Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis Redemtionis Captivorum commendat, Eccleſiam S. Thomæ & S. Michaelis Archangeli de Formis in Urbe ſub Apoſtolicæ Sedis tutela ſuſcipit, & privilegiis ornat, Sacras Ædes ac Bona quamplurima eidem Eccleſiæ ſubdita recenſet, & confirmat.	100
	III	1217	Aprilis	18	Nonnullas Poſſeſſiones, quas Eccleſiæ Sancti Thomæ de Formis reſtitui mandaverat, ipſi Eccleſiæ confirmat.	104
	IV	1217	Auguſti	12	Quæ inter Conventum Monaſterii Sanctæ Mariæ Tiburtin. & Vaticanum S. Petri Capitulum ſuper poſſeſſione ipſius Monaſterii vigebat, controverſiam dirimit.	105
	V	1219	Aprilis	20	Decem Libras de Oblatis ad Altare Sancti Petri, Scholæ Cantorum ad tempus elargitur.	105
	VI	1221	Novembr.	10	Abbatiæ S. Martini de Valle inſtitutionem a Credindeo factam confirmat; Eccleſias eidem Monaſterio ſubjectas enumerat; Bona, ac jura tuetur.	106
	VII	1221	Novembr.	10	Monaſterium S. Martini de Valle, ejuſque Bona, Apoſtolicæ Sedis patrocinio tuetur.	107
	VIII	1222	Januarii	27	Proventus de Signis plumbeis, allato Innocenti III. Diplomate, Canonicis confirmat: Ne a quoquam ipſa conflentur aut vendantur, inſtaurato anathemate præcipit.	107
	IX	1223	Aprilis	11	Primæva Abbatiæ S. Ruffilli Bona ac jura; necnon quæ ex nupera Ubertelli Epiſcopi donatione acceſſerant, emolumenta ac Privilegia confirmat.	108
	X	1223	Julii	5	Inſtitutam ab Innocentio III. Stationem ad Sanctæ Mariæ in Saxia quotannis celebrandam; ſolemnemque ſupplicationem cum Sanctiſſimi Sudarii ſeu Vultus Sancti delatione habendam confirmat.	110
	XI	1224	Novembr.	28	Abbatem Monaſterii S. Martini in Montibus, a nonnullis, quæ ab Apoſtolica Sede demandari poſſent, curis eximit, ut quieti atque contemplationi vacet liberius.	111
Gregorius IX.	I	1228	Junii	22	Omnium Miniſteriorum ſive Oblationum medietatem; in Eccleſias S. Jacobi, & S. Leonardi	

nardi

					nardi in Septimiano, ac ceteras in Civitate Leoniana ad Montem uſque Marium poſitas, juriſdictionem Vaticano Capitulo confirmat; Sacras Ædes in propriis Fundis conſtruendi privilegium inſtaurat.	111
	II	1228	Junii	22	Sacras Ædes ac Bona quamplurima Vaticano Capitulo ſubdita enumerat & confirmat; Privilegia & Jura ſpeciali tuetur Diplomate.	113
	III	1229	Julii	18	Ex quatuor præcipuis a Friderico patratis flagitiis, illud imprimis vehementer dolet, quod arma Chriſtianæ Militiæ, Gladii poteſtatem de Altari Principis Apoſtolorum ſuſcepti, Soldano Babyloniæ impudentiſſime dediderit.	117
	IV.	1232	Januarii	21	Cauſa quadam Monaſterii S. Martini in Montibus coram arbitro pendente, etiam ſi Monaſterii Oeconomus in facti errorem inciderit, nullum cauſæ juribus detrimentum accedit.	117
	V.	1237	Auguſti	11	Inſerit literas Henrici III. Angliæ Regis, nec noo alias Norvvincenſis Electi, alias item Capituli ſuper conceſſione Eccleſiaſtici Beneficii in Eccleſia de Holcham, favore Mooaſterii S. Martioi in Montibus, quas Apoſtolica auctoritate confirmat.	118
	VI.	1237	Octobris	25	Quæ a Prædeceſſoribus conceſſa fuerunt booa, jura, ac privilegia favere Monaſterii S. Martini de Monte, late enumerat atque confirmat.	119
	VII.	1240	Februarii	12	Ut ex iis, quæ in Vaticani Templi Capſide ſive Arca aſſervantur, trecentas libras ad Poſſeſſiooes emeodas poſſint ejuſdem Baſilicæ Canonici diſtrahere, licentiam elargitur.	122
	VIII.	1240	Junii	25	Baſilicam Vaticanam a Feſto Pentecoſtes uſque ad Octavam Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli viſitantibus, tres aonos ac totidem Quadragenas Indulgentiarum elargitur.	123
	IX.	1240	Julii	5	Ad reparandum Bucceiæ Caſtrum ac nonnullas Poſſeſſiones emendas, ex Baſilicæ Theſauro ducentas libras alienari poſſe concedit.	124
	X.	1241	Februarii	1	Abbatem & Conventum de Crucelanda enixe rogat, ut e Sacris Ædibus Monaſterio ſubditis, unam Eccleſiam, quæ ſaltem ceotum Marcas Sterlingorum quotannis reddat; Vaticanæ Principis Apoſtolorum Baſilicæ addicant.	124
	XI	1241	Februarii	1	Ex Eccleſiis ad Conventum ſeu Monaſterium de Rameſia pertinentibus, unam quæ ſaltem ceotum Marcas Sterlingorum quotannis reddat, Vaticano S. Petri Capitulo aſſignari poſtulat.	125
INNOCENTIUS IV.	I	1243	Octobris	10	Stephanum Card. S. Mariæ Traoſtiberim, & Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyterum, in iis quæ ad Archipresbyteratus Officium ſpectant, Apoſtolicæ auctoritatis robore ſuffulcit.	126

Vati-

	II	1250	Septembr.	29	Vaticano S. Petri Capitulo indulget, ut per quaſcumque Apoſtolicæ Sedis, ſeu Legatorum e'us literas, niſi hæc de hujuſmodi Indulgentia mentionem fecerint, Canonicorum albo neminem adſcribere teneatur.	126
	III	1250	Octobris	1	Sacras Ædes, & bona quamplura ad Monaſterium S. Mariæ de Capitolio ſpectantia, Scholæ Cantorum addicit; eorumdem Cantorum præfinit numerum, jura & onera deſignat; Cantorem vero qui ſecunda, quarta, & ſexta feria ad S. Petri Baſilicam tempore quadrageſimali non acceſſerit, pœnis percellit.	127
	IV		Novembr.	8	Eccleſiam S. Cornelii ad Monaſterium de Farneta ſpectantem, Baſilicæ Vaticanæ conferri mandat.	128
	V	1252	Februarii	5	In eos qui Bona Monaſterii S. Martini in Montibus aut injuſte occupant, aut oneribus gravant, excommunicationis ſententiam promulgari mandat. Nonnulla item in abſolutione a cenſuris ob violentam manuum injectionem ſervanda præſcribit.	129
	VI	1252	Februarii	10	Vaticanas Oblationes, quarta parte excepta, Fabricæ, luminibus Eccleſiæ, & neceſſitatibus pauperum eſſe addictas, Peregrinis declarat: idipſum præcipit ceteris manifeſtari.	130
	VII	1254	Martii	18	Canonicorum qui Vaticanæ Baſilicæ inſerviunt, ac de ejuſdem reditibus ſunt participes, numerum præfinit ad vigintiquinque.	130
ALEXANDER IV.	I	1255	Martii	1	Quæ ſui Prædeceſſores de Statione ad S. Mariæ in Saxia quotannis celebranda, & Vultus Sancti delatione per Canonicos habenda decreverant; novo firmat Diplomate; eiſdem Sancti Petri Canonicis præmium adauget.	132
	II	1255	Martii	5	Priorem & Capitulum Eccleſiæ Sancti Quirici ſententiis excommunicationum, aliiſque moleſtiis per Claudium Vaticanæ Baſilicæ Canonicum, ac nonnullos Clericos vexatum; eximi jubet & abſolvi.	133
	III	1256	Maji	4	Quæ Prædeceſſores ſuper Eccleſia de Holcham Monaſterio Sancti Martini conceſſa, in vim Privilegiorum Regum Angliæ, Epiſcopi, atque Capituli Norvvicenſis decreverant, confirmantur.	134
	IV		Maji	27	Vaticani Templi Ædificia reparanda, necnon ſarta tectaque ſervanda curat ex ejuſdem Eccleſiæ Oblationibus, quarum uſus deſignat.	134
	V	1256	Octobris	4	Monaſterio S. Martini in Monte jus tribuit ſucceſſionis in iis Bonis, quæ Monachi, ſecluſa Profeſſione, eſſent conſequuturi.	135
	VI	1257	Januarii	25	Monaſterium S. Martini in Montibus, a Procurationibus, quæ Legatis ac Nunciis Apoſtolicis præſtandæ erant, abſolvit.	136
	VII	1257	Januarii	31	Ut Ædificium Monaſterii Sancti Martini in Montibus, quod Ægidius Cardinalis nondum compleverat, perficiatur, ad Caſtellæ Regem dat literas.	136

	VIII	1257	Novembr.	11	Eccleſiæ S. Mariæ Tiburtinæ bona ac jura univerſa Vaticano S. Petri Capitulo addicit.	137
	IX	1257	Novembr.	11	Philippo Liberianæ Baſilicæ Canonico demandat, ut in poſſeſſionem Bonorum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Tiburtinæ Vaticanum S. Petri Capitulum inducat, & inductum tueatur.	138
	X	1258	Martii	14	Bona Monaſterii S. Martini in Montibus a Decimarum onere eximit.	138
	XI	1258	Aprilis	13	Marchas argenti trecentas ex uſuris, furtis, aut votorum commutationibus collectas, in Ædificium Monaſterii Sancti Martini in Montibus conferri permittit.	139
	XII	1259	Decembr.	31	Vaticanas Oblationes, quarta parte excepta, Fabricæ, luminibus Eccleſiæ, & neceſſitatibus pauperum eſſe addictas, Peregrinis declarat: idipſum præcipit ceteris manifeſtari.	139
	XIII	1260	Aprilis	20	Decernit, ut in ſolemni ſupplicatione 7. Kal. Maji haberi ſolita, uterque Clerus cum Secularis tum Regularis ad S. Petri Baſilicam cum Crucibus & inſigniis accedant; ac ii, quibus dari conſuevit, ſalarium ſeu Presbyterium accipiant: Contumaces anathemate plectit.	140
	XIV	1260	Aprilis	22	Vaticanam D. Petri Baſilicam die feſto Sancti Marci viſitantibus, duos annos, ac totidem quadragenas Indulgentiarum perpetuo elargitur.	141
	XV	1260	Junii	4	Editæ ab ſe de ſolemni Supplicatione ſeptimo Kal. Maji habenda, Sanctionis violatores nonnullos e Chriſtianorum cœtu excluſos nominatim & publice declarari mandat, eoſdemque ad ſe accedere jubet.	142
URBANUS IV.	I	1263	Julii	26	Quas Gregorius IX. Baſilicam Vaticanam viſitantibus Indulgentias impertiit, ad Feſtum uſque Sancti Petri ad Vincula perpetuo prorogat.	143
	II	1263	Julii	29	In eos qui Baſilicæ Vaticanæ Bona temere occultant aut clam detinent, poſt prævias admonitiones, pœnas indici demandat.	143
CLEMENS IV.	I	1265	Auguſti	3	Super obligandis pro Carolo Siciliæ Rege Poſſeſſionibus Eccleſiarum; exceptis tamen Lateranenſi, Vaticana, aliiſque nonnullis Baſilicis; conſilium enixe poſtulat.	144
	II	1266	Aprilis	25	Nonnullas poſſeſſiones vendendi, ut inde quamdam Domum emere liceat, facultatem Vaticano Capitulo impertitur.	145
	III	1266	Octobris	11	Illicitas Bonorum vel jurium Monaſterii Sancti Martini in Montibus alienationes revocari mandat; Literis, Inſtrumentis, ac Beneplacito Apoſtolico nequaquam obſtantibus.	146
	IV	1267	Julii	26	Berardum Vaticanæ Baſilicæ Canonicum, concordiæ ſequeſtrum conſtituit inter Senatum Populumque Romanum, & Carolum Siciliæ Regem.	146
	V	1267	Septembr.	5	Sacras veſtes, & alia Bona Theſauri Vaticanæ Baſilicæ, oppignerari vel quovis pacto alienari prohibet.	147

Ana-

	VI	1268	Novembr.	26	Anathematis literas in Corradinum, Piſanos, Senenſes, eorumque fautores latas, ad S. Petri Baſilicæ, & aliarum Eccleſiarum januas promulgari demandat.	147
	VII	1268	Januarii	29	In eos, qui Bona Monaſterii Sancti Martini injuſte alienata detinent; ac in teſtes, qui veritatem fateri detrectant, excommunicationis ſententiam promulgari decernit.	148
	VIII	1268	Martii	31	Caſalis de Florano venditionem Priori & Fratribus Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ de Urbe a Monaſterio S. Pauli factam, inſerto ejuſdem venditionis inſtrumento, ratam habet & confirmat.	148
B. Gregorius X.	I	1272	Octobr.	20	Jeſu Chriſti Imaginem, quæ Veronica dicitur, Verdæ Comitiſſæ de Lumello oſtendi mandat.	153
	II	1274	Decembr.	17	Privilegia & exemptiones, quas Romani Pontifices, Reges, ac Principes Monaſterio S. Martini de Monte pridem conceſſerant, innovat, & confirmat.	154
Joann. XX. *dict.* XXI.	I	1276	Octobris	18	Archipresbyteri dignitatem in Vaticana Divi Petri Baſilica Joanni Sancti Nicolai Diacono Cardinali deſert, eumque privilegiis cumulat.	154
	II	1276	Octobris	18	Joanni Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali, Archipresbyteratus dignitate in D. Petri Baſilica, atque amplioribus ſupra alios Archipresbyteros privilegiis aucto, obſequium & obedientiam a Canonicis impendi jubet.	155
	III	1277	Martii	6	Ob auctum Vaticanæ Baſilicæ inſervientium numerum, ejuſdem Eccleſiæ Archipresbytero & Capitulo centum libras proviſinorum Senatus de portione Oblationum Altaris Majoris percipiendas, ad viginti annos elargitur.	156
	IV	1277	Martii	15	Quæ de Inſervientium Vaticanæ Baſilicæ numero augendo, & de congruo ſtipendio eis aſſignando; de Officiis Divinis rite perſolvendis, ac Bonis ipſius Baſilicæ recte adminiſtrandis, a Joanne Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Card., & Archipresbytero Eccleſiæ D. Petri ſancita fuerunt; eadem inſerit, rata omnino habet, & confirmat, perpetuo atque inviolate obſervari mandat.	157
Nicolaus III.	I	1278	Aprilis	28	Divi Petri Templo jus in Maſſa Trabaria vindicat: eos, qui injuſte ligna inde ſuccidebant, comminatione pœnarum coercet.	175
	II	1278	Maji	25	Bona nonnulla ex Teſtamento Matthæi Alperini Baſilicæ Vaticanæ relicta, alienari ſinit; quidquid inde comparatum fuerit, ipſi Baſilicæ applicandum decernit.	175
	III	1279	Februarii	3	De Canonicis & Beneficiatis Vaticanæ Baſilicæ inſervientibus complura ſancit; imminutum in ea Cultum Divinum reparat; Capitularis menſæ rebus conſulit; Decretis hac in re ab ſe editis, Conciſtoriali Diplomate perpetuæ firmitatis robur con-	

 ciliat,

					ciliat., & inconcuſſæ obſervantiæ præceptum adnectit.	177
	IV	1279	Februarii	25	Procuſum a Vaticano Capitulo, quoad celebranda pro Nicolao III. quotidiana Sacrificia, Vigilias & Anniverſarium, tum pro ejuſdem Pontificis Maximi Parentibus, Patruo, & duobus Fratribus alia Anniverſaria peragenda, Decretum inſeritur, auctoritate Apoſtolica ratum habetur & confirmatur, ejuſque obſervantia præcipitur.	298
	V	1279	Maji	7	Collationem ſeu donationem Eccleſiæ S. Maguti, & Bonorum ad ipſam Sacram Ædem pertinentium venditionem, quæ Fratribus Ordinis Prædicatorum a Jacobo S. Mariæ in Via Lata Diacono Cardinali factæ fuerant, ratas habet & confirmat.	201
	VI	1279	Septembr.	17	Suum erga Vaticanam S. Petri Baſilicam declarat ſpecialem pietatis affectum; Altare in eadem Eccleſia a ſe conſtructum, & D. Nicolai nomine dedicatum commemorat; ipſum viſitantibus anniverſario conſecrationis die, & in feſto ejuſdem S. Nicolai, de injunctis pœnitentiis unum annum & quadraginta dies quotannis relaxat.	202
Martinus IV.	I	1283	Novembr.	3	Urbis frumento recreandæ curam demandat Magiſtro Alberto de Parma Baſilicæ Principis Apoſtolorum Canonico, & Joanni Baſilii Fratri Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia; negotii hujuſce conficiendi rationem præſcribit.	203
	II	1284	Junii	4	Jacobum Lucam, & Conradum, receptos abſque Romani Pontificis conſcientia in Canonicos ſeu Clericos Baſilicæ de Sancta Sanctorum ab eadem Eccleſia amoveri jubet; Decreti executionem Magiſtro Alberto de Parma, Baſilicæ Sancti Petri Canonico demandat.	204
	III	1284	Junii	4	De eodem argumento dat litteras ad Priorem & Capitulum Baſilicæ de Sancta Sanctorum, quibus præcipit, ne Jacobum Lucam, & Conradum ullo pacto pro Canonicis habeant; ſecus, Magiſtrum Albertum Eccleſiæ S. Petri Canonicum mandata Apoſtolica exequuturum, enunciat.	205
Honorius IV.	I	1285	Auguſti	27	Abbati Monaſterii S. Praxedis, & Magiſtro Alberto Baſilicæ D. Petri Canonico demandat, ut quarumdam Poſſeſſionum ad Monaſterium S. Pauli de Urbe, & Monaſterium de Palaſſolis Albanen. Dioec. pertinentium commutationem, modo hanc poſtulet utriuſque Monaſterii commodum, fieri permittant.	205
	II	1285	Decembris	5	Monaſterio S. Martini in Montibus concedit, ut Decimam juxta benigniorem proventuum æſtimationem perſolvat.	206
	III	1286	Februarii	5	Quod Heremo Montis Fani collatum fuerat Privilegium, ut ſepultura in eadem Heremo omnibus eſſet libera, idipſum ad S. Ja-	

					S. Jacobi Septiniani de Urbe Monaſterium protendit.	207
	IV		Auguſti	13	Ad Monaſterium S. Martini in Montibus Bona injuſte alienata aut diſtracta præcipit revocari.	207
	V	1286	Februarii	5	Marchas argenti trecentas ex uſuris, furtis, & votorum commutationibus ad quinquennium colligendas, in ædificium domorum & officinarum, queis indigebant Prior & Fratres Monaſterii S. Jacobi in Septiniano de Urbe, conferri permittit.	208
	VI	1287	Martii	1	Quæ a Clericis Eccleſiæ S. Michaelis Friſonum nuncupatæ emerat Latinus Oſtienſis Epiſcopus, Bona recenſentur; venditio, cujus documenta inſeruntur, rata habetur, atque auctoritate Apoſtolica confirmatur.	208
Nicolaus IV.	I	1288	Aprilis	25	Matthæo Rubeo Urſino, Vaticanæ S. Petri Baſilicæ Archipresbytero defert Lincolnienſis Eccleſiæ Canonicatum & Præbendam, ut plurima ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ onera facilius ſuſtinere valeat.	211
	II	1288	Julii	7	Nobilem Virum Joannem de Vvocton. a ſubeunda, quam voverat, peregrinatione ad Sancti Petri Limina, abſolvi ea lege demandat, ut quidquid in Vaticani Templi viſitatione eſſet expenſurus, id curet ipſi Baſilicæ quamprimum conferri.	212
	III	1289	Februarii	24	Quas Romani Antiſtites viſitantibus Vaticanam D. Petri Baſilicam elargiti fuerant Indulgentias multiplices enumerat, ratas habet ac inſtaurat.	213
	IV	1289	Februarii	25	Vaticanam D. Petri Baſilicam viſitantes, Indulgentiis cumulat; quæ Prædeceſſores Romani Pontifices hac in re ſanciverant, firma eſſe decernit.	214
	V	1290	Januarii	2	Præcipitur, ut Abbas & alii Fratres Monaſterii S. Salvatoris Montis Acuti, qui Ciſtercenſi Cœnobio ſubjectionem profiteri detrectabant, eorumque Monaſterium ſuppoſuerant Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; ſeſe infra viginti dierum ſpatium Romano Pontifici ſiſtant.	215
	VI	1290	Aprilis	13	Canonicis in Vaticana S. Petri Baſilica reſidentibus, quorumlibet Beneficiorum ad quaſcumque Eccleſias pertinentium, animarum tamen cura vacantium, fructus percipere indulget; quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis.	216
	VII	1290	Aprilis	13	Privilegii in ſuperiori Bulla conceſſi executionem demandat.	217
	VIII	1290	Maji	1	Abbatem & Coaventum Monaſterii S. Salvatoris de Monte Acuto, qui Cœnobio Ciſtercienſi obedientiam denegabant, eorumque Monaſterium ſubjecerant Vaticanæ S. Petri Baſilicæ; ab alienandis quoquo modo Bonis ejuſdem Cœnobii S. Salvatoris cohiberi demandat.	218
	IX	1290	Julii	27	Quæ Vaticanum Capitulum inter, ac Abbatem & Conventum Ciſtercien. verteba-	

					tur, controverſiam ſic dirimit; ut his vindicet poſſeſſionem confirmandi, viſitandi, corrigendi & reformandi in Monaſterio S. Salvatoris de Monte Acuto; illi vero cenſum unius Bizantii aurei quotannis ab ipſo Monaſterio perſolvendum adjudicet, & jus proprietatis ſuper ſubjectione ejuſdem Cœnobii integrum eſſe decernat.	219
	X	1290	Octobris	31	Eccleſiam S. Thomæ in Formis viſitantibus certis anni diebus, Indulgentias concedit.	221
	XI	1291	Novembr.	9	Monaſterium S. Salvatoris de Magella a jurisdictione, & viſitatione Capituli S. Petri non eximitur, eſto annuum cenſum Apoſtolicæ Sedi perſolvat.	221
S. Cælestinus V.	I	1294	Septembr.	30	Ex tribus Vaticanarum Oblationum partibus ad Romanum Pontificem pertinentibus, unam ad quinquennium Vaticano S. Petri Capitulo elargitur.	222
	II	1294	Septembr.	30	Latini Oſtienſis Epiſcopi Codicillum, quo nonnulla Bona cum certis oneribus legantur Vaticanæ S. Petri Baſilicæ, integrum refert, ipſumque executioni mandari concedit.	223
Bonifacius VIII.	I	1295	Februarii	20	Iis qui Hoſpitali S. Crucis de Nurſia pias erogaverint eleemoſynas ad pauperum ſubſidium, quadraginta dierum Indulgentias impertitur.	224
	II	1300	Februarii	22	Eas, quæ jampridem ad Vaticanam D. Petri Baſilicam religioſe accedentibus conceſſæ fuerant, Indulgentias inſtaurat; Sacra Apoſtolorum Petri & Pauli Limina viſitantes centeſimo quoque anno, plena culparum remiſſione donat.	225
	III	1300	Aprilis	27	Suam erga Vaticanum S. Petri Templum devotionem teſtatur; S. Ægidii Eccleſiam, ſeu Capellam una cum bonis & juribus ab omni juriſdictione exemtam, nonnullis tamen oneribus obnoxiam, ipſius Principis Apoſtolorum Baſilicæ, ejuſdemque Capitulo perpetuum addicit.	226
	IV	1300	Novembr.	3	Sancti Petri Capitulo indulget, ut Hoſpitalia Eccleſiæ, & quæcunque alia Eccleſiaſtica Beneficia ad Vaticanam Baſilicam pertinentia, nemini per Apoſtolicæ Sedis vel Legatorum ejus literas conferri poſſint, niſi de Indulgentia hujuſmodi expreſſam fecerint mentionem.	227
	V	1301	Januarii	3	Caſtra ac Prædia nonnulla ære proprio coemta, Divo Petro Apoſtolorum Principi, ejuſque Baſilicæ & Capitulo munifice elargitur.	228
	VI	1301	Januarii	3	Canonicorum numerum uſque ad trigeſimum adauget; tres Beneficiatos, ac viginti Clericos Beneficiatos, Vaticanæ Baſilicæ miniſterio addicendos, noviter inſtituit, & congrua eiſdem ſtipendia aſſignari decernit.	229
	VII	1301	Martii	16	Quæ Vaticanum Capitulum grato in Bonifacii VIII. liberalitatem animo ſancive-	

rat,

					rat, ejuſdem Pontificis auctoritate confirmantur: Decreti Capitularis tenor inſeritur.	231
	VIII	1303	Martii	10	Caſalis, Tres Columnæ nuncupati venditionem, cujus inſerit Inſtrumentum; ratam habet & confirmat.	235
	IX	1303	Martii	10	Caſale, Tres Columnæ, appellatum, & quicquid ad ipſum pertinet, Beato Petro Apoſtolorum Principi, ejuſque Baſilicæ & Capitulo perpetuum elargitur.	237
Clemens V.	I	1306	Februarii	21	Canonicis indulget, ut duorum menſium ſpatio annuatim a Baſilica, prævia tamen licentia, abeſſe liceat; & interim proventus, ac ſi præſentes fuerint, percipere.	240
	II	1306	Februarii	21	Ea quæ Carolus I. Siciliæ Rex, ejuſque Filius Carolus II. Vaticano D. Petri Templo elargiti fuerant, dona enumerat; Regia Donationum Privilegia inſerit, & Pontificio Diplomate confirmat.	241
	III	1306	Februarii	22	Canonicis & Beneficiatis Choro Vaticanæ Baſilicæ inſervientibus indulget, ut quorumlibet Beneficiorum ad quaſcumque Eccleſias pertinentium fructus percipere valeant, quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis.	244
	IV	1306	Septembr.	19	Neapoleoni Cardinali Urſino defert Archipresbyteratum Baſilicæ S. Petri de Urbe.	246
	V	1307	Octobris	11	Bona Monaſterii S. Martini in Montibus injuſte alienata mandat reſtitui; quamvis alienationes literis Apoſtolicis in forma communi expeditis, fuerint confirmatæ.	247
	VI	1308	Januarii	29	Illicitam alienationem Bonorum, quæ in Monaſterium S. Martini in Montibus pertinent, revocandam decernit.	247
	VII	1308	Auguſti	11	Canonicos Vaticanæ Baſilicæ collaudat, quod ad Lateranenſem Eccleſiam reparandam ſuppetias tulerint; ut complures trabes eidem operi perficiendo tribuant, rogat & hortatur.	248
	VIII	1311	Junii	19	Coronationem Henrici Romanorum Regis, in Vaticana S. Petri Baſilica celebrandam quinque Cardinalibus demandat, ritum in ea ſervandum præſcribit.	248
	IX	1313	Martii	2	Munus cuſtodiendi Altaris Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, perſonæ cuipiam idoneæ conferendum demandat.	251
Joann. XXI. dict. XXII.	I	1319	Junii	23	Conſervatores ac Judices amplis facultatibus inſtructos decernit, qui Vaticanæ S. Petri Baſilicæ bona & jura ſua vindicent, atque tueantur.	252
	II	1319	Auguſti	1	Eos, qui Provinciæ Maſſæ Trabariæ, aliorumque locorum trabes, Vaticanæ Baſilicæ ædificiis addictas, ſuccidere ac tranſferre tenebantur; ad hæc officia exequenda, pœnis propoſitis, compelli jubet.	254
	III	1319	Auguſti	13	Certas Oblationes ac redditus in quotidianarum diſtributionum ſubſidium elargitur.	254
	IV	1319	Auguſti	25	Quorumdam Privilegiorum & ſententiarum tranſumpta Amelio Marchiæ Anconitanæ Rectori tranſmitti jubet.	255

Regeſta

V	1320	Februarii	20	Regeſta ad juriſdictionem Ducatus Valliſpoletan. pertinentia, ejuſdem Ducatus Rectori tradenda jubet.	255
VI	1320	Martii	20	Nonnullas Vaticani Templi trabes ac ligna, temporis vetuſtate conſumta, ſolicitus innovanda curat.	256
VII	1320	Octobris	3	Bona ac jura ad Vaticanam S. Petri Baſilicam ſpectantia, eidem vindicanda curat, decretis ea de re Conſervatoribus ac Judicibus, quos perampla exornat juriſdictione.	257
VIII	1321	Februarii	9	Joanni, dicto Provinciali, & Guillelmo Gervaſii demandat, ut quæ in Vaticano S. Petri Templo trabes ac ligna, temporis vetuſtate, conſumta fuerant; raparanda curent: pecuniam eidem operi impendendam ſuppeditat; eaque unde petenda ſit, diſtincte enunciat.	259
IX	2321	Februarii	9	Tria florenorum auri millia, quæ reparandis Vaticani Templi trabibus & lignis addixerat; Joanni dicto Provinciali, ac Guillelmo Gervaſii tradenda jubet.	260
X	1321	Februarii	27	Trabium ac lignorum in Vaticana S. Petri Baſilica temporis vetuſtate conſumtorum innovationem iterato demandat; pecuniam in idem opus erogandam ſuppeditat, eaque unde petenda ſit, enunciat.	260
XI	1321	Martii	7	Datis ad Magiſtrum Joannem dictum Provincialem, Baſilicæ S. Petri Canonicum, & Guillelmum Gervaſii iteratis literis memoratum reparationis negocium urget.	261
XII	1321	Martii	7	Pro celeriori earumdem trabium ac lignorum reparatione, ad univerſos de Caranſonum & Subactariorum atque Rogerii Romanutii de Urbe ſocietatum ſocios & Mercatores, iteratas dat literas.	261
XIII	1322	Martii	3	Univerſis Chriſtifidelibus, qui ad Vaticanam S. Petri Baſilicam inſtaurandam pia eleemoſynarum ſubſidia contulerint, unum annum de injunctis pœnitentiis ad biennium relaxat.	262
XIV	1322	Martii	3	Rationem præſcribit, qua ſervandæ atque erogandæ ſint piæ Fidelium eleemoſynæ ad Vaticani Templi reparationem collatæ.	262
XV	1322	Martii	3	Quaſdam pecunias ex certis proventibus cum perceptas tum percipiendas, Magiſtro Joanni dicto Provinciali, & Guillelmo Gervaſii tradi jubet, ab eiſdem in Vaticanæ Baſilicæ reparationem impendendas.	263
XVI	1322	Martii	3	Nonnullos redditus ad ſe pertinentes venumdari; pecuniam ex venditione partam, certis mercatoribus primum, deinde Joanni Provinciali & Guillelmo Gervaſii ad reparandum S. Petri Templum committi præcipit.	263
XVII	1322	Martii	3	Pecuniam a Joanne de Unciola, Vaticanæ Baſilicæ Altarario, pro ſui muneris ratione perceptam, prævio diligenti calculo exigi; eamque certis mercatoribus primum,	

				mum, tum Joanni Provinciali & Guillelmo Gervaſii ad ipſam S. Petri Baſilicam inſtaurandam tradi mandat.	264
XVIII	1322	Martii	3	Certam pecuniæ ſummam apud Feum Cionem a Joanne de Unciola, Vaticanæ S. Petri Baſilicæ Altarario depoſitam, quibuſdam mercatoribus primum, tum Joanni Provinciali & Guillelmo Gervaſii ad ipſam Baſilicam reparandam committi jubet.	265
XIX	1322	Septembr.	17	Angelo Epiſcopo, Viterbienſi, Joanni Baſilicæ Vaticanæ, & Petro Lateraneoſis Eccleſiæ Canonicis demandat, ut ducentos floreoos auri a Fr. Michaele Ord. Min. Generali Miniſtro recipiant, eoſque apud certos Mercatores deponant, in Lateranenſis Baſilicæ reparationem & ſtructuram impendendos.	265
XX	1322	Decembr.	30	Tarracinenſi, ac Viterbienſi Epiſcopis eam committit provinciam, ut de nonoullis pecuniarum ſummis & bonis aliis mobilibus, quæ nuper vita functus Joannes Uociola tum Cameræ Apoſtolicæ tum Vaticanæ Baſilicæ debebat, utrique ſatisfaciendum curent.	266
XXI	1322	Decembr.	30	Quoad nonnullas pecuniarum ſummas & Bona alia mobilia, quæ Joannes de Unciola vita functus tum Cameræ Apoſtolicæ tum Vaticanæ Principis Apoſtolorum Baſilicæ debebat, utriuſque indemnitatibus proſpicit, eius rei curam Joanni Provinciali demandans.	267
XXII	1323	Junii	1	Occupata a nonnullis Canonicis & Clericis quæ Joannes de Unciola reliquerat Bona, integre reſtitui jubet, Cameræ Apoſtolicæ & Vaticanæ Baſilicæ pro ſuis juribus adjudicanda: contumaces, pœna anathematis plecti demandat.	267
XXIII	1325	Junii	5	Priorem Vaticanæ Baſilicæ, Joannem de Saraceois Lateranen., Bartholomæum Manſellam S. M. Majoris, novemque alios diverſarum Urbis Eccleſiarum Clericos, in Rectores Romanæ Fraternitatis aſſumit; formam electionis eorumdem deſcribit; officii tempus nonniſi ad biennium protendit; juriſdictionem coarctat.	268
XXIV	1325	Julii	7	Canonicatum in Vaticana Principis Apoſtolorum Baſilica Angelo Frajapani defert; eique Præbendam, vel inpræſentia vacantem vel poſthac vacaturam, tribui mandat.	269
XXV	1325	Julii	23	Angelo de Tineoſis, Viterbienſi Epiſcopo, Altararii munus in Vaticana S. Petri Baſilica adminiſtrandum committit.	271
XXVI	1325	Auguſti	13	Vaticani Templi inſtaurationem nullo pacto retardandam declarat; etſi alter eorum, queis provincia iſta concredita eſt, muneri ſuo vacare nequeat.	171
XXVII	1326	Junii	18	Eos Vaticanæ Baſilicæ proventus, qui ad Sedem Apoſtolicam ſpectabant, ad cenſum dari concedit.	272

De

XXVIII	1326	Decembr.	14	De Proventuum Altariatus Vaticani Templi reddenda ratione ſe ad Viterbienſem Epiſcopum litteras dare, ſignificat Pandulpho de Sabellis; cui ob impenſum Rectori Patrimonii B. Petri in Tuſcia favorem, laudes tribuit & gratias refert.	272
XXIX	1326	Decembr.	18	Quoad Proventus Altariatus Vaticanæ Baſilicæ id præcipit, ut diligens rerum & Bonorum quorumdam antehac perceptorum ratio habeatur: reliqua, certis adhibitis cautelis, accipiantur.	273
XXX	1326 *ſeu* 1327			Angelo Epiſcopo Viterbienſi, & Philippo de Camberlaco Vaticanæ Baſilicæ Canonico demandat, ut de certis criminibus, quæ a nonnullis Pœnitentiariis perpetrata dicebantur; ſedulo inquirant ſibique referant.	273
XXXI	1327	Maji	29	Nonnullos, qui Fontanellæ ac Trebariæ Alpibus ad Vaticanam Baſilicam & Romanam Eccleſiam ſpectantibus damna intulerant, atque anathematis ſententiam propterea ſubierant; ab eadem, certis præſcriptis legibus, abſolvi demandat.	274
XXXII	1327	Novembr.	28	Angelo Frayapano & aliis Vaticanæ Baſilicæ Canonicis, datis ad eorum ſingulos ſpecialibus literis, gratulatur, quod Ludovici Bavari communionem devitarint; ac Interdictum, cui Roma ipſa ſuppoſita fuerat, obſervandum ſtuduerint: ad infringendam perditiſſimi Hominis tyrannidem, præmiis propoſitis eoſdem hortatur.	274
XXXIII	1327	Decembr.	9	An expediat, pecuniam Vaticani Templi Fabricæ addicendam in Æde ſacra tuto aſſervari, Epiſcopo Viterbienſi & Philippo Cambarlhaco decernendum committit.	275
XXXIV	1327	Decembr.	9	Epiſcopo Viterbienſi & Philippo Cambarlhaco facultatem impertitur, ut Eccleſiæ cenſuris urgere valeant debitores Fabricæ Vaticani Templi.	276
XXXV	1328	Martii	7	Quaſdam Epiſcopo Viterbienſi literas mittit, tum Abbatibus Monaſteriorum Urbis, tum Vaticanæ, Lateranenſis, & Liberianæ Baſilicarum Canonicis ac Nobilibus Urbis tradendas.	276
XXXVI	1329	Auguſti	23	Joanni Sancti Theodori Diacono Cardinali demandat, ut de medietatis Caſalis Hortorum Græcorum nuncupati venditione a Capitulo Vaticano habita inquirat, & quod juſtum fuerit, decernat.	276
XXXVII	1330	Januarii	8	Ex iis quæ ſibi reſervaverat Joannis de Unzola bonis mobilibus nonnulla elargitur Vaticano S. Petri Templo, in ejus Fabricam impendenda.	277
XXXVIII	1330	Februarii	15	Populo Romano per Nuncios Bobonem de Boveſcis & Jacobum de Anibaldis Vaticanæ Baſilicæ Canonicos petenti culparum veniam, hanc certis quibuſdam legibus elargitur.	278
XXXIX	1332	Julii	17	Altararii munus in Vaticana Principis Apoſtolorum	

Digitized by Google

					ſtolorum Baſilica Philippo de Cambarlhaco ejuſdem Eccleſiæ Canonico adminiſtrandum committit.	281
	XL	1332	Julii	17	Quæ de Oblationibus Aræ principis Vaticani Templi comparata fuerant, colligenda jubet, atque in ipſius Baſilicæ Fabricam impendenda.	282
		1332	Julii	17	Super Oblationibus aræ principi Vaticanæ Baſilicæ imponendis antiqua Romanorum Pontificum jura tuetur; hæc ſubdole violantes, primum inhibitione, tum anathematis pœna coercet.	283
	XLI	1332	Julii	17	Baſilicæ S. Petri Canonicos admonendos jubet, ne quid ex Vaticanis Oblationibus ad Romanum Pontificem ſpectantibus, plusquam par eſt, ſibi ipſis vindicare audeant.	283
	XLII	1332	Septembr.	13	Hoſpitium quoddam Vaticano S. Petri Templo adjacens, Philippo de Cambarlhaco ad ſuæ habitationis uſum aſſignari præcipit.	284
	XLIII	1332	Septembr.	16	Reparandæ S. Petri Baſilicæ negotium urget; reditus ex ejuſdem Templi ara principe cum antea collectos tum poſtea colligendos, eidem operi addici mandat.	284
	XLIV	1333	Auguſti	3	Conſervatores ac Judices amplis facultatibus inſtructos decernit, qui Fratribus & Hoſpitali S. Thomæ de Formis bona ac jura ſua vindicent atque tueantur.	285
	XLV	1334	Januarii	5	Nonnullas, quæ nuper corruerant, Vaticani Templi Trabes reparari curat; quingentos auri florenos in idem opus impendendos elargitur.	286
BENEDICTUS XII.	I	1335	Martii	6	Quæ Prædeceſſor Joannes Pontifex de Vaticana S. Petri Baſilica ac Palatiis Pontificiis inſtaurandis decreverat, executioni mandari jubet; hujuſmodi provinciam Joanni Piſcis committit.	287
	II	1335	Martii	15	Epiſcopo Anagnino demandat, ut quingentos auri florenos Joanni Piſcis tradi curet, in Vaticani Templi reparationem inſumendos.	288
	III	1335	Martii	15	Joanni Piſcis concedit, ut quingentos auri florenos in ſuperiori Epiſtola memoratos accipiat, eoſque tradentibus chirographo caveat.	288
	IV	1335	Martii	15	Quingentos auri Florenos, ſi ex Altariatus reditibus ii ſuppeditari nequeant, ex proventibus ad Cameram Apoſtolicam ſpectantibus Joanni Piſcis tradi jubet; hujus rei curam Stephano Laſcout., Patrimonii B. Petri Theſaurario demandat.	289
	V	1335	Martii	15	Cujuſmodi curam Stephano Laſcout. in ſuperiori Epiſtola demandarat, Joanni Piſcis enunciat.	289
	VI	1335	Julii	25	Ex pecuniis ad Cameram Apoſtolicam ſpectantibus, mille & quingentos vel duo millia florenos auri perficiendo in Vaticani Templi inſtauratione cuidam operi dedicat.	290

VII	1335	Julii	25	Joanni de Piſcis facultatem concedit, ut pecuniæ ſummam in proximo Diplomate memoratam accipiat, ipſamque tradenti caveat chirographo.	290
VIII	1335	Octobris	26	Vaticanæ Baſilicæ Altararium deſignat Joannem Piſcis, eumque ut ſedulam huic muneri obeundo impendat operam, hortatur ac monet.	291
IX	1335	Octobris	26	Proventus ex Baſilicæ Vaticanæ Ara principe ad Romanum Pontificem ſpectantes, in ejuſdem Templi fabricam erogandos præcipit.	291
X	1335	Octobris	26	Joanni de Piſcis concedit, ut Apoſtolicis literis ad Philippum de Cambarlhaco datis uti valeat.	292
XI	1335	Octobris	26	Cum Apoſtolicas literas, quæ ad Altariatus jura & reditus pertinent, tum ipſorum ptoventuum rationes a Philippo de Cambarlhaco Joanni Piſcis reddendas præcipit.	292
XII	1335	Octobris	26	Joannis Piſcis in reparanda S. Petri Baſilica diligentiam commendat; nova pecuniarum ſubſidia pollicitus, eumdem hortatur, ut operi perficiendo ſtudeat.	293
XIII	1336	Martii	14	Ab Eccleſiæ Romanæ Theſaurario quingentos ſupra mille Florenos aureos Joanni Piſcis tradi mandat.	293
XIV	1336	Martii	14	Pecuniæ Summam in proximo diplomate memoratam Joannes Piſcis accipiat, & una cum aliis perficiendæ Vaticani Templi reſtaurationi ſedulo impendat.	294
XV	1336	Junii	25	Bona Monaſterii S. Martini in Montibus injuſte alienata mandat reſtitui, quamvis alienationes Literis Apoſtolicis in forma communi expeditis, fuerint confirmatæ.	294
XVI	1336	Auguſti	10	Novum pro Baſilica inſtauranda pecuniarum ſubſidium ex Cameræ Apoſtolicæ proventibus percipiendum ſuppeditat.	295
XVII	1336	Auguſti	13	Ejuſdem argumenti literæ ad Stephanum Laſcout., Romanæ Eccleſiæ Theſaurarium.	295
XVIII	1336	Octobris	6	De quibuſdam negotiis agit, & pecuniam reparandæ S. Petri Baſilicæ impenſam commemorat.	296
XIX	1337	Maji	15	De lignis, quæ Lateranenſi & Vaticanæ Baſilicis reparandis aſſignata fuerant, nonnulla decernit.	297
XX	1337	Maji	15	Duo florenorum millia in Vaticanæ Baſilicæ reparationem impendenda, Joanni Piſcis ab Eccleſiæ Romanæ Theſaurario tradi jubet.	297
XXI	1337	Maji	15	De iis quæ in ſuperiori Diplomate ſtatuerat, Joannem Piſcis certiorem facit.	298
XXII	1337	Maji	15	Ut ea quæ ex Calabriæ partibus & aliunde petenda erant ligna & inſtrumenta ad inſtaurandam S. Petri Baſilicam neceſſaria, facile comparentur &, abſque ulla vectigalium ſolutione in Urbem deferantur, Robertum Siciliæ Regem enixe rogat.	298
XXIII	1337	Maji	15	Ejuſdem argumenti ad Sanciam Siciliæ Reginam dat literas.	299

Gene-

XXIV	1337	Maji	15	Generales ejuſdem argumenti literæ.	300
XXV	1337	Maji	15	Pro comparandis, atque in Urbem deferendis lignis, rebuſque aliis ad reparandam S. Petri Baſilicam neceſſariis, Joannem Epiſcopum Anagnin., & Joannem Piſcis Altarariun oportunis facultatibus inſtruit.	301
XXVI	1337	Maji	15	Univerſis Chriſtifidelibus, qui ad inſtaurandam S. Petri Baſilicam pia eleemoſynarum ſubſidia contulerint, centum dies de injunctis pœnitentiis ad biennium relaxat.	301
XXVII	1337	Julii	31	Canonicatum ac Præbendam in Vaticana Baſilica Paulo de Sanctavictoria, modo reperiatur idoneus, conferri demandat.	302
XXVIII	1337	Octobr.	23	Monaſterium S Martini in Montibus multa preſſum inopia, ab ea pecuniarum ſumma, quam Apoſtolicæ Cameræ debet, abſolvi poſſe concedit, modo id rationi ac æquitati ſit conſentaneum.	303
XXIX	1338	Maji	12	Illicitas alienationes Bonorum ac jurium Monaſterii S. Martini in Montibus revocat; ipſumque Monaſterium ad primæva jura ac bona reſtituit.	304
XXX	1338	Maji	12	Illicitam Bonorum Monaſterii S. Martini in Montibus alienationem revocandam decernit.	305
XXXI	1338	Maji	24	Jacobi de Gabrielibus, & Boſonis Novelli in curanda Urbe ſolicitudinem commendat; quod inter eos & Joannem Piſcis obortum fuerat diſſidium componit; perſonarum Eccleſiaſticarum, ſacrarumque ædium, noſtræ potiſſimum Baſilicæ, cui reparandæ ſtudet, privilegia tuetur.	306
XXXII	1338	Maji	24	Controverſiam, de qua egerat in ſuperiori Epiſtola; retractat; de Baſilica reparanda, ſe ad Jacobum de Gabrielibus & Boſonem Novellum dare literas enunciat.	307
XXXIII	1338	Octobris	8	Proventuum Altariatus, aliarumque pecuniarum, quas ad inſtaurandam S. Petri Baſilicam perceperat Joannes Piſcis, rationem reddi præcipit; pecuniam ſubducto calculo ſuperſtitem, Fabricæ ipſi perficiendæ erogari decernit.	307
XXXIV	1338	Octobris	8	Altararii munus Petro Canonico Atrebatenſi demandat; Aræ principis Vaticanæ Proventus, nonnullis exceptis, in Baſilicæ Fabricam erogandos jubet.	308
XXXV	1338	Octobris	18	Perficiendam Baſilicæ inſtaurationem Thomæ Giuraudi committit.	309
XXXVI	1338	Octobris	21	Congruum Petro Altarario ſtipendium decernit, ex proventibus Altariatus percipiendum.	309
XXXVII	1338	Octobris	21	Thomæ Giuraudi, ad perficiendam Baſilicæ inſtaurationem ſelecto, certum aſſignat ſtipendium.	310
XXXVIII	1339	Januarii	10	Controverſiam inter Berardum, ac Riccardum Monachos, quorum uterque in Abbatem Magellani Cœnobii electus fuerat, exortam, Judici in partibus cognoſcendam committit; ea lege tamen, ut de	

				universa facti ſerie Romanum Pontificem reddat certiorem.	310
XXXIX	1339	Aprilis	28	Cum Proventuum Altariatus, tum pecuniarum a Joanne Piſcis pro Vaticana & Lateranenſi Baſilicis inſtaurandis perceptarum reddita ratione, ipſius Joannis germanus frater & heres Petrus abſolvitur & liberatur.	312
XL	1339	Maji	21	Ex Baſilicæ Canonicis, aliiſque miniſtris nonnullos multa peccantes, primum admonitione, tum cenſuris cohibendos demandat.	314
XLI	1339	Maji	21	Mareſcallorum, qui Altararii Jura invadebant, temeritatem jubet coerceri.	315
XLII	1339	Maji	21	Quæ, occaſione cujuſdam Privilegii a Joanne XXII. Canonicis tributi, abſurda introducta fuerant, e medio tolli jubet.	315
XLIII	1339	Maji	21	Cameræ Apoſtolicæ jura ſuper Oblationibus Aræ principis inique lædentes, admonitione ac cenſuris, ni reſipiſcant, cohibendos præcipit.	316
XLIV	1339	Maji	21	Canonicis poſtulantibus, ut ex Oblationibus Aræ principis ad Cameram Apoſtolicam pertinentibus quædam ſibi portio donaretur; Petro Altarario rem expendendam committit.	317
XLV	1339	Maji	21	De progreſſu reparationis Baſilicarum Vaticanæ, ac Lateranenſis ſe certiorem vult fieri; declarat inſuper, Pœnitentiariis nil aliud aſſignandum, niſi quod primæva ferat conſuetudo.	318
XLVI	1340	Novembr.	16	Certis Mercatoribus. duo florenorum millia ad perficiendam Baſilicæ reparationem ſuppeditantibus; ſatisfieri mandat ex Apoſtolicæ Cameræ pecuniis.	318
XLVII	1340	Novembr.	16	Memoratam in proxima Epiſtola florenorum ſummam una cum aliis pecuniis, operi inſtaurationis perficiendo impendi jubet.	319
XLVIII	1341	Maji	6	Jacobum de Sabellis, quo auctore Caſtrum Buccejæ vaſtatum fuerat, & igne combuſtum; ad ſatisfaciendum Vaticano Capitulo de incommodis eidem illatis compelli demandat.	319
XLIX	1341	Maji	25	Berardum de Aquaviva, cujus virtutes commendat, Monaſterii S. Salvatoris de Magella Abbatem creat.	320
L	1341	Maji	27	Ad Magellanæ Heremi Monachos ſcribit, ut Berardo de Aquaviva, quem Pontifex Abbatem elegerat, obſequantur.	321
LI	1341	Junii	14	Privilegia ac libertates cum a Romanis Pontificibus, cum a Regibus ac Principibus Monaſterio Magellano conceſſas innovat atque confirmat.	323
LII	1341	Octobris	16	Petro Altarario jus tribuit, ut de accepta pecunia in Baſilicæ inſtaurationem erogandа, Bernardum Patrimonii Rectorem abſolvat & liberet.	323
LIII	1342	Martii	5	Certum Canonicarum numerum in Monaſterio S. Catharinæ de Portica S. Petri, Epiſcopo Aſſiſienſi decernendum committit.	324


	LIV	1342	Martii	24	Monaſterii S. Catharinæ de Portica S. Petri indemnitatibus proſpicit ſuper ædificiorum quorumdam conſtructione in Cœnobii ejuſdem vicinia.	324
Clemens VI.	I	1342	Decembris	1	Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyteratu Anibaldum Epiſcopum Tuſculanum exornat.	325
	II	1342	Decembr.	1	S. Pauli, & S. Gregorii de Urbe Monaſteriorum Abbatibus, ac Franciſco de filiis Urſi demandat ſuperioris Bullæ exequutionem.	327
	III	1343	Januarii	27	Jubilæum, quod Bonifacius VIII. ceoteſimo quoque anno celebrandum inſtituerat, Clemeos VI, ad anoum quinquageſimum redigit: Baſilicis SS. Petri & Pauli, in quibus orare debent Fideles ad Jubilæum ipſum lucrandum, addit Lateranenſem.	327
	IV	1343	Februarii	21	Canonicis indulget, ut ſingulis annis duorum menſium ſpatio a reſidentia abeſſe liceat abſque ulla redituum, qui præſentibus erogantur, diminutione.	329
	V	1343	Maji	6	Ad reparationem Portalis Eccleſiæ Lateranenſis, necnon Aulæ Pontificiæ, ac Pinnaculi Vaticanæ Baſilicæ, quingentos aureos florenos ſupra mille ſuppeditari jubet.	330
	VI	1343	Maji	6	Raymundo Epiſcopo Reatino demandat, ut memoratam in proximis literis pecuniæ ſummam in deſignata opera impendat; & Patrimonii Rectorem, a quo pecunia ipſa erat tradenda, abſolvat & liberet.	330
	VII	1343	Junii	17	Obortam inter Vaticanum Capitulum & Præceptorem Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia controverſiam de Eccleſia Sanctæ Mariæ in Palazola, ſelectis viris dirimendam committit cum facultatibus oportunis.	331
	VIII	1343	Junii	17	Alteram inter Vaticanum Capitulum & Præceptorem Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia cootroverſiam ſuper nonnullis juribus ac poſſeſſionibus, definiendam demandat.	331
	IX	1343	Septembr.	19	Raymundo Epiſcopo Reatioo committit, ut Mareſcalcos Curiæ Capitolii de Urbe, ſtatum ac libertatem Vaticanæ Baſilicæ perturbantes, cenſuris coerceat.	332
	X	1344	Maji	31	Geminam controverſiam, alteram inter Vaticanum Capitulum & Præceptorem Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia, alteram vero ipſum Capitulum inter, ac Raymuodum Epiſcopum Reatin. & Matthæum Liberianæ Baſilicæ Canonicum, ob iteratas ad Sedem Apoſtolicam appellationes recognoſcendam atque dirimendam committit.	333
	XI	1344	Julii	3	Anathematis ſententiam in Paulum de Podio Donadei, ac mulieres nonnullas, Vaticani jura Capituli in loco de Virginibus ouncupato invadentes latam, obſervari mandat.	334
	XII	1345	Aprilis	4	Cardinalem Aymericum Apoſtolicæ Sedis Legatum in Baſilicæ Altari principe Miſſarum ſolemnia celebrare, Canooici ſinant, modo honorem hunc Legato Apoſtolico antehac deferri conſueverit.	335

Rem

XIII	1349	Januarii	13	Rem divinam agendi ad Aras principes cum Lateranenſis, tum Beatorum Petri & Pauli Baſilicarum de Urbe, Anibaldo Cardinali facultatem elargitur.	335
XIV	1349	Aprilis	10	Pontificia de celebrando Jubilæo Diplomata, aliaſque literas diverſis Eccleſiis, Capitulis, Clero, Nobilibus & Populo Urbis tradendas, ad Anibaldum Cardinalem mittit.	336
XV	1349	Aprilis	10	De Iubilæo ad quinquageſimum quemque annum redacto, ad Urbis Clerum dat literas; eumque hortatur ac monet, ut ad præſtanda Peregrinis libera itinera, diffidia exulare, & concordiam vigere potiſſimum curet.	336
XVI	1349	Junii	30	Paulum de Scrofano Vaticanæ Baſilicæ Canonicum, ad annum dumtaxat 1350. Pœnitentiarium in Urbe deſignat, eumque de munere fideliter exercendo juramentum, cujus formam inſerit, præſtare jubet.	337
XVII	1349	Junii	30	Bullæ ſuperioris executionem Pontio Epiſcopo Urbevetano demandat.	338
XVIII	1350	Februarii	21	Duos Altararios, alterum pro Vaticana Baſilica, & pro Lateranenſi Eccleſia alterum, qui Fidelium Oblationes colligant, ac tuto in loco deponant, ſeligendos demandat Epiſcopo Urbevetano.	339
XIX	1350	Martii	4	Ad præſtandum Peregrinis Anno Jubilæi ad Urbem confluentibus itineris ſecuritatem, ex Vaticanæ ac Lateranenſis Baſilicarum Oblationibus milites conducendos præcipit.	339
XX	1350	Junii	16	De Vaticanis Oblationibus ad Sedem Apoſtolicam ſpectantibus, quæ a nonnullis raptæ & inter Canonicos diviſæ dicebantur, inquiri, & rei veritate comperta eas reſtitui mandat.	340
XXI	1351	Maji	12	Vaticanas Oblationes ad Sedem Apoſtolicam ſpectantes, Altarario tradendas; pecuniam vero ex ea partam, in milites de quibus egerat in ſuperiori Bulla, erogandam jubet.	341
XXII	1351	Julii	1	Litteræ generales atque hortatoriæ pro facili ac libero Lignorum tranſitu, quæ ad Beatorum Petri & Pauli Baſilicarum reparationem ex Calabriæ partibus in Urbem erant transferenda.	342
XXIII	1351	Julii	7	Univerſis Chriſtifidelibus, qui ad opus Fabricæ Vaticani Templi, ſubſidia contulerint, ſeptem annos ac totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis, ad decennium relaxat.	342
XXIV	1352	Februarii	18	Officio privari jubet univerſos in Urbe Pœnitentiarios, tribus dumtaxat exceptis, quorum duos in Vaticana Baſilica, unum vero in Eccleſia Lateranenſi, audiendis Fidelium Confeſſionibus vacare decernit.	343
XXV	1352	Julii	8	Guillelmo S. Mariæ in Coſmedin Diacono Cardinali defert Archipresbyteratus Dignitatem in Beati Petri Baſilica.	344

Supe-

	XXVI	1352	Julii	8	Superioris Bullæ exequutionem demandat.	345
INNOCENTIUS VI.	I	1353	Auguſti	1	De Vaticanis Oblationibus ad Sedem Apoſtolicam ſpectantibus, quæ a nonnullis raptæ, & inter Canonicos diviſæ dicebantur, iterum inquiri, & rei veritate comperta eaſdem reſtitui præcipit.	346
	II	1354	Novembr.	21	Carolo Romanorum Regi de adventu in Italiam, & de Coronatione in Vaticano S. Petri Templo peragenda gratulatur.	348
	III	1354	Novembr.	22	Ferrea Corona redimi jubet Carolum IV. alia deinde Corona aurea in Vaticano Templo decorandum.	350
	IV	1355	Januarii	31	Caroli IV. Romanorum Regis, ejuſque Uxoris Annæ Reginæ Coronationem in Vaticano Templo habendam, Petro Oſtienſi Epiſcopo, & Ægidio S. Cæciliæ Cardinalibus demandat; ritum in ipſa celebritate ſervandum præſcribit.	351
	V	1356	Januarii	12	Exortam inter Canonicos & Altararium ſuper Oblatorum perceptione controverſiam ſic dirimit, ut ſua Canonicis jura vindicet, earumdem Oblationum dividendarum tempus ac rationem decernendo.	357
	VI	1357	Martii	10	Ad reparandam Baſilicæ turrim campanariam pecunias ſuppeditat.	359
	VII	1357	Martii	12	Quæ Clemens Prædeceſſor de tribus Pœnitentiariis ſanciverat, obſervanda curat.	360
	VIII	1360	Januarii	13	Raymundum Epiſcopum Ruthenenſem ad Apoſtolorum Limina accedentem, Canonicis commendat.	360
	IX	1360	Auguſti	8	Canonicorum Priori jus tribuit, ad decennium tamen, ut aqua per Epiſcopum benedicta, Baſilicam pollutam poſſit reconciliare.	361
	X	1360	Auguſti	8	In Eccleſias S. Jacobi, & S. Leonardi in Septiniano, ac ceteras in Civitate Leoniana ad Montem uſque Marium poſitas, juriſdictionem Vaticano Capitulo confirmat; Sacras Ædes in propriis fundis conſtruendi Privilegium innovat.	361
	XI				Sacras Ædes & Bona quamplura, necnon Privilegia a Prædeceſſoribus Romanis Pontificibus collata, Canonicis confirmat.	363



Haec B. Petri effigies, vetuſtiſsimum ejusdem Apoſtoli Simulacrum ex aere, quod in Vaticana Baſilica publicae venerationi proſtat, repraeſentat.

Digitized by Google



S. LEO PRIMUS.

S. Leo I. cognomento Magnus Sixto III. Succeſſor datus eſt anno Æræ Chriſtianæ 440., obiit anno 461. (*a*)

Epiſtolæ iv. alias xvi. S. Leonis Magni ad univerſos Epiſcopos per Siciliam conſtitutos, Caput VII.

De Conciliis coram Beatiſſimo Apoſtolo Petro celebrandis.

AN. CH. 447.

ILLUD primitus pro cuſtodia concordiſſimæ unitatis exigimus, ut quia ſaluberrime a ſanctis Patribus conſtitutum eſt, binos in annis ſingulis Epiſcoporum debere eſſe conventus, terni ſemper ex vobis ad diem tertium * Kalendas Octobris Romam fraterno Concilio ſociandi indiſſimulanter occurrant: quoniam adjuvante gratia Dei facilius poterit provideri, ut in Eccleſia Chriſti nulla ſcandala, nulli naſcantur errores, cum coram Beatiſſimo Apoſtolo Petro (*b*) id ſemper in commune tractandum * fuerit, ut omnia ipſius conſtituta *, canonumque decreta apud omnes Domini Sacerdotes inviolata permaneant. Hæc autem, quæ vobis, inſpirante Domino, inſinuanda credidimus, per Fratres & Coepiſcopos noſtros Baccillum, atque Paſchaſinum ad veſtram volumus notitiam pervenire. Quibus referentibus cognoſcamus, quam reverenter a vobis Apoſtolicæ Sedis inſtituta ſerventur. Data xii. Kal. Novembr. Alipio & Ardabure Viris Clariſſimis Conſulibus.

* Al. xiii.

* *Al.* in communione tractatum.

* *Al.* omnia inſtituta.

S. GRE-

(*a*) In pervetuſto Codice Virdunenſis Cœnobii S. Vitoni, teſte Mabillonio Tom. 3. vet. Analect. pag. 430. & ſeq. edition. Pariſienſ. an. 1682. epitaphia quædam referuntur ſub hoc titulo: *Iſta epitaphia inventa ſunt in Eccleſia S. Petri*. Hæc inter S. Leonis I. epitaphium ſic habet: *Sedit in Epiſcopatu annos xxi. menſem i. dies xiii. Depoſitus eſt iii. Idus .... & iterum translatus huc a beato Papa Sergio IV. Kal. Jul. Indict. 1.* Hoc idem in alio Codice ſe legiſſe idem Mabillonius obſervat, nimirum S. Leonis Depoſitionem ad iii. Idus Aprilis, Tranſlationem vero ad iv. Kal. Julii referri.

(*b*) Id moris in Eccleſia jamdiu obtinuiſſe, ut quæ Romæ habebantur Concilia, in Baſilica Principis Apoſtolorum plerumque cogerentur, cum vetuſta monumenta, tum Conciliorum acta quæ in lucem prodierunt, palam teſtantur. Horum ſeriem attexere noſtri non eſt inſtituti; ſat nobis aliquot indicare, ut prænarratum S. Leonis Decretum, qua noſtra intereſt, illuſtremus.

Agmen ducit Romana Synodus Epiſcoporum LXXX. ad reſtaurandam in Africana Eccleſia diſciplinam habita viii. Id. Januarias poſt Conſulatum Arcadii Auguſti & Bautonis V. C. Conſ. anno nimirum 386. Hanc Synodum *ad S. Apoſtoli Petri Reliquias* fuiſſe celebratam teſtatur B. Siricius Papa in Epiſtola ad Africæ Epiſcopos data. Non defuere qui hanc Epiſtolam Siricio abjudicaverint, quos inter Queſnellus Diſſertat. 15. in S. Leonis opera: at alii accuratiores Critici, potiſſimum vero Stephanus Baluzius & Petrus Couſtantius in collectione Epiſtolarum Romanorum Pontificum column. 61. & ſequent. juxta Pariſienſem editionem, eamdem Epiſtolam tamquam germanum fetum B. Siricio jure ac merito vindicant.

Quo tempore Epiſcopi complures ad celebrandum Sixti III. natalem diem, hoc eſt ejus in Romanum Antiſtitem Conſecrationis diem anniverſarium, Romam acceſſerant, idem Sixtus Patribus in conciliari conventu congregatis nunciavit Joannem Antiochenum Epiſcopum, alioſque cum eo, damnata Neſtorii ſententia, ad Eccleſiæ communionem rediiſſe. Non alius profecto Concilii locus, niſi Eccleſia ſacris Apoſtolorum Principis Exuviis nobilitata. *Ad Beatum Petrum Apoſtolum* (verba ſunt Sixti Pontificis III. in epiſt. ad Cyrill. Alexandrin. ſcripta, & a P. Couſtantio relata, column. 1254.) *fraternitas univerſa convenit: Ecce auditorium congruens auditoribus, conveniens audiendis.*

A

Eodem

Eodem in loco conveniſſe Patres Romani Concilii ſub Felice PP. Tertio duo aperte demonſtrant, eum libellus citationis ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, apud Labbeum tom. 5. Concilior. column. 218. Venet. Edition., tum ipſius Felicis Epiſtola, cujus fragmentum a Nicolao I. in ſuis literis ad Clerum C P. inſertum exhibet idem Labbeus tom. 9. Concilior. column. 1376. lit. b. c.

Altera ſub eodem Felice III. habita Synodo in urbe Roma, anno nimirum 485. juxta Pagium, in qua Petrus Fullonius Antiochenus, & Acacius C P. damnati ſunt, excipiendis Patribus in Concilium collectis S. Petri Baſilicam ſelectam fuiſſe teſtatur ejuſdem Synodi Epiſtola ad Clericos & Monachos Orientis data, quæ proſtat apud memoratum Labbeum tom. 5. Conciliorum column. 247.

Nec aliam in Conciliis Romæ habitis, etiam ſi ad poſteriora ſecula progrediamur, legimus obtinuiſſe, quoad ſtatam Conciliorum Sedem, diſciplinam. Enimvero quæ poſt Conſulatum Paulini V. C. collecta eſt Synodus ad ambitum in Comitiis Pontificiis tollendum: Quæ electionem Symmachi Papæ ratam habuit, Regiſque Odoacris legem Eccleſiaſticæ libertati noxiam evertit: Quæ anno 503. ſequuta eſt, ac ſuperioris Concilii acta confirmavit: Quæ ſub eodem Symmacho contra invaſores bonorum Eccleſiæ congregata eſt; omnes ſane S. Petri Confeſſionem, tamquam præcipuum ac ſolemnem habendis Sacris cœtibus locum indigitant. Conſulatus toties laudatus Labbeus tom. 5. col. 441. 471. 501. & 509., reſque patet legenti.

Geminam Bonifacius II. eodem anno 531. collegit Synodum; in quarum una Vigilium Diaconum ſucceſſorem ſibi deſignavit; in altera vero ejuſdem Vigilii electionem improbavit atque reſcidit. Primam Synodum in Vaticano Templo fuiſſe coactam author eſt ejus Biographus apud Anaſtaſium Bibliothecarium; quod idem de Synodo poſteriori licet conjicere. Necdum Bonifacio vita functo, aliud Concilium Romæ, poſt conſulatum tamen Lampadii & Oreſtis habitum legimus, in quo Stephani Theſſalonicenſis Epiſcopi cauſſa diſcuſſa. Hæc vero hujuſce Concilii ædes: *Conſiſtorium B. Andreæ Apoſtoli*, ex actis Concilii editis a Clariſſimo Luca noſtro Holſtenio in Collect. Rom. Vet. Monument. part. 1., atque ex Holſtenio a Labbeo. Quis vero inficiabitur *Conſiſtorium B. Andreæ* celebre quondam fuiſſe Oratorium ad Baſilicam S. Petri?

Nova ſequentibus Seculis ſuccurrunt monumenta. S. Greg. Magnus, ut patet ex epiſt. 44. lib. 4. ac 57. al. 55. lib. 5. coram Sanctiſſimo B. Petri Corpore nonnulla ſtatuit diſciplinæ capita, quæ ad Romanam Eccleſiam potiſſimum pertinerent. Idem, ut videre eſt to. 6. Concil. Labb. col. 1312., *ante Corpus Beatiſſimi Petri* ad inſtaurandam catholicæ Eccleſiæ diſciplinam Concilium indixit. Bonifacius III. in Eccleſia B. Petri, in qua ſederunt Epiſcopi LXXII. conſtituit, ut nullus vivente Pontifice, aut ſuperſtite Epiſcopo Civitatis ſuæ agere de Succeſſore præſumeret, teſte Bonifacii Biographo apud Anaſtaſium Bibliothecar.

Synodi duæ, altera adverſus illicita conjugia anno 721.; altera vero pro Sacrarum Imaginum cultu ſub Greg. III. collecta, Eccleſiam S. Petri oſtentant. Primum conſtat ex actis Synodi apud Labbeum tom. 8. col. 185.; Poſterius liquet ex libro Pontificali; atque ex monumento marmoreæ Tabulæ, cujus fragmentum in cryptis Vaticanis viſitur, confirmatur.

Pari in numero habenda Concilia, alterum ſub Zacharia Pontifice an. 743. ad ſancienda complura Eccleſiaſticæ diſciplinæ capita; alterum ſub Hadriano I., in quo Felix Urgellitanus Epiſcopus damnatus eſt, congregatum. Utrumque Romæ; Utrumque apud S. Petri Baſilicam coactum eſt. Conſulendi Labbeus tom. 8. col. 288., ac priſci Annalium Scriptores Eginhardus, Loiſelinus, Fuldenſis, aliique ab Antonio Pagio relati ad annum Chriſti 792. num. 1.

Omittimus geminum Concilium ſub S. Leone III. Romæ celebratum; in quorum altero libellus Felicis Urgellitani adverſus Alcuinum confutatus eſt; in altero vero idem S. Pontifex ab objectis criminibus ſeſe purgavit. Omittimus Sacra Concilia, alterum ſub Eugenio II. ad mores fidelium componendos; alterum ſub S. Leone IV. ad ſervandam Eccleſiæ diſciplinam Romæ coactum. Unum idemque cœtibus hiſce congregandis delectum fuiſſe locum, Eccleſiam ſcilicet Principis Apoſtolorum, eum Conciliorum acta, tum inconcuſſa monumenta a Labbeo tom. 9. col. 217. & col. 230., ac a Luca Holſtenio in Coll. Rom. Vet. Monument. part. 2. pag. 21. & pag. 48. & ſeqq. in lucem edita, ſatis probant.

In cauſa Anaſtaſii Presbyteri tit. S. Marcelli duo ſaltem apud Vaticanam S. Petri Baſilicam celebrata fuiſſe Concilia perſpicue evincimus ex Annalibus Bertinianis a Cheſnæo tom. 3. Scriptorum Francicorum editis ad an. Chriſti 868.: alterum nempe, in quo S. Leo IV. ipſum Anaſtaſium fidelium communione privavit; alterum, in quo memoratus Pontifex eumdem Presbyterum rite depoſuit; decretumque *ſuper valvas argenteas Vaticanæ Baſilicæ* exarari mandavit.

Romanum Concilium ſub Nicolao I. in quo Ignatius Patriarcha Conſtantinopolitanus Sedi fuit reſtitutus, Photius vero invaſor depoſitus, in Eccleſia B. Petri coactum fuiſſe aperte colligimus ex verbis Epiſtolæ Nicolai I. ad Michaelem Imperatorem, apud Labbeum tom. 9. col. 1307. *Convocato*, verba ſunt Nicolai, *multarum Provinciarum Occidentalium regionum Sanctiſſimorum Epiſcoporum cætu, & collecta Sancta Synodo in Eccleſia Dei, ubi Beatus Petrus Apoſtolorum Princeps corpore floret, & virtutibus emicat; deinde propter frigidiorem locum, in Eccleſia Salvatoris, quæ ab auctore vocatur Conſtantiniana &c.* Conſonat alia ejuſdem Nicolai Epiſtola ad Ignatium Patriarcham C P. apud Labb. ordine 13. tom. 9. col. 1401.

Synodus ſub Hadriano II. quæ Photii librum examini ſubjectum igni tradidit: Synodi tres ſub Joanne VIII., altera habita Kal. Maji, quæ Anſpertum Mediolanenſem Antiſtitem communione privavit; altera Idibus Octobris, quæ eumdem Anſpertum ab Epiſcopali dignitate dejecit; tertia quæ Anaſtaſio Epiſcopo Neapolitano, quod fœdus cum Saracenis initum ſolvere renuiſſet, Eccleſiaſtica communione ſub Anathematis pœna interdixit, apud Beatum Petrum collectis Patribus celebratæ ſunt, uti ex Labbeo tom. 10. Concilior. col. 476. tom. 11. col. 114. & 154., nec non ex epiſt. 221. 225. 228. & 270. Joannis VIII. aperte docemur.

Ut multa tandem uno veluti faſce colligamus, quæ hic ſubjicimus Romana Concilia deſinente Seculo X. atque XI. inchoante celebrata, unam præ ceteris S. Petri Baſilicam, tamquam opportuniorem excipiendis Patribus locum, indigitant. Illud cum primis quod ſub Agapito II. damnationem Hugonis Epiſcopi confirmavit, ac Hugonem Principem, donec Ludovico Regi ſatisfaceret, anathemate perculit, ex Flodoard. in Chron. ad an. Chriſti 949. Illud etiam quod an. 964. 5. Kal. Martii Leonem Schiſmaticum Pſeudopapam declaravit, actaque Conciliabuli, quod in eadem Baſilica pridem habitum fuerat, reprobavit, ex Labbeo tom. 11. Conc. col. 885. Synodus, in qua Beneventana Sedes Archiepiſcopatus dignitate nobilitata eſt, ex epiſt. Jo. Papæ XII. ad Landolphum inſerta a Labb. col. 938. tom. 11. Alia ſub Benedicto VII. an. 983. adverſus Simoniacos, ex Baluz. in lib. 6. Concord. Sacerd. & Imp., ac Labb. l. cit. col. 973. Quæ iterum ſub Gregorio V. de diſſolvendo conjugio Roberti Regis, qui conſanguineam duxerat, egit, juxta Labb. col. 1029. poſt Lucam Acherium tom. 9. Spicileg. Anno tandem 1007. Joannes XVII. in Conc. ad S. Petri Corpus convocato, ut Concil. Francford. acta ap. Labb. to. 11. col. 1054. ſatis produnt, Eccleſiæ Bambergenſis erectionem ab Henrico II. Imperatore factam confirmavit.

Is ergo in ſeligenda Conciliorum Sede mos uſitatior ad initia undecimi Seculi obtinuit; dein paulatim cœpit immutari. Meminit quidem Pandolphus Piſanus in Urbani II. Vita tom. 3. Scriptorum Rer. Italic. pag. 352., hunc Pontificem in S. Petri Baſilica Synodum coegiſſe. At id genus exempla haud paſſim occurrunt hiſtoriam Eccleſiæ Romanæ verſantibus. Quænam vero deſuetudinis cauſſæ? Quum certæ non ſuppetant, liceat conjecturis indulgere. Haud levis conjectura eſt, rigidiorem aerem, ne frequentiora in Vaticana Baſilica haberentur Concilia, impedimento fuiſſe. Hanc ſane producit cauſſam Nicolaus I. in verbis epiſtolæ ad Michaelem Imperatorem ſupra relatis. Potuit etiam Romanorum Pontificum in Lateranenſi Patriarchio inhabitatio occaſionem præbuiſſe: Quo ferme pacto Stationis locum ad tertiam Miſſam die Nativitatis Domini novimus immutatum. Ratum eſt ex vetuſtiſſimis ritualibus libris, Stationem illam ad XI. uſque Seculum in Vaticana Baſilica peragi conſueviſſe. Poſteriori ævo mos immutatur. Cauſſam producit Canonicus noſter Benedictus in ſuo Romano Ordine ante an. 1143. exarato. Fatetur enim, anniverſaria Dominici Natalis die ſuſcipiendum iter a Romano Pontifice ab Eccleſia S. Anaſtaſiæ ad Baſilicam S. Petri, ibique divina myſteria tertio celebranda; at num. 17. ſubjicit: *Sed propter parvitatem diei & difficultatem viæ, facit Stationem ad S. Mariam Majorem.* Quæ igitur ratio Stationis vices intulit, potuit Conciliorum Sedem immutaſſe.

S. GRE-

Digitized by Google

S. GREGORIUS I.

S. Gregorius ordine Primus, cognomine Magnus, anno 590. die vero Septembris tertia in Romanum Pontificem conſecratus, poſt exactos in Pontificatu annos xiii. cum dimidio ad Superos tranſiit anno Chriſti 604. (*a*)

In Epiſt. xxix., nov. edit. xxx. Lib. 1. Ind. ix. De Sua ad Epiſcopatum aſſumtione dolet: Clavem a Corpore S. Petri tranſmittit. (*b*)

Gregorius Andreæ Illuſtri.

Omnipotens Deus dulciſſimo cordi veſtro indicet, quia & abſens corpore, a caritate veſtra animo non receſſi. Bona enim veſtra, etiam ſi volo, oblviſci non valeo. Hoc autem, quod me ad Epiſcopatus Ordinem cognoſcitis perveniſſe, ſi me diligitis, plangite: quia tantæ hic hujus Mundi occupationes ſunt, ut per Epiſcopatus Ordinem pene ab amore Dei me videam eſſe ſeparatum. Quod inceſſanter defleo, atque ut pro me Dominum exoretis, rogo. Præterea Sacratiſſimam Clavem (*c*) a S. Petri Apoſtoli corpore vobis tranſmiſi, quæ ſuper ægros multis ſolet miraculis coruſcare; nam etiam de ejus catenis interius habet. Eædem igitur catenæ, quæ illa Sancta colla tenuerint, ſuſpenſæ colla veſtra ſanctificent.

Idem in Fragmento Epiſtolæ xxvi. al. xxiii. Lib. 7. Indict. xv.

De Clavi Sepulcri Beati Petri prodigium enarrat.

Gregorius Teoctiſtæ Patriciæ.

Præterea benedictionem S. Petri Apoſtoli, Clavem a Sacratiſſimo ejus Corpore tranſmiſi, de qua videlicet Clavi hoc eſt geſtum, quod narro miraculum. Dum eam quidam Langobardus civitatem ingreſſus in Tranſpadanas partes inveniſſet, quia S. Petri Clavis eſſet, deſpiciens: Sed pro eo quod eam auream vidit, facere ſibi ex illa aliquid aliud volens, eduxit cultellum, ut illam incideret. Qui mox cultellum, cum quo eam per partes mittere voluit, arreptus per ſpiritum, ſibi in gutture defixit, eademque hora extinctus cecidit. Et dum illic Rex Langobardorum Autarith, atque alii multi ejus homines adeſſent, & is, qui ſe percuſſerat, ſeorſum mortuus; Clavis vero hæc ſeorſum jaceret in terra, factus eſt omnibus vehementiſſimus timor, ut eamdem Clavem de terra levare nullus præſumeret. Tunc quidam Langobardus Catholicus, qui ſciebatur orationi & eleemoſynis deditus, Minulfus nomine, vocatus eſt, atque ipſe hanc levavit de terra. Autarith vero pro eodem miraculo aliam Clavem auream fecit, atque cum ea pariter ad ſanctæ memoriæ deceſſorem meum tranſmiſit, indicans, quale per eam miraculum contigiſſet. Ipſam ergo veſtræ Excellentiæ tranſmittere ſtudui, per quam Omnipotens Deus ſuperbientem & perfidum hominem peremit: ut per eam vos, qui eum timetis & diligitis, & præſentem ſalutem, & æternam habere valeatis.

Fragmen-

(*a*) Quot annos in Pontificatu egerit Magnus Gregorius, ex veteri Inſcriptione S. Pontificis epitaphio ſubjecta, quam refert Petrus Mallius, aperte colligitur. Ita vero habet Inſcriptio: *Hic requieſcit Gregorius Primus Papa, qui ſedit annos xiii., Menſes ſex, dies decem. Depoſitus iv. Idus Martii.* Quiſquis epitaphium amat legere, adeat Joannem Diaconum lib. 4. Vit. S. Gregorii cap. 68.

(*b*) Quas hic attexîmus Epiſtolas, & Literarum lacinias S. Gregorii Magni, ex Pariſina Monachorum Congregationis S. Mauri editione, collata tamen cum vetuſtiſſimo Codice, qui ejuſdem S. Pontificis Epiſtolas complectitur, & in Baſilicæ Vaticanæ tabulario ſervatur, Typis mandari curavimus, variantibus hujuſce Codicis lectionibus ad paginæ oram adnotatis.

(*c*) Celeberrimus fuit quondam uſus Clavium quæ e S. Petri Corpore vel Sepulcro egregiis atque illuſtribus viris tranſmittebantur. Mira in hiſce Clavibus fulgebat virtus, ſive aliquid e ſegmentis Catenæ ejuſdem Beatiſſimi Apoſtoli eſſet in illis admixtum, ſive ex, quod ex Turonenſi Gregorio colligimus lib. 1. de Glor. Martyrum cap. 28., ad reſerandos cancellos beati Sepulcri fuiſſent adhibitæ. *Multi*, inquit S. Pater, & *Claves aureas ad reſerandos Cancellos Beati Sepulcri faciunt, qui ferentes pro benedictione priores accipiunt, quibus infirmitati tribulatorum medeantur.* Conſulantur Magni Gregorii Epiſtolæ, in quibus ejuſmodi Clavium frequentiſſima occurrit mentio, potiſſimum vero ex lib. 1. epiſt. xxxi., ex lib. 3. epiſt. xxxxviii., ex lib. 7. epiſt. xxii. & xxviii., ex lib. 8. epiſt. xxxv., ex lib. 9. epiſt. lii. & cxxii., ex lib. xi. epiſt. xiv., ut alia omittamus loca fere ſexcenta.

Fragmentum Epiſt. xxxvi. Lib. 1. Ind. ix.

Ut Epiſcopi Romam accedant ad celebrandum Beati Petri natalem diem.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Petro Subdiacono.

PRæterea ſicut moris fuit (*a*), ut ad natalem Pontificis Epiſcopi convenirent, ad Ordinationis meæ diem venire eos prohibe; quia ſtulta & vana ſuperfluitas non delectat. Sed ſi eos convenire neceſſe eſt, in Beati Petri Apoſtolorum Principis (*b*) natalem conveniant, ut ei, ex cujus largitate Paſtores ſunt, gratiarum actiones ſolvant. Bene valeas. Datum ſub die xvii. Kalendarum Aprilium Imperatoris Mauritii anno ix.

Fragmentum Epiſtolæ lxxii. al. lxx. Lib. 1. Ind. ix.

De eodem agit argumento, ac de rebus Romanæ Eccleſiæ utiliter adminiſtrandis.

Gregorius Petro Subdiacono.

QUia Fratres & Coepiſcopos noſtros in Sicilia Inſula commorantes, ad Beati Petri Apoſtoli natalitium diem conveniſſe voluimus, ſcriptis præcedentibus agnoviſti. Sed quia ea cauſa, (*c*) quæ cum viro magnifico Juſtino (*d*) Exprætore dicitur*, eorum iter iterum præpedivit; & quia jam tempus veniendi, & redeundi non finit, eos nolumus ante hyemem fatigari ..... Multi vero huc veniunt, qui terras aliquas vel inſulas in jure Eccleſiæ noſtræ in emphyteoſim ſibi poſtulant dari: & aliquibus quidem negamus; aliquibus vero jam conceſſimus. Sed tua experientia Sanctæ Eccleſiæ utilitatem conſpiciat, memor, quod ante Sacratiſſimum Beati Petri Apoſtoli Corpus poteſtatem patrimonii ejus acceperit (*e*). Et licet hinc ſcripta decurrant; quod utilitatem patrimonii impedit, fieri nullo modo permittat: quia nec nos ſine ratione aliquid dediſſe reminiſcimur, vel dare diſponimus.

* *In Codice noſtro primis curis*, dicitur, *ſecundis autem*, ducitur.

Fragmentum Epiſtolæ xxx. Lib. 4. Ind. xii.

Ut Conſtantinam Mauritii Imper. uxorem, Caput S. Pauli poſtulantem deterreat, varia recenſet prodigia. Addit hanc eſſe Romanis conſuetudinem, ut Reliquias petentibus Brandea ſolum concedant.

Gregorius Conſtantinæ Auguſtæ.

SErenitas veſtræ pietatis, religionis ſtudio, & Sanctitatis amore conſpicua, propter eam, quæ in honorem S. Pauli Apoſtoli in palatio ædificatur, Eccleſiam, caput ejuſdem S. Pauli, aut aliud quid de Corpore ipſius, ſuis ad ſe juſſionibus a me præcepit debere tranſmitti. Et dum illa mihi deſiderarem imperari, de quibus facillimam obedientiam exhibens, veſtram erga me gratiam potuiſſem amplius provocare; major me mœſtitia * tenuit, quod illa præcipitis, quæ facere nec poſſum, nec audeo. Nam Corpora Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum tantis in Eccleſiis ſuis coruſcant miraculis, atque terroribus, ut neque ad orandum ſine magno illuc timore poſſit accedi. Denique dum beatæ recordationis deceſſor meus, quia argentum, quod ſupra Sacratiſſimum Corpus

* *Al.* triſtitia.

(*a*) Conſuetudinem hanc exploratam faciunt Epiſtola Sixti III. ad Cyrill. Alexandr., ut ſupra vidimus pag. 1. not. b., Lib. Diurnus a Garnerio editus, aliaque vetuſtiſſima documenta.

(*b*) Ad augendam Beati Petri ſolemnitatem die natalis ejus, Epiſcopi Romam confluere longe ante Magni Gregorii ætatem conſueverunt. Nihil ea de re nos dubitare ſinit S. Paulinus, qui epiſt. 13. ad Severum, & 16. ad Delphinum, ſolemnem hanc vocat conſuetudinem. Conſonat alia S. Gregorii epiſtola ordine xxii. lib. 7. ad Cyprianum Diaconum. Conſulatur liber Diurnus, cujus verba dabimus ad S. Zachariæ Papæ Decretum.

(*c*) Cauſſa hæc innuit Juſtini diſſidium cum Siciliæ Epiſcopis, de quo legeſis epiſt. ii. lib. 1.

(*d*) *Prætore* legendum putant accuratiſſimi Patres Maurini.

(*e*) Rectores Patrimoniorum S. R. E. noviter inſtitutos ad Aram Maximam Vaticanæ Baſilicæ juramentum præſtare conſueviſſe tradunt qui de ipſa Baſilica commentarios edidere. Epiſtolæ locus, quem tractamus, hujuſce uſus teſtimonium eſt cum ſatis evidens, tum valde antiquum.

(*a*) Audi-

Corpus Beati Petri Apoſtoli erat, longe tamen ab eodem Corpore fere quindecim pedibus mutare voluit, ſignum ei non parvi terroris apparuit. *Et poſt aliqua*. Cognoſcat autem tranquilliſſima Domina, quia Romanis conſuetudo non eſt, quando Sanctorum Reliquias dant, ut quidquam tangere præſumant de Corpore, ſed tantummodo in pyxide * Brandeum mittitur (*a*), atque ad Sacratiſſima Sanctorum Corpora ponitur, quod levatum, in Eccleſia, quæ eſt dedicanda, debita cum veneratione reconditur; & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac ſi illuc ſpecialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit, ut beatæ recordationis Leonis Papæ temporibus, ſicut a Majoribus traditur, dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent, prædictus Pontifex hoc ipſum Brandeum allatis forſicibus inciderit, & ex ipſa inciſione ſanguis effluxerit &c.

* *In noſtro Cod.* buxide.

Epiſtola xviii. Lib. 7. Indict. xv.

Martinum Diaconum ad Sacratiſſimum Beati Petri Corpus canonice purgatum, loco ſuo & ordini reſtituit.

Gregorius Martino Diacono & Abbati.

Sicut veraciter adverſus religioſos dicta crimina, digna ſunt ultione plectenda; ita ab illatis ſunt nihilominus abſolvendi, quando nullus eos culpæ reatus adſtringit. Quia igitur aliqua nobis de te fuerant nuntiata, quæ officii tui propoſitum non leviter macularent, curæ nobis fuit ea diu, ac ſubtili inveſtigatione perquirere. Et quoniam nil, quod tibi noceret, invenimus, ne qua de his, quæ dicta fuerant, ſuſpicio remaneret, ad pleniſſimam te ſatisfactionem, quod * ab eis inſons extiteris, ad Sacratiſſimum Corpus Beati Petri Apoſtolorum Principis (*b*) diſtricta fecimus Sacramenta præbere. Et ideo poſtquam nobis, ut oportuit, ſatisfactum eſt, dilectionem tuam prævidimus modis omnibus abſolvendam, atque ad tuam te Eccleſiam, in eo videlicet, quo fuiſti loco, & ordine, per omnia ſtatuimus remeare, & nullam te a quoquam contradictionem vel inquietudinem de his, quæ ad nos perlata fuerant, ſuſtinere: admonentes, ut ita te de cetero cautum ſollicitumque debeas exhibere, quatenus & officio tuo moribus & actione reſpondeas, ut omnis contra te penitus adverſæ opinionis dicendi ſubtrahatur occaſio. Menſe Majo, indictione xv.

* *Cod. noſter* ſi *pro* quod.

Fragmentum Epiſtolæ xliv. al. xxxviii. Lib. 11. Ind. iv.

Vela, quæ Beato Petro tranſmiſſa fuerant, ſuſcepta eſſe enuntiat: cur ea ad S. Apoſtoli Baſilicam cum litania delata non ſint, rationem declarat.

Gregorius Ruſticianæ Patriciæ.

Ea autem, quæ ex puriſſimo ſinceriſſimoque corde Beato Petro Apoſtolorum Principi munera tranſmiſiſtis, præſente omni Clero ſuſcepta, atque (*c*) illic ſuſpenſa ſunt. Filius autem meus Vir magnificus Domnus Symmachus, quia ægrotum me

(*a*) Audire præſtat S. Gregorium Turonenſem, qui de Sepulcro S. Petri Apoſtoli in Vat. Baſilica agens, hæc habet: *Quod ſi* (quis) *beata auferre deſiderat pignora, palliolum aliquod momentana* (al. ſtatera) *penſatum jacit intrinſecus, deinde vigilans ac jejunans devotiſſime deprecatur, ut devotioni ſuæ virtus Apoſtolica ſuffragetur. Mirum dictu, ſi fides hominis prævaluerit, a tumulo palliolum elevatum ita imbuitur divina virtute, ut multo amplius quam prius penſaverat, ponderet: & tunc ſcit, qui levaverit, cum ejus gratia ſumſiſſe quod petiit*. Huc etiam attinent, quæ in *Suggeſtione* altera Legatorum Germani & Joannis Epiſcoporum, nomine Juſtiniani Comitis ad Ormiſdam verba proſtant, nimirum: *Unde ſi & beatitudini veſtræ videtur, Sanctuaria* (ſunt brandea) *beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſecundum morem ei largiri præcipite; &, ſi fieri poteſt, ad ſecundam cataractam* (alteram intelligimus feneſtellam Sepulcri, ſeu Confeſſionis Beati Petri in Vaticano) *ipſa Sanctuaria deponere veſtrum eſt deliberare*. Sic apud Labb. Tom. 5. Concilior. ubi pag. 651. S. Ormiſda in epiſt. ad Juſtinianum hæc habet: *Beatiſſimorum vero Apoſtolorum Petri & Pauli Sanctuaria, ſicut religioſiſſimo quæſiſtis affectu per harum portitorem ſub omni veneratione tranſmiſimus; optantes orationibus eorum ut mentis veſtræ oblatio & deſideria grata ſint Divinitatis accepta*.

(*b*) Qui de aliquo patrato crimine ſuſpecti erant, jusjurandum de ſua conſcientiæ puritate apud S. Petri Confeſſionem dare compellebantur. Mos, de quo agimus, neminem latet, qui Eccleſiæ Romanæ hiſtoriam ſit edoctus. Honorii I. epiſtola ea de re paulo inferius legitur: nec prætereundum S. Leonis III. exemplum, qui, (præter Pelagium I.) uti narrant veteres Francorum Annales, ac ejus Biographus apud Anaſtaſium, in Vaticana Baſilica cum ambonem aſcendiſſet, coram Synodi Patribus, jusjurandum ſuper Euangelia dedit, ſicque a falſis, quibus impetebatur criminibus, ſeſe purgavit ea formula, quam apud Baron. anno Chriſti 800. licet excurrere.

(*c*) Vela in Eccleſiis ſuſpendi conſueviſſe, antiqua monumenta teſtantur. Hujuſce conſuetudinis præſertim in Vaticana Baſilica non raro occurrunt exempla apud Anaſtaſ. in Leone III. & Paſchali I.

(*a*) Eodem

Digitized by Google

me ex podagræ dolore, & pene deſperatum reperit, ſcripta veſtra mihi dare diſtulit; & poſt multum temporis quam vela ſuſcepta ſunt, dedit. Poſtmodum vero in ſcriptis Excellentiæ veſtræ invenimus, ut cum litania ad Beati Petri Eccleſiam portari debuiſſent. Quod ideo minime factum eſt, quia, ſicut prædixi, ante vela, quam ſcripta ſuſcepimus. Tamen prædictus vir cum omni familia domus veſtræ hoc fecit, quod facere nos cum Clero voluiſtis. Sed etſi voces defuerunt hominum, habet ipſa veſtra oblatio apud omnipotentem Dominum vocem ſuam. In ejus enim pietate confido, quia cujus vos corpus cooperuiſtis in Terra, ejus vos interceſſio a peccatis omnibus proteget in Cælo: omnemque domum veſtram ſua proviſione reget, & ſua vigilantia cuſtodiet &c.

Epiſtola xx. al. xxiv. Lib. 12. Indict. v.

Ad Arogem mittit epiſtolam de juvando Sabino Subdiacono in vehendis ad mare trabibus, queis Baſilicæ SS. Petri & Pauli opus habebant.

Gregorius Maurentio Magiſtro Militum.

PRopterea quod in Eccleſiis beatorum Petri & Pauli trabes ſunt neceſſariæ: omnino Savino Subdiacono injunximus, ut aliquantas de partibus Brutiorum incidere, & ad locum, unde huc per mare duci poſſint, trahere debeat. (a) Sed quoniam ſolus hoc facere non aſſurgit, Arogi ſcripſimus, ut homines, qui ſub eo ſunt, cum bobus ſuis, in ejus deputet ire ſolatiis: promittentes, quia dum res perfecta fuerit, dignum ei xenium tranſmittemus. Gloria ergo veſtra epiſtolam noſtram ad eum ſub urbana perſona ſtudeat ſub celeritate tranſmittere, quæ ei hoc quod ſcripſimus deferat, ut antedictus Subdiaconus voluntatem ipſius poſſit agnoſcere. Si vero navigii proſperitate inventa diſceſſerit, cuncta ei gloria veſtra per ſuas epiſtolas innoteſcat, ut ſciat quid agere debeat: ſed & nobis ſimiliter quæ acta fuerint, indicate.

Epiſtola xxi. al. xxv. Lib. 12. Indict. v.

Arogi Duci xenium ſpondet, ut Sabinum inciſas pro Eccleſiis SS. Petri & Pauli trabes ad mare trahentem juvari præcipiat.

Gregorius Arogi Duci.

QUia ſic de Gloria veſtra ſicut revera de filio noſtro confidimus, petere aliqua a vobis fiducialiter provocamur, arbitrantes, quod minime nos patiamini contriſtari, maxime in tali re, unde anima veſtra multum poterit adjuvari. Indicamus autem, propter Eccleſias Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli aliquantas nobis trabes neceſſarias eſſe: & ideo Savino Subdiacono noſtro injunximus de partibus Brutiorum aliquantas incidere, & uſque ad mare in locum aptum trahere debeat. Et quia in hac re ſolatiis indiget, ſalutantes Gloriam veſtram paterna caritate, petimus, ut actionariis veſtris, qui in illo loco ſunt, deputetis, ut homines, qui ſub eis ſunt, cum bobus ſuis in ejus tranſmittere debeant ſolatium; quatenus vobis concurrentibus, melius quod ei injunximus, poſſit perficere. Nos enim promittimus, quia dum res perfecta fuerit, dignum vobis xenium, quod non ſit injurioſum, tranſmittemus. Nam ſcimus nos conſiderare; & filiis noſtris, qui bonam voluntatem exhibent, reſpondere. Unde iterum petimus, Glorioſiſſime fili, ut ita facere debeatis, ut & nos vobis poſſimus eſſe, præſtito beneficio, debitores; & vos mercedem pro Sanctorum Eccleſiis habeatis.

HONO-

(a) Eodem pertinet epiſtola xxii., alias xxvi. ad Gregorium Expræfectum data; nec non alia ordine xxiii., alias xxvii. ad Stephanum Epiſcopum ſcripta. Utraque conſulenda.

(a) Se-

HONORIUS I.

Anno 625. die 27. Octobr. ordinatus eſt Summus Eccleſiæ Pontifex: ſedit annos 12. menſ. 11. dies 17. ac in Baſilica noſtra ſepultus anno 638. die 12. Octobris. (*a*)

Ut Hypatius Romam veniat, & apud S. Petri Confeſsionem ſacramento deleat criminis ſuſpicionem.

Honorius Joanni, Andreæ, Stephano, & Donato Epiſcopis per Epirum conſtitutis.

PRæſentium latores juxta Eccleſiaſticam Diſciplinam Pallium nos Hypatio Nicopolitanæ Eccleſiæ Diacono, quem in ſacris Ordinibus Epiſcopum ordinaſtis, petierunt votis ſupplicibus dirigendum. Et quia ejus perſona pendula nos dubietate ſollicitat, ne fortaſſis in nece Soterici præfatæ Civitatis Antiſtitis videatur eſſe commixta; præſentium portitoribus, quantum opinamur viſi ſumus reddidiſſe reſponſum; ut aſſumpto fatigio, cum præſertim tempora pacis patiantur, in has Romanas partes venire deproperet; ut jusjurandum in Confeſſione beati Petri Apoſtoli præbeat (*b*), quod nullo dolo vel machinatione a ſe conſtructa, aut aliis hæc machinantibus præbuit in his quoquo modo conſenſum: ut ab omni vitio dubietatis exempto poſſimus ſecundùm Eccleſiaſticum ordinem tribuere, quod rogamur. Nam dum prædictus Sotericus de quibuſdam capitulis fuiſſet ſuſpectus, in hanc Urbem deveniens ad beatum Petrum Apoſtolorum Principem de conſcientiæ ſuæ puritate præbuit nihilominus jusjurandum. Data Idus Decembres, Indictione XIV.

Apud Holſten. Collect. Vet. Monum. part. 1. pag. 248.

S. GREGORIUS II.

Anno 715. in Romanum Pontificem conſecratur; Sedet Annos 15. Menſes 8. Dies 21.; obit Anno 731.

Prædia ac Oliveta nonnulla enumerat eaque SS. Apoſtolis Petro & Paulo, ad eorum concinnanda ac paranda lumina (c), perpetuo addicit.

✠ DOminis ſanctis ac beatiſs Petro et Paulo Apoſtolorum Principibus, Gregorius indignus ſervus. Quotiens laudi veſtrae uſibus ſervitura quedam licet parba conquirimus veſtra vobis reddimus non noſtra largimur, ut haec agentes non ſimus elati de munere ſet de ſolutione ſecuri: Nam quid unquam ſine vobis noſtrum eſt, qui non poſſumus accepta reddere, niſi quia per vos iterum et ipſum hoc ut redderemus accepimus. Unde ego veſter ſervus reducens ad animum multum me vobis beati Apoſtoli Petre et Paule eſſe devitorem propter quod ab vveribus matris meae divinae Potentiae gratia protegente intro gremium Eccleſiae veſtrae aluiſtis, et ad incrementum per ſingulos gradus uſque ad ſummum apicem Sacerdotii licet inmeritum producere eſtis dignati; ideoque hoc privilegii munuſculum humili interim offerre devotione praevidi. Statuo enim, et a meis ſucceſſoribus ſervandum ſine aliqua refragatione conſtituo, ut loca vel praedia cum olibetis qui inferius deſcribuntur, quos pro concinnatione luminariorum veſtrorum a diverſis quibus detenebantur recolligens veſtra vobis dicavi inmutilata permanere ideſt in Patrimonio Appiae Maſs Victoriolas Olibetu in fund Rumelliano

(*a*) Sequuti ſumus hac in parte Franciſci Pagii ſupputationem, cui tamen Papebrochiana non conſonat, quæ ad diem 28. Decembris an. 626. Honorii Ordinationem rejicit.
(*b*) Conſulenda in hanc rem Epiſtola XVIII. lib. 7., quam ex S. Gregorio I. ſuperius exſcripſimus.
(*c*) Duodecimo Eccleſiæ Seculo, quo Scriptores duo Petrus Mallius, & Canonicus Romanus claruerunt, plurimæ in Baſilica Vaticana lampades quotidie lucebant. *Quoniam hæc beati Petri Baſilica omnium Eccleſiarum caput eſt & ſpeculum . . . de inſtitutione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in decorem & pulchritudinem hujus Sacroſanctæ Baſilicæ accenduntur quotidie centum quinquaginta lampades, &c.* Ita laudatus Romanus Canonicus in deſcript. vet. Baſ. Vatic. tit. 39. Conſule & Petrum Mallium apud Janning. tom. 7. Jun. Bolland. pag. 48. col. 2.

(*a*) Huc

melliano in integro Olibetu. in fund. Octabiano in integro Maſs Trabatiana Olibet. in fund. Burrejano ut ſp Olibet. in fund. Oppiano ut ſp Olibetu in fund. Iuliano in integro Olibet. in fund. Viviano ut ſup. Olibet. in fund. Cattia... v... Olibet. in fund. Solificiano ut ſp. Olibet. in fund. Palmis nt ſup. Olibet. in fund. Sagaris ut ... Olibet. in fund. Marano ut ſup. Olibet. in fund. Iuliano ut ſp. Olibet. in fund. Sarturiano ut ſp. Olibet. in fund. Caniano et Carbonaria ut ſup. Maſs Ceſariana Olibet. in fund. Florano ut ſup. Olibet. in fund. Priſciano et Graſſiano ut ſup. Olibet. in fund. Paſcurano ut ſp. Olibet. in fundo Variniano nt ſup. Olibet. in fund. Ceſariano ut ſp. Maſs Pontiana Olibet. in fund. Pootiano ut ſp. Olibet. in fund. Caſaromaniana ut ſp. Olibet. in fund. Tattiano ut ſp. Olibet. in fund. Caſaflorana ut ſp. Maſs Stejana Olibet. in fund. Berrano ut ſp. Olibet. in fund. Cacclano ut ſp. Olibet. in fund. Pootiano ut ſp. Olibet. in fund. Aquiliano ut ſp. Olibet. in fund. Stejano ut ſp. Olibet. in fund. Caſſis ut ſp. Maſs Tertiana Olibet. in fund. Camelliano et fund. Tortilliano ut ſp. Olibet. in fund. Caſacuculi ut ſp. Maſs Neviana Olibet. in fund. Arcipiano ut ſp. Olibet. in fuod Corelliano ut ſp. Olibet. in fund. Urſano ut ſuper. In Patrimonio Labicanens. Maſs Algiſia Olibet. qui eſt ad Tuſu juxta Anagnias in integro Olibet. qui eſt in Silbula, et modicas talias Catagemmulu Mag. milit. Olibet. inaplineas in integro Olibet. qui eſt in Claviano Olibet. quem tenet Franculus colonus in fundo Ordiniano in integro (a) Maſſa Pelagiana. Olivetum in fundo Caſamutis juxta Anagnias. Maſſa Pootiana. Olivetum in fundo Paciano. Olivetum in fundo Ricianis. Maſſa Ruſcellens. Olivetum juxta Signias in fundo Perpiniano, in integro. Maſſa Hecteriana. Olivetum in fundo Raſiniano. Olivetum in fundo Cornatiano. Maſſa Fiſtis. Olivetum ibidem. Olivetum in Maſſa Silanis, in fundo Siliano, cum ſactorio ſuo in integro, cata Petrum Veſtararium. In Patrimonio Tyburtino. Maſſa Alliana. Olivetum in fundo Caſa Simiana, in Vico Baſsiano, quod tenuere heredes Sergii Scriniarii. Olivetum in fundo Junianello, quod Symeon Abbas ..... Maſſa Pollonis. Olivetum in fundo Jana, & Prandearia. Maſſa Coroutis. Olivetum in fundo Plautiano &c. Olivetum in fundo Statiano, quod teouit Claudius nepos Demetrii. Olivetum in fundo Sutrio. Olivetum in fundo Sancto, quod tenet Sergius gener Petri. Olivetum in fundo Sacroſancto, quod tenet familia &c. Olivetum io fundo paterno, quod tenet familia &c. Si quis autem temerario auſu infringere præſumſerit &c. Datum Idibus Novembris. Imperante Piiſsimo Leone (b).

Laciniæ ex Epiſtola ad Leonem Iſaurum data. (c)

Imperatorum Literas in limine Confeſſionis beati Petri ſervatas admonet, Sacrarum imaginum cultum, ejus præſertim, quæ ipſum Apoſtolorum Principem referebat, ſtrenue tuetur.

Literas veſtræ a Deo cuſtoditæ Majeſtatis ac Fraternitatis per Auguſtalem Spatharocandidatum (d) miſſas accepimus, imperante te indictiooe quartadecima; ipſius etiam 14. & 15. & 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. indictionum acceptas epiſto-

(a) Huc uſque protenditur marmorea Tabula, ad lævam Porticus Vaticanæ Baſilicæ partem parieti adfixa, ex qua ſplendidum hocce, ac vetuſtiſſimum monumentum exſcripſimos. Illud typis mandarunt Angelus Rocca, Franciſcus Blanchinus, aliique complures; placuit tamen omnimoda ac veluti ſuperſtitioſa quadam adhibita diligentia, illud cum ſua Tabula iteratò conferre, atque huic Bullarum Collectioni attexendum curare.

(a) Quæ ſequuntur verba ad finem uſque, ex Bibliothecæ Vaticanæ Ms. num. 6757., quod Baſilicæ S. Petri complectitur deſcriptionem Can. Romaoo tributam, ſupplevimus. Floruit author Seculo Eccleſiæ XII.; Codex XIV. Eccleſiæ Seculo exaratus videtur. Fateri ergo oportet Tabulam marmoream, quæ ex veteri Baſilica in novam tranſlata, hodie viſitur, integram non eſſe; ejus ſcilicet non modica parte aut deperdita, aut in fruſta diſciſſa.

(b) Poſtrema hæc Gregorianæ Conſtitutionis verba ipſum Conſtitutionis authorem ſatis aperte demonſtrant. Sub Leone Imperatore prodiit Pontificium Diploma: aut ergo S. Gregorio II., aut S. Gregorio III. illud adſcribendum omnino: qoandoquidem Leo Iſaurus Imperator nedum ſub Gregorio II., ſed & ſub Gregorio hujus nominis III. ejus Succeſſore aliquos egit annos; quod indubium eſt ex literis ejuſdem Gregorij III. apud Labbeum tom. S. Concilior. col. 208., ad Boniſacium Archiepiſcopum datis 4. Kal. Novembris *Domno piiſsimo Auguſto Leone Imperij ejus Anno XXIII.* Falluntur ergo quotqoot S. Gregorium I. hujuſce Privilegij authorem nobis obtrudunt; non enim ullo pacto componi poſſunt Leonis Imperium, ac Magni Gregorij Pontificatus. Cur vero nos Gregorij II. potius quam III. nomine Conſtitutionem inſcripſerimus, illud in cauſſa fuit, quod illius author ſe a matris *uveribus*, hoc eſt uberibus, v pro b promiſcue uſurpatis, in Romana Eccleſia enutritum, atque educatum affirmet; id enim Gregorio III. natione Syro neutiquam aptari licet; maxime vero quadrat S. Gregorio II., qui, ut in libro Pontificali apud Anaſtaſ. legimus, *a parva ætate in Patriarchio nutritus fuit*, et *dimiſit .... ad luminaria beati Petri Apoſtoli ſolidos mille*.

(c) Hanc in Græcum tranſlatam Fronto Ducæus latinitati reſtituit, ac Baron. to. 9. ad an. 726. Eccleſiæ Annalibus inſeruit.

(d) Nempe Spatharii ſimul & Candidati munere obeuntem. Spatharius enſem Domini deferebat; Candidatus vero dignitas fuit Palatina æque ac militaris. Ita Cangius V. Spatharius, & Spatharocandidatus.

(a) Ne

epiſtolas tuas, in Sancta Eccleſia repoſitas in limine Confeſſionis (*a*) ſancti & glorioſi, ac Principis Apoſtolorum Petri diligenter ſervamus, ubi & Chriſti amantium Prædeceſſorum tuorum, qui pie imperarunt, ſunt literæ ... Novit caritas Chriſti, quando Templum Sancti Principis Apoſtolorum Petri ingredimur, & Sancti pictam Imaginem contemplamur, compunctione percellimur, & inſtar imbris pluente Cælo lacrimæ noſtræ funduntur. Chriſtus viſum cæcis reſtituit; tu eos, qui recte videbant, excæcaſti, & obſtaculo illis fuiſti; tametſi pro nihilo iſtud habes, & imperitos reddidiſti, rectumque hominum curſum interrupiſti, ac precibus ipſos privaſti, & vigiliarum loco atque aſſiduitatis & ſtudii erga Deum in ſomnum & dormitationem, & incuriam humiles populos devolviſti &c..... Nos ipſi cum Eccleſiam ingredimur, & miraculorum Domini Jeſu Chriſti picturas contemplamur, & Sanctæ Matris ejus Dominum Deumque noſtrum lactantem in ulnis habentis, Angeloſque circumſtantes, ac ter ſanctum hymnum canentes; non ſine compunctione regredimur. Ecquis enim non compungitur, & luget ſimiliter (intuens) & vaſa lavacri & Sacerdotes in orbem circumſtantes, & myſticam cœnam & cæcorum illuminationem, & Lazari exſuſcitationem & leproſi ac paralytici curationem, recubitus in herba, cophinos, ſportas & reliquias, montis Tabor Transfigurationem, Crucifixionem Chriſti, ſepulturam ejus & Reſurrectionem, ſanctam Aſcenſionem, & Spiritus Sancti deſcenſum? Quis picturam Abrahæ cernens, & gladium pueri cervicibus imminentem, non compungitur & collacrimatur? & in univerſum omnes Domini paſſiones? (*b*) ... At enim nos perterrefacis, aiſque; Romam mittam, & Imaginem S. Petri confringam (*c*) .... Atque utinam Dei munere nobis contingat, ut per Martini viam incedamus, tametſi ob plebis utilitatem vivere volumus & ſupervivere, quandoquidem Occidens univerſus ad humilitatem noſtram convertit oculos; ac licet tales non ſimus nos, illi tamen magnopere nobis confidunt, & in eum, cujus denuntias te Imaginem everſurum atque deleturum, ſancti ſcilicet Petri, quem omnia Occidentis Regna velut Deum terreſtrem habent. Quod ſi hoc velis experiri, plane parati ſunt Occidentales ulciſci etiam Orientales, quos injuriis affeciſti. Verumtamen per Deum te obſecramus, a juvenilibus ac puerilibus factis avertere. Scis Romam ulciſci imperium tuum non poſſe, niſi forte ſolam Urbem propter adjacens illi mare ac navigia. Ut enim ante diximus, ſi ad quatuor & viginti ſtadia Roma fuerit egreſſus Papa, nihil tuas minas extimeſcit. Unum eſt, quod nos male habet, quod agreſtes & barbari manſueti fiant, & tu manſuetus contra agreſtis & ferus. Totus Occidens S. Principi Apoſtolorum fidei fructus offert. Quod ſi quoſpiam ad evertendam Imaginem miſeris S. Petri, vide, proteſtamur tibi, innocentes ſumus a ſanguine, quem ſuſuri ſunt; verum in cervices tuas, & in caput tuum iſta recident &c.

S. GRE-

(*a*) Nedum Imperatorum epiſtolas, ſed & eas, quas Romani Pontifices, aliique Epiſcopi emittebant Fidei profeſſiones, ad Piſcatoris Tumulum locatas fuiſſe, vetera monumenta declarant. Secundam Fidei profeſſionem, in Libro Diurno Roman. Pontificum tit. 9. excurrendam, mox electus & conſecratus in Summum Antiſtitem ſic abſolvebat: *Ut ſinceritas perfectæ noſtræ Fidei, veſtræ caritati manifeſtius clareat, præſentem noſtræ profeſſionis paginam per Ill. Notarium ſcriptam cum noſtræ manus ſubſcriptione coram omnibus relectam in Confeſſione Beati Petri Apoſtolorum Principis depoſuimus &c.*

Ill. gratia Dei Epiſcopus Sanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ Urbis Romæ huic Profeſſioni rectæ & orthodoxæ Fidei, ſicut ſuperius legitur, ſubſcripſi, eamque ad Corpus tuum, beate Petre Apoſtole obtuli conſolidandam. S. Leo II. ſubſcribenda mittens ad Hiſpaniæ Epiſcopos Decreta Synodi VI., *Dum veſtrarum*, inquit, *ſubſcriptionum paginas .... ſuſcepimus, has apud B. Petri Apoſtolorum Principis Confeſſionem deponemus &c.* Hæc nimirum habebatur veluti Romanæ Fidei Arca, quidquid eidem Fidei minus conſonum eſſet, reſpuens omnino: Quam etenim Felix Archiep. Ravenn. miſerat non legitimam Fidei profeſſionem, *per Pontificem in Sacratiſſima Confeſſione poſitam poſt non multos dies* (in) *terra quaſi igne combuſtam, repertam fuiſſe*, teſtatur Conſtantini Papæ Biographus apud Anaſtaſ. Quid igitur memorem, Epiſcopos ordinationi Romani Pontificis ſubjectos, peculiarem Indiculum ſive Inſtrumentum, ubi ſuam Apoſtolicæ Sedi fidem obligabant, ad Piſcatoris Tumbam deponere conſueviſſe, uti docent duo Indiculi, alter S. Bonifacii Epiſc. Mogunt., alter Epiſcopi de Langobardia in laud. Diurno Rom. Pont. tit. 8. relati?

(*b*) Quas hic Gregorius recenſet, ſacræ Imagines teſſellato opere olim depictæ viſebantur in eo veteris Baſilicæ Vaticanæ Sacello, quod in Deiparæ honorem Joannes VII. extrui curavit. Cui minus explorata res eſt, adeat, præter alios, Severan. Lib. de 7. Urb. Eccl. pag. 70. & ſeq. Conrad. Janning. tom. 7. Jun. Bolland. præcipue vero Joann. Ciampin. qui memoratas picturas tabulis inciſas exhibet Lib. de Sacr. Ædific. cap. 4. ſect. 9. n. 114.

(*c*) Complures doctiſſimi Viri hoc in loco innui putant æneum beati Petri in Vaticana Baſilica Simulacrum Fidelium veneratione, & paralytici hominis, qui anno æræ Chriſtianæ 1725. incolumitati reſtitutus eſt, prodigio conſpicuum. Sacræ vetuſtatis monumentum Franc. Maria Turrigius in Libro, cui titulus; Li Sacri Trofei Romani pag. 149. aliquantum illuſtravit.

S. GREGORIUS III.

S. Gregorius III. anno Chriſti 731. menſe Martio in Romanum Antiſtitem conſecratus, ſedet in Pontificatu annos 10. menſes 8. ac dies aliquot, apud S. Petrum tumulatur die 28. Novembris anno 741.

Fragmenta ex Epiſtola ad Carolum Martellum, Majorem-domus Regiæ Franciæ (*a*).

Langobardorum in Eccleſiam vexationes Carolo enuntiat, eique mittit Claves Confeſſionis Beati Petri, per quas obteſtatur, ut ſuppetias ferat.

Domino Excellentiſſimo filio Carolo Subregulo Gregorius Papa.

NImia fluctuamus tribulatione, & lacrimæ die noctuque ab oculis noſtris non deficiunt, quando conſpicimus quotidie & undique Eccleſiam Sanctam Dei a ſuis, in quibus ſpes erat vindicandi, deſtitui filiis. Propterea coartati dolore in gemitu & luctu conſiſtimus, dum cernimus id quod modicum remanſerat præterito anno pro ſubſidio & alimento pauperum Chriſti, ſeu luminarium concinnatione, in partibus Ravennatum, nunc gladio & igne cuncta confumi a Luitprando & Hilprando Regibus Longobardorum. Sed in iſtis partibus Romanis mittentes plures exercitus ſimilia nobis fecerunt, & faciunt, & omnes ſcalas S. Petri deſtruxerunt; & peculia, quæ remanſerant, abſtulerunt .... Conjuro te per Deum vivum & verum, & per ipſas Sacratiſſimas Claves Confeſſionis (*b*) Beati Petri, quas Vobis ad Regnum direximus, ut non præponas amicitias Longobardorum amori Principis Apoſtolorum; ſed velocius ſub nimia feſtinatione ſentiamus poſt Deum tuam conſolationem ad noſtram defenſionem .... Petimus bonitatem tuam, coram Deo teſte & judice, ut nimis feſtinanter lenias dolores, & lætabunda nobis celeriter mittas nuncia, ut læto affecti animo die noctuque pro te tuiſque fidelibus coram Sacris Sanctorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli Confeſſionibus Domino fundamus preces.

Ad Carolum Martellum, Majorem-Domus Regiæ Francorum. (*c*)

Quæ præſertim in S. Petri Baſilicam Langobardi patrarunt facinora exponit, iterumque auxilium poſcit.

Domino Excellentiſſimo filio Carolo Subregulo Gregorius Papa.

OB nimium dolorem cordis & lacrimas, iterata vice tuæ Excellentiæ neceſſarium duximus ſcribendum, confidentes te eſſe amatorem filium Beati Petri Principis Apoſtolorum & noſtrum; & quod pro ejus reverentia noſtris obedias mandatis ad defendendam Dei Eccleſiam, & peculiarem populum, qui jam perſecutionem & oppreſſionem gentis Longobardorum ſufferre non poſſumus. Omnia enim luminaria (*d*) ad honorem ipſius Principis Apoſtolorum, & quæ a veſtris parentibus vel a vobis oblata ſunt, ipſi abſtulerunt. Et quoniam ad te poſt Deum confugium facimus, propterea ipſi Longobardi in opprobrium habent & opprimunt. Unde & Eccleſia S. Petri denudata

(*a*) Integer epiſtolæ contextus exſcribitur a Gretſero in Cod. Epiſtolar. Romanor. Pontific. & a Labbeo tom. 8. Concil. col. 205. & ſeq.

(*b*) Maxima ſane cunctorum plane Fidelium ac Principum in Sacratiorem Locum religio. Si quid grave, ad Romanam Eccleſiam & Fidem Catholicam ſpectans, Summi Antiſtites molirentur, id certe ſub D. Petri auſpiciis, & plerumque ad ejus Confeſſionem factitabant. Mentem ſubit, quod S. Gelaſius Pontifex epiſt. 2. ad Dardanos his verbis enarrat: *Papa Hilarus Anthemium Imperatorem, cum Philotheus Macedonianus ejus familiaritate ſuffultus, diverſarum conciliabula nova ſectarum in Urbem vellet inducere, apud beatum Petrum Apoſtolum palam ne id fieret clara voce conſtrinxit in tantum, ut non ea facienda cum interpoſitione juramenti idem promitteret Imperator.* Ap. Labb. to. 5. Concil. col. 334.

(*c*) Proſtat hæc epiſtola apud Gretſerum & Labbeum paulo ſuperius laudatos.

(*d*) De his legendum Gregorii II. Privilegium pag. 7. & ſeq. relatum.

(*a*) Rem

data eſt (*a*), & in nimiam deſolationem redacta. Tamen omnes noſtros dolores ſubtilius in ore poſuimus præſenti portatori tuo fideli, quos in auribus tuæ Excellentiæ ſuggerere debeat. Tu autem, fili, habeas cum ipſo Principe Apoſtolorum, hic & in futura vita coram omnipotente Deo noſtro, ſicut pro ejus Eccleſia, & noſtra defenſione diſpoſueris & decertaveris ſub omni velocitate, ut cognoſcant omnes gentes tuam fidem & puritatem, atque amorem, quem habes erga Principem Apoſtolorum Beatum Petrum, & nos, ejuſque peculiarem populum, zelando & defendendo. Ex hoc enim tibi poteris immortalem & æternam vitam acquirere.

S. ZACHARIAS.

S. Zacharias conſecratur Summus Pontifex menſe Novembris anno 741. Poſtquam Eccleſiam gubernavit annos 10. menſes 3. dies 14. obiit in Domino anno 752. menſe Martio.

Conſtituit (b), ut Epiſcopi ad SS. Petri & Pauli Apoſtolorum Limina ſtatis temporibus accedant.

JUxta Sanctorum Patrum, & Canonum ſtatuta, omnes Epiſcopi, qui hujus Apoſtolicæ Sedis ordinationi ſubjacebunt, qui propinqui ſunt annue Idibus menſis Maji * Sanctorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli Liminibus (*c*) præſententur (*d*), omni occaſione ſepoſita: qui vero de longinquo, juxta Chirographum (*e*) ſuum impleant: Nam qui hujus Conſtitutionis contemtor extiterit, præterquam ſi ægritudine valida fuerit detentus, ſciat ſe Canonibus ſubjacere.

* In Decret. Diſt. 93. circa Idus Maji.

STEPHA-

(*a*) Rem enarrat Baronius ad an. Chr. 739.

Prolatis Gregorii III. Literis, non ab re fore cenſemus, ſi ejuſdem Pontificis Conſtitutum ſubjiciamus, quod prorſus ad Vaticanam S. Petri Baſilicam attinet, ejuſque narrationem apud Anaſtaſium Biblioth. legimus in hunc modum: *Hic* (S. Gregorius III.) *fecit Oratorium intra eamdem Baſilicam* (S. Petri) *juxta arcum principalem, parte virorum, in quo recondidit in honorem Salvatoris, Sanctæque ejus Genitricis Reliquias, Sanctorumque Apoſtolorum, vel omnium Sanctorum Martyrum, atque Confeſſorum, perfectorumque Juſtorum toto in Orbe terrarum requieſcentium. Quorum feſta Vigiliarum a Monachis trium Monaſteriorum* (hi alibi vocantur Monachi Canonici) *illic ſervientium quotidie per ordinem exiſtentium; atque Natalitiorum Miſſas in eodem loco celebrare inſtituens, in canone Miſſæ hoc adjecit ita a Sacerdote dicendum:* Quorum ſolemnitas hodie in conſpectu tuæ Majeſtatis celebratur Domine Deus noſter in toto orbe terrarum. *Quam inſtitutionem in eodem Oratorio tabulis lapideis conſcribere fecit.* Mox recenſentur dona a Summo Antiſtite eidem Sacello oblata: demum narratio ita abſolvitur: *Et hoc conſtituit, ut ſecundum Conſtitutum, quod a Collegio Sacerdotum coram Sacro Corpore B. Petri factum eſt pro celebrandis Solemniis Vigiliarum atque Miſſarum Domini Jeſu Chriſti, Sanctæque ejus Genitricis, Sanctorumque Apoſtolorum, vel omnium Sanctorum Martyrum, ac Confeſſorum, perfectorumque Juſtorum toto Orbe terrarum requieſcentium, ut in Oratorio nomini eorum dedicato intra Eccleſiam B. Petri Apoſtoli ſub arcu principali a Monachis Vigiliæ celebrarentur, & a Presbyteris Hebdomadariis Miſſarum Solemnia.* De prædicto Oratorio agunt Canonicus Romanus tit. 6. Tiber. Alpharanus, Panvinius, & alii plures, qui Vaticanam S. Petri Baſilicam commentariis ſuis illuſtrarunt.

(*b*) Conſtitutionem hanc a S. Pontifice in Concilio Romano editam an. 743. can. 4. ut videre eſt tom. 8. Concil. Labbei, aſſuit Gratianus in Decreto diſt. 93. In eo tamen Criticis peritioribus diſplicet, quod illam & Anacleto Pontifici adſcribat.

(*c*) Sacras ædes a Majoribus noſtris ſæpe ſæpius *Limina* appellatas fuiſſe, ſatis evincunt vetera documenta a Baron. relata in Martyrol. Rom. die 18. Novembr. not. a: quibus addere fas eſt Alcuini epiſtolam 14. ap. Mabill. to. 4. Analect. excurrendam. Peculiari tamen reverentia, ac religioſa quadam obſervantia erga S. Petri, Sociique ejus Pauli Baſilicas factum eſt, ut eæ *Limina Apoſtolorum* dicerentur. Id etenim apud veteres, quemadmodum loco mox laudato Baron. demonſtrat, in more poſitum fuit, ut Sacra Templa adeuntes, ante ingreſſum, ad limina procumberent, poſtes deoſcularentur, preceſque funderent. De Vaticana Baſilica loquitur Sidonius Apollinaris dum lib. 1. ep. 5. ad Heronium hæc habet: *Ubi priuſquam vel pomæria* (quo tempore hæc ſcribebat Sidonius, S. Petri Baſilica ſita erat extra Urbis mœnia) *contingerem, Triumphalibus Apoſtolorum Liminibus affuſus, omnem protinus ſenſi membris male fortibus exploſum eſſe languorem.*

(*d*) Vel tum a vetuſtiſſimis temporibus illud in moribus fuiſſe, ut Epiſcopi Sacra Apoſtolorum Limina inviſerent, trita res eſt. Conſulendus Lib. 2. Epiſtolar. Decretal. tit. 24. de Jurejurando cap. 4., ac Pontifical. Roman. de Conſecrat. Epiſcop. nec non S. Gregorii VII. Literæ inferius adducendæ.

(*e*) Chyrographus iſte in Diurno Romanorum Pontificum tit. 7. *Cautio* nominatur, nempe inſtrumentum, quo Epiſcopus fidem ſuam obligabat ad ea, quæ pollicebatur, explenda. Horum alterum erat hujuſmodi: *Promitto, me etiam ad Natalem Apoſtolorum, ſi nulla neceſſitas impedierit, annis ſingulis occurſurum.* Conferantur, ſi libet, binæ Gregorij M. epiſtolæ, nimirum 36. & 72. Lib. 1. quarum fragmenta dedimus pag. 4.

Noſtra intereſt aliud meminiſſe S. Zachariæ Conſtitutum, de quo ejus Biographus apud Anaſtaſium ſic habet: *Hic viginti auri libras pro emendo oleo annue, ut de lucro eorum in luminaribus Apoſtolicis proficiat, inſtituit: Et Conſtitutum ſub anathematis vinculo obligavit.*

STEPHANUS II.

Stephanus II. Conſecratur Pontifex anno 752. menſe Martio, ſedet annos 5. & dies 29. moritur anno 757. menſe Aprili.

Hoſpitale ad S. Petri Baſilicam ſpectans, & domum juris Monaſterii S. Stephani certis quibuſdam legibus Fulrado concedit.

Stephanus Epiſcopus Servus Servorum Dei Fulrado (a) amabili Presbytero & Abbati.

PEtentium deſideriis ita nos convenit impertire aſſenſum, ut tamen ſequentibus temporibus nullis Eccleſiaſtica utilitas valeat ſubmitti diſpendiis. Nam tunc petitorum poſtulatio congruum videtur ſuſcipere effectum, quando Eccleſiaſtica prædia congrue ordinata ad meliorem fuerint ſine dubio ſtatum perducta. Igitur quia petiſtis a nobis, quatenus Hoſpitale poſitum infra Baſilicam Beati Petri, juxta (b) ſepulcrum Beati Leonis Papæ, quod tenuit Ratchis Monachus, juris ipſius Baſilicæ Beati Petri; nec non & domum poſitam juxta (c) Monaſterium Beati Martini cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, cum metatu ſuo (d), & horticello, quam tenuit Nazarius Monachus, juris venerabilis (e) Monaſterii S. Stephani cata Galla patricia, vobis ad tempus emiſſa præceptione concedere deberemus; inclinati precibus veſtris, per hujus præcepti ſeriem ſupraſcriptum Hoſpitale & domum poſitam cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, vel omnibus in integro pertinentibus, a præſenti decima indictione, diebus vitæ veſtræ vobis concedimus detinendum. Poſt vero obitum veſtrum, utrumque, Hoſpitale & domus, ut ſuperius legitur, ad jus ſupraſcriptorum piorum locorum, cujus & eſt proprietas, in integro nihilominus revertantur. Bene valete. *Tom. 8. Conc. Labb. colum. 394.*

S. PAULUS I.

Sanctus Paulus hujus nominis Primus anno æræ Chriſtianæ 757. menſe Maji conſecratus eſt Romanus Pontifex. Sedit annos decem, & menſem unum, defunctus anno 767. menſ. Jun.

Fragmentum Epiſtolæ ad Pippinum Regem.

De Sacra Menſa Stephano Papæ ab eodem Rege dono miſſa, ad Beati Petri Confeſſionem oblata, & ab ipſo Paulo conſecrata, addito anathemate in eum, qui prædictam Menſam a S. Petri Eccleſia alienare auſus eſſet.

Domino Excellentiſſimo Filio, & noſtro Spiritali Compatri Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa.

CUM maximo honorificentiæ conatu, & dilectionis affectu, quas præclara Excellentia veſtra miſit literas, ferentibus Andrea, & Gunderico ſolertiſſimis viris, Chriſtianitatis veſtræ miſſis, acceptantes ſuſcepimus: (*Et poſt alia*) Interea præcellentiſſime, ac benigniſſime Rex, Chriſtianiſſime Fili, & Spiritalis Compater, ſuſcepimus *Tom. 8. Conc. Labb. colum. 438.*

(a) Fulradus, cui Stephanus Papa relatum ſcripſit Diploma, fuit Abbas Monaſterii S. Dionyſii in Galliis, uti conſtat ex aliis ejuſdem Pontificis literis apud Labbeum tom. 8. Conciliorum pag. 394.

(b) Stephani II. ætate, ad occidentalem veteris Baſilicæ plagam proſtabat S. Leonis Sepulcrum, in Alpharani tab. deſignatum num. 14.

(c) De ipſo dicemus infra, ad Bullam S. Leonis IV.

(d) *Metatus*, Cangio teſte in Gloſſario, univerſum domus, ejuſque adjacentium ambitum deſignat; nec alia profecto eſſe poteſt hujuſce quam tractamus vocis, ſignificatio.

(e) De hoc Monaſterio opportunior infra redibit ſermo in adnotationibus ad Bullam S. Leonis IX. Dat. 9. Kal. April. Pontif. An. V.

(a) Locus

ſcepimus & Menſam illam, quam olim Sanctæ recordationis domno & germano noſtro beatiſſimo Stephano Papæ, & per eum Beato Petro Apoſtolo obtuliſtis. Quam & cum hymnis & canticis ſpiritalibus, litaniæ laudes ſolemniter Deo referentes, infra aulam ipſius Principis Apoſtolorum introduximus; quamque veſtri miſſi in Sacram Confeſſionem (a) ſuper corpus ſcilicet ejuſdem Cælorum Janitoris ex veſtri perſona obtulerunt. Quam & chriſmate unctionis ſanctificantes, & ſacram oblationem ſuper eam imponentes, ſacrificium laudis Deo omnipotenti pro æterna animæ veſtræ remuneratione, & regni ſtabilitate obtulimus: decernentes Apoſtolica cenſura ſub anathematis interpoſitione, nulli unquam licere eam ab Eccleſia beati Petri alienare. Et ecce memoriale veſtrum in eadem Apoſtolica Aula fulgens permanet in æternum: cujus remunerationem vos credite a juſto retributore Domino Deo, & beato Apoſtolorum Principe Petro in cæleſtibus regnis adepturum, &c.

HADRIANUS I.

Hadrianus Primus anno 772. v. Idus Februarii ad Beati Petri Cathedram evectus, ſedit annos 23. menſes 10. dies 17. deceſſit viii. Idus Januarii anno 795.

Ut inſtauretur Eccleſia, trabes petit una cum lignis ad innovandam Vaticanæ Baſilicæ concamerationem idoneis.

Domno (b) Excellentiſſimo filio Carolo Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa.

* Oddo.

DIrectus a veſtigio regalis Excellentiæ veſtræ * Ado, Deo amabilis Diaconus, noſter veſterque fidelis, multa nobis conſueta, quæ erga nos & Beatum Petrum Apoſtolorum Principem geritis, retulit, quatenus omnipotenti Deo, & ejuſdem Apoſtolo gratias egimus, indeſinenter orantes pro veſtra ſoſpitate atque ampla victoria. Porro, dilectiſſime atque Excellentiſſime Fili, ſicut direxiſtis nobis noſtram petitionem adimpleri pro trabibus ad reſtaurationem Sanctæ Eccleſiæ, poſcimus veſtram a Deo promotam Excellentiam, ut Kalendis Auguſti hic ad Limina Beati Petri fautoris veſtri, ſi fieri poteſt, paratæ inveniantur, ut exinde ſempiterna memoria veſtra, & hic & in futuro permaneat. De Camarado (c) autem, quod eſt hypochartoſa, ad renovandum in Baſilica Beati Petri Apoſtoli, nutritoris veſtri, prius nobis unum dirigite Magiſtrum, qui conſiderare debeat ipſum lignamen, quod ibidem neceſſe fuerit, ut ſicut antiquitus fuit, ita valeat renovari. Et tunc per veſtræ Regalis Præcellentiæ juſſionem dirigatur ipſe Magiſter in partibus Spoleti, & demandationem ibidem de ipſo faciat lignamine, quod in prædicto hypochartoſin, hoc eſt camarado, neceſſe fuerit; quia in noſtris finibus tale lignamen minime reperitur. Et pro hoc Sanctiſſimus frater noſter Vvulcharius Archiepiſcopus, nunc minime fatigetur venire, dum ipſum lignamen per ſemetipſum ſiccetur, quia dum viride eſt, non audemus exinde opera qualiacumque facere, &c.

Preces

(a) Locus in quo Martyris cujuſpiam corpus, aut Reliquiæ aſſervantur, apud Eccleſiaſticos Scriptores Latinos uſu obtinuit, ut *Confeſſio*, ſive, ut ajunt Græci, *Martyrion* diceretur. Hinc ratio in promptu eſt, cur & Confeſſionis vocabulo, & Martyrii nomine, quod apud S. Athanaſium legimus in Arianor. Hiſt. ad Monachos num. 35. & 36., inprimis deſignatum fuerit Beati Petri Sepulcrum. Aliam hujuſce appellationis cauſſam ex Octavæ Synodi CP. actione 4. affert Panvinius, nimirum, quod nullus peregrinus in S. Petri Baſilicam admitteretur, niſi prius fidei ſuæ libellum edidiſſet. Veterem hanc Romanæ Eccleſiæ diſciplinam non obſcure deducimus ex Optati Milevit. lib. 2. ubi Macrobium Donatiſtam in Urbe degentem, quaſi Schiſmaticum eo nomine indigitat, quod ad Apoſtolorum Principis Memoriam non accederet: ac paucis interjectis; *Ecce*, inquit, *præſentes ſunt ibi* (Romæ) *duorum Memoriæ Apoſtolorum*, (nempe S. Petri, Sociique ejus Pauli Sacræ Ædes) *Dicite ſi ad has ingredi potuit* (Macrobius) *ita ut obtulerit* (rem divinam fecerit) *illic ubi Sanctorum Memorias eſſe conſtat*. Prænarrata Onufr. Panvinii conjectura minus arridet Jo. Mabillonio cap. 20. Comment. in Ord. Rom. Ea tamen prorſus rejicienda non eſt, modo ſcrupuloſa quadam interpretatione ingreſſum peregrinorum in Vaticanam Baſilicam non intelligamus. Silentio præterimus aliorum ſententiam, qui D. Petri *Confeſſionem* ſic denominatam volunt, quod ibi Apoſtolorum Princeps Evangelicam Veritatem Chriſtianamque Fidem, publica Confeſſione ac martyrio aſſeruerit, & confirmaverit.

(b) Epiſtolam hanc ordine 61. exhibet Codex Carolinus, quem Gretſerus, & Ducheſnius Annal. Franc. tom. 3. publica luce donarunt.

(c) Camaradum, ſive Camaratum, & apud Græcos *Hypochartoſis* deſignant operimentum ſeu tectorium aut cruſtam, qua parietes & cameræ liniuntur, teguntur que. Ita Cangius V. *Camaradum*; ubi allatis hujuſce epiſtolæ verbis, ait, *Camaradum & Hypochartoſin* hoc loco accipi pro ipſo ligneo fornice & ipſa concameratione. Plura ſcire cupiens, eumdem auctorem adeat.

(a) In

Preces ad Beati Petri Confeſſionem Deo effuſas, enuntiat; promiſſa ibidem facta memorat.

Domno excellentiſſimo filio Carolo Regi Francorum, & Langobardorum atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa (a).

MElliſluæ & a Deo protectæ tuæ Excellentiæ, benigniſſime Fili, honorabiles ſuſcepimus Syllabas, quibus & cum nimio amore liquidò informati ſumus. Sed omnipotens, clemens, & miſericors Deus, in cujus manu eor Excellentiæ tuæ, bone & Deo imitabilis fili, regitur; corroboret cor & mentem tuam, & brachium ſuæ potentiæ tibi extendat. Nos quidem die noctuque nunquam deſiſtimus, cum Sacerdotibus, cunctoque Chriſtiano Populo, in Confeſſione Beati Petri Principis Apoſtolorum ſuppliciter (b) exorare, ut una cum excellentiſſima filia noſtra Regina, & præcellentiſſima veſtra nobiliſſima Prole, victorem te ſuper omnes barbaras nationes faciat; quatenus omnes ſub tuo brachio humiliati, veſtigia pedum tuorum prorſus oſculentur, & Eccleſia Dei a veſtra a Deo inſtituta regali potentia * nimirum exaltetur. Nunquam enim credimus, quod ſemel (c) pollicitus es ſuper venerabile Corpus Beati Petri Clavigeri Regni Cælorum, ut quælibet falſa poteſtas, ſeu principatus poterit tuam firmiſſimam Excellentiam ſegregare a caritate & amore, quem a cunabulis tuis Beato Petro Principi Apoſtolorum habuiſti; ſed in ea fide & dilectione, ſimulque & promiſſione te confidimus permanere, in qua & nos firmi & ſtabiles, quod facie ad faciem polliciti ſumus, Domino præſidiante, & Beato Petro Principe Apoſtolorum mediante uſque in finem manemus. Unde omnipotens, pius & miſericors Deus longo ac proſpero ſenio, una cum præcellentiſſima filia noſtra Regina, & nobiliſſima Sobole regni gubernacula faciat perfrui, & vitam æternam vobis tribuat poſſidendam. Incolumem Excellentiam veſtram Gratia ſuperna cuſtodiat.

* *ſ.* nimium.

Ad inſtaurandum Baſilicæ Vaticanæ tectum, quod promiſſum fuerat ſtannum poſtulat.

Domno excellentiſſimo filio, noſtroque Spiritali compatri Carolo Regi Francorum & Langobardorum atque Patricio Romanorum, Adrianus Papa (d).

SÆpe veſtræ a Deo protectæ regali potentiæ poſcentes direximus, ut pro mercede animæ veſtræ trabes majores ad Eccleſias Dei reſtaurandas per veſtrum regale præſidium emittere juberetis, & nullum ab illis, quibus præceptum eſt, ſuſcepimus effectum &c. ...... Simili modo & hoc recordari credimus veſtram a Deo promotam Præcellentiam, qualiter pro amore Beati Petri Clavigeri regni Cælorum & ejuſdem Eccleſiæ reſtaurationis, pro ipſius aulæ tecto veſtra Excellentia nobis eſt pollicita dirigere ſtanni libras mille. Simili modo & Itherius veſter fideliſſimus, per veſtrum eximium diſpoſitum, ſimiliter alias mille libras dirigere promiſit: Pro quo poſcentes petimus veſtram regalem Præcellentiam, ut ipſum ſtannum nobis per veſtrum bonum diſpoſitum dirigere jubeatis, quia ipſa Eccleſia fautoris veſtri Beati Petri tempore verno ab aquis nimis invaluit, & unde ejus aulæ tectum reſtauremus, minime habemus. Sed obnixe petimus, ut per Comites veſtros, qui in Italia ſunt actores, ipſum jam dictum ſtannum dirigere jubeatis, per unumquemque Comitem libras centum, ut dignam pro hoc ab ipſo Dei Apoſtolo retributionem ſuſcipere mereamini. Incolumem &c.

S. LEO IV.

(a) In prælaudato Carolino Codice epiſtola lxii.

(b) Eadem habet in epiſtola 49. 63. & 70. memorati Codicis Carolini.

(c) Hujuſce promiſſi meminit in epiſt. 63. & 75. laud. Carolini Codicis. Nimirum Rex Carolus nedum quæ a Pippino Patre Sedi Apoſtolicæ oblata fuerunt, rata eſſe voluit, verum etiam iis adjecit alia quamplura, Sabinenſe videlicet Territorium, Spoletinum Ducatum, & Beneventanum; Donationis monumentum in Beati Petri Confeſſione poſuit, & ad ipſum Principis Apoſtolorum ſepulcrum Sacramento ſpopondit, ſeſe omnia ſervaturum, quæ eadem donatio complectebatur. Excurre Hadriani I. Biographum apud Anaſtaſ. ſect. 318. & ſeq.

(d) Epiſtola lxvi. ſuperius memorati Codicis Carolini.

(a) Muti-

S. LEO IV.

S. Leo Quartus conſecratus eſt in Romanum Pontificem an. 847. Ind. 10. die 11. Aprilis, ſedit annos 8. menſ. 3. dies 6. ad ſuperos emigravit an. 855. die 17. Julii.

S. Martini Monaſterium privilegiis donat, ejuſque bona enumerat. (a)

.... SCI MARTINI (b) QUI SITU ....
...... In perpetuum.

AN. CH. 854. Convenit *Apoſtolico moderamini pia Religione pollentibus benivola compaſſione ſuccurrere, ac* poſcentium animu alacri devot*ione impartiri aſſenſum*; *ex hoc enim lucri potiſſimum præmium apud Conditorem omnium Deum promeremur*, *ſi* venerabilia loca oportune ad melior*em fuerint ſtatum ſine dubio perducta* .... Pontificalem Sacratiſſimam, & finetenus ... . *Eccleſia* Sancti Salvatoris Domini Noſtri ad Sepeliendos omnes *Peregrinos*. *Eccleſia Sancte* Dei Genitricis *Virginis Mariæ, quæ vocatur Scola Saxonum*. Eccleſia S. Michaelis ...... Scola Friſonorum .... Ꝫ1. .... una cum Eccleſia Sancti Zenonis, cum Caſis, Criptis, Vineis, Puteis, Arboribus Fruct.... ... Infra hanc noſtram nova Civ. Leoniana, & inter affines: a primo latere incipiente ... . er edificavimus ....d...e........ um mur .... m..... & a ſecundo latere terra de Ven. Monaſterio Sanctorum Johannis & *Pauli*, *& hortum Sanctæ Mariæ in Ora*torio, qui eſt in capo de portico: Et a tertio latere ipſo portico .uſque in ſilice qui eſt ad arco majore, & per ipſa ſilice & via uſque in fluvio .... dicto loco, qui dicitur Spellari, & a quarto latere jam dicto fluvio Tiberis. Pariter *Concedimus, & confirmamus Fundora in Integro, qui vocatur Taliano majore, & alind quod vocatur* Taliano minore, fundum Faſciola, fundum Caſanillo, & fundum Caſa pindula; *Fundum Rotula*, Fundum Cucumelli, fundum *Procellaris omnes invicem* quoerentes cum diverſis fundis, & vocabulis eorum, Campis, Pratis, paſcuis, Silvis, cum caſis, & vineis, & cum omnibus ad eoſdem fundos gener*aliter*, *& in integro per*tinentibus, poſit. foris porta Sancti Petri Apoſtoli via Claudia miliario ab Urbe Roma plus minus quarto vel q*uinto*, & inter affines a primo latere inc*ipiente a cava majore recte* per ſilice que dividit inter ipſa fundora, & Caſale, *quod vocatur Pratanella juris Monaſterii Sancti Stephani Majoris & ducente uſque in rivo*, ... o eſt ponte Soſſlari. A ſecundo latere ipſius rivo qui dividit inter jam dicta *fundora*, *& Caſale quod vocatur Me*nori juris ſupradicto Monaſterio Sancti *Stephani majoris*. *A tertio* Caſale..... et Caſale Subereta juris Monaſterii S. Laur*entii*, qui appe*llatur* Pallatin. *a S. Petro*; & a quarto latere forma *quæ vocatur* Sapatina que mittit uſque in via *Cornelia*, *quæ ducit in B*aſilica Sancte

(a) Mutilum hoc & lacunis refertum Diploma ex pervetuſto Apographo mendis quamplurimis ſcatente, quod a Joanne Scriniario S. R. E. an. 11. Pontificatus Innocentii II. exaratum eſt, & in Vaticanæ Baſilicæ tabulario aſſervatur, nunc primum prodit. S. Leoni IV. illud adſcripſimus, quandoquidem datum fuit Lotharii Imperio exeunte, nimirum anno ejus Imperii *triceſimo & ſeptimo* Indictione ſecunda, quæ concurrit cum an. Chriſti 854. Inſignis Privilegii lacunas multis in locis, alio tamen charactere uti vocant *curſivo*, ſupplevimus ex D. Leonis IX. Conſtitutione 12. Kal. April. Pontific. an. V. edita: hæc enim præſenti Leonis IV. Diplomati plurimum conſonat; & idcirco quæ in illam adnotationes elucubratæ ſunt, huc facile referri poſſunt.

(b) De S. Martini Monaſterio, quod Vaticani Templi Choro inſervientium vetus fuit domicilium, loquitur Sanctus Pontifex. Inſigne Cœnobium periit in extruenda nova S. Petri Baſilica: olim, teſte Libro Pontific. in S. Leone IV. aliiſque locis, eidem Vaticanæ Baſilicæ cohærebat; vel, ut ajunt Mallius & Romanus, ſitum erat *poſt S. Petrum*; ſive *poſt abſidam in introitu Eccleſiæ* S. Petri, uti habet mox laudata S. Leonis IX. Conſtitutio. Conſulenda Alphar. Tabula Ichnograph. cujus lit. a. enucleate docet, hoc Monaſterium antiquitus extitiſſe, ubi nunc aram Veronicæ vocabulo inſignitam cernimus. Illud *nimia vetuſtate quaſſatum pene omne a fundamentis reſtauravit* D. Leo III. ac quinquaginta circiter poſt annos iterum fatiſcens reparavit alter Leo hujus nominis IV. Miſſa facimus bona quamplurima vetuſtiſſimo huic Cœnobio, cujus meminit Stephanus II., ut ſupra vidimus in epiſt. ad Fulradum; a Romanis Pontificibus collata, atque in libro Pontific. aliiſque auctoribus recenſita. Id autem ſilentio prætereundum non eſt, quod ſcripto tradidit Ven. Beda Hiſt. Angl. lib. 4. cap. 18. Loquitur enim de Venerabili Joanne Archicantore Eccleſiæ S. Petri, & Abbate Monaſterii beati Martini, qui, Biſcopo Abbate cognomine Benedicto S. Agathonem Pontificem rogante, ut *in Monaſterio ſuo curſum canendi annuum, ſicut ad S. Petrum Romæ agebatur, edoceret*; ipſoque jubente Agathone Angliam profectus, ejuſdem Biſcopi ſatisfecit votis, atque Synodo Hedtfeldenſi interfuit, *pariterque catholicæ Fidei decreta firmavit*. At illud notatu dignius, quod S. Leo IV. antequam inter S. R. E. presbyteros Cardinales cooptaretur, in eo, de quo tractamus Cœnobio, Monachi vitam egit, quemadmodum ejus Biographus apud Anaſt. Biblioth., Petr. Mallius, aliique teſtantur.

(a) Vide

Digitized by Google

Sancte Rufine, & Secunde, & Caſale *quod vocatur* Caſagurdi *juris ejuſdem* Ven. Monaſterii S. Stephani majoris, & deinde ducente per valle uſque in*fra Balnearia*, *& recte* aſcendente per alia valle qui dividit inter prenominata fundora, & colle *Sancti* Stephani, & inde pergent*e in valle* Caunara, *& veniente uſque in* predicta ſilice ſeu caba, qui eſt primus finis. Immo etiam & fundum unum in integro, *quod vocatur* Cleandris cum Ecclesia Sancte Martiris Chriſti Agathe. Inſuper Caſam qui dicitur Lardaria. Necnon & fundum Adtalianum cum caſis, vineis, ſeu terris, campis, paſcuis, cultum, vel incultum, ſi*cuti deſi*gnato eſſe videtur, cum thermis, criptis, & monumentis. Poſit. foris *porta veati Petri* Apoſtoli via *Aurelia* .... rio & fundum unum l .... *quod* .... ocabulo nuncupatur cum Eccleſia Sancti Coſme & Damiani. Immo etiam, & fundora in integro .... ano, & colle & Pauli vel ſi quis ali .... antur. Verum etiam & fundum unum in integro, qui vocatur Buccege cum Eccleſia Sanctorum Martirum Marii, & Marthe filiorumque ejus cum .... pratis, paſcuis, ſilvis, ſalectis, arboribus pomiferis, vel incultum diverſis generis rivis aque perhennis, & cum omnibus finibus, limitibus ..... dorum. Sive etiam concedo vobis Monaſterium S. Sebaſtiani cum maſſis, fundis, ſeu Caſalibus atque appendicibus, aquimolis, & olibi .... & vineis vel omnia, & in omnibus ad eundem Veñ Monaſterium generaliter, & in integro pertin. conſtitutum infra Civi. Centucellenſi ..... maſſa, que appellatur Liciniana qui & Genufluvio nuncupatur, in quo eſt Oratorium S. Laurentii cum fundum qui vocatur Caſaria cum omnibus ad eum generaliter .... nentibus. Poſ. territorio Centucellenſis. Immo & fundos duos ʒã * Arap um, & Scurianum .... ampi ibi ipſo conſtitu .... S .... a ſilviniano & priſcis conſtitutos via Appia territorio Billeternens. Porro, & fundos ʒ.. .... Uliariolum, Nobulã, Palmis, & vivariu ..... vineis cum omnibus ad eos generaliter & in integr. pertinentibus. Poſit. via Clodia miliar. ab Urbe Roma plus minus quinto ex corpore ſub urb. Pari .... Una cum etiam ſundum unum in integro ʒã .... cum Eccleſia Sancte Dei Genitricis Marie ibi ipſo .... ſilvis, ſalectis, arboribus pomiferis, vel infructiferis, & cum omnibus ad eum pertinentibus. Poſit. territorio Collinenſ. mil. ab urbe Roma plus minus .... Denique fundum qui vocatur Barianum, in quo eſt Eccleſia Sanctor. Martini, & Laurentii, ſeu & alio ſund. ʒũ Varianum minore. Atque fundum Terrella .... gellum tibulianum Caſabri mediana ſivi invicem coherentes. Pariter & fundum Olianur .... eſt Oratorio S. Valentini in integro p ..... vetere mil. ab Urbe Roma plus minus viceſimo quinto ex corpore maſſe Vuriane. Simulque & con .... Oſpitales duos ſivi invicem coher .... Vén Monaſterium, qui conjuncto eſſe videtur cum Eccleſia Sancti Petri Apoſtoli cum Oratorio Sancti Siſti (*a*), qui eſt juxta ſerrata, atque Leoni PP. (*b*), & Sancti Adriani (*c*) una cum .... nõ qui exit in Eccleſia S. Petri inter Oratorio Sancti Leonis, & Sancti Adriani, qui ſunt juxta Oratorio dõpnia. Item & concedo vobis Eccleſiam .... cum terris, & vineis, & piſcaria juxta ſe, & cum omnibus ad eam pertinentibus. A preſenti ſecunda Indictione tibi, & per te hec omnia .... que ſuperius aſ .... guntur, & ea que uſque nunc per quovis modis in prelato Vén Monaſterio fuerunt, vel cuncta, que tu ipſe ...... etiam poſtea ibidem acquirere .... per hanc noſtram Apoſtolicam preceptionem ſeriem confirmamus pro mercede anime .... in jam dicto Vén Monaſterio Sancti Martini ...... atque preſentis & ſutura perhemnis temporibus. Idque uſque in finem ſeculi ſecura integritate .... ſancimus detinendum, ac poſſidendum .... a te, tuiſque Succeſſoribus ſingulis quibuſque Indictionibus penſionis nomine rationibus ſupra .... rum locorum Eccleſiaſticis ✣ TRES ✣ auri ... difficultate in perpetuum perſolvantur. Si quis autem, quod non credimus, temerario auſus contra hujus noſtre Apoſtolice auctoritati privilegi .... tionis ſeriem pie a nobis promulgatum agere vel temptaverit, ſciad ſe Dñi noſtri Apoſtolorum Principis P .... anathematis vinculo innoda .... Dei alienus, & cum Diabolo, & ejus atrociſſimis pompis, atque cum Juda traditore Dñi Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti in eternum igne concrematum, ſi .... ragine tartareoſque chaos demerſus cum impiis deficiant. Qui vero pio intuitum cuſtodes, & obſervatores hujus noſtri Apoſtolici Privilegiis extiterit benedictionis gratia, & Cele-

* *Fort. legen.* qui vocantur, *& ſic alibi.*

(*a*) Vide adnotat. ad S. Leonis IX. Bullam 12. Kal. April. Pontif. an. V. edit.

(*b*) De Oratorio S. Leonis conſulantur Canonicus Romanus tit. 11. Alphar. Tab. Ichnograph. num. 14., & alii de Vaticana Baſilica tractantes.

(*c*) Fuit in Vaticano Templo Oratorium S. Hadriani Martyris, de quo, præter alios, agunt idem Romanus tit. 12. & Alphar. loc. cit. num. 15.

(*a*) In

& Celeſtis retributionis in eterna gaudia ..
.... conſequi mereatur. Scriptum
p.. Theodori Notarii Regionarii, & Scriniarii Sancte Romane Eccleſie in mſ * .... * L. in menſe.
... iſta ſecunda.

BENE VALETE

Dat. IIII Idus Aguſtus per manum Theophilact. Secuodicerii (a) Sancte Sedis Apoſtolice Inp. Dñi. piiſſimo perpetuo Auguſto Lothario a Deo coronatus magno Imperatore anno triceſimo & ſeptimo (b), & poſt Con......... us (c) anno triceſimo & ſeptimo. Indict. ſecunda.

Ego H S Scriniarius Sancte Romane Eccleſie ſicut ioveni in thomo carticineo jam ex magoa parte vetuſtate conſunto, ſcripto a predicto Theodoro Scriniario Sancte Romane Eccleſie; Ita oon tenore deviato diligenter exemplavi, & ſcripſi, atque a tenebris ad lucem perduxi anno undecimo Pontificatus Dñi Innocentii ſecundi PP. Indictione quarta.

JOANNES XIX.

Joannes XIX. anno Chriſti 1024. Indict. vii. poſt diem ſextum Junii & ante menſem Octobr. ad Beati Petri Sedem evectus, Eccleſiæ præfuit annos 9. Exiit e vita anno 1033.

Ob Vaticanæ Baſilicæ dignitatem ſtatuit, ut Silvæ Candidæ Antiſtites Officia divina, & quæ Epiſcoporum ſunt, in eadem S. Petri Eccleſia peragant, ac de Vaticanis Oblationibus participent. (d)

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Petro Dei gratia Epiſcopo Silvæ Candidæ Eccleſiæ (e), & per te eidem Venerabili Epiſcopio, Succeſſoribuſque tuis Epiſcopis in perpetuum.

AN. CH. 1026.

COovenit Apoſtolico moderamini pia religione pollentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis alacri devotione impartiri aſſenſum &c. *Poſt multa*. Itemque concedimus, & confirfirmamus vobis in perpetuum Eccleſiam Sanctarum Rufinæ, & Secundæ ſitam Romæ juxta Palatium noſtrum cum omnibus ad eum * pertinentibus; Item concedimus, & confirmamus vobis in perpetuum Eccleſiam Sanctæ Mariæ (f) cum omnibus ſuis pertinentiis infra hanc Civitatem Romanam non longe a Monte, qui Auguſtus (g) dicitur; Pariterque concedimus, & confirmamus vobis, veſtriſque Succeſſoribus in perpetuum ſicut a memorato Sanctiſſimo Papa * ſive a ceteris Prædeceſſoribus noſtris Pontificibus conceſſa & confirmata fuerunt; videlicet Monaſteria quinque, Sancti Stephani Majoris, & Minoris (b), Sanctorumque Joannis & Pauli, & Beati Martini, atque Hieruſalem conſtituta juxta magnam Eccleſiam Sancti Petri

* L. ad eum.

* ſ. Sergio III.

(a) Erat hic in Rom. Eccleſia Judex Palatinus ordine ſecundus, de quo conſulatur Joannes Diac. ap. Mabill. to. 2. Muſ. Ital. pag. 570.

(b) Ære Chriſtianæ 854., deducta Imperii epocha ab anno Chriſti 817. poſt diem 10. Auguſti, quo anno ipſe Lotharius a patre ſuo Ludovico factus eſt Imperatoriæ dignitatis conſors. Eadem epocha notatur Synodus Romana, menſes octo antequam daretur præſens Diploma, ſub ipſo Leone IV. celebrata.

(c) Legendum *& poſt Conſulatum ejus anno &c.* Imperatores enim Occidentis, Orientalium Imperatorum exemplo, tot Conſulatus quot Imperii annos numerabant. Concilii Romani ſub Eugenio II. Acta apud Baron. ad an. 826., ſub ipſo veſtibulo rem ſatis produnt.

(d) Io Ughell. Ital. Sacr. to. 1. & in Bullar. Rom. nov. edit. integrum obtinet hoc Joannis XIX. Diploma. Non exiguam ejus portionem to. 2. Muſ. Ital. a Mabill. editam, nos hic recudimus ex authentico Tabularii Secretioris Apoſtolici Vaticani exemplo, quod inſertum eſt io Regeſto anni XI. Epiſtolarum Gregorii IX. pag. 1419.

(e) Eam Callixtus II. univit Portuenſi Epiſcopatui, ac unionem confirmarunt Hadrianus IV. & Gregorius IX., uti conſtat ex illorum Diplomatibus apud Ughell. to. 1. Ital. Sacræ percurrendis.

(f) *Hæc Eccleſia S. Mariæ*, inquit Jac. Grimaldus in Ms. de Vaticanæ Baſilic. Archipreſbyteris, *vocatur S. Jacobus in Auguſta Incurabilium, parum diſtans a Mauſoleo Auguſti*.

(g) Ita exempl. Arch. Ap. Vat. Sed alibi *Auguſta* legitur. An hic deſignatur Mons Cœlius, *Auguſtus* quondam appellatus? Haud facile crediderim. Si ratum ſit quod mox produximus Grimaldi placitum, Montem Auguſtum ſtatuamus oportet ad Eccleſiam S. Rocci, ubi Auguſti Mauſoleum jampridem extitit, idemque locus ab aliis *Mons Auguſtus*, ſive *Auguſta* dictus eſt. Conſulatur Pii IV. Bulla pro Confraternitate S. Rocci, Martinellus in Rom. Sacr. pag. 158., Minutolus Rom. Antiq. diſſ. 6. Sect. 2. pag. 369. &c.

(b) Pro *Majoris & Minoris* Mabill. habet *& S. Mariæ*. De Monaſterio S. Stephani Majoris vide adnot. ad S. Leonis IX. Bullam edit. 9. Kal. Apr. Pontif. an. V. De Monaſterio S. Stephani Minoris agemus infra ad alteram D. Leonis IX. Conſtitut. dat. Kalendis Aprilis Pontificatus anno quinto: ubi & de SS. Ioannis & Pauli Monaſterio ſermo eſt. Quoad S. Martini Monaſterium jam diximus ad S. Leonis IV. Diploma, pag. 15.

* L. earum. Petri (a) cum omnibus earum * pertinentiis, omnemque conſecrationem, quæ ibidem, aut in præfata alma Eccleſia Sancti Petri, aut in ceteris Eccleſiis, quæ ſunt conſtitutæ in tota Civitate Leoniana: & ſi neceſſarium fuerit eas conſecrare, nullus alius Epiſcopus ad tale miniſterium, vel conſecrationem accedere præſumat, niſi vos, veſtrique Succeſſores Epiſcopi Sanctæ Silvæ Candidæ Eccleſiæ in perpetuum. Concedimus autem, & confirmamus vobis, veſtriſque Succeſſoribus in perpetuum Sanctum diem Sabbati ad Baptiſmi Sacramentum celebrandum, & totum Officium faciendum in Eccleſia Sancti Petri Apoſtoli, & ſupra magnum Altare, in quo toto venerabili Altari, ſeu in Confeſſione, quicquid auri, vel argenti, pallii, vel ceræ, ſive aliarum rerum poſitum vel oblatum, & jactatum fuerit, vel vobis oblatum ab hora videlicet diei tertia, qua ingredi Eccleſiam ad ordinandum, & peragendum divinum Officium vos volumus, & uſquequo expletam Sanctæ Dominicæ diei Miſſam habueritis, per veſtros Curatores in veſtram veſtrorumque Succeſſorum [remota omni contradictione] deveniat poteſtatem. Et quia uſque ad noſtrum tempus in prædicta Eccleſia Sancti Petri, a qua pene omnes Eccleſiæ doctrinam acceperunt, ſicuti a Magiſtra, & Domina, dies Dominica Palmarum, & dies Cœnæ Domini, & Paraſceve tam irriverenter colebantur, ut nec Proceſſio cum Palmis in ipſa die Dominica ibi fieret, nec in die Cœnæ Domini Gloria in Excelſis Deo diceretur (b), & in Paraſceve non tam reverenter, ut decebat, Officium ibi fiebăt; condoluimus, & meliorare hoc cupientes per vos, veſtroſque Succeſſores, ſtatuimus, ut omni annua die Dominica Palmarum cum Proceſſione ab Eccleſia Sanctæ Mariæ in Turri (c) exeatis; Et venientes ad magnum Altare Sancti Petri, Miſſam celebretis. Similiter & omni anno, die Cœnæ Domini vos, veſtroſque Succeſſores Miſſam ſupra eodem Altare Sancti Petri celebrare, Gloria in Excelſis Deo dicere, Sanctum Chriſma conficere, & quod ad Epiſcopum pertinet, agere volumus; Et omni anno die Paraſceve ſuper ipſum Altare majus Sancti Petri totum Officium reverenter, ut decet, vos, veſtroſque Succeſſores facere volumus; In quibus tribus Miſſis, ſcilicet in Miſſa Palmarum, ſeu in Miſſa Cœnæ Domini, & in Officio Paraſceve quicquid auri, vel argenti, pallii, ſeu ceræ, vel aliarum rerum ſupra jam dicto Sacro Altari Sancti Petri, ſive in Confeſſione poſitum, aut jactatum fuerit, vel vobis oblatum ab hora qua ipſa Miſſa, & Officium inchoata fuerint & expleta, per veſtros Cuſtodes in veſtram veſtrorumque Succeſſorum, ſimiliter remota omni contradictione, deveniat poteſtatem: in quibus quinque diebus ſi vobis, veſtriſque Succeſſoribus utile viſum fuerit aliquem Diaconorum noſtrorum miniſtrare, ob honorem Sancti Petri (d) veſtram reverentiam volumus. Paterentatum (e) autem ejuſdem Eccleſiæ Sancti Petri, & ſupradictorum Monaſteriorum ſuorum, & cuncta Eccleſiaſtica judicia ipſorum, ſeu totius Civitatis Leonianæ, vobis, veſtriſque Succeſſoribus concedimus, & confirmamus. Similique modo ad ungen-

(a) Liber Pontific. in Leone III. ſect. 407. & in Leone IV. ſect. 553. memorat *Monaſterium venerabile Hieruſalem juxta Eccleſiam S. Petri*, quondam, teſte Grimaldo, Canonicorum domicilium, & inſequutis temporibus S. Vincentii nomine appellatum. Eccleſia vero S. Vincentii, ut colligimos ex Canon. Romano tit. 28., ad borealem veteris Baſilicæ partem ſita erat, & in Tiber. Alphar. Tab. Ichnograph. litt. aa. Vaticanum Templum inter & Palatium Apoſtolicum collocatur. Collegium Canonicorum, eidem S. Vincentii Eccleſiæ inſervientium, extinctum fuit Nicolao V. Pontifice, qui ipſorum reditus Vaticano S. Petri Capitulo addixit. Vide Severan. Lib. de 7. Urb. Eccl. pag. 67.

(b) Rerum Liturgicarum peritos minime latet vetus Eccleſiæ diſciplina, quam in D. Gregorii Sacramentario ſancitam legimus, nempe, ut ſolum Epiſcopi Dominicis & feſtis diebus, Presbyteri vero in Paſchæ tantummodo ſolemnitate hymnum Angelicum in Sacris Myſteriis recitarent.

(c) Ita plane legendum cum viris Clariſſimis Jo. Mabillon. & Petro Moretto in Op. de Presbyt. Part. 1. ſect. 7. num. 1. Ac proinde rejiciendæ ſunt, quæ apud Ughell. prioe. edit. & Bullar. Rom. habentur lectiones iſtæ, *ab Eccleſia S. Mariæ in Transtiberim*, vel, ut præfert Benedicti IX. Bulla, *S. Mariæ in Termis*. Erroris cauſa fuit nota compendiaria *intres*, vel quæpiam ſimilis a priſcis amanuenſibus adhibita, ut vocabula *inter turres* deſignarent. Ceterum Eccleſiam S. Mariæ in Turri, variis nominibus apud veteres appellatam reperimus. Dicebatur enim S. Mariæ in Laboratio, vel in Atrio; quandoquidem S. R. E. Cæremoniale lib. 1. cap. 3. ipſam locat *extra Eccleſiam* S. Petri *in primo porticu ſub turri campanaria*. Dicebatur etiam *S. Mariæ inter turres*, ſive in turribus, nam in Vaticanæ Baſilicæ atrio ſita erat inter turrim Campanariam, aliamque fortaſſis B. Juſtini, a proximo, ut quidam ajunt, ejuſdem Sancti Templo ita nuncupatam. Adi Alpharani Tab. num. 149. Hujuſce Oratorii, magnum ſane incendium perpeſſi, cum impius Imperator Fridericus I. anno 1155. Vaticano S. Petri Templo ignem admovit, quandoque meminerunt priſci R. E. rituales Libri. Cæremoniale Pontificium Chriſtophori Marcelli nomine vulgatum, ſed Auguſt. Patritio Pientis Epiſcopo adſcribendum, modo inſpeximus. In vetuſto Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ Antiphonario, Ven. Card. Thomaſii cura edito, pag. 130. hæc habentur: *In Litan. Major. ſtatio in Baſilica S. Petri. Ant. ad Collectam in Eccleſia S. Mariæ intres*, ideſt *inter turres*. Ad manus eſt caput 105. Ordinis Romani auctore, ut putat Mabillon. tom. 2. Muſ. Ital. Jacobo Card. Gajetano, ex quo diſcimus, quod Rex corona Imperii donandus, ad Eccleſiam S. Mariæ in Turribus deducebatur, ibique de Romana Eccleſia defendenda, dato, ut moris eſt, Sacramento, inter S. Petri Canonicos cooptabatur. Sed quem verſamus Diplomatis locum, egregie illuſtrat Index ſolemnium Collectarum & Stationum S. R. E. quem ex duobus membraneis Codd. Vaticanis edidit Mabillon. loc. cit. Ibi hæc legeſis: *Dominica in Palmis dicimus Tertiam in S. Mariæ in Turre, ubi palmæ benedicendæ ſunt*.

(d) De S. Gregorii I. geſtis cum verba faceret Canonicus Romanus, ſic tradidit pag. 80. edit. P. de Angelis. *Et conſtituit quatuor Diaconos Cardinales ad S. Petrum, qui legerent Evangelium & prædicaret unuſquiſque in hebdomada ſua*.

(e) Ita in exempl. Arch. Ap. Vaticani. Mabillonius vero in hunc modum legit: *ob honorem S. Petri, & veſtram reverentiam volumus petere. Poteſtatem autem &c.* Ex Ughello habet Cangius in Gloſſar. *Parentatum*, pro quo legendum opinatur *Patronatum*.

(a) *Diaco-*

ad ungendum, conſecrandumque Imperatorem primùm veſtram, & veſtrorum Succeſſorum Epiſcoporum fraternitatem convocamus, ut quibus regimen totius Eccleſiæ Sancti Petri, & Civitatis Leonianæ commiſſum eſt, ab his primùm ſit benedictus. Necnon cuncta Sacra Officia, ſeu myſteria, quæ nos, & Succeſſores noſtri facere debemus, ſi ægritudine, vel aliqua cura impediti facere non poſſumus, tam in ſupradicta Eccleſia S. Petri, & Monaſteriis ſuis, quam & per totam Civitatem Leonianam per vos, veſtroſque Succeſſores fieri Apoſtolica auctoritate decernimus. Conſecrationem vero Altarium Eccleſiæ Sancti Petri, & aliorum Monaſteriorum, necnon conſecrationem Eccleſiarum, Altarium, Sacerdotum, Clericorum, ſeu & Diaconiſſarum (*a*) totius Civitatis Leonianæ vobis, veſtriſque Succeſſoribus in perpetuum, ſicut prælibatum eſt, concedimus & confirmamus: Super quæ etiam & Eccleſiæ Sanctarum Rufinæ & Secundæ, cui Deo auctore præſidetis, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum concedimus, & confirmamus &c. *Et paulo poſt*. Prædictis vero omnibus locis, & familiis cum omnibus eorum pertinentiis, ſicut ſuperius miſſa ſunt a præſenti decima inditione tibi tuiſque Succeſſoribus in eodem venerabili Epiſcopio in perpetuum donamus, largimur, concedimus, & confirmamus, atque ſtabilimus perenniter in uſum, & utilitatem ipſius Venerabilis Epiſcopii, & Epiſcoporum, qui per tempora tenuerint ipſam Eccleſiam. Statuentes quippe Apoſtolica cenſura ſub Divini judicii obteſtatione, & anathematis interdicto, ut nulli nunquam * noſtrorum ſucceſſorum Pontificum, vel qui publica functi fuerint actione, vel alia quælibet magna, parvaque perſona audeat, vel præſumat aliquid de omnibus, quæ ſupra continentur, contra hoc noſtrum Pontificale Privilegium agere, vel alienare, aut auferre: Sed potius firma atque ſtabilia perpetuis temporibus, ſicuti a nobis ſtatuta & confirmata ſunt, decernimus permanenda. Si quis autem [quod non optamus] temerario auſu contra hoc noſtrum Apoſtolicum Privilegium in quoquam ire, tranſgreſſor eſſe præſumpſerit, vel frangere auſus fuerit, & in omnibus obediens & obſervator eſſe noluerit, ſciat ſe auctoritate Dei omnipotentis & Domini noſtri, Apoſtolorum Principis Petri, cujus licet immeriti, Dei tamen aliqua dignatione gerimus vices, anathematis vinculo innodatum, & a Regno Dei alienum, atque cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti, & omnibus impiis ſocius ſit in Inferno. Qui vero pio intuitu cuſtos & obſervator hujus noſtri Apoſtolici Privilegii extiterit, meritis atque precibus Beati Petri Apoſtolorum Principis, & Sanctarum Martyrum Rufinæ, & Secundæ in æthereis arcibus præmia, & benedictionis gratiam, atque miſericordiam a juſto Judice Domino Deo noſtro, vitamque æternam percipere, & invenire mereatur in Sæcula Sæculorum. Amen.

* *L.* unquam.

Scriptum per manum Georgii Notarii Regionarii atque Scriniarii S. R. E. in Menſe Decembris & Indict. ſupradicta decima (*b*).

Theobaldus Velitrenſis Eccleſiæ Epiſcopus.
Theobaldus Epiſcopus S. Albin. * Eccleſiæ.
Dominicus Sanctæ Savican. Eccleſiæ Epiſcopus (*c*).
Petrus Peneſtrinæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Petrus Sanctæ Oſtienſis Eccleſiæ Epiſcopus.
Stephanus Presbyter Card. tt. S. Cæciliæ.
Benedictus Archidiaconus.
Ugo Diaconus.
Petrus Card. tt. S. Damaſi.
Creſcentius Diaconus.
Joannes Subdiaconus.
Joannes Card. tt. S. Marci Papæ.
Joannes Domini gratia Diaconus.
Joannes Subdiaconus de Mira.
Joannes Presbyter tt. S. Caliſti in Tranſtiberim.
Creſcentius Diaconus.
Rodulphus indignus Presbyter, & Abbas ex Monaſterio S. Laurentii qui ponitur in Cluſura (*d*).
Joannes Presbyter Card. tt. S. Chryſogoni.
Franco Diaconus.
Rainerius Diaconus.

* *L.* Alban.

Datum XVI. Kalendas Januarii per manum Boſonis Epiſcopi Sanctæ Tiburtinæ Eccleſiæ,

(*a*) *Diaconiſſarum*. Hæ nimirum provectæ ætatis erant feminæ, quæ, ut S. Epiphanii lib. adverſ. hæreſ. cap. ult. verbis utar, ad hunc unum, ſive potius præcipuum uſum adhibebantur, ut mulierum, decoris & honeſtatis cauſa forent adminiſtræ, dum baptiſmo eas tingi oporteret. Alla Diaconiſſarum officia perſecuti ſunt I. B. Cotelerius, Jac. Goar in Euchologio Græc. aliique. De illarum benedictione, quam veteres ordinationem appellarunt, Morinus in Op. de Sacr. Ordinat. eruditiſſime tractavit.

(*b*) Incoepta, ut inquit Mabill. a menſe Septembr.

(*c*) Legendum Lavicanenſis Eccleſiæ, quæ Tuſculanæ Sedi unita eſt poſt Paſchalis II. ætatem. Fuit Lavicum urbs Latii vetuſtiſſima, de cujus ſitu Eruditi digladiantur. Vide Ughellum Ital. Sacr. tom. 1. col. 228. & tom. 10. col. 119. edit. an. 1717.

(*d*) Sacra hæc ædes, ſi Jac. Grimaldum audiamus, olim fuit, ubi nunc viſitur Monaſterium S. Catharinæ vulgo *dei Funari*. Primum in Palatinis vocabatur, deinde in Clauſura *propter circum Flaminium, qui extabat tempore Celeſtini III. & dicebatur Caſtellum aureum, ut habet Bulla ejuſdem*. Verba ſunt prælaudati Grimaldi.

cleſiæ, & Bibliothecarii Sanctæ Apoſtolicæ Sedis.

Datum ſecundo Kalendas Januarii per manum Benedicti Epiſcopi Portuenſis, & vice Peregrini Colonienſis Archiepiſcopi Bibliothecarii Sanctæ Apoſtolicæ Sedis anno Pontificatus Domini noſtri Joannis Summi Pontificis, & univerſalis decimi noni Papæ in Sacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli ſedentis tertio, menſe Decembris, Indictione decima. Decernimus &c.

BENEDICTUS IX.

Benedictum IX. ſerme, ut ajunt, adoleſcentem in B. Petri Sedem tyrannice intruſum 6. Idus Novembris anno 1033., Eccleſia, ne Schiſma ſuſtinere cogeretur, verum Pontificem agnovit & coluit. Annos 10. & amplius in Pontificatu is egerat, cum ex D. Petri Solio a Romanis deturbatus eſt. Joannes igitur Epiſcopus Sabinenſis ſupremum Eccleſiæ regimen malis artibus invadit, Silveſter III. appellatus. Hunc Tuſculani Comites ex Cathedra Apoſtolica dejiciunt, & Benedictus IX. Summum Sacerdotium iterum capit: Mox vero illi renunciat (*a*), poſtquam annos XI. Romanam Eccleſiam gubernaſſet.

Quæ in ſuperiori Diplomate Ioannes XIX. Epiſcopis Silvæ Candidæ mandavit & conceſſit, confirmantur atque in nonnullis amplificantur.

Ex Archiv. Secr. Apoſt. Vat. in Regeſto anni XI. Gregorii IX. pag. 248.

Benedictus Servus Servorum Dei Petro Venerabili Epiſcopo Sanctæ Silvæ Candidæ Eccleſiæ tuiſque Succeſſoribus in perpetuum. (*b*)

Convenit Apoſtolico moderamini pia Religione pollentibus benivola compaſſione ſuccurrere &c. *Et poſt multa.* Pariterque concedimus & confirmamus vobis veſtriſque Succeſſoribus in perpetuum ſicuti a Sanctiſſimo Sergio Papa (*c*), ſive a ceteris prædeceſſoribus noſtris Pontificibus conceſſa & confirmata fuerunt videlicet, Monaſteria quinque, S. Stephani Majoris, & Minoris, Sanctorumque Joannis & Pauli, & Beati Martini, atque Jeruſalem (*d*) conſtituta juxta magnam Eccleſiam S. Petri, cum omnibus eorum pertinentiis, omniumque Conſecrationum quæ ibidem aut in præfata alma Eccleſia S. Petri, aut in ceteris Eccleſiis, quæ ſunt conſtitutæ in tota Civitate Leoniana, neceſſarium fuerit conſecrare: nullus alius Epiſcopus ad tale miniſterium vel conſecrationem accedere præſumat, niſi vos veſtrique ſucceſſores Epiſcopi Silvæ Candidæ Eccleſiæ in perpetuum. Concedimus autem & confirmamus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum, ſanctum diem Sabbati ad Baptiſmi Sacramentum celebrandum, & totum Officium faciendum in Eccleſia Beati Petri Apoſtoli, & ſupra magnum altare, in quo toto venerabili altare, ſeu in Confeſſione quidquid auri, vel argenti, pallii, vel ceræ ſive aliarum rerum poſitum vel oblatum vel jactatum fuerit, vel vobis oblatum, ab hora videlicet diei tertia, qua ingredi Eccleſiam ad ordinandum, & peragendum dictum Officium vos volumus, & uſquequo Sancta dominica die Miſſam expleveritis, per veſtros cuſtodes in veſtram, veſtrorumque Succeſſorum, remota omni contradictione, veniat poteſtatem: Et quia uſque ad tempus Prædeceſſoris noſtri Domini Joannis in præ-

fata

(*a*) Nimirum, ut non pauci autumant, ſuadente Bartholomæo Sanctiſſimo Cryptæ Ferratæ Abbate, Pontificatui ceſſit.

(*b*) Nonnulla hujuſce Conſtitutionis loca in præcedenti Diplomate jam illuſtravimus.

(*c*) Apud Ughell. Ital. Sacr. tom. 1. ubi & in Bullar. Rom. proſtat Sergii III. Conſtitutio ad Hildebrandum Silvæ Candidæ Epiſcopum, qua hujus Eccleſiæ Antiſtites privilegiis donantur.

(*d*) In Bullat. Rom. & Ughell. Ital. Sacr. tom. 1. ubi integrum refertur hoc Benedicti IX. Diploma, pro *Hieruſalem* legitur *Tecla*. Conſule adnot. ad præced. Jo. XIX. Bullam.

(*a*) Pro

Digitized by Google

fata Eccleſia S. Petri, a qua pene omnes Eccleſiæ doctrinam acceperunt, ſicut a Magiſtra & Domina, dies Dominica Palmarum, & dies Cœnæ Domini & Paraſceve inreverenter celebrabantur, ut nec proceſſio cum Palmis in ipſa die Dominica ibi fieret, nec in die Cœnæ Domini Gloria in excelſis Deo diceretur, & in Paraſceve non tam reverenter, ut decebat, Officium ibi fiebat; condoluimus, & meliorare hoc cupientes per vos, veſtroſque Succeſſores ſtatuimus, ſicut ſtatutum & conceſſum, & confirmatum vobis eſt ab eodem Prædeceſſore noſtro, ut omni anno die Dominica Palmarum cum Proceſſione ab Eccleſia S. Mariæ in Turri (*a*) exeatis, & venientes ad magnum altare S. Petri Miſſam celebretis. Similiter & omni anno die Cœnæ Domini per vos veſtroſque Succeſſores Miſſam ſuper Altare S. Petri celebrare, Gloria in excelſis Deo dicere, S. Chriſma conficere, & quid ad Epiſcopum pertinet agere volumus. Seu omni anno die Paraſceve ſupra ipſum Altare Majus S. Petri totum Officium reverenter, ut decet, vos veſtrique ſucceſſores faciatis; in quibus tribus Miſſis, prima in Miſſa Palmarum, ſeu in Miſſa Cœnæ Domini & in Officio Paraſceve, quidquid auri vel argenti, pallii, ſeu ceræ, vel aliarum rerum ſupra jam dicto Altare S. Petri, ſive in Confeſſione poſitum aut jactatum fuerit, vel vobis oblatum ab hora, qua ipſæ Miſſæ, & Officia inchoata fuerint, & expleta per veſtros Cuſtodes in veſtram, veſtrorumque Succeſſorum ſimiliter, remota omni contradictione deveniat poteſtatem; in quibus quinque diebus, ſi vobis veſtriſque ſucceſſoribus utile viſum fuerit, aliquem Diaconorum noſtrorum miniſtrare ob honorem S. Petri, & veſtram reverentiam volumus. Paterentatum (*b*) autem ejuſdem Eccleſiæ S. Petri, & ſupradictorum ſuorum Monaſteriorum quam & Manſionariorum (*c*) omnium Manſionum S. Petri, ſeu totius Civitatis Leonianæ vobis, veſtriſque Succeſſoribus concedimus & confirmamus: inthronizare * & incathedrare Pontificem Romanum in Apoſtolica Sede vobis qui quotidiani eſtis in ſervitio S. Petri, committimus; necnon ad benedicendum cum aliis vos ſpecialiter convocamus; ſimilique modo ad ungendum & conſecrandum Imperatorem, primum veſtram, veſtrorumque Succeſſorum Epiſcoporum fraternitatem convocamus, ut quibus regimen totius Eccleſiæ S. Petri & Civitatis Leonianæ commiſſum eſt, ab his primum ſit benedictus: nec non cuncta Sacra officia ſeu miniſteria quæ nos & ſucceſſores noſtri facere debemus, ſi ægritudine vel aliqua cura impediti facere non poſſumus, tam in ſupradicta venerabili Eccleſia S. Petri & Monaſteriis ſuis, quam & per totam Civitatem Leonianam per vos veſtroſque Succeſſores fieri Apoſtolica authoritate decernimus. Conſecrationem vero Altarium Eccleſiæ S. Petri & ſuorum Monaſteriorum, nec non conſecrationem Eccleſiarum, Altarium, Sacerdotum, Clericorum, ſeu Diaconiſſarum totius Civitatis Leonianæ vobis veſtriſque Succeſſoribus in perpetuum, ſicut prælibatum eſt, concedimus & confirmamus. Quæque autem uſualiter vobis a Miniſterialibus Altaris majoris (*d*) competunt, hoc Scripto vobis veſtriſque Succeſſoribus confirmamus. Idem in Sabbato Sancto pro Cœna ſolidos duodecim denar., quales per Tempora cucurrerint, percipiendos, & quinque in unoquoque Sabbato quatuor temporum, (*e*) & duos cum Candela Olei (*f*), & cereis per unamquamque feſtivitatem, in quibus ibidem pernoctare debetis. Idem in feſtivitate S. Petri, & in Octavis, in Gaudete (*g*), in Feſtis S. Andreæ, in Epiphania, in Aſcenſione, in Pentecoſtes, in Feſtis S. Rufinæ triginta libras ceræ, & duo congia de oleo, & duas libras

* *Exempl. Archiv. Apoſtol.* inttolonizare.

(*a*) Pro *Turri* perperam legitur *Termis* apud Ughell. & Bullar. Rom.

(*b*) In Bullar. Rom. *Parentatum*, ap. Ughell. *Poteſtatem*.

(*c*) Manſionariorum, qui Vaticano Templo addicti erant, duo genera ſecernit Petr. Mallius in Ms. infer. cit. Alios *Canonicorum*, alios *de Oleo* nuncupat. Hi res Eccleſiæ cuſtodiebant, aliaque obibant munera, de quibus alias diſſeremus.

(*d*) Miniſteriales hic eos intelligimus, qui ad oblationes excipiendas deſtinati erant. Inferius exhibetur Eugenii III. Diploma 4. Idus Aprilis nono Pontificatus anno editum, ubi de *Miniſteriis* agitur.

(*e*) Ut hiſce Sabbatis ſtatio ad S. Petrum habeatur, vetuſtiſſimus Romanæ Eccleſiæ mos eſt, quem antiqui Rituales Libri teſtantur, & S. Leo Magnus in Sermon. de Jejun. dec. menſ. atque alibi commendat his verbis: *Quarta igitur & ſexta feria jejunemus. Sabbato autem apud beatum Petrum Apoſtolum vigilemus &c.* Nimirum in Vaticana S. Petri Baſilica Romani Pontifices olim celebrarunt Sacrorum Miniſtrorum ordinationes. Audire præſtat, D. Gregorii M. Sacramentarium, cujus verba apud Hug. Menardum pag. 235. hæc ſunt. *Ordo qualiter in Romana Eccleſia Diaconi & Presbyteri ordinandi ſunt, menſis primi, quarti, ſeptimi, & decimi Sabbatorum die in duodecim lect. ad Sanctum Petrum ubi Miſſæ celebrantur. Poſtquam antiphonam ad Introitum dixerint, data oratione venit Archidiaconus, & offert eum qui ordinandus eſt Pontifici &c.* Eadem habet pag. 29. Vetus Rom. Eccl. Sacramentarium a Ven. Card. Thomaſi editum.

(*f*) Lychnum intellige; Vaſis enim genus hic deſignari putamus *candela* vocabulo, uti mox adducenda perſpicue demonſtrant. *Candela una vitrea vacua & nova . . . impleri debet Chriſmate & portari in proceſſione ad Fontes*. Sic Petrus Mallius in Fragm. apud Baſilicæ noſtræ tabularium capſula 2. faſc. 255.

(*g*) Id eſt Dominica tertia Adventus, cujus Miſſa ſic auſpicatur, *Gaudete in Domino &c. Dominica de Gaudete*, inquit noſter Benedictus in Ord. Rom. num. 7. *Statio ad S. Petrum: cum Dominus Papa cum multis Scholis ad veſperum venit &c.* Legeſis num. 8. & 9. ubi divina officia, quæ ad S. Petrum ipſa Dominica & nocte præcedente a Summo Antiſtite peragebantur idem Benedictus accurate deſcribit.

(*a*) Lychnia,

libras de olibano. Candelas vero pendentes cum clamaſtariis (*a*), & Cicindellos (*b*) ad ſufficientiam, ſicuti ſemper fuit. In ſecunda feria Paſchæ, quoniam ſecundum antiquum morem ad ſtaffilem, ubi de equo deſcendimus, nos noſtroſque ſucceſſores recipitis, cirothecas quibus etiam ad Miſſam uti ſoliti ſimus: ad memoriam ſervitii noſtri, qui ſuper * pure S. Romanæ Eccleſiæ feciſtis, nobiſque & Anteceſſoribus noſtris, non ſolum te, ſed omnes tuos Succeſſores Epiſcopos Bibliothecarios Sedis noſtræ eſſe perpetuo Apoſtolica authoritate cenſemus &c.

* L. ſemper.

Si quis autem &c.

Scriptum per manus Sergii Scriniarii & Notarii Sacri noſtri Palatii menſe Novembris Indictione ſupraſcripta VI. Bene valete.

Benedictus S. Fallaritanæ & Caſtellanæ Epiſcopus. (*c*)

Ego Gregorius S. Romanæ Eccleſiæ deſignatus in Regimine S. Tudertinæ Eccleſiæ.

Ego Leo Diaconus S. Rom. Eccleſiæ.

Benedictus Oblationarius. (*d*)

Benedictus Cardinalis tituli Equitii.

Bonizo Presbyter, & Vicedominus (*e*) S. Rufinæ, & deſignatus gratia Dei Epiſcopus Tuſcanen.

Ego Creſcentius Subdiaconus de Joanne de Romano.

Decernimus &c. Si quæ igitur &c. Cunctis &c. Amen.

S. LEO IX.

S. Leo IX. die 12. Februarii anno 1049. Ind. II. inthronizatus, ſedit annos 5. menſ. 2. & dies 7. Ad Superos emigravit 13. Kal. Maji anno 1054. Indict. VII.

Eccleſias Monaſterio S. Martini ſubditas, una cum prædiis ac juribus enumerat, & S. Petri Canonicis confirmat.

Ex Baſilicæ noſtræ Tabulario Capſula 4. Faſciculo 9.

In Nomine Domini Amen. Hoc eſt exemplum, ſive Tranſumptum cujuſdam literæ Apoſtolicæ Sanctæ Recordationis Leonis Papæ Noni, ejus vera Bulla plumbea cum filo Canapis pendente more Romanæ Curiæ, bullatæ, non vitiatæ, non abraſæ, non cancellatæ, neque in aliqua ſui parte ſuſpectæ, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentis, cujus tenor per omnia talis eſt;

Leo Epiſcopus Servus Servorum Dei. Johanni Archipresbytero Venerabilis Eccleſiæ Beati Petri Apoſtoli, & ejuſdem Eccleſiæ Canonicis in Monaſterio Sancti Martini (f) nunc ordinatis, & ordinandis; ut in Choro Beati Petri die, noctuque Divina Officia decantent in perpetuum.

AN. CH. 1053.

CONvenit Apoſtolico moderamini pia Religione pollentibus benivola compaſſione ſuccurrere, ac poſcentium animis alacri devotione impartiri aſſenſum; ex hoc enim lucri potiſſimum præmium apud conditorem omnium Deum promeremur, ſi venerabilia Loca ordinata, ad meliorem fuerint ſtatum ſine dubio perducta. Igitur quia poſtulaſtis a nobis, quatenus confirmaremus quæ a SSmo Leone Quarto Papa, & a quibuſdam Pontificibus Romanis, vobis ſunt conceſſa, & per Privilegia confirmata, ob amorem Dei omnipotentis, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, & aureæ Romæ defenſoris,

(*a*) Lychnia, quibus accedunt clamaſtarii, id eſt bullæ aut alii ornatus, hoc in loco accipienda ſunt. Vide Cangium V. *Clamaſterius*, pro quo legendum exiſtimat *Cremaſterium*.

(*b*) Nempe vitreas Lampades: quod plane conſtat ex vit. S. Cæſarii Arelatenſis, ubi hæc habentur: *Unus de Cubiculariis, dum cicindelem concinnaret, de manibus ſuper lapidem lapſa eſt; quæ nec verſa eſt, nec fracta, nec extincta.* Conſulatur Cangii Gloſſ. & Indiculus exoticar. vocum ſuppoſitus Codici Regular. Lucæ Holſtenii.

(*c*) De Eccleſia Fallaritana, quæ olim Caſtellanæ unita fuit, vide Ughellum tom. 1. col. 596. & ſeq. edit. an. 1717., & Labb. tom. 11. Concil. pag. 1112. & 1284.

(*d*) Subdiaconum, a quo Oblata ad Sacrificium neceſſaria, ſcilicet panem & vinum Archidiaconus accipiebat; *Oblationarium* appellant Romani Ordines, Primus n. 14. & 15. ac Secundus n. 9. Conſulendus Gregorii III. Biographus, & Diploma pro S. Udalrici Canonizatione tom. 11. Concil. Labb. col. 998., ubi *Joannes Diaconus & Oblationarius* ſubſcribit. Rem illuſtravit V. Cl. Domin. Georgi tom. 2. Liturg. Rom. Pont. Diſſ. 1. cap. 3. n. 10.

(*e*) Vicedominus, ut ex D. Gregorii M. literis apud Joannem Diaconum Vit. ejuſdem S. Pontificis l. 2. c. 54. non obſcure colligitur, hoſpites excipiendi munus obibat. Eumdem vero adminiſtraſſe Epiſcopii ſubſtantiam, putat Landmeter lib. 2. de vet. Cleric. & Monach. Diſcipl. cap. 54.

(*f*) Recolenda, quæ diximus ad S. Leonis IV. Diploma.

(*a*) Vati-

Privilegia a Prædeceſſoribus collata, generatim confirmat.

Eccleſiam ſub titulo Salvatoris, quæ in Peregrinorum ſepulturam deſignata erat, deſcribit, ejuſque jura vindicat.

ſenſoris, & Beati Martini Confeſſoris, cujus Eccleſia eſt ſita poſt Abſidam in introitu ipſius (*a*) Eccleſiæ, juxta (*b*) ferrata, veſtris precibus inclinati, quæ juſte poſtulaſtis, ad exemplar Prædeceſſoris noſtri Leonis Quarti, & Caroli Imperatoris, & aliorum Pontificum Romanorum (*c*) Johannis Decimi, & Johannis Nonidecimi, præſentis Scripti Privilegio confirmamus: Statuentes quaſcumque Poſſeſſiones, quæcumque Bona eidem Venerabili Monaſterio juſte pertinent, & in futurum conceſſione Pontificum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis annuente Domino poterit acquirere, firma vobis veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet, (*d*) Eccleſiam Domini Noſtri Salvatoris, quæ vocatur (*e*) Schola Francorum, una cum ſuis Poſſeſſionibus, & uſibus, & utilitatibus, quas Carolus Imperator Eccleſiæ Sancti Salvatoris donavit, & per Privilegium confirmavit, & Leo Quartus Privilegio conceſſit; & (*f*) Cenſus quos de Ultramontanis Partibus, annuatim ſtatuerunt mitti & recipi per manus Miniſtrorum, concedimus eidem Monaſterio permanendos ad utilitatem eorum, qui in Choro Beati Petri Deo alacri animo ſerviunt; poſitam juxta Murum Civitatis nobiæ, quæ vocatur Leoniana, ſuper Terrionem, conſtitutam ad Sepulturam omnium hominum, de qualibet parte Mundi Romam venientium, qualicumque ex cauſa, ſicuti a Leone Quarto conceſſum eſt dictæ Eccleſiæ Sancti Salvatoris. Sed ſi de Ultramontanis partibus fuerint Peregrini & Advenæ, divites & pauperes, nobiles vel ignobiles, quoſcumque mori contigerit in hac Alma Urbe Roma, vel in circuitu ejus, ſicuti ab Alba (*g*) uſque Sutrium, omnes in jam dicta Eccleſia Salvatoris ſepelliantur, nobiles & ignobiles, divites & pauperes, advenæ & peregrini, aut ubi vos juſſeritis, ſi neceſſitas compulerit; nullus præſumat aliquem illorum, aut bona ejus occultare, aut contra voluntatem veſtram retinere: præter Anglos venientes de Anglia, qui ſi in Scola Saxiæ (*h*) infirmantur & ibi moriuntur, ibi ſepelliantur ſecundum cartulas locationum, quas Presbyteri & Hoſpites, qui vocantur Scolenſes ipſius Scolæ Saxiæ, ſuſceperunt ab Eccleſia Sancti Salvatoris,

A ſtato ſepulturæ loco Anglos eximit, qui in Schola Saxiæ; ac Friſes, qui in Friſonum Schola decedant.

(*a*) Vaticanam Baſilicam intelligo, cujus porta occidentem ſpectans, penes Alphar. tabulam ſignata num. 13. uti in ipſam veterem S. Petri Baſilicam aditum præbebat, ita in S. Martini Monaſterium ejuſque Eccleſiam recta ducebat.

(*b*) Quid ſibi velit vocabulum *Ferrata* colligere poſſumus ex Petro Mallio, qui cap. 3. Hiſt. Sacr. apud Bollandian. to. 7. Junii pag. 41. refert, Corpus S. Sixti P. & M. conditum fuiſſe *juxta ferratam prope Corpus Beati Petri, ubi adhuc eſt arcus de muſivo &c.* Id ipſum prodit Liber Pontificalis, in quo legimus, Paſchalem I. in S. Petri Baſilica *ante aditum, qui ducit ad Corpus* S. Petri *in loco ferrate* aram Beato Sixto P. conſtruxiſſe.

(*c*) Iſtorum Pontificum Diplomata ſedulo quæſivimus, at nullibi invenimus.

(*d*) Noſtra ætate adhuc proſtant vetuſtiſſimæ hujus Eccleſiæ parietes: ii namque definiunt Sacræ Inquiſitionis Palatium qua reſpicit portam equitum levis armaturæ, vulgo *dei Cavallegieri*. Variis nominibus, nempe S. Salvatoris de Terrione, de Oſſibus, de Magello veteres Templum hoc appellarunt, quod a Carolo M. extructum fuiſſe ad peregrinorum ſepulturam, multa quidem non ſpernendæ antiquitatis monumenta teſtantur. Hæc inter non ultimum tenet locum celebre, a Franc. M. Turrigio ex Vaticanæ Baſilicæ Tabulario publica luce donatum in Lib. de Crypt. Vaticanis, ejuſdem Caroli Privilegium, de cujus fide a nobis diſſerendum erit, cum de Imperatorum & Regum diplomatibus ſermonem inſtituemus. Inventarium Eccleſiarum & Hoſpitalium nec non Monaſteriorum Vaticanæ Baſilicæ ſobjectorum, anno circiter 1300. a Joanne Card. Cajetano elucubratum, multa habet de Eccleſia S. Salvatoris, de qua nunc agimus. *Item*, inquit, *ſubjicitur dicta Sacroſancta Baſilica Princ. Apoſtol. de Urbe Eccleſia S. Salvatoris de Terione, quæ a Carolo M. Imper. ad ſepulturam omnium Ultramontanorum &c.* Quæ ſequuntur videre licet apud Turrig. mox laudatum pag. 525. & 526. ſec. adit. ubi longiuſculum dicti Inventarii fragmentum refertur.

(*e*) Collegium duodecim Clericorum, qui *Scholaſtici* appellabantur, ædi Sacræ potiſſimum indidit Scholæ Francorum nomen. Illos nimirum partim ex Francia, partim ex Aquitania & Gallia ſelectos cum tribus presbyteris, Carolus Magnus, quemadmodum in ejus Privilegio habetur, eidem S. Salvatoris Eccleſiæ addixit, ut Fratres peregrinos Romam accedentes curarent, &, ſi in eadem Urbe mori contigiſſet, in memorata Eccleſia Chriſtiano ritu ſepelirent.

(*f*) De hujuſmodi cenſibus, qui ex Franciæ, Aquitaniæ, & Galliæ Regnis mittebantur, in laudato Diplomate Carolino ſermo eſt.

(*g*) Alba nimirum, *Albano*, inter priſci Latii oppida Urbs vetuſtiſſima, de qua Cluver. Ital. antiq. lib. 3. cap. 4. to. 2. pag. 900.

(*h*) Qui non longe a S. Petri Baſilica ad Tiberim uſque locus protenditur, vicus Saxonum & Schola Saxonum in pervetuſtis monumentis nominatur. Baronio ad annum 804., & in Martyrol Rom. 10. Novemb. not. a. ea ſententia eſt, quod expugnati Saxones a Carolo M. cum identidem rebellaſſent, tandem ſolum vertere coacti ſunt, multique illorum Chriſtiana Fide atque Eccleſiaſtica diſciplina initiandi Romam miſſi, locum, de quo agimus, apud Vaticanam Baſilicam incolendum acceperunt, idcirco Saxia nuncupatum. Hæc Baronii opinio, ſi cum iis quæ ſequuntur conciliari nequeat, haud prorſus nobis arridet. Saxones etenim, quos memorat præſens Diploma, non utique Germaniæ & Saxoniæ veteris incolæ, ſed Inſulares ſeu Anglicobritanni, Tranſmarini & Angloſaxones profecto ſunt, ita ſane appellati poſtquam, teſte Ven. Beda in Anglor. Hiſtoria, quinto decurrente Eccleſiæ ſeculo magnam Angliæ partem occuparunt, eaque per complures annorum centurias dominari fuerunt. Profecto non pauci Rerum Angl. Scriptores tradunt, Inam Regem Occidentalium Saxonum in Britannia, abdicato Regno, Romam profectum; domum, Gregorio II. Pontifice annuente, fundaſſe, in qua gentis ſuæ principes & nobiles, ac præſertim Clerici Romanis ritibus imbuerentur, & populares peregrini ad Apoſtolica Limina devotionis cauſa accedentes exciperentur; in eorumdem uſum Templum erexiſſe, ac utrique dotem aſſignaſſe, portionem ſcilicet ex denario, qui S. Petri dicebatur. En igitur, juxta Petrum Saulnier Diſſert. de cap. Sacr. Ord. S. Spiritus cap. 11. argum. 10. §. 11. num. 2., Scholæ Saxonum origo. At duodecimo Eccleſiæ ſeculo alia vigebat traditio: Scilicet Anglorum-Saxonum Schola ab Offa Merciorum, ſive Anglorum Mediterraneorum Rege, qui Hadriano I. Pontifice Romam venerat, primitus inſtituta ferebatur, quemadmodum teſtatur lib. 2. de geſt. Reg. Angl. cap. 2. Vvillelmus Malmesburienſis, eodem duodecimo Seculo clarus. Alexander II. PP. in epiſt. ad Vvillielmum Regem Angl. apud Labb. tom. 12. Concil. col. 80. de annua penſione loquitur Sedi Apoſtolicæ ab Anglis præſtita, cujus quidem pars altera Romano Pontifici, altera vero *Eccleſiæ S. Mariæ, quæ vocatur Schola Anglorum, in uſum fratrum deſerebatur.*

(*a*) Cam-

vatoris, de Eccleſia cum (*a*) camminatis, & Scola Saxiæ, & omnibus ejus pertinentiis; nec non de Sepultura Anglorum, qui in ipſa infirmantur atque moriuntur Scola; ſed ſi præter ipſam infirmantur, ubicumque moriuntur, in Eccleſia Sancti Salvatoris ſepelliantur ſecundum proprium jus. Imperator autem & Leo Papa, quod Eccleſia Salvatoris habuerat, non abſtulerunt, ſed illi de gratia, multa dederunt, & Privilegiis conceſſerunt: Ideo Nos concedimus penſiones in Monaſterio Sancti Martini bis in anno dari a Presbyteris Sanctæ Mariæ, & locationes ab utraque parte teneri: Friſes etiam, qui infirmantur extra Scolam Friſonum, (*b*) quæ vocatur Eccleſia Sancti Michaelis, in Eccleſia Sancti Salvatoris ſepelliantur, ſecundum tenorem locationis, quam Presbyteri Sancti Michaelis ſuſceperunt a Presbyteris Salvatoris. Exceptamus etiam omnes Peregrinos, & Advenas Latinos, quotquot moriuntur in Civitate Leoniana, & extra ad tria milliaria, quos ſepelliri concedimus in Eccleſia Sancti Juſtini, quæ vocatur Scola Longobardorum (*c*), & ſecundum tenorem locationis, eiſdem munitur rationibus in Latinis, quibus Eccleſia Salvatoris in aliis Gentibus: omnes alii Peregrini, & Advenæ, qui in Civitate Leoniana, & in circuitu ejus per tria milliaria obierint, Ultramontani quoque, ab Alba uſque Sutrium, ſicut ſuperius dictum eſt, in prædicta Eccleſia Sancti Salvatoris cum obſequio Sacerdotum ſepelliantur. Nullus occultet infirmum, ut inteſtatus decedat, ſed Presbyteris ipſius Eccleſiæ, aut Procuratori veſtro, antequam mente alienetur nunctiare feſtinet. Si defunctus fuerit, ipſum & bona ejus non celet, ſed cito Presbyteris propalare pergat. Similiter nullus audeat infirmum de alterius domo malitioſe, aut furtim abſtraere, vel ſuadere de domo, ſeu de Civitate exire, ne forte deceptus ſuis bonis expolietur, & in via derelictus male moriatur, & a canibus, ſeu a lupis devoretur; ſed cum veſtra voluntate, & judicio mutentur, ubi conpetentius eis ſerviatur, atque pro ſubſtentatione, & ſanitate corporis, ex ſuis rebus fideliter miniſtretur; ne per incuriam ipſi pereant, & bona eorum dilapidentur. Sed ſi tantæ valitudinis fuerit infirmus, ut ad Patriam ſuam reddire poſſit, ſuis omnibus receptis, cum veſtra providentia ire permictatur; nulla res exinde pro licentia retineatur, etiamſi promiſſa fuerit, nichil accipiatur. Et ſecundum locationem, quam omni Populo Civitatis Leonianæ fecit Eccleſia Sancti Salvatoris, de hoſpitandis Oratoribus (*d*), & vendendis neceſſariis, ſicut ipſi ad recompenſationem utilitatis locationis in præſentia Leonis Quarti conceſſerunt Monaſterio Sancti Martini, & Eccleſiæ Salvatoris, quod nos concedimus, & confirmamus; ut quicumque de habitatoribus Civitatis Leonianæ & extra ad unum milliarium, ſine filio vel filia de legitimo conjugio deceſſerit, omnes res mobiles & immobiles quas tunc habuerit, in dicto Monaſterio ad utilitatem Fratrum (*e*) vadant, & nulli audeat aliquid de Bonis ſuis relinquere, niſi expenſas pro ſepultura, & ſi quid alicui debuerit. Simili modo quicumque de ſervientibus, aut de tabernariis, cujuſcumque conditionis, ſi abſque hærede obierit, omnia ejus bona juri veſtro cedant; & ſi hæredem habuerit, in prædictis Cimiteriis Sancti Salvatoris,

Advenas e Latio venientes, in Eccl. S. Juſtini tumulari aliquando poſſe, concedit.

Ad fraudes tollendas, nonnulla in Peregrinorum infirmitate ac obitu ſervanda præſcribit.

Eorum, qui Leonianam civitatem inhabitant, ſi abſque heredibus neceſſariis deceſſerint, bona hereditaria, eccleſiæ S. Salvatoris addicit.

(*a*) *Camminata* ædificii genus, in quo caminus extat, deſignare videtur. Sic præter Cangium in Gloſſ. arridet Jo. Mar. Creſcimb. Hiſt. Baſil. S. Mariæ in Coſmedin. lib. 4. cap. 1. quamvis alii aliter cenſeant. Porro ea notione etiam obtinet in Etruſco idiomate, ut videre eſt apud Boccacium, cujus verba a prælaudato Creſcimb. referuntur.

(*b*) Ubi Eccleſiam SS. Michaelis & Magni ſitam cernimus, Crypta quædam extitiſſe fertur juxta Palatium, quod Neronis vocitabatur. Milites, qui in prælio adverſus Saracenos, Leone IV. Pontifice, Romæ occubuerunt, in ea tumulati dicuntur. Quare ipſe Leo Sancti Michaelis nomine Eccleſiam ibi condidiſſe traditur. Nec ita multo poſt cum tres e Friſia milites, S. Magni corpus in Campania repetiiſſent, in patriam deportare fruſtra contendunt: Idcirco divinitus admoniti Romam deferunt, in laudato S. Michaelis Templo deponunt, ſimulque ſtatuunt trecentas argenti marcas eidem Eccleſiæ quotannis tribuere, ut quieſcentium ibi fidelium animæ piis ad Deum precibus juvarentur, ac Peregrini a Friſionibus Germaniæ populis ad Apoſtolorum Principis Limina confluentes, hoſpitio foverentur. Hiſtoriam enarrant Franc. M. Turrig. peculiari opuſculo ea de re typis excuſo, & marmorea Tabula, quæ in ipſa S. Michaelis Eccleſia viſitur, charactere utique non recenti exarata; quidquid tandem de ejus auctoritate cenſendum ſit, quod hic expendere non vacat. Profecto ſi Leonem IV. Pontificem ſacræ ædis conditorem affirmemus; oppido erravit lapicida, dum in ipſa marmorea tabula ſcripſit, S. Magni exuvias, Carolo M. Imperatore ad Urbem tranſlatas, & *in crypta, ſuper quam Eccleſia S. Michaelis jam facta fuerat*, collocatas fuiſſe. Quapropter Baron. Ann. tom. 10. an. 855. & in Martyrol. Rom. die 8. Maji not. a. pro *Carolo*, Lodovicum Lotharii filium ac Italiæ Regem, legendum eſſe opinatur.

(*c*) Hanc Turrig. Lib. de Crypt. Vat. p. 112. conſtitutam fuiſſe putat eo in loco, qui nunc dicitur, *Campo Santo*, juxta S. Petri Baſilicam; imo Severanus pag. 98. & 394. confundit cum Eccleſia S. Mariæ de Conceptione, alias *in Campo Santo*, nationis Theuthonicæ: Martinell. pag. 363. locat in rupe Sancti Spiritus, dejectamque ait in conſtructione vinearum Cæſiorum & Vercellorum. Ut ut ſit, Leo IV. *Eccleſiam S. Juſtini poſitam in monte Saccorum, quam fecerat ad ſepulturam omnium peregrinorum Latinorum, S. Petri Canonicis donavit*: Verba ſunt Canonici Romani tit. 11. Quo in textu, pro *Saccorum* legendum *Saxonum*, Martinell. prælaudatus exiſtimat. Vetus inſtrumentum, de quo Turrig. loco citato, memorat Rectorem *Eccleſiæ S. Juſtini in Portica S. Petri*.

(*d*) Id eſt Peregrinis Apoſtolica Limina, orationis ac pietatis cauſſa inviſentibus: qua notione vocabulum, *Orator*, accipitur a Nicolao II. in Decreto an. 1059., & in Concilio Romano an. 1078. ut videre eſt apud Cangium in Gloſſar. Sed unus Canonici Petri Mallii locus a Severano Lib. de 7. Urb. Eccl. pag. 172. productus ſatis eſt ad rem comprobandam. *Multi*, inquit, *ex diverſis Mundi partibus ob reverentiam ejuſdem Apoſtoli huc conveniunt* Oratores, *in tantum ſiquidem, quod multoties vix ad Altare poſſumus accedere*.

(*e*) Id eſt Canonicorum. Vid. Molan. Tract. de Canonic.

(*a*) Hujus

Bona nonnulla prope Baſilicam S. Petri poſita enumerat, eorumque fines deſignat.

vatoris, & Sancti Juſtini, ut Advena ſepelliatur. Habitatores ſunt viri, & mulieres, quicumque habitant in domibus propriis, aut in domibus, quas tenent, non per unum diem, nec per unum annum, ſed longo uſu per cartulas locationum. Item concedimus, & confirmamus unum Fundum quod vocatur Palatiolum (*a*), & duo Burgura, unum qui vocatur Friſonorum, & Saxonorum, cum terminis, limitibuſque eorum, & omnibus eorum pertinentiis, una cum Eccleſia Sancti Zenonis (*b*), & Eccleſia Sancti Nicolai (*c*), & Eccleſia Sancti Michaelis, quæ vocatur Scola Friſonorum, atque Eccleſia Sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ (*d*), & Eccleſia Sancti Salvatoris de Bordonia (*e*), necnon Eccleſia Sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, quæ vocatur Scola Saxonum (*f*): In hac tamen Eccleſia ordinatio Archipresbyteri conſilio noſtro fiat; aliorum vero Presbyterorum, atque Scolenſium per vos fiat, abſque omni venalitate: & quanta inter ſubſcriptos affines continere videntur. Inter affines a primo latere incipiente a Flumine, a loco qui vocatur Spellari, & eunte per murum civitatis Leonianæ, uſque in Porta, quæ vocatur Saſſonum (*g*), deinde per viam in Formale manu dextra, & aſcendente per ipſum Formale, uſque dum recte aſpicit tertiam Turrem, quæ eſt proprietas jam dicti Monaſterii, & eunte per murum in cilium Montis, & inde per ſemitam deſcendentem in viam, juxta lacum, juris Monaſterii Sancti Stephani majoris (*h*), & inde in foſſato ortui Salvatoris, deinde uſque in foſſato, qui emittit aquam per murum civitatis Leonianæ. A ſecundo terra Sanctorum Joannis & Pauli (*i*), & ortum Sanctæ Mariæ in Oratorio (*k*), & via quæ vadit ad Aguliam (*l*). A tertio alia via,* venit ab Agulia, quæ vocatur Sepulcrum Julii Cæſaris (*m*), & vadit per porticum (*n*) Sancti Petri, uſque in Arcum majorem, qui ſtat in caput portici (*o*), & deinde uſque in Flumen Tyberis; excepto tres domos Scolæ Cantorum (*p*), duas in portico & altera juxta domum veſtram majorem, quæ habet ortum poſt ſe, uſque in viam quæ deſcendit a Sancto Georgio (*q*), & uſque in foſſatum Terrionis, & eſt juxta viam quæ venit a terra Sancto-

* *L.* quæ.

(*a*) Hujus meminit Bertoldus Presbyter Conſtantienſis undecimo æræ Chriſtianæ Seculo clarus: nam de Henrico IV. Leonianam Civitatem ingreſſo verba facit in hunc modum apud Baron. an. 1083. num. 2. *Juxta S. Petrum quemdam monticulum nomine* Palatiolum *in caſtellum erexit, eique milites multos, ut impugnarent Romanos, impoſuit*. Collis ſive monticulus a Bertoldo *Palatiolum* nuncupatus, is eſt, ni fallimur, quem Eccleſia SS. Michaelis & Magni, necnon urbanus Familiæ Barberinorum hortus nunc obtinent. Non longe hinc aberat Sacra ædes beatæ Mariæ in *Palacola*, ſive in *Palatiolo* dictæ, de qua infra. Fundum vero Palatiolum ita denominatum opinor a Neronis Palatio, quod eum Liber Pontificalis in S. Petri geſtis, tum Romanus Canonicus tit. 16. apud Vaticanum ponunt, & ad memoratam S. Michaelis Eccleſiam locat vetus marmorea Inſcriptio in ipſo Templo, ut ſupradictum eſt, aſſervata. Quamvis autem Nero *domum* ſuam, ut Suetonius loquitur, *a Palatio Eſquilias uſque fecerit*; incongruum tamen non eſt, quod eidem Imperatori alia in Vaticano juxta Circum & hortos ſuos fuerit ædes, ab imperito vulgo poſtea Neronis Palatium appellata.

(*b*) Quæ, teſte Jac. Grimaldo, in conſtructione Palatii Sacræ Inquiſitionis ſolo æquata fuit.

(*c*) Non longe aberat a Templo SS. Michaelis & Magni, ut ex ipſo Diplomatis contextu fas eſt colligere.

(*d*) Quæ in Monte S. Michaelis olim ſita erat ad Cæſiorum vineam, uti ex Grimaldo referunt Martinellus, aliique. Vocabatur S. Mariæ in *Palacola*, vel in *Palatiolo*, de quo mox diximus. Roman. Pont. Innocentii III. Gregorii IX. Clementis VI. aliorumque Diplomata inferius producenda illam ſæpeſæpius memorarunt, & a S. Leone IV. Canonicis donatam fuiſſe, Romanus tit. 11. literis conſignavit. Templum, de quo agimus, crediderim ipſe a Biographo ejuſdem S. Leonis deſignatum his verbis apud Anaſtaſ. *in Eccleſia S. Dei Genitricis Mariæ, quam ipſe beatiſſimus Pontifex* (Leo IV.) *a fundamentis ſupra Saxonum vicum noviter conſtruxit, obtulit veſtes &c.* De Vico Saxonum vide not. *b*. pag. 23.

(*e*) Hæc titulo S. Jacobi *de Caracaballo* in Burgo proſtat, dicta etiam aliquando S. Jacobi *in via Sacra*, aut S. Jacobi *Caracaballi de Portica S. Petri*. Tuttigius hiſtorica narratione anno 1649. typis edita ſacram ædem, de qua tractamus, illuſtravit. Flor. Martinell. in Rom. ex ethn. Sacr. pag. 116. Bordoniæ nomen ex peregrinorum baculis, quos vocant *Bordones*, ædi Sacræ inditum opinatur. Alii aliter ſentiunt.

(*f*) Modo *S. Spiritus in Saxia*.

(*g*) Una ex Civitatis Leonianæ portis. Poſterulam Saxonum appellat Leonis IV. Biographus, dedicationem ejuſdem Leonianæ Civitatis a S. Pontifice habitam accurate deſcribens. *Tertiam*, inquit, *orationem cecinit ſuper poſterulam aliam, quæ reſpicit ad Scholam Saxonum, quæ ex eorum vocabulo Saxonum Poſterula appellatur*.

(*h*) De hoc Monaſterio dicemus infra ad alterum S. Leonis IX. Diploma edit. 9. Kal. April. Pont. an. V.

(*i*) De SS. Joannis & Pauli Monaſterio inferius ſermo eſt, ad alteram S. Leonis IX. Bullam edit. Kalendis April. Pont. an. V.

(*k*) Quamquam Liber Pontificalis in Leone III. Sacram ædem S. Mariæ Oratorii in Monaſterio Michaelis meminerit; in Vaticana tamen Baſilica fuit illuſtre ſacellum titulo S. Mariæ in Oratorio decoratum, quod Paulus I. teſte ejus vitæ Scriptore apud Anaſtaſium erigi, ac muſivo opere, variiſque metallis ornari curavit. Plura habet Canonicus Romanus tit. 13. & Alpharan. tab. Ichn. num 17. ſitum illius accurate delineat.

(*l*) Nempe Obeliſcum in Vaticano Caji & Neronis Circo, ex loco, ubi jacebat pone Sacrarium Baſilicæ S. Petri, in Aream Vaticanam a Sixto V. tranſlatum, ibique erectum.

(*m*) *Sepulcrum Julii Cæſaris &c.* Quod globus æneus in memorati Obeliſci ſummitate poſitus hujus Imperatoris cineres contineret, vulgus credidit; at perperam. Quandoquidem Ant. Cicarelli in vit. Sixti V. teſtatur, quod Dominic. Fontana globum illum penitus conflatum novit, nullamque in eo commiſſuram deprehendit; quapropter nullo pacto quicquam illuc immitti potuit. Conſulatur Liber de Mirabilibus Urbis, a Bern. Montefauc. in ſuo Diar. Ital. editus.

(*n*) Alia erat Vaticanæ Baſilicæ porticus, alia vero, quæ ex mole Hadriana, nempe Caſtro S. Angeli ad ipſam Baſilicam perducebat. Hæc dicebatur *Major*, Gothoſque licet Hadrianæ Moli jam proximos, Procopio narrante lib. 1. de Bell. Goth. cap. 22. Romanorum aſpectui celavit, & ab horum armis protexit. Hadrianus Papa I., ut ejus acta produnt apud Anaſtaſ. *pluſquam duodecim millia tufis in litore alvei fluminis in fundamentis ponens, a ſolo uſque ad ſummum tectum miræ magnitudinis Porticum reparavit, & uſque ad gradus beati Petri reſtauravit*.

(*o*) Caput porticus juxta Hadriani Molem extitiſſe, evincitur cum ex iis, quæ Turrigius habet Lib. Cr. Vat. pag. 514. & 525. tum ex aliis, quæ mox adferemus.

(*p*) Joann. Diaconus lib. 2. cap. 6. Vitæ D. Gregorii M. ſcripto tradidit, Sanctum Pontificem conſtituiſſe Cantorum Scholam, eique cum nonnullis prædiis duo habitacula, alterum ſcilicet ſub gradibus Baſilicæ S. Petri, alterum vero ſub Lateranenſis Patriarchii domibus conſtrui curaſſe. Videſis Petrum Mallium cap. 4. Hiſt. Sacr. apud Bolland. to. 7. Junii.

(*q*) Eccleſiæ S. Georgii, *quæ poſt S. Petrum poſita erat*, meminit noſter Maph. Vegius lib. 2. de Reb. antiq. Baſil. S. Petri penes Bolland. tom. 7. Jun. pag. 71. Nimirum ad radices Clivi

Sanctorum Joannis & Pauli, in viam, quæ vadit in Porticum. A quarto dictum Flumen Tyberis, locum qui vocatur Spellari. Pariter concedimus & confirmamus Fundora in integro, quæ vocantur Taliano Majore, & aliud quod vocatur Talianum Minore. Fundum Faſciola, Fundum Caſanillo, & Fundum Caſapindola, Fundum Rotula, Fundum Cucumelli, Fundum Protellaris, omnes invicem coherentes, cum diverſis Fundis, & vocabulis eorum, campis, pratis, paſcuis, ſilvis cum caſis, & vineis, & cum omnibus ad eoſdem Fundos generaliter, & in integro pertinentibus, poſitos via Claudia (a) foris Portam Sancti Petri (b) milliario ab Urbe Roma plus minus quarto, vel quinto, inter affines. A primo latere incipiente a Cava majore, recte pro filice, quæ vadit inter prænominata Fundora, & Caſale, quod vocatur Pratanella, juris Monaſterii Sancti Stephani Majoris, & ducente uſque in rivo, qui pergit a ponte Sofflari. A ſecundo ipſius rivo, qui dividit ipſa Fundora, & Caſale quod vocatur Menori juris Monaſterii Sancti Stephani Majoris. A tertio Caſale Suberete, juris Sancti Laurentii Pallatini (c) a Sancto Petro. A quarto Forma quæ vocatur Sabbatina (d), quæ mictit in via Cornelia (e) quæ ducit in Baſilica Sanctarum Rufinæ & Secundæ (f), & Caſale quod vocatur Caſagurdi, juris ejuſdem Monaſterii Sancti Stephani; & deinde ducente per valle uſque intra Balnearia, & recte aſcendente per aliam vallem, quæ dividit inter jam dicta Fundora (g), & Colle Sancti Stephani, & recte pergente in valle Caunara, & veniente uſque in prædicta Silice, ſeu caba, qui eſt primus finis. Concedimus etiam Fundum unum in integro, quod vocatur Cletandris * cum Eccleſia Sanctæ Martyris Agathæ (h) poſita in colle Pino. Inſuper Caſam Lardariam (i), milliario ab Urbe Roma ſecundo, & Fundum Attalianum, cum caſis, vineis, terris, ſicuti deſignatum eſſe videtur, cum thermis, criptis, monumentis poſit. foris Porta Beati Petri Apoſtoli via Aurelia. Item concedimus Eccleſiam Sanctæ Anatholiæ (k), cum caſis, vineis, terris, in Inſula, & juxta ſe criptis, parietinis, piſcaria, cum manicis (l), & viginti paſſus infra Trajanum (m), ut cum navicula

Fundos alios extra Urbem in via Claudia existentes recenſet, certiſque finibus circumſcribit.

Alios via Aurelia poſitos diſtinguit Fundos.

* *Al.* Cleandris.

Quæ Centumcellis exiſtunt, Bona deſcribit.

Portæ Pertuſii extitit Sacra hæc ædes, cujus veſtigia, ut ait Grimaldus in Ms. opuſculo de Veronica pag. 13., ejus ætate viſebantur *in domibus vicinis palatio Armellinorum in platea lapicidarum Fabricæ ſancti Petri*.

(a) Quæ videlicet ex via Caſſia Galetiam, & Braccianum pergit, quemadmodum videre eſt num. 98. Expoſit. Tab. Topograph. Cing. agri Romani a Franc. Eſchinardo elucubratæ. Viæ Claudiæ, præter alios, meminere Ovidius, & Frontinus, quorum hic lib. 1. de Aquæductib. ſcribit, aquam Alſietinam via Claudia concipi.

(b) *Foris portam S. Petri &c.* Vvillelmus Malmeburienſis dictus de Sommerſet duodecimo Eccleſiæ ſeculo clarus lib. 4. c. 2. de geſt. Reg. Angl. inter ſcriptores Rer. Anglic. pag. 135. edit. Francofurti an. 1601., portas Urbis enumerans, *Prima*, inquit, *porta Cornelia, quæ modo dicitur porta S. Petri, & via Cornelia. Juxta eam Eccleſia beati Petri ſita eſt, in qua corpus ejus jacet, auro & argento & lapidibus parata*. Splendidum quidem eſt mox productum Vvillelmi teſtimonium, uti etiam aliud, quod ex præallato D. Leonis IV. Diplomate repeti licet: Situm vero portæ S. Petri haud ſatis indicant. Porro quæ octavo & nono Eccleſiæ ſeculis dicebatur porta S. Petri, hæc ad *Caput Porticus* extabat, quod liquido patet ex Lib. Pontificali, ubi legitur Hadrianus Papa I. tres Diaconias conſtituiſſe, quarum altera, in Deiparæ honorem dicata, ſita erat *foris Portam beati Petri Apoſtoli in Caput Porticus*; ſcilicet prope Molem Hadrianam, ut diximus not. *o.* & invicte probat Libellus Deſcriptionis Regionum Urbis octavo ſeculo, ut creditur, exaratus, primumque editus a Mabill. to. 4. Analect. Ibi namque anonymus prædicti Libelli auctor Portam, de qua agimus, vocat *Portam S. Petri in Hadrianio*, nimirum juxta Hadriani Molem, vulgo *Caſtel S. Angelo*.

(c) S. Leo IV. in ſuperiori Diplomate appellat *Monaſterium S. Laurentii Pallatini*. Iſtud fortaſſis nonnulli cenſeant idem plane cum eo, quod apud Anaſtaſ. in Leone III. Gregor. IV. & Bened. III. dicitur *Monaſterium S. Laurentii in Palatinis* aut *Pallacini*, quodve olim extitiſſe ad S. Catharinam vulgo *de i Funari* noſter Grimaldus aſſerit. At, ni fallor, Monaſterium S. Laurentii Pallatini a S. Petro, cujus meminere cum Leo IV. tum Leo IX., non longe a Vaticana S. Petri Baſilica ſitum fuiſſe, haud obſcure innuit additamentum illud, *a S. Petro*. Quam quidem conjecturam confirmari licet ex diplomate Sergii III. ad Hildebrandum Silvæ Candidæ Epiſcopum dato, ubi Summus Pontifex, ut Monaſterium S. Stephani prope Vaticanam Baſilicam exiſtens indicaret, & ab aliis ejuſdem nominis ſecerneret, appoſite dixit, *Monaſterium S. Stephani, quod appellatur Major a S. Petro*, ut legitur apud Ughell. Ital. Sacr. to. 1. col. 107. Par loquendi ratio parem inducit illationem. Num vero Monaſterii S. Laurentii Pallatini a S. Petro aliquod impræſentiarum exiſtat in Vaticano veſtigium, equidem definire non audeo. Eccleſiæ S. Laurentii olim *in Piſcibus* nunc *S. Lorenzino in Borgo*, *Pallatini* nomenclaturam fortaſſis tribuit locus non longe diſtans, *Pallatiolum* dictus, de quo ſupra egimus.

(d) Ita Veteres appellabant ductum aquæ Trajanæ Sabbatinæ ſeu Braccianenſis.

(e) Via Cornelia inter Aureliam ac Triumphalem conſtituenda. Id non obſcure colligimus ex duabus vetuſtis inſcriptionibus a Grutero fol. cccclvii., & cccclxv. relatis, quarum altera memorat C. Sallium Ariſtænetum *Curatorem viarum Aureliæ, Corneliæ, & Triumphalis*: Altera vero monumentum eſt C. Popillionis Curatoris *viarum Aureliæ veteris & novæ, Corneliæ, & Triumphalis*. Inſpiciantur Agri Romani tabulæ, tum ea quam Fabrett. Lib. de Aquæduct. attexuit in fin. Diſſert. 2., tum ea, quam Dominic. de Rubeis forma longe ampliore edidit. Ex iis enim perſpicue conſtat, viam Corneliam ex Aureliæ novæ bivio, qui ad tabernam dictam *del Pidocchio* ad vineam Carpineam altero ab Urbe lapide juxta ductus aquæ Trajanæ Sabatinæ ſeu Braccianenſis aſſurgit; dextrorſum flectere verſus Triumphalem ac dirigi ad agrum Cæretanum. Ita Cl. Præſul Franc. Blanchinus to. 2. Anaſt. Biblioth. nov. Rom. edit. pag. cxliii.

(f) Ex Fundo *Porcareccina* dicto progredientibus, ad viæ lævam occurrit, teſte prælaud. Eſchinardo n. 186. Diruta S. Rufinæ Eccleſia, cujus meminit Vvill. Malmesburienſ. dum lib. 4. c. 2. de geſt. Reg. Angl. ait: *In eadem via* (Cornelia) *eſt Eccleſia altera, in qua requieſcunt Sanctæ Virgines Rufina & Secunda*.

(g) Id eſt fundos. Legeſis Gloſſar. Du Cang.

(h) De qua in Lib. Pontificali hæc habentur: *Hic Papa Symmachus fecit Baſilicam S. Martyris Agathæ via Aurelia in fundo Lardariæ*. Conſule Biographum S. Leonis IV. penes Anaſtaſ. & Caroli M. Diploma apud Turrig. pag. 506.

(i) Vide præcedens adnotatum. Hanc non longe a S. Pii V. prædio, quod vulgo dicimus *Caſaletto*, ſitam eſſe intelligimus ex Jo. Severano lib. de 7. Urb. Eccl. pag. 90.

(k) Innocentii III. Diploma Canonicis S. Petri datum Romæ Idibus Octobr. an. 1205. docet, Eccleſiam S. Anatholiæ locatam eſſe *in Portuenſi Civitate veteri*, quo nomine poſt S. Leonis IV. ætatem appellatæ fuerunt antiquæ Centumcellæ, ſive Portus Centumcellenſis. Hujus Pontificis acta apud Anaſtaſium excurre, & quæ ex eiſdem noſter Holſten. in Cluvet. Ital. antiq. pag. 482. lin. 2. arguit, expende.

(l) Manica notat alicubi ædificii genus, quod, ſi Cangium in Gloſſar. audiamus, alterius veluti latus efficit.

(m) Trajanus Portus, quidquid Niger atque Ortelius ſentiant, fuit ad Centumcellas, ubi nunc *Civita Vecchia* & Portus


Ad Leonianam urbem regreditur, ibique Eccleſias S. Benedicti, & S. Mariæ Virgariorum, certis definitas limitibus, enumerat.

navicula large poſſit ire ad maſtices, & reddire, & cum omnibus ad eam generaliter, & in integro pertinentibus. Necnon confirmamus Eccleſiam Sancti Benedicti (*a*) poſitam ad murum Civitatis noſtræ Leonianæ, cum camminatis, & ortuo poſt ſe, & poſt camminatas, & terra, cum caſis, & cum omnibus eorum pertinentiis, ſicuti viæ extenduntur, una juxta murum, & altera juxta porticum, uſque in Meta (*b*), quæ vocatur memoria Romuli (*c*). Similiter concedimus Eccleſiam Sanctæ Mariæ Virgariorum (*d*), cum camminatis, & caſis, & argaſteriis (*e*), & omnibus ejus pertinentiis, inter affines. A primo latere viculum a Cortina in Porticum. A ſecundo via per Porticum. A tertio via quæ exit per Arcum. A quarto Silice uſque io Cortina. Et quia pium gaudere Martinum ſcribitur, gaudeant commanentes in ejus Monaſterio, ut in Dei Omnipotentis ſervitio, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, devoti ſtudioſius ſemper exiſtant; nulla hora tardet eos. Et quia pium flere Martioum, fleant & illi qui ſe oſtendunt tanto munere indignos, qui mundana quærunt, non quæ Dei ſunt, ſed pie viventes in Chriſto remuneramus. Propterea Apoſtolica Cenſura ſtatuimus, ut nullus noſtrorum Succeſſorum Pootificum, nullus Imperator, nullus Epiſcopus, nulla alia Poteſtas, nulla Perſona hominum contra hoc noſtræ confirmationis, & conceſſionis Privilegium in parte agere præſumat; & ſi ſupraſcripta omnia, quæ in eorum alimonia & ſubſtentatione confirmata ſunt, ut Deo ſine murmure ſerviant, & in jam dicto Monaſterio ſunt conceſſa contempnere voluerit, & in eorum poteſtate, & ordinatione conſervare noluerit, ſciat ſe noſtro Sacro Lateranenſi Palatio compoſiturum duodecim auri puriſſimi libras, & inſuper anathematis vinculo innodetur, & cum impiis, & ſceleratis æterno igne cremetur, & cum Juda Domini noſtri Jeſu Chriſti Traditore in Ioferno crucietur. Qui vero pio intuitu curator, & obſervator hujus noſtri Privilegii extiterit, Benedictionis gratiam a Domino noſtro Jeſu Chriſto, & gaudia ſempiterna conſequi mereatur.

Conſtitutioni robur adjicit, pœnis ac præmiis propoſitis.

Scriptum per man. Albini Scriniarii Sacri Palatii, Anno quinto Dñi Leonis Noni Papæ, Inditione ſexta, Martio menſe, xx. die.





Datum xii. Kalendas Aprilis per man. Frederici Diaconi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Bibliotecarii, & Cancellarii vice Domini Herimanni Archicancellarii, & Colonienſis Archiepiſcopi, Anno Dompni Leoois Nooi Papæ V. Inditione ſexta. *Acta*,

Portus inſignis a Paulo V. & Urbano VIII. in Portus Trajani veſtigiis egregie reſtitutus. Ita Holſten. laud. in adnotat.

(*a*) Hæc, Jacobo Grimaldo judice in Lib. Ms. Inſtrumentorum pag. 156. a tergo, extabat *ubi nunc eſt cuſtodia equitum levis armaturæ*. Auctor, ſedente Paulo V. floruit. Aliud S. Benedicti Templum in Vaticano recenſet Flor. Martinellus, idemque eſſe vult cum S. Catharinæ Eccleſia, quæ tempore Alexandri VII. ſolo æquata fuit. Sane apud S. Petri Baſilicam vetus extitiſſe Cœnobium Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti ex nonnullis Pontificum Diplomatibus conſtat. Id vero inferius declarabitur.

(*b*) Ipſam ita deſcribit Canonicus Romanus tit. 48. *In Naumachia*, inquit, *juxta Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Traſpadina*, Caſtro S. Angeli olim proximam, *eſt ſepulcbrum Romuli, quod vocatur Meta, quæ fuit miro lapide tabulata, ex quibus opus gradatum Sancti Petri perfectum fuit. Hæc habuit circa ſe plateam Tiburtinam viginti pedum cum cloaca, & florali ſuo. Habuit quoque circa ſe Terebinthum Neronis tantæ altitudinis, quantum & Caſtellum Adriani Imperatoris, miro lapide tabulatum. Quod ædificium rotundum fuit cum duobus geronibus, ſicut Caſtrum, quorum labia erant cooperta tabulis lapideis pro ſtillicidiis. Et juxta hoc ædificium crucifixus fuit B. Petrus Apoſtolus*. Marmoreum igitur ædificium ab Hadriana mole non longe diſſitum *Meta* vocabatur; quam Alexander VI. demolitus eſt, ut viam aperiret, Alexandrinam ab ejus nomine, nunc *Borgo nuovo* appellatam, quemadmodum Franc. Albertinus, qui Julio II. Pontifice floruit, in opuſc. de Mirabil. nov. & vet. Urb. Rom. cap. de Obeliſcis & Metis, aliique complures literis conſignarunt. Ceterum ipſius Metæ formam eruditi inſpiciunt in Vaticanæ Baſilicæ valvis æneis ab Eugenio IV. magnifice conſtructis.

(*c*) Appellabatur etiam Sepulcrum Scipionis. Confer Nardin. Rom. ant. lib. 7. cap. 13.

(*d*) Sic appellatam vel a virgis itinerariis, quæ prope hanc Sacram ædem venibant, quod Turrigio L. de Cryp. Vat. pag. 548. arridet; vel, uti Martinellus putat, a virgis, quas geſtabant Cantores, divinis laudibus juxta Beati Petri altare, ut loquitur Mallius, celebrandis addicti. Canonicus noſter Benedictus num. 57. Ord. Rom. agens de ſolemni ſupplicatione die S. Marci haberi ſolita: *Venientes*, inquit, *ad S. Laurentium in porticu Majore ubi incipit ſimplicem litaniam uſque ad lectum cantari ante S. Mariam Virgariorum in fine Cortinæ &c.* ideſt areæ ſeu plateæ Vaticanæ.

(*e*) *Argaſteriis &c.* Argaſterium in hoc loco idem eſſe puto atque ergaſterium, nempe officinam, ubi aliquod opus fit. Conſule Du-Cangium V. Argaſterium & Ergaſterium.

Acta, data, ſcripta, tranſumptata, publicata, & aſcultata ſunt prædicta omnia coram Reverendo in Chriſto Patre Dño Jacobo Dei gratia Epiſcopo Capritano pro Tribunali ſedente Romæ apud Eccleſiam Sancti Triphonis, huic præſenti Tranſumpto, ſcripto, lecto, publicato, exemplato, & abſcultato, ac cum ipſo originali Privilegio publico concordare reperto, ſuam auctoritatem Epiſcopalem interpoſuit, & decretum; Et eidem voluit, & decrevit in omnibus & per omnia, tam in judicio, quam extra, tamquam originali Privilegio publico prædicto fidem plenariam adhiberi. Quodque idem Tranſumptum de cætero ubilibet faciat plenam fidem in agendis, mandans ſuum Sigillum eidem appendi ad fidem, & majoris roboris firmitatem, præſentibus diſcretis viris Dñis Fratribus Paulo de Columpna, & Angelo de Roma Fratribus Heremitarum Ordinis Sancti Auguſtini, Dño Petro Lelli Mangialtcerda Beneſitiato dictæ Baſilicæ, necnon Magiſtro Petro Berti Calzectario de Regione Parionis, & viris literatis; præſentibus etiam diſcretis viris Joanne Andrea, Joanne Thomæ, & Antonio Franciſci Notariis publicis infraſcriptis ad hanc publicationem Decreti, & auctoritatis interpoſitionem ſpecialiter vocatis, & rogatis ſub Anno Nat. Domini Milleſimo CCCLXII., Apoſtolica Sede Paſtore vacante, poſt mortem Dñi Innocentii Papæ VI. Inditione prima, Menſis Novembris die viii.

Ego Joannes Andrea de Cangniano Dei gratia Imperiali auctoritate Notarius, prædictum publicum Privilegium coram ſupradicto Dño Epiſcopo pro Tribunali ſedente ut ſupra, vidi, & legi, ipſumque cum præſenti Tranſumpto, una cum Joanne Thoma, & Antonio Franciſci, ac Paulo Saba Notariis publicis infraſcriptis abſcultavi; & quia ipſum originale Privilegium publicum cum præſenti Tranſumpto concordare inveni, nil addito, minuto, vel mutato, quod facti ſubſtantiam mutet, vel variet intellectum; ideo de mandato ſupradicti Dñi Epiſcopi me ſubſcripſi, & rogatus ſignum meum appoſui conſuetum.

Et Ego Joannes Thoma I....de Urbe Dei gratia Imperiali auctoritate Notarius prædictum publicum Privilegium coram ſupradicto Dño Epiſcopo pro Tribunali ſedente ut ſupra, vidi, & legi ipſumque cum præſenti Tranſumpto, una cum Joanne Andrea de Cangniano ſupradicto, & Antonio Franciſci, ac Paulo Sabæ Notariis publicis infraſcriptis abſcultavi. Et quia ipſum originale Privilegium publicum cum prædicto præſenti Tranſumpto concordare inveni, nil addito, minuto, vel mutato, quod facti ſubſtantiam mutet, vel varies intellectum; ideo de mandato ſupradicti Dñi Epiſcopi me ſubſcripſi, & rogatus ſignum meum appoſui conſuetum.

Et Ego Antonius Franciſci Piccardi Imperiali auctoritate Notarius prædictum Privilegium publicum coram ſupradicto Dño Epiſcopo pro Tribunali ſedente ut ſupra, vidi, & legi, ipſumque cum præſenti Tranſumpto, una cum Joanne Andrea, & Joanne Thomæ ſupraſcriptis, ac Paulo Sabæ ſubſcripto Notariis publicis, aſcultavi. Et quia ipſum originale Privilegium publicum cum prædicto præſenti Tranſumpto concordare inveni, nil addito, minuto, vel mutato, quod facti ſubſtantiam mutet, vel variet intellectum; ideo de mandato ſupradicti Dñi Epiſcopi me ſubſcripſi, & rogatus Signum meum appoſui conſuetum.

Et Ego Paulus Sabæ Romani Scriniar. Civis Romanus Dei gratia Sacræ Præfecturæ auctoritate Notarius publicus, prædictum Privilegium publicum tranſcripſi, tranſumptavi, exemplavi per omnia, prout in dicto originali Privilegio de verbo ad verbum vidi & repperi contineri, nil addito, vel minuto, vel mutato, quod ſubſtantiam mutet, vel variet intellectum, niſi forte literam, vel ſillabam poſitam per errorem, & ipſum Tranſumptum coram prædicto Reverendo in Chriſto Patre Dño Jacobo Epiſcopo præfato, pro Tribunali ſedente ut ſupra, ac præſentibus prædictis literatis viris, & pluribus aliis Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis, necnon Joanne Andrea de Cangiano, Joanne Thoma I...., & Antonio Franciſci Piccardi Notariis publicis ſupraſcriptis, ad hanc publicationem, & decreti, & auctoritatis interpoſitionem, ut ſupra dicitur, vocatis ſpecialiter, & rogatis, videntibus, legentibus, & abſcultantibus cum prædicto originali Privilegio legi, & fideliter abſcultavi. Ideo de mandato ſupradicti Dñi Epiſcopi ipſum Tranſumptum, & exemplum in hanc publicam formam redegi mea propria manu, meoque ſolito ſignavi rogatus.

Digitized by Google

Bona, jura, & Eccleſias Monaſterii S. Stephani Majoris recenſet, & Beati Petri Canonicis confirmat.

Ex Arch. Vatic. Baſil. Capſ. 4. Faſc. 9.

In Nomine Dñi. Amen. Hoc eſt exemplum, ſive Tranſumptum cujuſdam Papalis Privilegii Sanctæ recordationis Dñi Leonis Noni Papæ ejus vera Bulla Plumbea, cum filis ſericis bullati, non vitiati, non abraſi, non cancellati, nec in aliqua ſui parte ſuſpecti, ſed omni vitio, & ſuſpicione carentis. Cujus tenor de verbo ad verbum per omnia talis eſt:

Leo Epiſcopus Servus Servorum Dei. Johanni Archipresbytero Venerabilis Eccleſiæ Beati Petri Apoſtoli, & ipſius Eccleſiæ Canonicis, in Monaſterio Sancti Stephani Majore nunc ordinatis & ordinandis; In perpetuum.

AN. CH. 1053. Convenit Apoſtolico moderamini pia Religione pollentibus benivola compaſſione ſuccurrere, ac poſcentium animis alacri devotione impertiri aſſenſum. Ex hoc enim lucri potiſſimum præmium apud Conditorem omnium Dominum promeremur, ſi venerabilia Loca ordinata, ad meliorem fuerint ſtatum ſine dubio perducta. Igitur quia poſtulaſtis a nobis, quatenus confirmaremus, quæ a Sanctiſſimo Paſchale Primo Papa (*a*), Leone Quarto, & a quibuſdam Pontificibus Romanis, vobis ſunt conceſſa, & per Privilegia confirmata, ob amorem Dei Omnipotentis, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, & Sancti Stephani Protomartyris veſtris precibus inclinati, quæ juſte poſtulaſtis, ad exemplar Prædeceſſorum noſtrorum Paſchalis, Johannis Decimi, & Johannis Nonidecimi Romanorum Pontificum, præſenti Privilegio confirmamus. Statuentes, quaſcunque Poſſeſſiones, quæcunque Bona eidem venerabili Monaſterio Sancti Stephani Majori (*b*) juſte pertinent, & in futurum conceſſione Pontificum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis annuente Domino poterunt acquirere, firma vobis, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus explicanda vocabulis: Eccleſiam Sancti Peregrini (*c*) una cum Hoſpitale, et cura vacante juxta ſe, & Dalmachia (*d*) uſque in Centumcellis, & Rivum, qui deſcendit per vallem Arnecto per tempora, & vadit

(*a*) Hujus Pontificis Diploma, ſi penitus non exciderit, ſic latet, ut diu licet conquiſitum, nolli hi datum ſit invenire.

(*b*) Monaſterium S. Stephani catà Galla Patritia prope Vaticanam S. Petri Baſilicam a remotiſſimis temporibus extitiſſe, compertum eſt; Biographo S. Leonis III. aliiſque veteribus monumentis rem perſpicue declarantibus. Quinam illud primus ædificaverit, incertum: aliis S. Leoni I., aliis Gallæ Placidiæ, Theodoſii Senioris filiæ, aliis piiſſimæ ejuſdem nominis feminæ, nimirum Gallæ, Symmachi Conſulis filiæ, id opus adjudicantibus. Nomen vero accepiſſe a Galla Patricia, quæ vel ære, aut in fundis propriis ipſum etexerit, vel ſuis bonis ditarit, vel tandem ipſius ædibus proximum habuerit; res eſt, quam nulla impetit controverſia: græca namque vox *catà* deſignat *in*, *apud*, *ad*, *contra &c.* Splendidum ſane Cœnobium ex parte corruerat, Leone III Pontifice; qui, ut apud Anaſtaſ. legitur, *certamen ponens a fundamentis ſimul cum Oratorio firmum faciens fundamentum, in meliorem erexit ſtatum*: ac Vito, omni virtutum genere prædito, qui poſtea Romanus Pontifex ſub Paſchalis I. nomine fuit renunciatus, regendum tradidit. Inde autem certo deducimus, Monaſterium S. Stephani catà Galla Patritia idem plane cenſendum cum Monaſterio *S. Stephani Majoris*, cujus regimen penes memoratum Paſchalem I. fuiſſe diſertis verbis Leo IX. in hoc Diplomate affirmat. Adeas Alpharani Tabulam Ichnogr. lit. b., Ciampinum de Sacr. Ædif. cap. 4. pag. 93. & ſeq. ac Vegium noſtrum apud Janning. pag. 80. tom. 7. Jun. Bollandiani: ex his plura intelliges ad Monaſterium S. Stephani Majoris ſpectantia; amplius vero ejus ſitum, nempe ad Eccleſiam, quæ ex Abaſſinis locum incolentibus dicitur S. Stephani *in Ægypto*, vulgo *de' Mori*, & poſt Vaticanum S. Petri Templum hodieque adeſt, nuper quidem reſtituta, ſed maxima præſtans vetuſtate; hanc quippe vel ipſius Eccleſiæ poſtes & ſuperius limen ſatis ſuperque demonſtrant. Vide Turrig. Lib. de Crypt. Vat. pag. 318. ſec. edit.

(*c*) S. Peregrini Eccleſia extat poſt Palatium Pontificio-Vaticanum prope Urbis portam, quæ *Angelica* nominatur. Triplex monumentum nobis ſuppeditat Liber Pontificalis, ut Sacram ædem, & Hoſpitium in hoc diplomate memorata, paucis illuſtremus. Geminum petitur ex Leonis III. geſtis. Alterum ſic habet ſect. 408. noviſſ. Rom. editionis Jo. M. Salvioni: *In Oratorio S. Peregrini, quod ponitur in Hoſpitali Dominico ad Naumachiam fecit caniſtra ex argento &c.* Alterum eſt hujuſmodi: *Hic autem præclarus Antiſtes* (Leo III.) *divinitus inſpiratus Hoſpitale Beato Petro Apoſtolo, in loco, qui Naumachia* (alii cod. legunt, Nummentia) *dicitur, a fundamentis noviter conſtruens, diverſa illic domorum ædificia decoravit, atque Eccleſiam in honorem Beati Petri Principis Apoſtolorum a novo conſtruxit*. Id, ni fallor, ſic accipiendum, ſcilicet, Leonem Pontificem Eccleſiam & Hoſpitium hujuſmodi erexiſſe, ut Peregrinorum, qui ad S. Petri Limina proficiſcebantur, commodo æque utilitati proſpiceret. Tertium, quod ſpopondimus, Libri Pontificalis teſtimonium, in vita Paſchalis I. ita legitur: *Ob dilectionem, quam habuit* (Paſchalis I.) *erga Prædeceſſorem ſuum D. Leonem III. Hoſpitale S. Peregrini poſitum ad S. Petrum Apoſtolum in loco, qui vocatur Naumachia, quod idem Leo conſtruxerat, locupletavit*. Eccleſiam S. Peregrini *cum tenimentis ſuis* a S. Leone IV. Canonicis S. Petri donatam fuiſſe, tradunt Romanus tit. 11. & Vegius lib. 2. cap. 3. num. 61. Ea propter ſeptimo Kal. Junii *Dedicatio S. Peregrini* notatur in Kalendario, quod præmittitur Reſponſoriali & Antiphonario Rom. Eccleſiæ juxta veterem uſum Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ: antiqui hi rituales libelli, Ven. Card. Thomaſio curante, publicam in lucem prodierunt. Quæ ſacræ huic ædi munera offerebantur, non modica fuiſſe, ex Innocentii III. Conſtitutione 4. Id. Jan. Pontificatus an. 8. data, & inferius exhibenda, quivis facile intelliget.

(*d*) Ex Benedicti IX. pro Silvæ Candidæ Epiſcopis Diplomate, quod Ughell. Ital. Sacr. to. 1. edidit, luculenter diſcimus, Dalmachiam caſtellum eſſe in territorio Nepeſino. At vocabulum *Naumachia*, ut in *Nummentiam*, quemadmodum ex vulgato Anaſtaſio mox vidimus; & in *Almachiam*, teſte Fet. Carolo apud

Severan.

vadit in Dalmachia, ſive Gajano (*a*), & terra ſgirante in via juxta murum, & cum omnibus Poſſeſſionibus, & pertinentiis ejus.

Fundos enumerat bene multos ad invicem diſſitos, quorum pleraque nomina penitus ignorantur.

Concedimus etiam, & corroboramus fundum quum Terrione, cum Lacu, & cum omnibus ad eum in integro pertinentibus, & fundum Caſagurdi poſit. via Cornelia (*b*), quæ mittit in Baſilicam Sanctarum Rufinæ & Secundæ (*c*), & juxta formam Sabbatinam (*d*). Concedimus etiam Caſale, quæ vocatur Sueretu (*e*) juris Sancti Laurentii Palatina a Sancto Petro (*f*), & fundum, qui vocatur Zaga ..., & fundum Biálum, & caſale, qui vocatur Brecti cum omnibus ad eoſdem in integro pertinentibus. Concedimus, & confirmamus fundum, qui vocatur Sancti Caſſiani, & fundum qui vocatur Menore, & fundum, qui vocatur Scuppla Ancilla Dei (*g*), & ſundum, qui vocatur Palombarolum, omnes invicem cohærentes uſque in Silice, qui dicitur Strata, cum terminis, & appendicibus ejus, & cum omnibus ad eos generaliter, & integre pertinentibus; omnia juris prædicti Monaſterii Sancti Stephani Majoris, poſita via Clodia (*h*) milliario plus minus quarto, vel quinto. Necnon concedimus ſundum qui vocatur Caſa mala, ſicuti inſra ſuos continetur fines: Iſti ſunt antiqui confines; a primo latere eſt P...a, & a ſecundo fundum Menori, & Palombarolum; a duobus lateribus Sylva veſtri Monaſterii. Similiter confirmamus fundum, qui vocatur Pritanella, poſitum via Cornelia ad Pontem Sofflari juxta Talianum, & Menori, & Terra tituli Sancti Angeli. Item concedimus, & corroboramus fundum Camelianum, & Olibula (*i*), Agellum (*k*), Pinum Camaranum, Lauretum (*l*), & quotquot infra ſubſcriptos fines continentur; a primo latere Territorium de Buccege juris Monaſterii Sancti Martini; a ſecundo, Caſale Celiſanum juris Monaſterii Sancti Sabæ, & Terra juris Monaſterii Sancti Stephani Majoris; a tertio, Rivum, qui vocatur Galero; a quarto Rivum, qui vocatur Arrone, poſitum in Territorio Galeriæ. Similiter concedimus in dicto Monaſterio alios Caſales, qui vocantur Gualdo, Manſæ Palumbæ, Valle de Paulo, Ortianum, Spinableta, Barbulanum, poſitos juxta Caſale Celſanum. Necnon concedimus fundum Actitianum, & fundum Villaruſtica ex corpore vallis Preytæ. Sic concedimns, & confirmamus alios fundos in ipſo Territorio Galeriæ, fundum, qui vocatur............... inſra ſubſcriptos fines, una cum Eccleſiis, & pertinentiis ejus; a primo latere Silex, qui vocatur Strata, & ſundum Octavianum uſque in Forma, quæ vocatur Artiones; deinde in maſſa Torani; a ſecundo tenet Monaſterium Sancti Sabæ, & Terra prædicti Monaſterii Sancti Stephani; a tertio fundum, qui vocatur Decimum, & Forotianum; a quarto fundum Actitianum, & Villaruſtica ex corpore vallis Preytæ uſque ad rivum, qui vocatur Galera; ſimulque concedimus fundum, qui vocatur Coſarianum, & fundum Agolli, in quo eſt Inſula Agolli, Sulianum, Calcitani, & Margaritarum, poſitos ex alia parte ſtratæ. Similiter concedimus, & confirmamus fundum Octavianum, & fundum Ceſanum cum toto Territorio ſuo abſque maſſa Trani cum criptis, manſionibus, & familiis, & fundum Piſinianum cum Monte Sancti Angeli. Et concedimus maſſam Clodianam cum Lacu Paparano, & ſicut ipſa Maſſa extenditur uſque in Soratam cum Lacu Baccanis, & omnibus ſuis pertinentiis. Et confirmamus Eccleſiam Sancti Alexandri quæ eſt in Baccanis, & fundum Viſanum, & Perpinianum. Et confirmamus fundum Germanellum poſitum via Flaminea, Territorio Nepeſino, milliario plus minus viceſimoſecundo. Pariterque concedimus, & confirmamus

Severan. lib. de 7. Urb. Eccl. pag. 286., latini idiomatis corruptione aut Librariorum oſcitantia converſum fuit; ſic in *Dalmachiam* degeneraſſe; ac proinde in ea, quam tractamus S. Leonis IX. Conſtitutione nomen Dalmachia perinde eſſe ac Naumachia, conjectari licet. Confer prolata ex Libro Pontificali teſtimonia, in quibus agitur de S. Peregrini Eccleſia & Hoſpitio ad Naumachiam poſitis.

(*a*) Publ. Victor, ſive alius auctor poſt recenſitos Regionis Tranſtiberinæ vicos, ſtatim ſubdit *Gaianum*. Idem Libellus, quem Panvinius auctiorem certe, ſed interpolatum edidit, pro *Gajanio* habet *Vicum Gajanarium*. Gajani vocabulo Pancirolus intelligit Caji obeliſcum, qui ejus Circum in Vaticano quondam nobilitavit, & nunc in S. Petri area eminet.

(*b*) Confer antecedentem S. Leonis IX. Conſtitutionem pag. 26. not. *e*.

(*c*) De qua egimus in ſuperiori S. Leonis IX. Diplomate pag. 26. not. *f*.

(*d*) Hanc ſupra memoravimus in proxima Leonis IX. Bulla pag. 26. not. *d*.

(*e*) Joannes Gajetanus Sancti Theodori Diaconus Card. *terras vinearum Suvereti totumque ipſius tenimentum* Baſilicæ Vaticanæ donavit; quemadmodum habet Ms. cujuſdam lacinia, apud Turrigium Lib. de Crypt. Vatic. pag. 161. edit. 1639.

(*f*) Conſule ſuperius Leonis IX. Diploma pag. 26. not. *c*.

(*g*) Benedictus IX. in privilegio pro Epiſcopis Silvæ Candidæ meminit Silvæ, *quæ appellatur Magna cum omnibus ſibi pertinentibus; ab uno latere rivus de Galera, ab alio latere mons, qui appellatur Stupha ancilla Dei*. Sic apud Bullar. Rom. noviſſ. edit. tom. 1. At Joannis XIX. Bulla ad Petrum Silvæ Candidæ Epiſcopum data, in eodem Bullario, habet, *Huppla Ancilla Dei*.

(*h*) De qua in Superiori Leon. IX. Diplomate pag. 26. n. *a*.

(*i*) *Olibula* memoratur in Benedicti IX. Diplomate ſuperius laudato.

(*k*) Fundum *Agellum* recenſet eadem Benedicti IX. Conſtitutio.

(*l*) *Domumcultam Lauretum* a S. Zacharia noviter ordinatam legimus apud Bibliothecarium in hoc Pontifice, Lauretium & Lauretam, uti & pleroſque alios fundos in hoc Leonis IX. Diplomate recenſitos, memorat ſæpe laudata Benedicti IX. Conſtitutio pro Epiſcopis Silvæ Candidæ.

(*a*) De

firmamus fundos, qui vocantur Tracquata, Cornelianum, Vivariolum poſitos in Macorano juxta Capracorum (*a*), & juxta rivum Gralli, & prope Curtem de Macorano. Item concedimus fundum, qui vocatur Balneolas Faticlas alias monte Lupis ſupra Sanctum Alexandrum in Baccanis, & fundum, qui vocatur Fiſa cum Burgo Sancti Alexandri. Inſuper etiam concedimus, & corroboramus Inſulam Martanam (*b*), una cum Eccleſiis Sancti Stephani, & Sancti Valentini, domibus, Familiis, Piſcariis & cum omnibus ad eam pertinentibus, ad uſum & ſuſtentationem in Monaſterio Sancti Stephani exiſtentium, ſicut Prædeceſſor noſter Paſchalis, qui fuerat Rector ipſius Monaſterii (*c*) dedit hoc patrimonium ſuum ad ſuſtentationem Monachorum Sancti Stephani Majoris, in Choro Beati Petri ſervientium, & ſub anathemate interdixit, ut nullus poſſet Eccleſiaſtica, aut privata * inquietare eos; ſed ſemper ordinaſſent Abbatem in ipſo Monaſterio Sancti Stephani de Inſula, & ipſe Paſchalis Pontifex nominavit Monaſterium de Inſula Sanctum Stephanum a Monaſterio Sancti Stephani Majoris, cujus juris eſt. Concedimus, & confirmamus Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ vocatur in Turre (*d*), quam prædictus Paſchalis in jam dicto Monaſterio per privilegium conceſſit cum Libris, & Paramentis, Crucibus, & Thuribulis de argento, cum Domibus & Cellis juxta ſe, cum Paradiſo (*e*) & Porticalibus uſque ad portam Argenteam; ita quod fores, quæ ſunt ante portam Argenteam (*f*), vos claudatis & aperiatis, & cum omnibus, quæ continent infra ſe, cum cloaca, & gradibus majoribus & minoribus uſque in Platea, quæ vocatur Cortina: quæ omnia concedimus in jam dicto Monaſterio & cum omnibus Poſſeſſionibus &

Concedit Martanam Inſulam cum Monaſterio & Eccleſiis in ea exiſtentibus.

* *Intell.* auctoritate.

Item Eccleſiam S. Mariæ in Turre, cum bonis ſtabilibus, & mobilibus quibuſcumque.

pertinentiis ejus: & duo Presbyteri inibi ordinentur de Collegio prædicti Monaſterii, qui die noctuque officium laudis Domino reddant, & Populo neceſſaria miniſtrent. Inſuper concedimus Eccleſiam Sancti Juſtini conſtructam ad ſepulturam omnium Latinorum; itaut omnes Peregrini & advenæ, divites & pauperes, nobiles & innobiles, quotquot moriuntur in hac Civitate Leoniana, & extra ad tria milliaria, ſepelliantur in Eccleſia Sancti Juſtini (*g*). Nullus celet infirmum, nec mortuum occultet, ſed cito Presbytero, aut Procuratori veſtro nunciare feſtinet, & nullus bona illius celet, ſed cito ea vobis reddat; nullus ſuadeat Infirmum de domo, vel Civitate exire. Sed nos concedimus omnia hæc perempnis temporibus inconcuſſa permanere vobis, veſtriſque Succeſſoribus, qui animoſi & voluntarii honeſte Deo, & Beato Petro die noctuque ſerviunt; a fructibus eorum cognoſcetis. Propterea Apoſtolica cenſura ſtatuimus, ut nullus noſtrorum Succeſſorum Pontificum, nullus Imperator, nullus Epiſcopus, nulla alia Poteſtas, nulla Perſona Hominum contra hoc noſtræ confirmationis & conceſſionis privilegium agere præſumat: & ſi ſupraſcripta omnia, quæ inter alimonia & ſuſtentatione confirmata ſunt, ut Deo ſine murmure ſerviant, & in jam dicto Monaſterio ſunt conceſſa, minuere voluerit, & in eorum poteſtate, & ordinatione conſervare noluerit, ſciat, ſe noſtro Sacro Palatio Lateranenſi compoſiturum duodecim auri puriſſimi libras; & inſuper anathematis vinculo innodetur, & cum impiis & ſceleratis æterno igne crémetur, & cum Juda Domini noſtri Jeſu Chriſti traditore in Inferno cruciétur. Qui verò pio intuitu curator, & obſervator hujuſmodi noſtri Privilegii extiterit, benedictionis

Addit Eccleſiam S. Juſtini ad Latinorum ſepulturam.

Pœnis propoſitis, perpetuam Conſtitutioni conciliat firmitatem.

(*a*) De quo mox dicemus in proximo Diplomate. Interim, quæ a noſtro Suareſio in Diattiba *de Foraminibus Lapidum &c.* relata eſt, Inſcriptionem accipe:

HANC TURREM ET PAGINEUMA
FACTA A MILITIA CAPRACORUM
TEMPORE DOM. LEONIS QUARTI
PP. EGO AGATHO C...

(*b*) Vide Cluverium Ital. antiq. lib. 2. pag. 559.

(*c*) Sic habet Anaſtaſ. Bibl. in Leone III. ut ſupra diximus pag. 29. not. *b*.

(*d*) De qua in ſuperiori Joannis XIX. Diplomate locuti ſumus pag. 18. not. *c*.

(*e*) Hoc nomine majores noſtri appellare conſueverunt Eccleſiarum atria, præcipue vero ſplendidiſſimam veteris Baſilicæ Vaticanæ porticum indigitarunt, de qua Paulus Diaconus lib. 5. cap. 31. ſic ait: *Domnio Pontifex Romanæ Eccleſiæ locum, qui Paradiſus dicitur, ante Baſilicam beati Petri candidis lapidibus marmoreis mirifice ſtravit.* Concinit Biographus ipſius Doni I., de quo apud Anaſtaſ. Biblioth. hæc habet: *Atrium beati Petri Apoſtoli ſuperius, quod Paradiſus dicitur, eſtque ante Eccleſiam in quadriporticum, magnis marmoribus ſtravit.* Videſis D. Paulini Nolani epiſtolam 13. nov. edit, olim 37. quæ Atrium Vaticanæ Baſilicæ, ejuſdemque Atrii januas memorat.

(*f*) Fuit hæc princeps Vaticanæ Baſilicæ porta ad Orientem vergens, quam S. Paulinus in epiſtola ad Pammach. *Regiam* appellat. Honorius I., uti refert Liber Pontificalis, *inveſtivit regias januas ingreſſu Eccleſiæ* (S. Petri) *majores, quæ appellantur mediana, ex argento, quæ penſ. lib. nongentas ſeptuaginta quinque*. Id ipſum præſtitit S. Leo IV. poſtquam Saraceni illas argento denudarunt, ut habet hujus Pontificis Biographus apud Anaſtaſium his verbis: *Ipſe inſignis, Præſulque præcipuus, cum innumera ſummi decoris opera in Baſilica Beati Petri Cœli Clavigeri perfeciſſet, Portas, quas deſtruxerat Saracena progenies, argentoque nudarat, erexit; multiſque argenteis tabulis luciſluis, ſalutiferiſque hiſtoriis ſculptis decoravit, & in meliorem ſpeciem, quam pridem fuerant, reparavit &c.* Conſulatur Canonicus Romanus tit. 44.


(*g*) De qua egimus in præcedente S. Leonis IX. Conſtitutione pag. 24. not. *c*. Aliud Sacræ ædis monumentum nobis lubet hoc in loco attexere: nimirum, anno Domini 1279. *Presbyter Apolenarius, Rector Eccleſiæ S. Juſtini de Civitate Leoniana pro ipſa Eccleſia & ejus nomine vineam poſitam extra Portam Pertuſi in loco qui dicitur Breccetum*, jure permutationis acquiſivit: quemadmodum conſtat ex veteri Inſtrumento apud Tabular. Secret. Apoſt. Vat. in Lib. qui Cencio Camerario attribuitur, pag. 416. a terg. col. 3. & 4. Accedit Ordo Romanus prælaudati Cencii; cap. enim 18., ubi de ratione dandi Presbyterii pro thuribulo agitur, ſex denariis Eccleſia Sancti Juſtini donatur: apud Mabill. tom. 12. Muſ. Ital.

(*a*) Sacra

nedictionis gratiam a Domino noſtro Jeſu Chriſto, & gaudia ſempiterna conſequi mereatur.

Scriptum per manum Albini Scriniarii Sacri Palatii anno quinto Dñi Leonis Noni Papæ Indictione vi. menſe Martio die xxiv.





Datum viiii. Kalendas Aprilis per manum Frederici Diaconi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarii, & Cancellarii vice Domini Herimanni Archicancellarii, & Colonien. Archiepiſcopi anno Dmni Leonis Noni Papæ V. Indictione vi.

Acta, ſcripta, tranſumpta, publicata, & aſcultata ſunt prædicta omnia coram Rño in Chriſto Patre, & Dño, Dño Anibaldo, miſeratione Divina Epiſcopo Tuſculan. S. R. E. Card. Apoſtolicæ Sedis Legato, pro Tribunali ſedente Romæ in Palatio Papali apud S. Petrum, qui præſenti Tranſumpto, ſcripto, lecto, publicato, exemplato, & aſcultato ſuam & ſui officii auctoritatem interpoſuit, & decretum; & eidem voluit & decrevit tibilibet in judicio & extra, ſicut originali Privilegio fidem plenariam adhiberi, mandans ſuum ſigillum ibidem apponi ad majoris roboris firmitatem, in præſentia Ven. Vir. Dñor. Stephani Paloſii Canonici B. M. Majoris, & Poni de Peruſio, ac Franciſci de Baroncellis Scribæ Sacri Senatus Urbis, & Magiſtri Petri Bartholomæi Joannis Gentilis Notarii de Urbe, ac plurium aliorum Notariorum, & literatorum Teſtium ad præmiſſa vocatorum & ſpecialiter rogatorum, necnon in præſentia mei Gualterii, & Pauli de Sanctavictoria, & Mathei de Spoleto Notariorum infraſcriptorum ad prædicta omnia ſpecialiter vocatorum & rogatorum, ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo, Jubileo die v. menſis Junii Indict. tertia, Pontificatus SSñi Patris & Dñi noſtri Dñi Clementis Divina providentia Papæ VI. Anno Nono.

Et ego Matheus Salvi Clericus Spoletanus publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius prædictas Literas Apoſtolicas coram ſupradicto Domino Legato pro Tribunali ſedente, vidi, & legi, eaſque cum præſenti Tranſumpto una cum Paulo Franciſci ſupraſcripto, & Gualterio D. Frederici de Claromonte infraſcripto Notariis publicis aſcultavi: & quia dictas Literas Apoſtolicas cum dicto præſenti Tranſumpto concordare inveni nil addito, vel minuto, quod facti ſubſtantiam immutet, vel variet intellectum; ideo de mandato ſupradicti Dñi Legati me ſubſcripſi, & rogatus ſignum meum appoſui conſuetum.

Et Ego Gualterius Dñi Frederici de Clarmonte Clericus Firman. Dioc. publicus Apoſtolica auctoritate Notarius prædictas literas Apoſtolicas ſcripſi, tranſumptavi, & exemplavi per omnia, prout in literis ipſis de verbo ad verbum vidi, & repperi contineri, nil addito, minuto, vel mutato, quod ſubſtantiam mutet, vel variet intellectum, niſi forte litteram, vel ſilabam per errorem; & ipſum Tranſumptum coram prædicto Dño Legato pro Tribunali ſedente ut ſupra, ac præſentibus prædictis teſtibus, & quampluribus aliis Notariis, necnon Paulo Franciſci, & Matheo de Spoleto Notariis publicis ſupradictis ad hanc publicationem, ac decreti, & auctoritatis interpoſitionem, ut prædicitur vocatis ſpecialiter, & rogatis legentibus, videntibus, & aſcultantibus cum prædictis Apoſtolicis literis legi, & fideliter aſcultavi, ipſumque de mandato dicti Dñi Legati, & ad inſtantiam Ven. Virorum Dominorum Prioris Canonicorum, & Capituli Sacroſanctæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ibidem præſentium ipſum Tranſumptum & exemplum in hanc publicam formam redegi manu propria; meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus.

Digitized by Google

Vaticano S. Petri Templo Inſervientium Bona, Eccleſias ac jura enumerat & confirmat.

Ex Baſil. Archiv. Capſ. 4. Faſc. 9.

In Nomine Dñi. Amen. Hoc eſt exemplum, ſive Tranſumptum cujuſdam Papalis Privilegii Sanctæ recordationis Dñi Leonis Papæ Noni, ejus vera Bulla Plumbea, cum filis ſericis bullati, non vitiati, non abraſi, non cancellati, neque in aliqua ſui parte ſuſpecti, ſed omni vitio, & ſuſpicione carentis. Cujus tenor de verbo ad verbum per omnia talis eſt:

Leo Epiſcopus Servus Servorum Dei. Johanni Archipresbytero Eccleſiæ Beati Petri, ejuſdem Eccleſiæ Servitoribus perpetuam in Domino Salutem.

AN. CH. 1053.

Convenit Apoſtolico moderamini pia Religione pollentibus benivola compaſſione ſuccurrere, ac poſcentium animis alacri devotione impertiri aſſenſum. Ex hoc enim lucri potiſſimum præmium apud Conditorem omnium Dominum promeremur, ſi venerabilia Sanctorum loca ordinata ad meliorem fuerint ſtatum ſine dubio perducta. Ea propter veſtris petitionibus inclinati Sacroſanctas Eccleſias Sanctorum Joannis & Pauli (*a*), Sancti Martini, Sancti Stephani Majoris (*b*), & Sancti Stephani Minoris (*c*), veſtris uſibus deſtinatas, ad exemplar Præcedeſſorum noſtrorum Sergii Secundi (*d*), Leonis Quarti Romanorum Pontificum, præſentis ſcripti Privilegio confirmamus; ſtatuentes quaſcumque Poſſeſſiones, quæcumque Bona eiſdem venerabilibus Locis juſte pertinent, & in futurum conceſſione Pontificum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis annuente Domino poterit acquirere, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Maſſam Luterni, cum Eccleſia Sanctorum Joannis & Pauli, cum fundis, & Caſalibus ſuis poſitam Territorio Cerenſe, juxta maſſam * Præcoriolam, milliario ab Urbe Roma plus minus triceſimo. Eccleſiam Sancti Andreæ cum omnibus ſuis pertinentiis poſitam in eadem Maſſa Luterni. Fundum Seſſani majoris, & Seſſani minoris (*e*), cum Eccleſia Sancti Stephani, cum terris, vineis, ſilvis, & cum omnibus ſuis pertinentiis. Caſtrum Capracorum (*f*), cum terris, vineis, fundis, caſalibus, montibus, collibus, plagis, planitiis, molendinis, & molaria ſua, cum Eccleſia Sancti Joannis, quæ dicitur dela-Tregia (*g*), cum cellis, terris, vineis, & cum omnibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus, poſitam Territorio Vegetano (*h*), milliario ab Urbe Roma plus minus vigeſimo ſeptimo. Immo

' Primo etiam quatuor Monaſteriorum unionem favore Vaticanæ Baſilicæ ratam habet.

Eccleſias & Bona extra territorium Romanum poſita enumerat.

* *Al.* Prætoriolam.

Alia in territorio Carenſi.

Alia in Vegentano.

(*a*) Sacra hæc ædes in Joannis XIX., & Benedicti IX. Conſtitutionibus dicitur Monaſterium SS. Joannis & Pauli: quod apud B. Petri Baſilicam a S. Leone Magno ædificatum fuiſſe, Lib. Pontifical. in ejuſdem S. Leonis vita perſpicue teſtatur. Nulla inpræſentiarum extant ipſius Monaſterii veſtigia, unde inveſtigari poſſit, quinam fuerint olim ejus termini, quinam confines. Creditur tamen ſtetiſſe eo in loco, quem læva Baſil. Vaticanæ pars, S. Michaelis Archang. & S. Eraſmi altaribus inſtructa, modo occupat, ut videre eſt in ea, quam Alpharan. edidit tab. Ichnogr. lit. h.

(*b*) Conſule ſuperius allatum D. Leonis IX. Diploma.

(*c*) Geminum Diploma, alterum Innocentii III. Id. Octob. Pont. an. 8., alterum Gregorii IX. die 22. Jun. Pont. an. 2. editum, ubi S. Petri Canonicis ſubjicitur: *Hoſpitium Hungarorum in Eccleſia S. Stephani Minoris*; facem præfert, ut ſitum hujuſce Templi ſive Monaſterii S. Stephani Minoris haud obſcure intelligamus. Cum etenim Hoſpitium Hungarorum juxta S. Petri Baſilicam ad meridiem extructum fuerit, & S. Stephani Eccleſia ibidem adhuc proſtet, in cujus fronte non heri aut nudiuſtertius exarata eſt inſcriptio hujuſmodi, *Eccleſia Hoſpitalis S. Stephani Regis Hungarorum*; hoc in loco Templum S. Stephani Minoris locemus oportet, cui D. Stephanum Hungar. Regem plurimum ſua munificentia contuliſſe, oſtendimus in adnotat. ad prælaud. Innoc. III. Diploma. Quinam illud primus extruxerit, incertum: ejus tamen antiquitas valde remota. Profecto Janning. to. 7. Jun. Bolland. in comment. de vet. S. Petri Baſil. num. 408. Monaſterium S. Stephani Minoris idem eſſe opinatur cum Monaſterio S. Stephani catà Barbara patricia, de quo Hadriani I. Biographus apud Anaſtaſ. hæc habet: *Hic beatiſſimus Præſul divina inſpiratione incitus conſtituit in Monaſterio S. Stephani cata Barbara patricia ſitum ad beatum Petrum Apoſtolum, Congregationem Monachorum, ibi & Abbatem idoneam perſonam ordinans. Statuit ut ſedulas laudes in Eccleſia B. Petri perſolvant, ſicut & cetera tria Monaſteria* (nempe SS. Joannis & Pauli, S. Martini, & S. Stephani Majoris:) *ut duo Monachi pro latere ipſius Eccleſiæ Deo noſtro canant laudes. Quoniam ipſum Monaſterium in magna deſidia, & neglectu, injuriaque poſitum erat, & nullum divinum officium cultus ibidem exhibebatur.*

(*d*) Sergii II. ea de re Conſtitutio vel omnino periit, vel alicubi latet.

(*e*) Prædia hæc in territorio Cærenſe juxta Caſtrum Luterni triceſimo milliario ab Urbe Roma exiſtere colligimus ex Hadriani IV. Bulla 4. Id. Febr. an. æræ Chriſt. 1158. edita.

(*f*) Hadrianus I., ut habet Canon. Romanus tit. 12. Canonicis S. Petri, ſive, ut ait Vegius lib. 4. num. 114. apud Jun. Bolland. tom. 7., S. Stephani Monaſterio caſtrum Capracorum, quod in territorio Vejentano poſitum ipſi Hadriano ex paterna hereditate obtigerat, liberaliter donavit. Confer Anaſtaſ. Biblioth. in hoc Pontifice, ac Turrigium Lib. de Crypt. Vat. pag. 401. & ſeq. ed. 1639.

(*g*) Liber Ms. qui Eccleſias Vaticanæ Baſilicæ ſubditas recenſet, apud Turrig. loc. mox cit. ſic habet fol. 402. *Nepeſina Diœceſis. Eccleſia S. Joannis diruta prope caſtrum Capracorum ſive Caprarolæ cum omnibus pertinentiis ſuis, poſita in territorio Vegentano, ubi dicitur Treja (ſive Trequari) debet annuatim dictæ Baſil. Vatic. libr. 3. ceræ albæ laboratæ, prout ex Cenſuale longo anni 1535.* Quod Capracorum & Caprarola unus idemque locus hic cenſeantur, penes auctorem eſto fides; alii etenim ſecernunt.

(*h*) In eo urbs Vejorum vetuſtiſſima, quæ ut Holſtenius noſter pag. 55. in Cluver. Ital. antiq. ſcite oſtendit, *in Colle undique prærupto prope Inſulam, vicum Farneſiorum*, ſtatui omnino debet, tametſi alii aliter ſentiant. Profecto Anaſtaſius Biblioth. in Hadriano I, ac Cencius Camerar. cum de Hadriano IV. loquitur, Caſtrum Capracorum in Territorio Vegentano ponunt, & 35. milliario ab Roma diſſitum, tradunt.

Alia in Sutrino.


Immo etiam fundum, qui vocatur Agellum, poſitum in ſupraſcripto territorio Vegetano. Sive etiam concedimus, & confirmamus vobis ſundum, & vallem, quæ appellatur Frictilli, cum ortuis, molendinis, & cum omnibus ſuis pertinentiis poſitum territorio Sutrino, juxta ipſam Sutrinam Civitatem. Denique, & molam de Cava in eodem territorio Sutrino poſitam. Verum etiam concedimus, & confirmamus vobis Eccleſiam Sancti Silveſtri in jam dicta Sutrina Civitate poſitam, cum domibus, cellis, terris, vineis, & cum omnibus ad eamdem Eccleſiam pertinentibus. Pariter confirmamus vobis tres domos poſitas in foro Sutrino. Simulque concedimus, & confirmamus vobis, ut liceat in veſtris ſundis Eccleſias conſtruere. Ita etiam, ut in vicinia (a) illa Abbatia, vel Religioſorum virorum Collegi..*. non exiſtat, quæ ob hoc multum valeant perturbari. Chriſma autem, Oleum Sanctum, Conſecrationes Eccleſiarum, Ordinationes Clericorum in veſtris Eccleſiis exiſtentium, a Dioceſanis ſuſcipietis Epiſcopis, ſiquidem Catholici fuerint, & gratis voluerint exhibere. Alioquin Catholicum, quem malueritis, adeatis Antiſtitem, qui nimirum in gratia Sedis Apoſtolicæ permanens, quod poſtulatur, indulgeat. Præterea Apoſtolica cenſura ſtatuimus, ut nullus Succeſſorum noſtrorum Pontificum, nullus Imperator, nulla alia Poteſtas, nullus Epiſcopus, nulla Perſona hominum contra hanc noſtræ confirmationis, & conceſſionis Cartulam agere præſumat: Sed ſupradicta omnia in eorum ſubſtentatione, pro quibus in ſupraſcripta Eccleſia conceſſa ſunt, in diſpoſitione & ordinatione conſervare ſtudeat. Quod ſi fecerit, componat noſtro Sacro Lateranenſi Palatio ſex auri puriſſimi libras, & inſuper anathematis vinculo innodetur. Qui vero pio intuitu curator & obſervator hujus noſtræ confirmationis, & conceſſionis extiterit, Benedictionis gratiam a Domino noſtro Jeſu Chriſto, vitamque æternam conſequi mereatur in ſecula ſeculorum. Amen.

Alia enumerat Privilegia.

** f.* Collegium.

Pœnali clauſula appoſita, Bullam confirmat.





Datum Kalendis Aprilis per manus Friderici Diaconi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarii, & Cancellarii vice Domni Hermanni Archicancellarii, & Colonienſis Archiepiſcopi anno Domni Leonis Noni Papæ V. Indictione vi.

Acta, ſcripta, tranſumpta, publicata, & aſcultata ſunt prædicta omnia coram Rño in Chriſto Patre, & Dño, Dño Anibaldo, miſeratione Divina Epiſcopo Tuſculan. S. R. E. Card. Apoſtolicæ Sedis Legato, pro Tribunali ſedente Romæ in Palatio Papali apud S. Petrum, qui præſenti Tranſumpto, ſcripto, lecto, publicato, exemplato, & aſcultato ſuam & ſui officii auctoritatem interpoſuit, & decretum; & eidem voluit & decrevit ubilibet in judicio & extra, ſicut originali Privilegio fidem plenariam adhiberi, mandans ſuum ſigillum ibidem appendi ad majoris roboris firmitatem, in præſentia Ven. Vir. Dñor. Stephani Paloſii Canonici B. M. Majoris, & Poni de Peruſio Cappellani dicti Dñi Legati, ac Franciſci de Baroncellis Scribæ Sacri Senatus Urbis, & Magiſtri Petri Bartholomæi Joannis Gentilis Notarii de Urbe, ac plurium aliorum Notariorum, & literatorum Teſtium ad præmiſſa vocatorum & ſpecialiter rogatorum, necnon in præſentia mei Gualterii, ac Pauli de Sancta Victoria, & Mathei de Spoleto Notariorum infraſcriptorum ad prædicta omnia ſpecialiter vocatorum & rogatorum, ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo, Jubileo die v. menſis Junii Indict. tertia, Pontificatus SSmi Patris & Dñi noſtri Dñi Clementis Divina providentia Papæ VI. Anno Nono.

Et ego Matheus Salvi Clericus Spoletanus publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius

(a) Verbum *vicinia*, ex alio apographo apud noſtræ Baſilicæ Tabular. in Lib. Tranſumpt. lit. B. fol. 66. ſupplere curavimus: exemplar enim, ex quo præſens Leonis IX. Conſtitutio prodit, hoc in loco corroſum eſt.

(a) Quod

Notarius prædictas Literas Apoſtolicas coram ſupradicto Domino Legato pro Tribunali ſedente, vidi, & legi, easque cum præſenti Tranſumpto una cum Paulo Franciſci ſuprascripto, & Gualterio D. Frederici de Claromonte infraſcripto Notariis publicis aſcultavi: & quia dictas Literas Apoſtolicas cum prædicto præſenti Tranſumpto concordare inveni nil addito, vel minuto, quod facti ſubſtantiam immutet, vel variet intellectum; ideo de mandato ſupradicti Dñi Legati me ſubſcripſi, & rogatus ſignum meum appoſui conſuetum.

Et Ego Gualterius Dñi Frederici de Clarmonte Clericus Firman. Dioc. publicus Apoſtolica auctoritate Notarius prædictas literas Apoſtolicas ſcripſi, tranſumptavi, & exemplavi per omnia, prout in literis ipſis Apoſtolicis de verbo ad verbum vidi, & repperi contineri, nil addito, minuto, vel mutato, quod ſubſtantiam mutet, vel variet intellectum, niſi forte litteram, vel ſilabam per errorem; & ipſum Tranſumptum coram prædicto Dño Legato pro Tribunali ſedente ut ſupra, ac præſentibus prædictis teſtibus, & quampluribus aliis Notariis, necnon Paulo Franciſci, & Matheo de Spoleto Notariis publicis ſupradictis ad hanc publicationem, ac Decreti, & auctoritatis interpoſitionem, ut prædicitur vocatis ſpecialiter, & rogatis, legentibus, videntibus, & aſcultantibus cum prædictis Apoſtolicis literis legi, & fideliter aſcultavi, ipſumque de mandato dicti Dñi Legati, & ad inſtantiam Ven. Virorum Dominorum Prioris Canonicorum, & Capituli Sacroſancta Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ibidem præſentium ipſum Tranſumptum & exemplum in hanc publicam formam manu propria redegi; meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus.

Vaticano S. Petri Templo decimam Oblationum partem elargitur.

Ex Archiv. Baſil. Capſ. 2. Faſc. 5.

In Nomine Dñi. Amen. Hoc eſt exemplum, ſive Tranſumptum cujuſdam Papalis Privilegii (a) felicis recordationis Dñi Leonis Papæ Noni ejus vera Bulla plumbea in filis ſericis bullati non vitiati, non abraſi, non cancellati, nec in aliqua ſui parte ſuſpecti, ſed omni vitio, & ſuſpicione carentis, cujus tenor de verbo ad verbum per omnia talis eſt:

S. Leo, ex ipſo Bullæ exordio ac contextu, in S. Petrum neſ questiſſimus.

Beate Petre Apoſtole; Ego Leo Epiſcopus Servus tuus & omnium Servorum Dei de tuis donis aliquam Tibi offero particulam, quam michi dignum fuit viſum, dignum & juſtum curis, quibus circumdor, auferre & Tibi offerre, quaſi meam, cum ſit tua. Quidquid enim eſt, quod in noſtris juribus ſit (b), licet ſit parum ad conferentiam præteritorum quæ noſtri Anteceſſores habuerunt, id tamen quantulumcumque ſit, digne tecum judicavi ſortiendum. Ecce enim de Oblationibus Fidelium, quæ tibi offeruntur in altari tuo, ſub quo ſacrum & venerabile Corpus tuum requieſcit, & etiam in Confeſſione ipſius altaris, decimam partem Tibi, quamvis tuum totum ſit, humili devotione, & tota cordis proſternatione offerimus, donamus, concedimus, & etiam corroboramus, atque confirmamus ad conſtructionem, & reſartionem ipſius tui Sacri Templi in ædificiis, parietibus, picturis, tignis, tectis, imbricibus, & præterea luminarium concinnationibus aſſiduis, olei, ac ceræ, nec non lampadibus vitreis, & cicindelis (c), atque thimiamati, ceteriſque omnibus utenſilibus, quæ ad uſum & neceſſitatem atque decorem totius ipſius Eccleſiæ pertinent. Decimam vero ipſam ſemper volumus eſſe decimam diem, ut Oblatio, quæ Tibi debetur, ſeparata ſit a ceteris Oblationibus, & nullum aliqua confuſione patiatur errorem. Super hoc etiam ſi qua vaſa, ſi qua ornamenta, vel indumenta Eccleſiaſtica ſuper ipſum ſacrum & venerabile Altare tuum oblata fuerint ad cultum Dei, divinis Officiis & miſteriis neceſſaria conſerimus ea omnia ipſi tuæ Eccleſiæ, ibi perpetim permanſura in uſum & ſalarium, Deo, & Tibi illic ſervientium & ſerviturorum. Addendum quoque credimus illud oblationis

Decimam Oblationum partem in varios Templi uſus, ac instaurationem, concedit.

Vaſa atque eccleſiaſticas veſtes oblatas largitur univerſas.

(a) Quod, cum nulla temporis nota diſtinctum ſit, poſtremo hoc loco ponimus; licet Baronius ad annum 1049. ex Archivio noſtræ Baſilicæ illud publica luce donaverit.

(b) Quæ Magni Principes ceteraque Fidelium turba in Vaticano S. Petri Templo offerebant munera, hæc ad Romanos Antiſtites potiſſimum ſpectaſſe, & inter Apoſtolicæ Sedis jura enumerata eſſe; nedum hoc Leonis IX. Diploma, ſed & Eugenii III, Innocentii III, aliorumque Summorum Pontificum Bullæ inferius producendæ luculenter oſtendunt. Hujuſce conſuetudinis ea, ni fallimur, ratio eſt, quod Glorioſa beati Petri Confeſſio, uti Majoribus noſtris perſuaſum eſſe intelligimus, Romanam Eccleſiam referret. Lectorem ita præmonendum duximus, ne miretur, Pontificiis Diplomatibus opus fuiſſe, ut Vaticana Baſilica & eidem inſervientes, Oblationum quæ in ipſo Templo fierent, portione aliqua rite potirentur.

(c) De cicindelis jam diximus ad Benedicti IX. Bullam pag. 22. not. b.

Ea item donat quæ certis anni diebus offeruntur.

lationis munus, ut quidquid ſcilicet per Fideles ad ipſum tuum Altare, & ad ipſam Confeſſionem offertur in vigiliis Natalis tui, & in ipſa tui Natalis die, Beate Petre Apoſtole, totum ſit ſpeciale tuum pro luminaribus, & ceteris diverſis neceſſitatibus ad ipſa tua ſolemnia agenda pertinentibus. Nec illud prætermittendum cenſuimus, ut quotieſcumque de quibuſcumque Regnis & terris tributa, ſive ad Altare tuum offeruntur (*a*), ſive ad Apoſtolici pedes ponuntur, ſive quovis modo tuæ Apoſtolicæ Sedi cui Deo auctore præſidemus, perſolvuntur, decima pars eorum ſemper Tibi Beate Petre Apoſtole debeatur, ad reformationem Eccleſiæ tuæ & cetera quæ ſuperius diximus. Ut vero hæc omnia obſerventur illibata tam a Succeſſoribus noſtris in Sede tua, o Beate Petre Apoſtole, uſque in finem Seculi ſeſſuris, quam etiam cunctis hominibus, tam magnis quam parvis, tam divitibus quam pauperibus, mediocribus diverſi ſexus & ætatis; ſtatuimus Apoſtolica cenſura, qua licet indigni fungimur vice tua, ſub divini judicii conteſtatione, & terribilis anathematis interpoſitione, ut ſcilicet quicumque contra hoc noſtræ humilitatis donum tibi de tuo, Beate Petre Apoſtole, fideliter ac pure collatum, venire temptaverit & intemeratum non cuſtodierit, non ſolum ſegregatus ſit a communione Fidelium in hac temporali vita, ſed in illa quoque æterna dampnatus ſit perpetuis pœnis, & gehennalibus tormentis. A contrario etiam quicunque devotus cuſtos & cautus obſervator noſtræ oblationis extiterit, divinis benedictionibus augeatur, & hic per te Beate Petre Apoſtole a peccatorum vinculis abſolvatur, & illic quoque per te intra januam Regni cæleſtis admittatur. Hoc itaque noſtræ devotionis privilegium, ut verius credatur, & certius habeatur, ſubſcriptione noſtra roboravimus, & roboratum noſtro ſignificari ſigillo (*b*) juſſimus ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti apud quem Beate Petre Apoſtole ſemper eſto memor noſtri, & omnium ovium, quas ſuas ipſe paſcendas tibi commiſit, & per nos miſeratus paſcit, & paſcet adhuc per alios in ſecula ſeculorum.

Nec non quæ a diſſitis regionibus tranſmittuntur tributa.

Bullam excudit perpetuo permanſuram.

✥ Ego Leo Epũs Servus tuus, Beate Petre Apoſtole, Donum, quod tibi de tuo feci, manu propria roboravi.

Acta, ſcripta, tranſumptata, publicata, & aſcultata ſunt prædicta omnia coram Rmo in Chriſto Patre & Dño, Dño Anibaldo miſeratione Divina Epiſcopo Tuſculan. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Card. Apoſtolicæ Sedis Legato de Latere pro tribunali ſedente Romæ in Palatio Papali apud Sanctum Petrum, qui huic Tranſumpto præſenti ſcripto, lecto, publicato, exemplato, & aſcultato ſuam, & ſui officii auctoritatem interpoſuit, & decretum, & eidem voluit & decrevit ubilibet in judicio, & extra, ſicut principali Privilegio fidem plenariam adhiberi, mandans ſuum ſigillum eidem appendi ad majoris roboris firmitatem. In præſentia Reverendorum Virorum Dominorum Fratris Franciſci Abbat. Monaſterii S. Bartholomæi de Camporegio Eugubinen. Dioc. Decretor. Doctoris Cancellarii, & Roberti de Placentia Juriſper. Auditoris, ac Joannis Thomæ de Ceccano Can.nici Pariſien. Nepotis, & Capellanorum ſupradicti Dñi Legati, ac plurium aliorum Notariorum, & teſtium literatorum ad præmiſſa vocatorum & ſpecialiter rogatorum, ac in præſentia mei Gualterii, & Pauli de Sanctavictoria, & Matthei de Spoleto Notarior. infraſcriptor. ad hanc publicationem, auſcultationem, decreti & auctoritatis interpoſitionem ſpecialiter vocatorum, & rogatorum ſub anno Dñi Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo Jubilæo; Pontificatus SSñi Patris & Dñi Noſtri Dñi Clementis Papæ VI. anno octavo Indictione tertia menſe Maji die decimo.

Et Ego Matheus Salvi Clericus Spoletanus, publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius, prædictas Literas Apoſtolicas coram ſupradicto Dño Legato pro Tribunali ſedente, vidi & legi, eaſque cum præſenti Tranſumpto, una cum Paulo Franciſci ſubſcripto, & Gualterio Dñi Frederici de Clarmonte infraſcriptis Notariis publicis, aſcultavi; & quia ipſas cum prædicto præſenti Tranſumpto concordare inveni nil addito vel minuto, quod facti ſubſtantiam immutet, vel variet intellectum, ideo de mandato ſupradicti Dñi Legati me ſubſcripſi, & rogatus ſignum meum appoſui conſuetum.

Et Ego Gualterius Dñi Frederici de Clarmonte Clericus Firman. Dioc. publicus Apoſtolica auctori-

(*a*) Plurimas quidem & maxime opulentas fuiſſe, quæ in Vaticana Baſilica olim fiebant Oblationes, nemo inficias ibit, qui priſca Romanæ Eccleſiæ monumenta vel tantiſper verſaverit. Rem hoc in loco proſequi, ſupervacaneum: exempla enim apud Anaſtaſ. Bibliothecarium ubique occurrunt; ac Viri Doctiſſimi, Juſtus Fontaninus, & Petr. Morettus, ille in Opuſc. de Diſco Argenteo Votivo, hic in Opere de Presbyt. part. 1. ſect. 4. plura ad hoc inſtitutum ſpectantia obſervarunt.

(*b*) Ectypon bullæ plumbeæ pendentis e Diplomate, quod Leo IX. edidit pro Monaſterio Fuldenſi; ex Frider. Schannat accurate exhibet Bullar. Romanum nov. edit. pag. 388.

(*a*) Vel

auctoritate Notarius prædictas literas Apoſtolicas ſcripſi, tranſumptavi, & exemplavi per omnia prout in literis ipſis Apoſtolicis de verbo ad verbum vidi & reperi contineri, nil addito, minuto, vel mutato, quod ſubſtantiam mutet, vel variet intellectum: niſi forte literam vel ſilabam per errorem. Et ipſum Tranſumptum coram prædicto Rño Patre, & Dño Noſtro Dño Anibaldo Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato de Latere pro tribunali ſedente ut ſupra, ac præſentibus prædictis Teſtibus literatis Dñis Cancellario, Auditore, Nepote, & Capellanis dicti Dñi Legati, ac quampluribus aliis Notariis, & teſtibus literatis; necnon Paulo Franciſci, & Mathæo de Spoleto Notariis publicis ſupradictis ad hanc publicationem, ac decreti, & auctoritatis interpoſitionem ut ſupra dicitur vocatis ſpecialiter & rogatis, legentibus, videntibus, & auſcultantibus cum prædictis Apoſtolicis literis legi, & fideliter auſcultavi ipſumque de mandato ſupradicti Dñi Cardinalis Legati & ad inſtantiam Venerabilium Virorum Dominorum Prioris Canonicorum Capituli Sacroſanctæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ibidem præſentium ipſum Tranſumptum, & exemplum in hanc publicam formam propria manu redegi, meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus.

VICTOR II.

Victor Secundus inauguratus eſt Romanus Pontifex Idibus Aprilis anno 1055. Sedit annos 2. menſes 3. dies 15. (*a*) Vita functus 5. Kalendas Auguſti anno 1057.

Privilegium, quo Silvæ Candidæ Epiſcopi Vaticanas Oblationes certis quibuſdam diebus percipiebant, Humberto ejuſdem Eccleſiæ Antiſtiti corroborat & amplificat.

Apud Ughell. Ital. Sacr. Tom. I. (*b*)

Victor Epiſcopus Servus Servorum Dei, dilecto fratri & Coepiſcopo Humberto, & per eum Eccleſiæ Sanctarum Virginum & Martyrum Rufinæ & Secundæ, quæ nominatur Sylva Candida; in perpetuum.

AN. CH. 1057.

Majora iis, qui proximiores ſunt, beneficia conferenda eſſe, docet exordium Bullæ.

Officii noſtri eſſe dignoſcitur, ut ex apice ſummæ Apoſtolicæ Sedis, cui Deo auctore, præſidemus, univerſitati Eccleſiarum tanquam noſtris reliquis membris conſulamus, in qua utique ſi pia, & neceſſaria ſolicitudine debemus operam noſtram etiam longinquis, & non quærentibus ultro porrigere, multo magis propinquis, ſequelæ merito eam debemus exigentibus prorogare; quia dum tempus habemus, ad omnes debemus bonum operari; maxime autem ad domeſticos fidei juxta magiſtratum Divi Apoſtoli Pauli, ut enim ipſe atteſtatur: Qui ſuorum, & maxime domeſticorum, curam ſi non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior; ad inſtar ſiquidem viſibilis ignis inviſibilis charitas paucis viciniora ſibi corripit, & inde gradatim ad longinquiora ſe extendit. Quapropter ſecundum ſuggeſtionem tuam, noſter Reverendiſſime Confrater & Coepiſcope Humberte (*c*), ad aliquam temporalem (*d*) memoriæ deceſſori noſtro Domino Leoni, & jugiter in S. Romana & Apoſtolica Sede, etiam ſupra vires tuas & facultates hactenus exhibuiſti, per hujus noſtri Privilegii ſanctionem decernentes, concedimus & confirmamus tibi, & per te atque propter te, in perpetuum reverendæ Eccleſiæ Sanctarum Virginum & Martyrum Rufinæ, & Secundæ, quæ nominatur Sylva Candida in fundo, qui vocatur Boſcus, quicquid auri, argenti, pallii, ſeu ceræ, vel quarumcumque rerum omnino jactatum, vel poſitum fuerit vel oblatum in toto Altari majori S. Petri, ſive in ejus venerabili Confeſſione (*e*), aut certe ſibi ſuiſque Succeſſoribus

Epiſcopis Silvæ Candidæ Oblationes omnes in Altari & Confeſſione S. Petri quotannis deponendas, nimirum fer. 5. in Cœna Domini, & Sabbato Sancto, perpetuo elargitur.

(*a*) Vel dies 13., uti docent nonnulla vetera monumenta.

(*b*) Recuſum fuit hoc Diploma tom. 12. Concil. Labbei, ac tom. 1. Bullarii Rom. nov. edit. cum quo illud contulimus.

(*c*) Fuit Humbertus inter Scriptores undecimi ſeculi longe clariſſimus, quem Lanfrancus auctor coævus in libro de Corpore & Sanguine Domini cap. 2. Virum religioſum, Fide Chriſtiana & *Sanctiſſimis operibus perſeverantiſſime decoratum*, divinis humaniſque literis apprime eruditum commendat.

(*d*) Deeſt aliquid, ita fortaſſe ſupplendum, *remunerationem ſervitii, quod Sanctæ &c.*

(*e*) Huc revocentur allatæ ſuperius Bullæ Joannis XIX. & Benedicti IX. Eodem ſpectat Petri Mallii teſtimonium, quod etſi Canonicus Romanus tit. 42., ac tom. 7. Jun. Bolland. exhibeat, illud tamen ex veteri membrana in Archivio noſtro capſ. 2. faſc. 255. aſſervata producimus: ita vero ſe habet: *Ex conſuetudine in Majori Hebdomada Dominus Epiſcopus Sanctæ Rufinæ ſua,*

ceſſoribus oblatum ab inchoatione Matutinorum quintæ feriæ in Cœna Domini, uſque dum Completorium peractum fuerit, veluti in Sabbato Sancto ab hora tertia per totam ipſam diem deinceps uſque poſt expletam in craſtinum Miſſam, qualeſcumque vel quantaſcumque Oblationes (a) præfati Altaris & Confeſſionis ejus per privilegia venerabilis Sergii & multorum Anteceſſorum noſtrorum, jam dicta Eccleſia Sanctarum Rufinæ ac Secundæ præmeruit, retinuit, retinet, etiam retineat ad perpetuam animæ noſtræ mercedem, nominiſque noſtri & ſervitii tui in Sancta Romana Eccleſia memoriam illarum Oblationum, quas eidem Sacroſanctæ Eccleſiæ per hoc noſtrum Privilegium adjiciendo concedimus & confirmamus, ſicut ſuperius dictum eſt; ſcilicet ab inchoatione matutinorum quintæ feriæ in Cœna Domini, uſque poſt Completorium: Salva ſibi per omnia, & hoc noſtro privilegio eidem in perpetuum reſervata & confirmata conceſſione * & confirmatione omnium Oblationum, quas per Privilegia Anteceſſorum noſtrorum hactenus accipere; & ſi habere, conſervare, videlicet in die Palmarum, in Cœna Domini, & in Paraſceve, in Sabbato Sancto, & in die Dominica; neque enim illud noſtrum ita adjicimus, ut illud Anteceſſorum noſtrorum donum in aliquo minuamus: in qua utique conceſſione & confirmatione nil novitatis arbitramur egiſſe; ſcilicet exemplo reverendiſſimorum prædeceſſorum noſtrorum, & copia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ inopiam lateralis & maxime domeſticæ filiæ, laudabili liberalitate ſecundum Apoſtolicam inſtitutionem, ſupplere; ſub Apoſtolicæ Sedis cenſura, & ſub divini conteſtatione judicii, & anathematis interpoſitione ſtatuentes interdicimus, ut nullus unquam Succeſſorum noſtrorum Pontificum, vel quilibet publicarum actionum adminiſtrator, ſeu alia quælibet & quantumlibet magna parvaque perſona audeat, vel præſumat contra hujus noſtræ donationis Privilegium cogere, aut quicquam alienare, auferre, aut minuere, ſcilicet potius firmum & ſtabile in perpetuum, ſicut conceſſum & confirmatum eſt, permaneat. Si quis autem, quod non optamus, temerario auſu hoc noſtrum Apoſtolicæ Sedis ſtatutum in quoquam infringere præſumpſerit, & coadjutor illius in aliquo extiterit, auctoritate Sanctæ & individuæ Trinitatis, & Apoſtolorum Principis Petri, cujus licet indigni, dignatione divina, vice fungimur, vinculo anathematis ſit mancipatus, & a Regno Dei ſegregatus, & diabolo & Angelis ejus niſi forte reſipiſcens ſatisfaciat, indiſſolubiliter aggregetur. Qui vero pio reſpectu obſervator, & defenſor hujus conceſſionis & confirmationis extiterit, poteſtate Beati Petri Apoſtolorum Principis, & precibus Sanctarum Virginum, ac Chriſti Martyrum Rufinæ & Secundæ, cæleſtis Regni introitum & gratiam atque gloriam a juſto Judice Domino Deo noſtro, vitamque æternam percipere mereatur in Secula Seculorum. Amen.

Vetera jura ac privilegia quo ad alias oblationes, confirmat.

* *Al.* Confeſſione.

In eos, qui conſtitutionem violaverint, pœnas indicit multiplices.

Scriptum per manum Gregorii Notarii, & Scrinarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in Menſe Maji, Indictione decima. Bene valete.

Datum octavo Idus Maji per manus Aribonis Diaconi anno III. Domini Papæ Victoris Secundi, Indictione decima.

ALEXAN-

jus, quod conſuevit habere, videlicet Arcam & Altare, ex quo pulſatur ad Matutinum & uſque dum finitur Officium, & ex quo pulſatur ad Miſſam & uſque ad finem; ſalva medietate Canonicorum & Cantorum, quam habent in Altari, cum Domino Epiſcopo: Tota namque medietas Oblationis, quæ venit in Altare, eſt Altaris, ideſt Domini Epiſcopi. Altera medietas eſt inter prædictum Dominum Epiſcopum, & Canonicos Eccleſiæ, & Cantores æqualiter. Nam una pars eſt Domini Epiſcopi, alia Canonicorum, alia Cantorum, ſi interfuerint Conſtitutis Officiis; ſi vero non interfuerint eſt Canonicorum, ſervata prius conſuetudine ad Altare ſervientium, quæ nimirum conſuetudo debet eſſe de communi omnium partium, & Domini Epiſcopi, & aliorum. Die Jovis Sancti, ex quo pulſatur ad Officium Matutinale & ad Miſſam uſque ad finem, ſimiliter. Et in die Veneris Sancti, ſimiliter. In Sabbato Sancto, ex quo pulſatur ad Officium Matutinale, & ex quo pulſatur ad Baptiſmale Officium, nocte & die tota habent jus ſuum, & uſque ad finem Miſſæ Majoris in Paſcha.

(a) Plura quidem hoc in loco poſſent ex veterum libris teſtimonia proferri, queis dilucide evincitur, quam ingens fuerit Munerum vis ex unaquaque Catholici Orbis plaga ad B. Petri Cineres allatorum. Ea de re nonnichil generatim diximus pag. 36. not. *a.* Singula enim percurrere, noſtri non eſt inſtituti. Attamen id unum ſilentio præterire religio fuit, harumce Oblationum copiam nonniſi ex Fidelium largitate coaluiſſe: nam ſi quæ ab hominibus hæretica labe pollutis ad S. Petrum Dona mittebantur, iſta profecto e Vaticano Templo ejecta fuiſſe conſtat. Teſtem appello S. Athanaſium, qui in Hiſt. Arianorum ad Monachos num. 35. & 36. edit. Maurinæ, poſtquam narravit a Conſtantio Imperatore Romam miſſum fuiſſe cum Muneribus Euſebium ſpadonem, ut Liberium Summum Pontificem ſeduceret, nihilque ea in re impietatis miniſtrum profeciſſe, ita ſubdit: *At Eunuchus indignatus non tam, quod ſubſcribere* (condemnationi Athanaſii) *renueret* (Liberius), *quam quod illum hæreſi adverſarium comperiſſet; oblituſque ſe coram Epiſcopo ſtare, acriter interminatus cum Donis abit, nefariamque rem aggreditur, quæ a Chriſtianis quidem abhorreat, majoriſque ſit audaciæ, quam quæ Spadonem deceat. Saulis quippe prævaricationem imitatus, profectuſque ad Martyrium Petri Apoſtoli ibi Dona illa appoſuit. Re comperta, Liberius adverſus Loci Cuſtodem graviter ſuccenſuit, quod non prohibuiſſet hominem; ipſaque Dona ut illicitum Sacrificium abjecit.* Aliorum quoque indignorum rejecta Oblata, fas eſt colligere ex iis quæ Baronius refert ad Annum 869., ubi legitur Hadrianus Pontifex plura tranſmiſſa Dona a Carolo Calvo Eccleſiæ contumace, pari conſtantia ac opportuna ſeveritate repuliſſe.

(a) Hanc

ALEXANDER II.

Alexander Secundus Pontificatum adit die 1. Octobris anno 1061. Vita cedit die 21. Aprilis 1073. Sedet in Petri Cathedra annos undecim, menſes ſex, diem unum ſupra viceſimum; ducta nimirum ſupputatione ab electionis tempore, quum ſtata Inthronizationis, ut ajunt, dies lateat omnino (*a*).

* Al. *Majella.*

Monaſterio S. Salvatoris de Magella * (*b*), *ejuſque Eccleſiis ac Bonis exemptionem ac libertatem aſſerit perpetuam.*

Ex Veteri Ms. in noſtro S. Petri Tabulario Capſ. 21. Faſc. 39.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto in Chriſto Filio Rainerio Abbati Heremi S. Salvatoris ad Montem Magellæ, ſuiſque Succeſſoribus; in perpetuum.

Incertus Bullæ annus.

QUamvis ex univerſalitate Sedis Apoſtolicæ, cui licet indigni præſidemus, omnibus Eccleſiis, & venerabilibus locis piam ſollicitudinem .... tuitionis opere exhibere debeamus, propenſiore tamen cura, & ſtudio iis invigilare, & contra adverſitatum hujus mundi turbines, per Deum, quæ poſſumus præſidia debemus impendere, qui .... tutela ſanctæ Romanæ Eccleſiæ poſitis, tam generalis, quam ſingularis providentiæ debito conſulere, & Apoſtolici muniminis ſcutum præfigere cogimur. Itaque, dilecte Fili, poſtulante te, ut venerabilem locum tuum, prædictam videlicet Heremum, quam cum omnibus pertinentiis ſuis in prö .... jus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, voluntate, & conſenſu Fratrum quibus præeſſe dignoſceris, tradidiſti, Apoſtolicis privilegiis muniremus, benivola conceſſione votis tuis annuendum eſſe decrevimus, per qua.. inhabitatio tantæ Religionis ab omni humano jure, & poteſtate libera, & abſoluta, ſub alis hujus Summæ, & Apoſlolicæ Sedis tutior in omni tranquillitate conſiſtat, & fruc ...... in divina ſervitute proficiat. Igitur * præſentis privilegii conſtituimus, & confirmamus præfatæ Heremo, & ibi Deo famulantibus, Monaſteria, Cellas, & Eccleſias ...... Eccleſiam Sancti Salvatoris de Angre (*c*), & S. Martini

Magellanam Heremum Apoſtolicæ protectioni ſubjectam declarat.

* *Sup.* in vim, *aut* virtute, *aut quid ſimile.*

Ejus bona enumerat, ac libertate donat.

(*a*) Hanc Bullam Alexandri II. nomine inſcriptam, ipſimet Alexandro Pontifici reipſa tribuendam eſſe, cum res ipſa docet, tum Cencii Camerarii ſuadet authoritas. Hæc præcipua Conſtitutionis materies, bona nimirum atque Eccleſias Abbatiæ Majellanæ ſubjectas enumerare ſimul, ac vindicare. Porro quot recenſentur Eccleſiæ, quot deſcribuntur Bona, ad Abbatiam eamdem pervenerant, aut ipſo met Alexandro Pontifice adhuc ſuperſtite, aut non multis ante Alexandri II. Pontificatum annis, ut ex accurata temporum ratione, quam infra dabimus in unaquaque Eccleſia ſingillatim definienda, compertum erit. Fruſtra igitur quis nobis objiciat Alexandrum III. hujuſce Conſtitutionis authorem. Suam & hic favore Abbatiæ Majellanæ Bullam edidit, quam ſuo attexemus loco; ſed longe plures Eccleſias commemorat, novaque ſuperaddit Bona; quod nimirum ſucceſſu temporis, ex fidelium pietate ac largitionibus, nova rerum ac bonorum acceſſio Abbatiæ Majellanæ fines ampliaverit. Hinc Alexandri III. Conſtitutio ſicut ætate poſterior eſt, ita bonorum copia, atque Eccleſiarum numero uberior.

Monumentum ex Cencio Camerario depromptum, ſumma nobis humanitate ſuppeditavit Vir Clariſſimus, ac Secretioris Tabularii Apoſtolici Vaticani Præfectus Philippus Antonius Ronconus. Ex quodam Cencii Camerarii volumine, cui Alexandri II. nomen præfixum eſt, hæc ad rem noſtram ex fol. 101. column. 2. & 3. collegit: *Invenitur juris B. Petri* (hoc eſt Apoſtolicæ Sedis; nondum enim in poteſtatem ac jus Vaticanæ Baſilicæ devenerat Abbatia Majellana) *Monaſterium montis Majellæ cum omnibus ſibi pertinentibus; & Monaſterium S. Pancratii, & S. Clementis, & Eccleſia S. Barbari, & Heremo S. Angeli, & S. Nicolai cum quarta port'one de uno Portu integro, quod appellatur de Sancto Vito, & Heremo in Comitatu Pinnenſi, & Caſtra Kepalia, & Eccleſia S. Martini, & Eccleſia S. Juſtæ cum omnibus ſuis ſita in pertinentia Caſtri Caſtilionis, & Eccleſia S. Cancianæ, & medietate Eccleſiæ S. Nicolai ſitæ in Territorio Caſtri Faræ cum X manſis intra dictum Caſtrum, ſeu Molendinis, & Eccleſia S. Crucis cum omnibus ſuis. Item Eccleſiam S. Blaſii, & medietatem Eccleſiæ S. Agathæ, & Rocca quæ dicitur Penna, & Caſtro Famedano, & tunc Eccleſiam S. Angeli, & S. Petri cum omnibus earum pertinentiis, & omnia præfata Monaſteria Majellæ conceſſa, & concedenda.* An bona iſthæc, quæ Cencius enumerat, cum Alexandri II. Bulla rite componantur, res patet ad oculum.

(*b*) Mirari forte ſubit, cur Alexandrinam hanc Bullam, quæ cum Baſilica S. Petri nihil commune habet, hic aſſuemus? Sed mirari deſinet quiſquis norit, Abbatiam Majellanam, de qua Bulla loquitur, ſub Julio III. an. 1552. in Vaticanæ Baſilicæ jus, ac proprietatem aliquando fuiſſe tranſlatam. Quæ igitur prima facie aliena videntur, reipſa noſtra ſunt; ideoque digna ut a nobis, qua licebit via ac ratione (provinciam namque aggredimur ſalebroſam, multaque obductam caligine) illuſtrentur. Quæ de Majellana hac Abbatia, ejuſque juribus ac poſſeſſionibus ſtatuerunt Romani Pontifices, multas implent paginas, nec poſſunt brevioribus hiſce notis comprehendi. Peculiaris ac prolixior hac de re ad præſentis Tomi calcem ſermo inſtituetur. Hoc unum nobis hic propoſitum, Abbatiales Eccleſias, quas Bullæ recenſent, elucidare; earumque primordia, ſitum, atque erga Vaticanam Baſilicam obſequium, extento veluti digito duntaxat innuere.

(*c*) Eccleſiam S. Salvatoris in Majellano Monaſterio ordinis S. Benedicti fuiſſe præcipuam, ideoque Abbatiam S. Salvatoris cognomen ab ea ſumpſiſſe, trita res eſt. Statuit Eccleſiæ ac Monaſterii locus, vallis Majellana (hoc eſt vallis poſtrema pars, quæ

* Al. Cephalia.

tini deſuper Cephalia * (*a*), & S. Pancratii (*b*) Eccleſiam, quæ eſt ad radicem montis ipſius Magellæ, & Sancti Andreæ (*c*), & Sancti Clementis, quæ ſunt prope ad montem præfatum (*d*). Eccleſiam S. Mariæ de la Vella (*e*), & Caſtrum quod vocatur la Penna (*f*) cum omnibus ſuis pertinentiis, & Villa, quæ vocatur Grele (*g*) cum Eccleſiis, & omnibus pertinentiis ſuis, S. Crucis dec... (*h*), & S. Blaſii de Sancto Angelo in Triſino (*i*), & S. Angeli ad Gruttam (*k*), & S. Barbati deſuper Polotri (*l*), & S. Ni-

quæ ad Montis Majellæ radices protenditur) deſignatur in actis Viſitationis, quam anno 1598. Aluyſius Rainaldutius Baſilicæ Vaticanæ Canonicus ac Commiſſarius perfecit. Ita namque fol. 15. legimus: *Procedens idem D. Viſitator, & ingreſſus vallem Majellanam, pervenit ad locum ipſius Abbatiæ Majellæ, quam dolenti animo invenit olim quidem, ut apparet, egregiis ſtructuris marmoreis conſtructam, & ornatam, ſed modo fere totam ruinoſam, collapſam, & ferarum receptaculum. Sub Eccleſia ſuperiori adeſt altera inferior, parvis columnis marmoreis ſuſtentata, in qua invenit altare lapideum marmoreum integrum, alias conſecratum, ut apparet, modo profanatum, cum antiqua imagine Crucifixi.* Cui vero, an hominum vel temporum injuriæ, an Cæli inclementiæ ejuſmodi excidium tribuendum ſit, penitus ignoramus. Illud ratum ex fol. 39. alterius Viſitationis, quam Alexander Canzires mandante Capitulo S. Petri obivit an. 1604., Eccleſiam ſimul ac Monaſterium ſolo æquata tunc temporis jacuiſſe; ideoque & in area Eccleſiæ dirutæ ligneam crucem fuiſſe erectam, & S. Salvatoris Titulum in Parochialem Eccleſiam S. Silveſtri, quæ in Terra Guardiæ Grelis Præpoſituræ nomine donatur, fuiſſe translatum.

Quæ de Eccleſia S. Salvatoris, in extremo vallis Majellanæ poſita, huc uſque protulimus, ad Eccleſiam *S. Salvatoris de Angre*, cujus Alexandrina Bulla primo meminit loco, transferri non poſſunt. Diſſimilis variuſque Eccleſiæ ſitus; ætas diſſimilis. Differt Magellanum territorium a Feudo Angre, quod in Pinnenſi Provincia vetera monumenta nobis exhibent; nec ætas Eccleſiæ S. Salvatoris de Angre ea eſt, quæ alterius Eccleſiæ S. Salvatoris de Magella vetuſtatem aſſequatur. Primordia Abbatiæ Magellanæ ignoramus hactenus: novimus tamen remotiſſima, quandoquidem jam tum ab anno Chriſti milleſimo Eccleſia S. Procopii ad Eccleſiam S. Salvatoris de Magella, ex donatione Geroli Sacerdotis tranſlata eſt: contra vero Feudum Angre nonniſi ab anno 1010. ad Abbatiam Magellanam pervenit, ea lege, ut in eo Monachorum Cœnobium construeretur. Igitur quo tempore Heremus Magellana vigebat, Feudum Angre Eccleſiis ac Monaſterio erat vacuum. Unde vero, quæ jactamus monumenta, decerpſimus? Ex Tabularii noſtri libello, qui, ut ex indicio temporis quod ſub initium præfigitur, patet, anno 1220. conſcriptus eſt, atque in Capſ. 72. faſc. 53. aſſervatur. Hujuſce libelli, quandoquidem illuſtrium virorum donationes favore Abbatiæ Majellanæ exhibet quamplurimas, frequentior nobis erit uſus, in Eccleſiis, quæ ad Abbatiam eamdem pertinent, illuſtrandis. Ubi vero peculiaris de Majellana Abbatia inſtituenda erit Diſſertatio, ipſum met libellum fere integrum exſcribemus. Illud addimus ex vetuſto Bonorum Abbatiæ memoratæ inventario, in Tabularii noſtri Capſ. & faſcic. ſupra relat., nimirum Monaſterium S. Salvatoris de Angre inter Bona Abbatiæ ſubjecta, in quibus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem Abbas exercebat, enumerari: quod argumento eſt omnimodæ diſſimilitudinis inter ambas Sancti Salvatoris Eccleſias. Inventarium hocce an. 1365. confectum eſt.

(*a*) *Cephalia* Caſtrum fuiſſe, ex Cencii Camerarii teſtimonio a nobis ſupra relato compertum eſt; etſi mutato paulisper nomine, Cencius Kepalia appellarit. Certam Caſtri ſedem ſolis inniti conjecturis, quum indubia deficiant argumenta, deſcribimus. Bullarum contextum componamus. *Eccleſiam S. Salvatoris de Angre, & S. Martini deſuper Cephalia* nominat Alexander II.; at Eugenius III., cui ſuccinit Alexander item III., quum Eccleſias eaſdem recenſet, ita loquitur: *Eccleſiam S. Salvatoris de Angre Caſtellar cum ſubjacenti podio Cephalia; Eccleſiam S. Martini cum cellis ſuis*. Igitur Feudo Angre proximum erat Caſtrum Cephalia, ex quo podium Cephaliæ denominatum. Feudum Angre in Pinnenſi provincia fuiſſe poſitum, ex ipſa Feudi donatione ſuo loco demonſtrabimus: Ibidem ergo Caſtrum Cephalia, cujus nulla ſuperſunt hodie veſtigia, & S. Martini Eccleſiam Caſtro conterminam ſtatuamus neceſſe eſt.

(*b*) Suſpicamur hanc *S. Pancratii* Eccleſiam eam ipſam eſſe, quam anno 1057. Monaſterio Majellano largiti ſunt Monardus & Adam, quorum donationis integram ſeriem ex libello ſupra memorato depromptam alibi producemus. Suſpicio hæc ex aliarum Eccleſiarum, quas Bulla ſubjicit, vicinia petitur. Fatemur, Eccleſiam S. Pancratii, quam donatio exhibet, in territorio Guardiæ Grelis collocari; in Bulla vero Alexandri II. ad radices Magellæ rejici. Verum, ſi animadvertamus Magellæ montem mole ſua maximum, uſque adeo protenſum eſſe, ut ad ipſas Terræ Guardiæ Grelis partes pertingat, univerſus fortaſſe ceſſabit ſcrupulus.

(*c*) Hanc S. Andreæ Eccleſiam in Territorio Caſtri Rapini collocat Aloyſius Rinaldutius Viſitation. pag. 24. ubi rurale Sacellum non inſtructum altari, ac campana deſtitutum deſcribit; ideoque appoſito contra Beneficii rectorem ſequeſtro, Eccleſiam præcipit inſtaurandam.

(*d*) Superiori proxima, ac fere contermina deſignatur in præcitata Viſitatione hæc quam attingimus S. Clementis Eccleſia; vix enim milliaris dimidium inter utramque intercurrit, eſto una ad Rapini, & altera ad Feudi Cominarum, ſive Commone, quod in territorio Guardiæ Grelis exiſtit, ditionem pertineat. Verum jam tum ab anno 1598. S. Clementis Eccleſia ruinis erat obruta; Titulo tamen ac Beneficio adhuc reliquo, cujus poſſeſſionem ex Capituli collatione Maccagnano de Maccagnanis Valentani (non Montiſfaliſci, ut Viſitationis Acta perperam enunciant fol. 24.) Archipresbytero fuiſſe delatam, ex eodem Viſitationis Codice palam colligimus.

Eccleſiam utramque, alteram S. Andreæ, S. Clementis alteram a nobis modo propoſitam, non ſimplicem, ſed adjecto Monaſterii ædificio fuiſſe nobilitatam, ex Donationum, quas toties laudatus libellus recenſet, Catalogo, indubia res eſt. Monaſterium S. Andreæ in territorio Rapini poſitum, donavit anno 1066. Giſo Coni filius; idemque Monaſterium injuſte ablatum, reſtituit Raimundus Monopelli Comes anno 1144. Cœnobium S. Clementis anno 1056. ex munificentia Raynerii & Coni, Abbatiæ Majellanæ adjectum eſt. Hæc, quæ ex memorato libello innuimus dumtaxat, fuſiore calamo ſuo loco tractabimus.

(*e*) Eccleſiam *S. Mariæ della Vella* in Territorio Caſtri Pinnæ Pedemontis collocant cum vetera, tum recentia monumenta quæcumque. In Viſitatione habita anno 1594. ejus a Caſtro diſtantia ſolo milliaris dimidio definitur fol. 15. Ex donationis, quam anno 1070. perfecit Maſcarellus Maſcarelli filius, tenore docemur, nedum Eccleſiam S. Mariæ della Vella, ſed & Monaſterium illi adpoſitum dono fuiſſe traditum Abbati Majellano. Quæcumque vero fuerit cum Monaſterii, tum Eccleſiæ moles, ea tandem corruit univerſa. Quo tempore, anno nimirum 1598., Commiſſarius Rainaldutius hanc ipſam deſcribit Eccleſiam, ejus macerias ſpinis ac fruticibus ſubortis coopertas indigitat. Ut Eccleſiam collapſam inſtauraret, nullum ille non movit lapidem; verum conatus omnes irritos cecidiſſe, quæ anno 1604. iterata eſt Viſitatio ſatis probat; quandoquidem fol. 188. hæc eadem Eccleſia eiſdem ſepulta ruinis repræſentatur.

(*f*) De Caſtro *Pinnæ* aliquid peculiare in Bulla Eugenii III. occurrit dicendum. Hinc ad notas Eugenianæ Bullæ ſubjiciendas, lectores amandamus.

(*g*) Villa *Grele* Abbatiæ Majellanæ ſubjecta, Oppidum Guardiæ Grelis in Frentanis ſitum deſignat. Inter Ortium, ſive Ortinium ac Filetum jacet, atque Majellæ radicibus ab occidentali parte proximum eſt. Putatur a Langobardis extructum, aut ſaltem a collocato ibi militum præſidio nomen adeptum.

(*h*) *Eccleſiam S. Crucis dec.* .... legimus in Bullæ copia, eamdemque lectionem in Bulla typis ſubjecta ſervavimus. Verum, quo tandem pertineat mutilæ vocis initium, ignoramus. Si initialis ſyllaba *dec.* ...., in aliam fere geminam *buc.* .... immutetur, obvia res eſt; Ita namque docemur, Eccleſiam S. Crucis in Bucclani territorio fuiſſe poſitam, ubi revera extitit aliquando; etſi anno 1598. in actis Viſitationis fol. 34. exciſa dicatur, ne reliquis quidem veteris ruinæ veſtigiis. Hanc eamdem S. Crucis Eccleſiam apud Bucclanum conſtitutam, Conus Coni filius anno 1064. gratuita donatione in Abbatiam tranſtulit Majellanam.

(*i*) Non una *S. Blaſii* Eccleſia Abbati Majellano ſubjecta erat. Triſini locus, qui hance definit Eccleſiam, eſt nobis plane inacceſſus. Hoc unum, quod certo novimus, adnotamus, Eccleſiam S. Angeli in Triſino ex donatione Joannis, ac Giſonis Sacerdotum jam tum ab anno 1059. ad Abbatiam S. Salvatoris perveniſſe.

(*k*) Unde *Gruttæ* cognomen repetendum ſit, latet adhuc. Hinc, quum multæ ſub uno S. Angeli titulo numerentur Eccleſiæ in Abbatia Majellana, certam hic definire non auſim.

(*l*) De S. Barbati Eccleſia, quæ in peculiarem Abbatiam tandem evaſit, ſola attingimus initia; cetera omittimus, ne materiem,

Digitized by Google

& S. Nicolai de la Ilice (*a*), & Sanctæ Luciæ de Cala ... (*b*). Has itaque Eccleſias cum Cellis, & omnibus rebus ſuis, vel quaſcumque poſſeſſiones in terris, ſylvis, vineis, & olivetis, aut in aliquibus locis cultis, aut incultis, res etiam mobiles, ſeu immobiles, & omnia bona, quæ nunc habet, aut in futurum Deo donante habere contigerit, ut ea omni tempore ſine omni inquietudine ſecure poſſideat. Quod ad corroborandum, & memorabili ſtabilitate fulciendum, ſanximus, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus in perpetuum libertate conſiſtimus*, ut nullus Rex, Imperator, Dux, Comes, Epiſcopus, ſeu aliqua perſona ſecularis, aut Eccleſiaſtica, venerabilem Locum illum a ſtatu Religionis ſuæ divellere, aut turbare præſumat, nec quicquam de locis, aut rebus ſibi pertinentibus invadere, rapere, imminuere, aut aliquo modo ſibi uſurpare, aut ab uſu fratrum alienare audeat. Si quis igitur contra hujus noſtræ Conſtitutionis paginam temerario auſu venire præſumpſerit, uſque ad dignam ſatisfactionem Anathematis nexibus ſe innodatum, & a liminibus totius expellendum noverit; qui vero hæc eadem pio intuitu, & veneratione obſervare curaverit, & venerabilem Locum illum fideli devotione conſolari, & adjuvare ſtuduerit, divinæ remunerationis gratiam, & Apoſtolicæ Benedictionis conſequatur abundantiam (*c*).

** Mutilus ac mendoſus Bullæ locus: hinc obſcurus.*

Clauſula pœnalis in refractarios.

S. GREGORIUS VII.

S. Gregorius VII. electus fuit Romanus Pontifex 10. Kalendas Maji anno 1073. Infra octavam Pentecoſtes in Presbyterum ordinatus, & in Natali Apoſtolorum in Summum Antiſtitem conſecratus; Vixit in Pontificatu annos 12. menſem 1. dies 3. emortuali excluſo; Ad Superos evolavit octavo Kalendas Junii Anni 1085.

Hungariæ Regnum juris Beati Petri eſſe affirmat cum ex Oblatione S. Stephani Regis, tum ex eo, quod Henricus Imperator Lanceam & Coronam ad Corpus ejuſdem Apoſtoli tranſmiſerit: idcirco queritur quod Salomon a Teutonicorum Rege idem Regnum in beneficium acceperit; ac monet, ut illud ab Apoſtolica Sede recognoſcat.

Ex Archiv. Apoſt. Vatic. in Regeſto unico Gregor. VII. ſub An. 2. epiſt. 13. fol. 79.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Salomoni Regi Hungarorum ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1074.

LItteræ tuæ ad nos tarde propter moram Nuntii tui allatæ ſunt, quas quidem multo benignius manus noſtra ſuſcepiſſet, ſi tua incauta conditio non adeo Beatum Petrum offendiſſet. Nam ſicut a majoribus Patriæ tuæ cognoſcere potes, Regnum Hungariæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ proprium eſt, a Rege Stephano olim Beato Petro

Regnum Hungariæ B. Petro ſubjectum eſſe, exemplis probat.

materiem, quam Diſſertationi reſervamus, hic præoccupemus. An. 1015. Raynerius & Engeltruda Conjuges, Cœnobium cum Eccleſia S. Barbato Pontifici dicata, in territorio Pollutri ædificandum curant, atque nonnullis ditatum bonis, Monachis Benedictini Ordinis offerunt inhabitandum. Succeſſu temporis, anno nimirum 1043. Rainaldus Raynerii, ac Engeltrudæ filius, idem Cœnobium, Eccleſiam, ejuſque bona Abbatiæ Majellanæ, a qua numquam divulſa ſunt, poſſidenda concedit. Devoluta ad Baſilicam S. Petri Majellæ Abbatia, & ipſum S. Barbari Monaſterium acceſſit; quod tandem Sacriſtiæ noſtræ Vaticanæ Baſilicæ Gregorius XIII. nexu copulavit perpetuo.

(*a*) Ilicis Caſtrum, alioqui nobis ignotum, in Pinnenſi Diœceſi collocat Catalogus Bonorum Abbatiæ Majellanæ, anno 1599. coordinatus. Conſulatur pag. 317. ubi duæ rurales Eccleſiæ S. Angeli, & S. Martini nominantur. Si quid ex locorum vicinia liceret conjicere, poſſet fortaſſe Eccleſia S. Angeli ad Gruttam, de qua ſupra, ad Caſtri Ilicis territorium revocari.

(*b*) *Eccleſia S. Luciæ de Cala* ... Quas in mutila hac voce deprehendimus literas, deſcribendas curavimus; reliquas, quæ noſtrum fugiunt aſpectum, omiſimus, punctis appoſitis. Quidnam vero mutilæ vocis initium deſignet, neſcire fatemur. Eccleſiæ S. Mariæ de la Vella quæ extra Pinnæ Caſtrum erat olim extructa, ſupra meminimus: Hic S. Luciæ Eccleſia in Bulla proponitur. Fieri ergo poteſt, ut Eccleſia S. Luciæ, quæ ipſi Eccleſiæ S. Mariæ de la Vella erat proxima, ut ex actis Viſitationis anno 1598. fol. 23. compertum eſt, in Bulla hac deſignetur. Hoc tamen conjiciendo potius ac divinando, quam affirmando proponimus.

(*c*) Quæ deficit poſtrema Bullæ pars, Bullæ ætatem, ut præmonuimus, reddit obſcuram, quum nec Alexandri Pontificis anni, neque Indictionis nota ullam præferant facem. Nihilominus, ſin minus ſtatum Bullæ annum poſſimus aſſequi, poſſumus tamen ex Bonorum quæ ad Majellanam Abbatiam acceſſerunt, ætate, tempus, alioqui vagum nimis, certis limitibus circumſcribere. Enumerat Bulla, inter cetera Abbatiæ bona, Eccleſiam S. Mariæ della Vella, quam an. 1070. dono oblatam animadvertimus. Aut hoc igitur anno, aut ſequentibus, qui ad mortem uſque Alexandri II. effluxerunt, Bullam ab Alexandro procuſam fateamur oportet.

Petro cum omni jure & poteſtate ſua oblatum & devote traditum (*a*). Præterea Henricus piæ memoriæ Imperator, ad honorem Sancti Petri Regnum illud expugnans, victo Rege, & facta Victoria, ad Corpus Beati Petri Lanceam Coronamque tranſmiſit (*b*); & pro gloria triumphi ſui illuc Regni direxit Inſignia, quo Principatum dignitatis ejus attinere cognovit. Quæ cum ita ſint, tu tamen in ceteris quoque a Regia virtute & moribus longe diſcedens, jus & honorem Sancti Petri, quantum ad te, imminuiſti & alienaſti, dum ejus Regnum a Rege Theutonicorum in beneficium, ſicut audivimus, ſuſcepiſti. Quod ſi verum eſt, qualiter gratiam Beati Petri aut noſtram benevolentiam ſperare debeas, tu ipſe ſi juſtitiam vis attendere non ignoras, videlicet te non aliter eam habiturum, nec ſine Apoſtolica animadverſione diu regnaturum, niſi Sceptrum Regni quod tenes, correcto errore tuo Apoſtolicæ non Regiæ majeſtatis beneficium recognoſcas: neque enim nos timore vel amore aut aliqua perſonali acceptione, quantum Deo adjuvante poterimus, debitum honorem ejus, cujus ſervi ſumus, irrequiſitum relinquemus. Verum ſi hæc emendare, & vitam tuam ut Regem decet inſtituere, & Deo miſerante adornare volueris, proculdubio dilectionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſicut Matris dilectus Filius, & noſtram in Chriſto amicitiam plene habere poteris.

Vt regnum idem B. Petro acceptum referat, monet; pœna alioqui propoſita.

Data Romæ quinto Kalendas Novembris, Indictione tertiadecima (*c*), Anno ſecundo (*d*).

Archiepiſcopum Rothomagenſem arguit, quod nec ipſe nec ejus Suffraganei ad S. Petri Limina venerint, nec Pallium a Sede Apoſtolica poſtularit. Prohibet ne deinceps Epiſcopum, vel Sacerdotem ordinet, vel Eccleſias conſecret, donec Pallium impetrarit.

Ex Regeſt. Epiſtolar. S. Gregor. VII. Lib. 9. Epiſt. 1. ap. Labb. tom. 12. Concil.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Willelmo Rothomagenſi Archiepiſcopo Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Epiſcoporum intereſt Limina Apoſtolorum inviſere.

LIteræ, quas nobis miſiſti, ſatis devotionis prætendunt, ſed ad earum fidem rei penitus teſtimonium deeſt. Si enim ita ſe res haberet, non, quemadmodum Suffraganei tui, etiam tu ipſe Apoſtolorum Limina viſere tanto tempore parvipendiſſes (*e*). Ex quo enim nos, licet indignos, ad hujus Sedis curam dignatio divina provexit, neminem veſtrum nos vidiſſe recordamur. Quod tamen in eo minus mirandum videtur, quia Legatos noſtros, qui propius vos ſunt, adire non multum curatis. Qui vero labor, aut quæ difficultas præ aliis diſſuaſit vobis per tantum ſpatii Beatum Petrum negligere, cum ab ipſis Mundi finibus etiam gentes noviter ad fidem converſæ ſtudeant annue tam mulieres, quam viri ad eum venire (*f*)? Illud quoque, niſi nos Apoſtolica manſuetudo detineret, profecto ſeverius in te jam animadverſum ſenſiſſes, quod huc uſque præclarius tuæ dignitatis Inſigne, videlicet Pallium, ab Apoſtolica Sede pro more acquirere poſtpoſuiſti (*g*). Te ipſum namque non ignorare putamus,

Pallium ab Apoſtolica Sede obtinere.

(*a*) Principum religione ac pietate id olim factitatum, ut ii non Caſtra ſolum, ſed & integra Regna Apoſtolicæ Sedi offerrent, eademque rurſus ab illa acciperent in feudum.

(*b*) Cum Romanæ Eccleſiæ antehac fierent Caſtrorum, Civitatum & Regnorum donationes, has plerumque in Vaticano S. Petri Templo ad ejuſdem Apoſtolorum Coryphæi Tumulum, ſive ad Aram principem peractas fuiſſe, vetera monumenta non obſcure teſtantur. Præter poſtremum S. Leonis IX. Diploma ſuperius allatum, confer quæ diximus pag. 14. not. c. Expende inſuper Oblationis monumentum, quod Gregorii VII. epiſtolæ 5. lib. 6. ſubjicitur apud Labb. tom. 12. Concil. Nempe anno 6. Pontificat. ipſius Gregorii VII. Marro Gilleri filius obtulit Beato Petro Apoſtolorum Principi, *& ſuper Altare ejus* omnia quæ ſibi pertinebant de Caſtro, quod vocatur Moricicla, poſitum inter Muricem & Clarignanum.

(*c*) A menſe Septembri incepta.

(*d*) Ita in Exemplari Archiv. Apoſt. Vaticani; at in editis tom. 12. Concil. Labb. deſideratur nota Anni Pontificatus.

(*e*) Adeas pag. 11. not. *d* & *e*.

(*f*) Feminarum & Virorum apprime illuſtrium, qui ad Apoſtolica Limina peregrinati ſunt, Catalogus exhibetur apud Ciaccon. tom. I. Vit. Pontif. Rom. &c. in S. Petro: illum texuit etiam Severanus lib. de 7. Urb. Eccl. pag. 172. & ſeqq. Rem paucis complexus eſt D. Chryſoſtomus tum homil. 26. in epiſt. 2. ad Corinth., tum homil. *Quod Chriſtus ſit Deus*, ubi hæc habet: *Relictis omnibus, ad Sepulcra Piſcatoris & Pellionis currunt & Reges & Præſides & Milites*. Auguſtinus vero epiſt. 42. ad Madaurenſes inſcripta: *Videtis*, inquit, *Imperii nobiliſſimi eminentiſſimum culmen ad Sepulcrum Piſcatoris Petri ſubmiſſo diademate ſupplicare*. Quod ſpectat ceteram Fidelium turbam, relege quæ adnotavimus pag. 24. not. *d*.

(*g*) Hac de cauſa meritò increpatur Archiepiſcopus Rothomagenſis. *Priſca* enim, ut ait S. Gregorius Magnus epiſt. 5. lib. 7. *conſuetudo retinuit, ut honor Pallii niſi exigentibus meritis* *cauſarum*

putamus, quam diſtricte Sanctorum Patrum cenſura in eos judicandum ſtatuerit, qui poſt conſecrationem ſuam per tres continuos menſes Pallium, quod ſui ſit officii, obtinere tepuerint. Proinde Apoſtolica tibi præcipimus auctoritate, ut quia Sanctorum Patrum ſtatuta parvipendiſti, nullum deinceps Epiſcopum vel Sacerdotem ordinare, ſeu Eccleſias præſumas conſecrare, donec honoris tui ſupplementum, Pallii videlicet uſum, ab hac Sede impetraveris. De cetero tam te, quam & Suffraganeos tuos monemus, ut præfatam culpam ſummopere emendare procuretis, ne, ſi negligentes, ut hactenus, in hoc extiteritis, poteſtatem Beati Petri per nos quanto dilatiorem, tanto ſeveriorem pro contemtu experiamini.

Suſpenſionis pœnam irrogat.

Ut Clerus, & Populus Carnotenſis Gotfredum, qui dato ſacramento ſuper Beati Petri Corpus ab objectis criminibus ſeſe purgavit, proprium Epiſcopum ſuſcipiant, eique obtemperent.

Ex Regeſt. Epiſtolar. S. Gregorii VII. Lib. 9. Epiſt. 16. ap. Labb. tom. 12. Concil.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Clero & Populo Carnotenſi Eccleſiæ Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Rei ſeriem enarrat.

Quod Epiſcopum veſtrum (*a*) tamdiu apud nos detinuimus, ſciatis nos idcirco egiſſe, ut cauſam ipſius pleniter diſcutientes irretractabili fine concluderemus. Inde etiam literis noſtris ad Legatum noſtrum Epiſcopum Dienſem (*b*) directis mandavimus, ut aut ipſe ad nos veniret, aut Nuncium ſuum cum literis hujus negocii ſeriem continentibus nobis tranſmitteret. Verum apicibus illius ſuſceptis, reperimus eum aliquantulum a verbis avunculi hujus, ſcilicet Pariſienſis Epiſcopi diſſentire. Sed diverſitatem ipſam diligentiſſime perſpicientes, cognovimus prælibatum negocium inviolata juſtitia, non incongrue cum miſericordia poſſe tractari. Quapropter divino freti auxilio, cenſuimus ne ulterius hunc falſi criminis tanta dilaniaret infamia, ut præſentialiter per ſe, & avunculum ſuum, dato ſupra Sacratiſſimum Corpus Beati Petri Apoſtolorum Principis juramento (*c*) ſe purgaret. Non enim aut cujuſlibet

Purgationem juramento firmatam probat.

c..uſarum, & fortiter (id eſt ſummis precibus) *poſtulanti dari non debeat:* idcirco apud vetuſtum auctorem, ſacras Rom. Eccleſiæ ceremonias deſcribentem, lib. 1. §. 10. cap. 5. formulam legimus, qua electus Epiſcopus *inſtanter, inſtantius & inſtantiſſime* petit ſibi tradi *Pallium de Corpore Beati Petri ſumptum, in quo eſt plenitudo Pontificalis officii*. Quod vero hæc Pallia in Vaticana duntaxat Baſilica vigilentur vel benedicantur, ejuſdem Templi prærogativa eſt plane ſingularis. Audite præſtat Petrum Mallium, & Romanum tit. 3. in hunc modum ſcribentes: *Et quoniam hæc Sacroſancta Dei & Beati Petri Baſilica eſt fundamentum, & caput omnium aliarum Eccleſiarum .... quadam prærogativa in ea tantum vigilantur Pallia, quæ Dominus Pontifex Romanus mittit Patriarchis & Archiepiſcopis per univerſum Orbem conſtitutis. Et inde eſt quod Legatus S. R. E. dicit: Accipe Pallium de Corpore B. Petri ſumptum, in plenitudinem officii tui. Itaque cum vigilamus Pallia, facimus ſolemnes vigilias in Confeſſione B. Petri, cantantes vigilias, quas conſuevimus cantare in feſto ejuſdem Apoſtoli. Et de antiqua conſuetudine habemus, ad bibendum, de Confeſſione abundanter optimum claretum:* nempe, ut Vegius in Op. de Mirab. Baſil. Vat. lib. 3. num. 85. explicat, optimum vinum optimis aromatibus conditum, quod, perfectis divinis conſolationibus, ad corporum conſolationem omnibus exhibebatur. Nicol. Bralion, ac prælaud. Canonic. Romanus tit. 3. veterem benedicendi Pallia exhibent ritum, ab eo qui modo uſurpatur, in aliquibus diverſum: At ſive recentem ſpectemur ſive antiquiorem, uterque ſolemnis; & (quod memoratu dignum eſt) Sanct. record. Benedictus XIII. Sacram actionem ita ſuſpexit, ut recurrente feſto Cathedræ 8. Kal. Martias An. 1725., illam celebriori pompa ipſemet perfecerit.

(*a*) Nempe Gaufridum, ſive Gotfredum, ut liquet ex ejuſdem S. Gregorii VII. Regeſt. lib. 5. epiſt. 17.

(*b*) Ejus nomen Hugo, teſte ipſo Gregorio VII., & Ivone Carnot. epiſt. 274. apud Franc. Juretum, quem conſule in notis ad epiſt. 1. ejuſdem Ivonis.

(*c*) Conſuetudinem hanc ſatis oſtendunt ſuperius adductæ pag. 5., & 7. Gregorii M. & Honorii I. Literæ, quibus accedunt aliæ ejuſdem S. Gregorii epiſtolæ nimirum 8. Lib. 11. ad Brunichildem Francor. Reg. de Menna Toloſ. Epiſcopo; & 23. Lib. 2. ad Juſtinum Presb. de Leone Antiſtite. Sed & Electus in Epiſcopum, antequam in Vaticana Baſilica (ut vetus Romanæ Eccleſiæ ferebat diſciplina) manuum impoſitionem acciperet, ſe nefanda quædam ſcelera neutiquam perpetraſſe, ſacramento ad Beati Petri Confeſſionem dato, confirmabat; quemadmodum conſtat ex Ord. Rom. VIII. num. 5. apud Mabillon. tom. 2. Muſ. Ital. Nec impunes abiiſſe pejerantes, Elfredi Regis Angl. geſta ap. Vvill. Hiſt. Angl. lib. 2. cap. 6. perſpicue declarant.

Equidem operæ pretium facturum arbitror, ſi ex Archivio Apoſt. Vat. in Regeſto unico S. Gregorii VII. an. 3. fol. 146., hic ſubjiciam Sacramenti formulam, qua Robertus dictus Carnotenſis Epiſcopus ad Beati Petri Apoſtoli exuviar ſeſe obſtrinxit. Eſt autem hujuſmodi:

Ego Robertus promitto omnipotenti Deo, & Beato Petro Apoſtolorum Principi, cujus Corpus hic requieſcit, quod in quocumque tempore Legatus Apoſtolicæ Sedis directus a Domino noſtro Gregorio, qui nunc eſt Romanus Pontifex, vel ab aliquo Succeſſorum ſuorum item Romanorum Pontificum ad me venerit infra terminum, quem idem Legatus mihi conſtituerit, Carnotenſem Epiſcopatum omni occaſione ſublata vel fraude dimittam, & cum bona fide ſtudebo, quatenus Eccleſia illa ſecundum Deum ordinetur nihil acturus, me ſciente per me, vel per aliquam a me ſummiſſam Perſonam, unde eadem Eccleſia vel Clerici ejus meo ſtudio vel malitia læſionem, aut detrimentum accipiant. Hoc Sacramentum, jubente Domino noſtro Gregorio VII. Papa, ego Cono humilis Presbiter tituli Chriſti Martyris, & Virginis Sanctæ Anaſtaſiæ ſcripſi, & in Eccleſia Beati Petri in Confeſſione ad Corpus ejus ubi factum eſt interfui. Interfuerunt etiam Joannes Portuenſis Epiſcopus, Theodinus Archidiaconus, Gregorius, Bernardus Diaconi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & alii duo videlicet Ingelrammus Decanus Carnotenſis Eccleſiæ, & Ivo tunc magiſter ſcolarum in eadem Eccleſia. Actum Romæ menſe Aprili Indictione quartadecima Anno tertio.

Obedientiam Epiſcopo præſtandam præcipit.

juſlibet perſonæ gratiam, aut lucri temporalis ardorem tantum valere credidimus, ut aliquis ſanæ mentis vir, præſertim Epiſcopus, ſpreto divini horrore judicii, ultro perjurium tam grave velit patrare. Quocirca dilectionem veſtram monentes, ex parte Beati Petri vobis præcipimus, ut præfatum Epiſcopum veſtrum paterna cum veneratione ſuſcipiatis, eique debitum honorem deferentes, ſicut Paſtori obediatis. Præterea Apoſtolica interdictione inhibemus, ne eum ſuper illo Simoniacæ infamationis, quo ſe purgavit, aliiſve falſis criminibus deinceps agitari, neve ipſum (ſicut mos eſt quorumdam, Prælatos criminoſis ſuſpicionibus commaculare) ulterius injuſte ſollicitari permittatis; ſed eum, ut præſignavimus, ſicut patrem ſpiritualem venerantes, oſtendatis vos & Apoſtolicis juſſis obedientiam gerere, &, ut Chriſtianos oportet, animarum veſtrarum curam habere.

PASCHALIS II.

Paſchalis Secundus anno 1099., die vero quartadecima Auguſti Summus Eccleſiæ Pontifex ordinatur: Diem obit ſupremum xii. Kalendas Januarii anno 1118. Præfuit igitur Eccleſiæ annos octodecim, menſes quinque, dies octo; emortuali nimirum die ſupputato.

Monaſterii S. Martini de Valle, cui Apoſtolicæ tuitionis præſidium elargitur, Eccleſias deſignat, enumerat Privilegia (a).

Ex vetuſta Bullæ Copia exiſten. in Archiv. S. Petri Capſ. 69. Faſc. 21.

Paſchalis Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Uberto Abbati Eccleſiæ Sancti Martini de Valle, & ejus Fratribus tam præſentibus, quam futuris; in perpetuum.

AN. CH. 1111.

Monachos eorumque Monaſterium a vi, atque injuriis eximit.

AUſtri terram inhabitantibus per Prophetam Dominus præcipit, cum panibus occurrere fugienti. Cum ergo vos filii cariſſimi, de ſeculo fugientes, ad montanam Domini receperitis vos, fraternitatem veſtram gratam excipimus & per Sancti Spiritus gratiam, Sedis Apoſtolicæ munimine confovemus. Statuimus enim ut veſtræ habitationis Monaſterium, ab omnium hominum jure ac poteſtate liberum perſeveret; ut vos ad Domini famulatum omni tranquillitate perfruamini. Omnia igitur, quæ ad ſumptus vitæ veſtræ a Fidelibus donantur, * Eccleſiæ veſtræ, quæ S. Martini dicitur (b), oblata ſunt, vel aliis juſtis acquiſita modis; aut in futurum offerri, acquirive contingeret, quieta vobis, & integra permanere ſancimus; in quibus hæc propriis viſa ſunt vocabulis exprimenda, videlicet: Eccleſiam S. Mauri de B..ja (c), Eccleſiam Sancti Comitii de Sancto Comitio, Eccleſiam Sanctæ Luciæ de C..io, Eccleſiam Sanctæ Luciæ de monte Moriſco (d): Apud Sanctum Vitum, Monaſterium Sancti Angeli (e), Eccleſiam S. Mariæ

** Sup. aut.*

** Item Eccleſias Monaſterio ſubjectas, quas hic enumerat.*

(a) Quæ olim Benedictino Ordini ſubjecta erat Abbatia iſthæc S. Martini de Valle, jam tum ab anno 1453. juſſu Nicolai Papæ V., cujus Diploma ſuo dabimus loco, ad menſam Vaticanæ noſtræ Baſilicæ tranſlata eſt. Præſtat igitur, ut, quæ ad Abbatiam illam pertinent, Pontificias Conſtitutiones proferamus, ducto initio a Paſchali II., quandoquidem antiquiora monumenta aut nulla ſunt, aut ſi quæ ſunt, ea nobis incognita. Plura hic de Abbatiæ origine, Juribus, Privilegiis, & tamdiu vexata juriſdictione occurrunt dicenda, quæ multas Diſſertationis paginas aliquando conficient. Nec ipſa quidem Abbatiæ primordia attingimus, ſiquidem opportunior infra in notis ad Honorii III. Bullam recurret ſermo. Hoc unum nobis hic propoſitum, Eccleſias, quas præſens Conſtitutio deſignat, elucidare; quamvis, nec diſſimulamus, duo ſunt præ ceteris, quæ nobis non levem ingerunt curam; ipſa cum primis rerum in quibus verſamur caligo quammaxima; deinde, ejus, qua utimur, Bullæ copia non ſatis accurata, quam certo indicio aliunde petito, emendare non licuit.

(b) Eccleſia S. Martini, ex qua Monaſterium & Abbatia nomen ſumpſit, in Majellana Valle inter duas Alpes, hoc eſt inter duos montes, Majellanum, & Appenninos, quum in Aprutina Provincia Alpes nullæ ſint, collocatur. Duplex Eccleſiæ cognomen, alterum S. Martini de Fara, a Caſtri vicinia: Alterum, S. Martini de valle, a loci planitie. Hujuſce Templi pars potior, una cum univerſa Monaſterii mole jamdiu concidit. Supereſt tamen veteris Eccleſiæ pars quædam breviori ambitu definita, in qua Sacrum peragitur, atque, ut ex actis Viſitationis an. 1598. fol. 7. colligimus, candelæ ac olivarum rami quotannis diſtribuuntur.

(c) Tres iſtæ, quas primo loco Bulla commemorat, Eccleſiæ, altera S. Mauri, S. Comitii altera, tertia S. Luciæ, nobis adhuc imperviæ; quodque miramur magis, vel ipſe qui deſignatur Eccleſiarum locus nos latet. Nihil ex Inventariis, nihil ex Viſitationibus, quarum plurimas percurrimus, hactenus ſumus aſſequuti.

(d) Mons Moriſcus Feudum deſcribitur territorio Gipſi proximum; at nulla in ejuſmodi Feudo occurrit Eccleſia S. Luciæ nomine inſignita. Conſulatur Codex Viſitationis anno 1594. fol. 16.

(e) Dirutum enunciatur in Viſitation. an. 1583. fol. 97. ubi

S. Mariæ de Penna (a), Eccleſiam Sancti Nicolai de P...o (b): Apud Civitellam, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, & Sancti Juſtini (c), cum terris & vineis, & ibidem villani, & poſſeſſio terrarum & vinearum: Apud collem Macinarum, Eccleſiam S. Petri, Eccleſiam Sancti Angeli, Eccleſiam Sancti Silveſtri, Eccleſiam Sancti Quirici *, Eccleſiam Sancti Pauli (d), & ibidem poſſeſſio terrarum: Apud Pr..a (e), Eccleſiam Sanctæ Mariæ de lo Caſale, Eccleſiam S. Petri: Apud Laromam (f) Eccleſiam S. Mariæ, Eccleſiam S. Petri (g), Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Plano (h), Eccleſiam Sanctæ Luciæ, Eccleſiam Sancti Silveſtri (i), & ibidem villani, & poſſeſſio terrarum: Apud Palluniaenum, Eccleſiam S. Fabiani *, Eccleſiam S. Angeli (k) in Ca..i, cum villanis, terris, & vineis. Chriſma vero, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, a Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque ulla pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis, quem malueritis, adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatis indulgeat. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia, proponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars ſanioris conſilii, per eundem Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerit eligendum, qui ad Sedem Apoſtolicam benedicendus accedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat ſupradictum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Porro ad memoriam & indicium hujus perceptæ a Romana Eccleſia libertatis, per annos ſingulos duos ſolidos Lateranenſi Palatio perſolvetis. Si quis igitur in futurum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex, aut Eccleſiaſtica quælibet ſæculariſve perſona, hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione condigna * emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei, & Dñi Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat,

* *L.* S. Clerici.

* *L.* S. Flaviani.

Quid juris competat locorum Ordinariis.

In Abbate eligendo plenam Monachis concilium libertatem.

Pœnas decernit in refractarios.

* *Sup.* reatum ſuum.

---

ubi ſtatus Monaſterii locus apud S. Vitum definitur, nemus ſcilicet quoddam, cui ex Monaſterii titulo hoc inditum nomen, *Valle di S. Angelo*.

(a) Nullibi occurrit, niſi in Eccleſiarum Inventario quod anno 1583. legitur coordinatum, ubi fol. 72. *Eccleſia S. Mariæ de Penna* apud Montem S. Martini in Spoletano territorio ſtatuitur. An vero una eademque ſit Eccleſia quam Bulla nominat, atque Inventarium deſcribit, alieno judicio relinquimus.

(b) Obſcura loci indicatio impedimento eſt quominus S. Nicolai Eccleſiam certo aſſequamur. Incerta vocis lectio ob characteris difficultatem: Incerta loci ſignificatio. Si literarum texturam inſpiciamus, locus ille, ex quo S. Nicolai Eccleſia denominatur, ita videtur interpretandus, *de Picho*, aut *de Righo*. Verum, quid inde ad rem noſtram colligimus? Nihil omnino. Maluimus idcirco loci vocabulum miſſum facere, atque pro literis puncta ſupponere. Huic Abbatiæ S. Martini ſubjecta, atque extra Caſtrum Faræ poſita juxta Flumen Viride occurrit quidem Eccleſia S. Nicolai de Myra, cujus nedum vetera, ſed & recentiora monumenta, ipſa nimirum Viſitationum acta quæ anno 1716., & 1733. literis conſignata ſunt, meminere. Favet vicinia: conſonat Eccleſiæ nomen: congruit ædificii vetuſtas; ſed repugnat loci, quem Bullæ copia exhibet, deſignatio: niſi forte in ipſamet Bullæ copia mendum excidiſſe dicamus.

(c) Utraque hæc Eccleſia extra Civitellæ Caſtrum extructa, par ſubiit excidium; diſpari tamen eventu. Quæ enim S. Mariæ titulo effertur, novis ac ſolidis inſtaurata parietibus, e ruinis ſurrexit; quæ vero D. Juſtino dicata erat, jacet ruinis obruta, æternumque jacebit; Hinc anno 1598. providus Viſitator, diruti Sacelli titulum in proximam Eccleſiam S. Mariæ de Laude transferri curavit. Conſulantur ejuſdem Viſitationis acta fol. 16. Ex utriuſque Eccleſiæ reditibus unum coaluit Eccleſiaſticum Beneficium, cujus ad Capitulum Vaticanum ſpectat collatio.

(d) Quæ ſub uno contextu nominantur Eccleſiæ numero quinque in colle Macinarum poſitæ, exiſtunt omnes, ac certum quotannis menſæ Vaticanæ Baſilicæ perſolvunt canonem. Conſulatur Inventarium an. 1591. fol. 116.

(e) Perplexa vocis lectio, loci notitiam eripit. Ignotus locus in cauſa eſt, ut quæ illi proximæ numerantur Eccleſiæ, nobis adhuc ſint inacceſſæ. In tanta Eccleſiarum multitudine, quæ ſub iiſdem vocabulis ſeſe nobis offert, certam ſtatamque definire, ni locorum vicinia facem præferat, res eſt plena periculi. Cognomen *dello Caſale*, quod Eccleſiæ S. Mariæ adjicitur, nondum occurrit. Si meliora ſuccurrent indicia, dabimus aliquando.

(f) Caſtrum *La rome*, aut *Laroma* bellorum impetu jamdiu fuiſſe everſum, colligimus ex actis Viſitationis anno 1598. Ejuſmodi vero Caſtrum in Caſularum Agro ubique collocatur: hinc Feudum Laroma, & Caſularum territorium perinde uſurpatur. Feudo illi adjacebant, ex Bullæ teſtimonio, Eccleſiæ quinque, juriſdictioni Abbatiæ S. Martini ſubjectæ. Quod in Caſtrum, idem & in Eccleſias omnes ſævijt excidium.

(g) Utramque, *S. Mariæ* & *S. Petri* Eccleſiam ſub una comprehendimus nota, quod utraque ne dum parem ſubjerit ruinam, ſed inſuper in unum Eccleſiaſticum Beneficium, collationi Capituli noſtri reſervatum, tandem convenerit. Hanc unionem anno 1604. antiquiorem fuiſſe produnt Viſitationis acta anno eodem compilata fol. 211.

(h) Ne nominis ſimilitudo cuiquam imponat, animadvertimus, geminam ſub eodem titulo S. Mariæ de Plana ſecernendam Eccleſiam toto Cælo diverſam, alteram in Feudo Laroma, alteram in territorio Cominarum figendam. Illa Abbatiæ S. Martini, hæc Majellano Abbati ſerviebat. Conſulator Index a Jo: Baptiſta Corrado Capituli Commiſſario confectus an. 1583, reſque patabit ad oculum.

(i) Ne in Eccleſiæ utriuſque ruinis, earum memoria tandem excideret, utriuſque Sacelli titulos in Parochialem Eccleſiam S. Remigii terræ Faræ tranſlatus eſt. Ne bona diſſiparentur, cautum, ut ex iiſdem una collectis, Eccleſiaſticum Beneficium eriperetur, a Capitulo S. Petri diſpenſandum. Hæc hauſimus ex fol. 182. Viſitationis ann. 1604.

(k) Eccleſiæ utriuſque in Palumbani territorio poſitæ, meminere Inventaria anno 1583., & 1593. folio 16., necnon Viſitatio an. 1594. fol. 8. In hiſce tamen monumentis *S. Flaviani* nomen perpetuo legitur, *Fabiani* numquam: Hinc Bullæ copiam hac in parte mendoſam, haud immerito ſuſpicamur.

(a) In

fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Monaſterio ſua jura ſervantibus, ſit pax Dñi noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Scriptum per manum Joannis Scriniarii Regionarii & Notarii Sacri Palatii.

Datum Laterani per manum Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cancellarii Card. Bibliothecarii xviii. Kal. Maji Indict. v. Incarnationis Dominicæ Anno MCXII. Pontificatus autem Dñi Paſchalis Secundi Papæ Anno XIII.

INNOCENTIUS II.

Innocentius Secundus eligitur Pontifex anno 1130. die 5. Februarii, Presbyter ordinatur die 22. ejuſdem menſis, ac poſtridie in Summum Antiſtitem conſecratur: Sedit annos 13. menſes 7. dies 9., emortuali excluſo, & deducto ab ejus electione Pontificatus exordio: E vivis exceſſit tertio Kalendas Octobris Anno 1143.

Eccleſias Beatorum Martyrum Joannis & Pauli, S. Martini, S. Stephani Majoris, & S. Stephani Minoris, necnon medietatem Oblationum, & Bonorum ad certa quadam Altaria, & Sacras Ædes pertinentium, B. Petri Canonicis perpetuo addicit.

Ex Vaticanæ Baſil. Tabular. Capſ. 2. Faſc. 5. (a)

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Canonicis Sanctorum Johannis & Pauli, Sancti Martini, Sancti Stephani Majoris, & Sancti Stephani Minoris, ad ſervitium Eccleſiæ Beati Petri Apoſtolorum Principis deputatis (b), tam præſentibus, quam futuris; in perpetuum.

AN. CH. 1138.

A Pontificia authoritatis juribus repetit Bullæ exordium.

Liquet omnibus Fidei Chriſtianæ cultoribus, Beatum Petrum ab ipſo Salvatore noſtro Domino Jeſu Chriſto fore Apoſtolorum Principem conſtitutum, eique poteſtatem ligandi, atque ſolvendi animas cæleſti privilegio traditam; unde etiam ei dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & Tibi dabo Claves Regni Cælorum; & quodcunque ligaveris ſuper Terram, erit ligatum & in Cælis; & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cælis; & iterum; Si diligis me, Simon Petre, paſce oves meas. Nos igitur, qui, licet indigni, ejuſdem Cælorum Clavigeri, Vicarii ſumus (c), & ejus loco in Sancta Dei Eccleſia reſidemus, ſpeciales ipſius Miniſtros, ſive patrimonia, Sedis Apoſtolicæ debemus patrocinio conſovere, & a pravorum hominum incurſibus defenſare. Quamobrem, dilecti in Domino filii, veſtris petitionibus benignitate debita impertimur aſſenſum, & Sacroſanctas Eccleſias Beatorum Martyrum Johannis & Pauli (d), Sancti Martini (e), Sancti Stephani Majoris, & Sancti Stephani Minoris (f), veſtris uſibus, ac ſuſtentationibus deſtinatas, præſentis ſcripti pagina communimus. Statuentes, ut quaſcunque Poſſeſſiones, quæcunque Bona eiſdem

Cum Eccleſias ipſas, tum earum bona, generatim confirmat.

(a) In quo autographum extat.

(b) Quos Hadrianus IV. in Bulla anno 1158. iv. Id. Febr. edita & inferius producenda appellat Baſilicæ Principis Apoſtolorum Canonicos & Rectores quatuor Monaſteriorum SS. Joannis & Pauli, S. Martini, S. Stephani Majoris, & S. Stephani Minoris; iidem in præſenti Diplomate ab Innocentio II. nuncupantur horumce Monaſteriorum Canonici ad ſervitium Vaticanæ Baſilicæ deſtinati. Iſtius appellationis ratio plane conſtat præallatas D. Leonis IX. Conſtitutiones evolventibus, præſertim vero ſi ea legantur quæ diximus pag. 15. not. b, pag. 29. not. b, pag. 33. not. a, & c.

(c) Quod Romani Antiſtites ſeſe olim S. Petri Vicarios appellarint, vetera monumenta ſatis oſtendunt, & in hac Diplomatum collectione aliquot ſuccurrunt exempla. Quamvis etenim Summi Pontifices, ſe revera D. Petri eſſe in ſuprema dignitate heredes ac Succeſſores, probe intelligerent; eum tamen ipſum Apoſtolorum Principem in Romana Eccleſia cui totam pene doctrinam cum ſanguine profudit, perpetuo vivere, eadem in Cathedra ſedere, Eccleſiæ totius clavum tractare, ejuſque gubernacula nunquam reliquiſſe, plane crederent; haberi ſe voluerunt quaſi *Vicarios*, qui ſuam illi operam commodarent. Videſis Petr. Couſtant num. 12. & ſeqq. Præfat. in Epiſt. Rom. Pontificum.

(d) Confer pag. 33. not. a.

(e) Eccleſia S. Martini fuit in ejuſdem nominis Monaſterio, de quo egimus pag. 15. not. b.


(f) De Eccleſiis S. Stephani Majoris & S. Stephani Minoris vide pag. 29. not. b, & pag. 33. not. c.

(a) Va-


dem venerabilibus locis canonice pertinent, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, vel aliis juſtis modis, Deo propitio, poteritis adipiſci, firma vobis in perpetuum, & illibata permaneant; in quibus hæc nominatim duximus exprimenda. Medietatem videlicet Oblationum (*a*) Altaris Sanctæ Mariæ, & omnium Poſſeſſionum, & Bonorum, necnon etiam penſionum, & Domorum ejuſdem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Turri (*b*) pertinentium; medietatem quoque Oblationum Altaris Sancti Gregorii (*c*), & omnium eorum, quæ ad ipſum pertinent; medietatem inſuper Oblationum Eccleſiæ Sancti Johannis (*d*), & eorum omnium, quæ ad ipſam pertinent; Medietatem Oblationum Eccleſiæ Sanctæ Petronillæ (*e*), & eorum omnium, quæ ad ipſam pertinent. Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat præfatas Eccleſias ſuper his, aut aliis temere perturbare, aut earum Poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur perpetuis futuris temporibus, veſtris uſibus omnimodis profutura. Si quis ſane huic noſtræ Conſtitutioni auſu temerario contraire præſumpſerit, ſecundo, tertiove commonitus, ſi non præſumptionem ſuam congrua emendatione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Oblationum meminit, quas novo concedit Privilegio.

Ut Sanctionem ſtatuat inviolabilem, pœnas comminatur.



Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Conradus Sab. Epiſcopus ss.
✠ Ego Guido Tyburtin. Epiſcopus ss.
✠ Ego Gerardus Presb. Card. tt. Sanctæ Crucis in Hieruſalem ss.
✠ Ego Anſelmus Presb. Card. tt. Sancti Laurentii in Lucina ss.
✠ Ego Lictiſredus Presb. Card. tt. Veſtinæ (*f*) ss.
✠ Ego Lucas Presb. Card. tt. Sanctorum Johannis, & Pauli ss.
✠ Ego Martin. Presb. Card. tt. Sancti Stephani ss.

✠ Ego

(*a*) Vaticanæ Baſilicæ miniſtros, per Anacleti Pſeudopontificis ſævitiem ac rapacitatem (hic opulentiſſimum Vaticani Templi theſaurum expilavit, ut videre eſt apud Baronium ad ann. 1130.) quamplura paſſos, Innocentium II. hoc privilegio ſolatum fuiſſe; conjicit V. Cl. Petr. Morett. part. 1. Lucubr. de Presbyt. ſect. 5. §. 1. Porro eumdem Innocentium de S. Petri Baſilica optime meritum commendavit poſt Petr. Mallium Romanus Canon., dum ipſius Baſilicæ deſcriptioni tit. 54. grati erga Summum Pontificem animi monumentum his verbis intexuit: *Condidit quoque* (Innocentius II.) *Privilegium, in quo conceſſit Canonicis Baſilicæ Beati Petri medietatem omnium miniſteriorum omnium Altarium, quæ ſunt in Eccleſia Beati Petri, & S. Mariæ in Turri præter Altare S. Leonis IX. Papæ.*

(*b*) Conſule pag. 28. not. c. & pag. 31.

(*c*) Gregorius IV. in honorem prædeceſſoris ſui S. Gregorii Magni Oratorium & altare conſtruxit, ac in ipſum Sanctiſſimi præſulis exuvias tranſtulit, uti referunt Liber Pontificalis in Gregorio IV. & Joannes Diaconus lib. 4. vit. S. Gregorii I. cap. 80. Oratorium illud ad auſtralem veteris Baſilicæ partem videre eſt in Alpharani tab. Ichn. num. 35. Quo ad oblationes ad S. Gregorii aram fieri ſolitas, notatu dignum eſt quod Anaſtaſ. in Benedicto III. enarrat, nimirum, quoſdam Anglos Romam profectos, in Oratorio Beati Gregorii Papæ apud S. Petri Baſilicam extructo *unam tabulam argenteam poſuiſſe*. Antiquius erat aliud S. Gregorii I. altare, quod Leo III., teſte ejus Biographo, *argento puriſſimo deaurato inveſtivit*.

(*d*) Oratorium S. Joannis ad borealem veteris Baſilicæ partem collocatum exhibet Alpharani tab. num. 30. Illius meminit Canonicus Romanus tit. 41. qui & titulum 34. inſcribit: *De Eccleſia S. Johannis ad Fontes*. Symmachus Papa in S. Petri Baſilicam munificentiſſimus *fecit oratoria duo S. Johannis Baptiſtæ & S. Johannis Evangeliſtæ, in quorum confeſſione arcus argenteos & cubicula poſuit penſ. lib. triginta*. Verba ſunt Libri Pontificalis in Symmacho.

(*e*) Splendidum ſane Templum a Paulo I. Pont. ejuſdem Sanctæ Virginis nomine & exuviis D.O.M. dicatum; quod nonnulli Principes, & Galliarum Reges aliquot, ac præſertim Romani Antiſtites, ut apud Anaſt. Biblioth. videre eſt, quampluribus donis cumularunt. Sacram ædem, quam Adrianus I., Vegio teſte lib. 4. num. 114., S. Stephani Majoris Monaſterio annexuit; Alpharanus Tab. Ichn. lit. d. accurate delineavit; quotquot vero de Vaticana S. Petri Baſilica pluribus egerunt, commentariis ſuis illuſtrarunt.

(*f*) Id eſt, S. Vitalis.

(*a*) Ec.

✠ Ego Stancius Preſb. Card. tt. Sanctæ Sabinæ ss.

✠ Ego Gregorius Diac. Card. Sanctorum Sergii & Bachi (*a*) ss.

✠ Ego Oddo Diac. Card. Sancti Georgii ss.

✠ Ego Guido Diac. Card. Sanctorum Coſmæ & Damiani ss.

✠ Ego Guido Diac. Card. Sancti Adriani ss.

✠ Ego Boetius Diac. Card. Sanctorum Viti & Modeſti ss.

✠ Ego Hubaldus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in via lata ss.

✠ Ego Griſogonus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Porticu ss.

✠ Ego GG. (*b*) Diac. Card. Sancti Angeli ss.

Datum Laterani per manum Aimerici Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diac. Card. , & Cancellar. x. Kalendas Junii Indictione 1. , Incarnationis Dominicæ Anno MCXXXVIII, Pontificatus vero Domni Innocentii PP. II. Anno VIIII.

EUGENIUS III.

Hæc Pontificatus Eugenii III. primordia, finis, duratio. Die 27. Februarii 1145. eligitur Pontifex: Die 4. ſequentis Martii, ordinatur: Obiit an. 1153. nocte diei 7. ad octavum vergentis diem. Sedit ergo ann. octo, menſes quatuor, dies decem, vel undecim, ſi noctis emortualis initia numerentur.

Abbatiæ S. Salvatoris de Majella Eccleſias ac bona, quæ late recenſet, confirmat, jura tuetur, vindicat libertatem.

Ex Copia inſerta in Volumine Viſitationis Jo: Baptiſtæ Corradi notat. litera D fol. 26. Aſſervatur in Archiv. Baſilicæ inter Abbatiarum monumenta.

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Alexandro Priori Heremi Magellanæ, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quam futuris, Heremiticam vitam profeſſis; In perpetuum.

AN. CH. 1151.

JUſtis Religioſorum deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Eapropter, dilecte in Domino fili Alexander Prior, tuis juſtis poſtulationibus benignum impartimur aſſenſum, & Prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Paſchalis PP. (*c*) veſtigiis inhærentes, Eccleſiam Sancti Salvatoris, in qua * mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut veſtræ habitationis heremus, ab omnium hominum jure, ac poteſtate libera perſeveret, & vos ad Domini famulatum omni tranquillitate fruamini. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum; largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam Sancti Salvatoris de Angre Caſtellar (*d*) cum ſubjacenti Podio Ceſaliæ: Eccleſiam S. Martini cum cellis ſuis: Eccleſiam S. Pancratii: Aram Pinni * (*e*) cum ſubjacenti Podio Famecchiani, & Cellis

* *Sup.* Divino.

Heremum Majellanam, ejuſque bona, in libertatem aſſerit.

Bona ſingillatim enumerat.

* *L.* Pinnæ.

(*a*) Eccleſia ſive Diaconia SS. Sergii & Bacchi, de qua Innocentius III. epiſt. 102. lib. 2. apud Baluzium loquitur, ad Septimii Severi arcum juxta Capitolium quondam extitit.

(*b*) Nimirum Gregorius de Papa ſeu de Papareſchis, Innocentii II. ex fratre filius anno 1134. ſeu 1135. Diaconus Card. S. Angeli creatus. Conſule Ciaccon. Vit. Rom. Pontif. & Card. tom. 1. col. 992.

(*c*) Paſchalis II. Bullam indigitat, quæ ad noſtras manus nondum pervenit. Aut ergo intercidit, aut latet adhuc impervia.

(*d*) Feudum utrumque, *Caſtellar* nimirum, ac *Cephaliæ*, in citeriori Apretii Provincia, ultra flumen Piſcariæ collocant nova quæ evolvimus Tabularii noſtri monumenta. Noſtra hac ætate Prædia illa duo in emphytheoſim a Capitulo S. Petri conceſſa, poſſidet nobilis familia Valignana.

(*e*) *Aram Pinnæ* hic enumerat Eugeniana Bulla: *Caſtrum quod vocatur la Penna* ſupra nominavit Alexandri II. Conſtitutio. Patet igitur, Caſtrum Pinnæ Pedimontis Abbatiæ Magellanæ ſubordinatum, eſſe intelligendum. Cur vero non Caſtrum, ſed Aram Pinnæ dicat Eugenius, & qui Eugenium ſequuti ſunt Romani Pontifices Adrianus IV. & Alexander III., nondum ſatis notum. Si quis *Aram* pro Eccleſia S. Silveſtri, quæ in Caſtro Pinnæ

Digitized by Google

& Cellis ſuis: Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Lavella cum cellis ſuis: Eccleſiam Sancti Angeli, & Sancti Petri (*a*) de Caſtro Laroma: Eccleſiam Sancti Clementis cum cellis ſuis: Monaſterium Sancti Andreæ cum cellis ſuis, Eccleſiam Sancti Blaſii, Eccleſiam Sanctæ Agathæ, Eccleſiam Sancti Procopii, Eccleſiam Sancti Nicolai, Eccleſiam S. Helenæ de Caſtro Sancti Angeli in Trifinio (*b*), & ibidem villanos, ac poſſeſſiones terrarum, & vinearum. Item apud Faram villanos, molendina, & poſſeſſiones terrarum, & vinearum, & Eccleſiam Sanctæ Cantianæ (*c*): Apud Vacrum, Monaſterium S. Agathæ, & Eccleſiam S. Nicolai (*d*) cum terris, vineis, & poſſeſſionibus ſuis: Apud Preturium, Eccleſiam S. Candidæ (*e*), Eccleſiam S. Nicolai (*f*), villanos, molendina, & poſſeſſiones terrarum, ac vinearum: Apud Caſtellionem, Eccleſiam *S. Juſtæ, & S. Agnetis* (*g*) cum villanis, terris, & vineis: Apud Buclanicum Eccleſiam S. Mariæ de Mirabello, Eccleſiam S. Mariæ de Baſſano, & Eccleſiam Sancti Jacobi, & *S. Blaſii* (*h*), villanos, molendina, & poſſeſſiones terrarum, & vinearum: Apud Sanctum Vitum, Monaſterium Sancti Angeli (*i*) cum cellis ſuis, villanis, molendinis, terris, & vineis: Apud Pollutrum, Monaſterium Sancti Barbati cum cellis, villanis, terris, & vineis: Apud Gipſum de domo, Eccleſiam Sanctæ Mariæ cum villanis, terris, & vineis; & Eccleſiam S. Mariæ de Calderar. (*k*) cum cellis ſuis: Apud Montem Moriſcum, Eccleſiam Sanctæ Helenæ (*l*): Apud Gipſum, Eccleſiam S. Juliani (*m*): Apud Caſulem, Villam quæ vocatur Colle Milonis

Pinnæ præcipua & Parochialis eſt, interpretabitur, culpandus fortaſſe, quod nulli innixus fundamento id affirmet. Ejus potius haud plane contemnenda videtur conjectura, qui *Aram* nomen Caſtri proprium intelligat; itaut Caſtri vocabulum, quo Eugenius utitur, commune ſit; at vero *Ars Pinnæ* ipſum Pinnenſis Provinciæ Caſtri nomen exprimat individuum. Quo ferme pacto, cum Caſtrum Guardiæ Grelis nominamus, vox *Guardia* proprium loci nomen indigitat.

(*a*) De Eccleſia *S. Petri* in Caſtro Larome egimus in notis ad Bullam Paſchalis II. Unum ſupereſt inquirendum, cur S. Petri Eccleſia, quam Paſchalis vindicat Monaſterio S. Martini de Valle, hic Eugenius Abbatiæ Majellanæ ſubjiciat? Putamus, unam eamdemque Eccleſiam gemino obnoxiam oneri, utrique Abbatiæ inſervire potuiſſe: Ni forte dicamus, Eccleſias duas in Feudo eodem extitiſſe cognomines.

Eccleſiam *S. Angeli* in eodem Feudo Latoma poſitam indigitat codex Viſitationis an. 1604. fol. 184., ſed vetuſtate ac ruinis attritam enunciat. Hinc hujuſce Sacelli, non ſecus ac alterius ſub S. Nicolai nomine, cui ex loci vicinia par excidium illatum fuerat, Titulus in Eccleſia S. Remigii, quæ in Terra Faræ præcipua eſt, collocatur.

(*b*) Quæ ſub uno contextu recenſentur Eccleſiæ numero quinque, ad unum eumdemque locum videntur revocandæ. Harum poſtrema *S. Helenæ* dicata, in *Caſtro S. Angeli in Trifinio* ſtatuitur; ut in Caſtro eodem, aut Caſtri ejuſdem territorio ceteras fuiſſe extructas credamus. Favet conjectura ex earum numeratione petita. Eccleſiam *S. Procopii*, unam ex quinque, apud *S. Angelum in Trifinio* eſſe collocandam, probat donatio Gerolfi Sacerdotis, qui Sacellum Monaſterio Sancti Salvatoris de Magella anno 1000. dono dedit. Eccleſiam *S. Blaſii de S. Angelo in Trifinio* nominat Alexandri II. Bulla jam typis impreſſa. Cur non item reliquæ Eccleſiæ ibidem ſtatuendæ? Etſi vero hæc, ſin minus vera, ſaltem veroſimilia ſint, certam Caſtri in Trifinio ſedem figere, nondum nobis conceſſum. Haud improbanda conjectura, quæ Caſtrum iſtud in Theatina Diœceſi, atque in ipſa Guardiæ Grelis ditione conſtituit. Ibi namque ex accurata deſcriptione quam Corradus Viſitator exhibet, Eccleſiæ S. Procopii, S. Blaſii, ac S. Helenæ una componuntur. Conſulatur in Archivo noſtro Codex lit. C. deſignatus, fol. 129. 203. & 215.

(*c*) *Faram* hic excipe *Filiorum Petri*, in Theatina Diœceſi ſitam. In Caſtri hujuſce ditione *Eccleſiam S. Cantiani* collocant monumenta omnia, illud præ ceteris, quod Corradi Viſitatio ſuppeditat in Codice ſub lit. D. fol. 139., & 150. Variant paulliſper in Eccleſiæ titulo deſignando; non enim *S. Cantianæ*, ſed *S. Cantiani* Eccleſiam ubique nominant. Hanc ipſam Eccleſiam an. 1066. Petrus Amiconis filius Majellanæ Abbatiæ obtulit poſſidendam.

(*d*) Utraque Eccleſia in Theatina Provincia apud Vacrum, oppidum haud ignobile, quodque Ducatus prærogativa inſignitur, ſita eſt. Prior quidem ſub vocabulo *S. Agathæ*, ſedem habet in Colle, quem nominant *la Sterpara*, ex Cod. Viſitat. an. 1640. fol. 312. Poſterior, cui titulus *S. Nicolai*, extra Vacri mœnia collocatur, in Cod. & fol. mox relat. Eccleſiam S. Agathæ anno 1077. Priori Majellano tradidere Agzatellus, & Villelmus de Vacro. De poſterioris Eccleſiæ acceſſione, nihil hactenus e noſtris monumentis eruimus.

(*e*) An. 1100. Gentilis Monopelli Comes Eccleſiam *S. Candidæ* dono dediſſe fertur. Apud Præturum ſita erat, atque, ut vel ex ipſis Eccleſiæ ruinis patebat, *egregio opere extructa*, verbis utimur depromptis ex Cod. Viſitat. an. 1598. fol. 30.

(*f*) Hæc *S. Nicolai* Eccleſia, ipſam Parochialem in terra Præturii, S. Nicolao dicatam, deſignat. Conſulantur acta Viſitat. an. 1598. fol. 26. & an. 1604. fol. 101.

(*g*) Ex Bullis Hadriani IV., & Alexandri III., quas infra evulgabimus, utramque Eccleſiam hic addimus, quæ ex Amanuenſis incuria, in præſentis Bullæ copia fuerunt omiſſæ. Ex memorato Corradi Codice lit. B. fol. 151., utraque Eccleſia, altera *S. Agnetis*, *S. Juſtæ* altera, in Caſtillionis Territorio, quod ſub Theatina Diœceſi clauditur, exiſtit; ſed ſatiſcentem ac ruinæ proximam utramque deſcribit. Ab anno 1074. ex donatione Petri de Arpa, Eccleſia *S. Juſtæ* ad Abbatiam Majellanam tranſlata eſt.

(*h*) Hiſce Eccleſiis, apud Buclanum nobile ac luculentum Theatinæ Diœceſis Oppidum, poſitis, quartam quæ *S. Blaſii* nomen præfeferet, addimus ex citatis Hadriani, ac Alexandri Conſtitutionibus. Quatuor igitur in Buclani ditione ſupputamus, & totidem reipſa numerandæ. Lam, quæ *S. Mariæ de Baſſano* titulo decoratur, Siginolfo Siginolfi filio, jam tum ab an. 1142. acceptam refert Abbatia Majellana. En Eccleſiarum ſtatum, ex actis Viſitation. anno 1640. pag. 317. *S. Jacomo ſenza Chieſa, S. Croce ſenza Chieſa, S. Maria di Baſſano, S. Blaſio ci è la Chieſa, e ſe ci celebra.*

(*i*) Hoc idem *S. Angeli* Monaſterium, Paſchalis II. Bulla commemorat, atque inter Abbatiæ S. Martini de Fara Eccleſias recenſet. Nunc vero juri ſubjicitur Abbatiæ Majellanæ, potiori quidem ratione; quum ex donatione Gerardi Transberti filii an. 1064., poſteriori huic Abbatiæ tribuendum ſit. Ut diſſidia componamus, reponimus, unum idemque Monaſterium, gemino onere, duplici Abbatiæ ſeorſim debito, gravari potuiſſe.

(*k*) Ex duabus, quæ ab Eugenio III. apud Gypſum collocantur Eccleſiis, prior Parochialis eſt, ac Præpoſitura in Gypſi Caſtro poſita, quæ *S. Mariæ Majoris*, aut *Magnæ* nomine donatur.

Poſterior Eccleſia *S. Mariæ de Calderariis*, in Caſtri ejuſdem territorio exiſtit. Conſulatur Codex Viſitationis ſub lit. D. fol. 144. & 195. necnon acta alterius Viſitationis anno 1598. fol. 14.

(*l*) Haud procul a Gypſi Caſtro, quod in Provincia citerioris Aprutii ſtatuendum, extabat olim ex Corradi deſcriptione in relato toties volumine fol. 149. Eccleſia *S. Helenæ*, quam apud montem Moriſcum Eugenius collocat. Extabat inquam olim; quandoquidem vel tum a Corradi Viſitatoris ætate ruinis jacebat ſepulta. Ita Eccleſia, quam ab anno 1144. ex donatione Marſilii Roberti filii Abbatia Majellana ſuam noverat, tandem miſere periit.

(*m*) Diſſonant hic ab Eugenii Bulla reliquæ Summor. Pontificum Adriani IV, Alexandri III, atque Eugenii III. Conſtitutiones; ubi enim Eugenius Eccleſiam *S. Juliani apud Gipſum* nominat, alii Eccleſiam *S. Julianæ apud Aterſam* recenſent. Facile diſſidium componitur, ſi loca atque Eccleſias diſtinguamus. Ecclesiæ

Milonis (*a*), cum pertinentiis ſuis. Unum Hoſpitale in Palazzano (*b*): Apud Septem aliud Hoſpitale, & Eccleſiam S. Paſtoris (*c*): Apud Lanzanum unum Hoſpitale (*d*): Apud Roccam Morice Eccleſiam Sanctæ Mariæ, & Eccleſiam S. Nicolai (*e*): Apud Urſoniam Eccleſiam S. Martini (*f*): Apud Ilicem Eccleſiam S. Angeli (*g*) cum cellis ſuis, villanis, terris, & vineis: Apud Ripam Corvariam, Eccleſiam S. Victorini (*h*) cum terris, & vineis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum locum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, ſeu ablatas retinere, minuere, vel aliquibus * fatigare, ſed omnia integre conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſanorum Epiſcoporum Canonica juſtitia. Ad indicium autem hujus perceptæ a Romana Eccleſia libertatis, aurum * unum Nobis, noſtriſque Succeſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Secularisve perſona hanc Noſtræ Conſtitutioois paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi preſuncionem ſuam ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſve ſui digoitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini Redemtoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Heremo jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

* Sup. Vexationibus.

* L. Aureum.

Pœnæ contra inobedientes ſtatuuntur.

Ego Eugenius Catholicæ Sedis Epiſcopus ss.

Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ss.

Ego Gregorius Presbyter Cardinalis tt. S. Calliſti ss.

Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis ss.

Ego Nicolaus Presbyter Cardinalis tt. S. Ciriaci (*i*) ss.

Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tt. S. Sabinæ ss.

Ego Aribertus Presbyter Cardinalis tt. S. Anaſtaſiæ ss.

Ego Julius Presbyter Cardinalis tt. Sancti Marcelli ss.

Ego * ...... Presbyter Cardinalis tt. S. Paſtoris ss. * Sup. Guido.

Ego Bernardus Presbyter Cardinalis tt. S. Clementis ss.

Ego Jordanus Presbyter Cardinalis Sancti Adriani ss.

Ego * ..... Diaconus Cardinalis Sancti Angeli ss. * Sup. Gregorius.

Ego Aſtaldus Diaconus Cardinalis Sancti Euſtaſii ss.

Ego Guido

---

cleſia S. Juliani extra Gypſi Caſtrum, in loco qui vocatur *lo Colle di S. Juliano*, meminit Corradus citat. Cod. fol. 149., qui Eccleſiam S. Juliani dirutam affirmat. Conſonat alius Eccleſiarum Index an. 1587. elucubratus. Sed & *S. Julianæ Eccleſiam apud Ariſſa* oppidum ſtatuendam, in notis Hadriani IV. Bullæ infra ſubjiciendis, demonſtrabimus. Nodus ergo ſolvitur, ſi diſſimilem Bullarum materiem ſecernamus.

(*a*) Quæ de Feudo *Collis Milonis* hauſimus ex Inventario alligato Codici Viſitation. an. 1604. fol. 139. & ſeqq., ad accuratam loci notitiam aſſequendam, juvat exſcribere: *Item detta Abbazia tiene, e poſſiede nel Territorio di Caſoli, nel luogo dove ſi chiama Colle Milone, un Feudo, dove anticamente era un Caſtello abitato da' Cittadini, chiamato Colle Milone, nel quale detta Abbazia di Majella teneva la Juriſdizione civile e criminale. Detto Feudo è ſtato diſtrutto, e ruinato dalli homini di Caſoli.*

(*b*) Eccleſias atque Hoſpitales domos in Civitatis Lanciani territorio erectas, videtur nobis hic Bulla indicare. Cujus quidem territorii partem quamdam eſſe Plazanum ab Eugenio nominatum, affirmat in memorato Codice Jo: Baptiſta Corradus fol. 19. ubi ad oram paginæ, in qua ex Innocenti III. Bulla Eccleſiæ recenſentur Abbatiæ Magellanæ ſobjectæ, hæc habet: *Plazanum apud Septe in territorio Lanzani.*

(*c*) Ex relatis Corradi verbis patet, Septe planitiem in Lanciani agro collocandam. Adjacet Sangri fluminis territorio, atque Eccleſiam S. Paſtoris cum Hoſpitali, cujus in Bulla mentio, ſervabat olim extructam. Olim inquam; jam enim Sacellum concidiſſe, atque ejus Titulum in Cathedralem Lanciani fuiſſe tranſlatum, legimus in actis Viſitat. an. 1598. fol. 38.

(*d*) Propius ad Lancianum domus hæc Hoſpitalis accedit; quandoquidem extra Lanciani mœnia, in Arundinis ſive in Urbis vineis ſtatuitur, in quodam Tabularii noſtri Inventario, cui titulus: *Index Collationum Eccleſiarum Baſilicæ ſubjectarum extra Urbem*, fol. 94. Huic domui, Eccleſia S. Jacobi conjuncta dicitur in gemino Viſitationis Codice, altero Corradi fol. 132., altero Rinalducii fol. 37.

Notandum, Eccleſias ac domos Hoſpitales mox enumeratas in Lanciani ditione poſitas, jamdiu Eccleſiæ Cathedrali Lancianenſi conceſſas fuiſſe: ſolumt tamen quotannis Capitulo Vaticanæ Baſilicæ certum Canonem.

(*e*) Eccleſiarum *S. Mariæ del Cerreto, & S. Nicolai* in Rocchæ Moricis territorio Theatin. Diœceſ. meminit laudatus Corradi Codex fol. 135. Sed oullam recuſet Hoſpitalem domum; cujus oulla item mentio in ſequentium Pontificum Sanctionibus. Suſpicari ergo licet, aut domum illam everſam fuiſſe, aut alio tranſlatam. Ex largitione Roberti Comitis Monopellii, jam tum ab an. 1122. utraque Eccleſia inter Abbatiæ Majellanæ membra recenſetur.

(*f*) Eccleſiam *S. Martini* in Territorio Urſoniæ, vulgo *Orſogna* Theatin. Diœceſ., donavit an. 1074. Adeodatus Petri filius, & Adamus filius Aſonis. Obvia Eccleſiæ notio, cujus tum in actis Viſitation., tum in Eccleſiarum Inventariis mentio latis frequens. Ex Corradi teſtimonio fol. 148. Eccleſia iſthæc in ſimplex Beneficium Capitulo Vaticano ſubjectum, evaſit.

(*g*) Hæc de Caſtro Ilicis, in Diœceſi Pinnenſi poſito, atque de S. Angeli Eccleſia, ex Corradi Codice fol. 125. adnotamus: *Eccleſia S. Angeli della Jelice, qua eſt curata ... diſtat a Caſtro la Jelice, & diſtat a Civitate Pinnenſi circa duo milliaria.* Caſtrum Ilicis, Abbatiæ S. Joannis in Venere ſubjicitur.

(*h*) *Ripa Corvaria*, hodie *Corvaſo*, Caſtrum eſt Comitatus Albæ, & Talliacotii in regione Marſorum. Quam hic illuſtramus *S. Victorini* Eccleſiam, ita deſcribit Corrad. fol. 241. *Eccleſia S. Victorini in terris & vineis eſt immediate* (ſubjecta) *Abbatiæ S. Salvatoris de Majella, prout in Privilegio Eugenii Papæ; quæ Eccleſia eſt in Feudo, quod* (dicitur) *di Ripa Corvara apud territorium dello Caſale Theatin. Diœceſ.*

(*i*) Quæ ad Thermas Diocletianeas olim extabat Eccleſia *S. Cyriaci in Thermis* nuncupata, jampridem excidit. Ad Templum SS. Quirici & Julittæ Sixtus Papa IV., teſte Panvinio, veterem Titulum tranſtulit.

(*a*) Etſi

Ego Guido Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Porticu ſs.
Ego Hiacynthus Diaconus Cardinalis tt. S. Coſmi * ſs.

* *I.* S. Mariæ in Coſmedin.

Datum Ferentini per manum Boſonis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Scriptoris, viiii. Kal. Februarii, Indict. xiiii., Incarnationis Anno MCL. (*a*), Pontificatus vero Domini Eugenii PP. III. Anno ſexto.

Vaticanæ Baſilicæ Canonicis quartam partem omnium Oblationum, quæ tam de Altari Beati Petri, & Arca, quam de omnibus miniſteriis ejuſdem Eccleſiæ proveniunt, præter de miniſterio S. Leonis, accedente Cardinalium conſenſu elargitur.

Ex Baſil. Vaticanæ Archiv. Capſ. 2. Faſc. 5. (*b*).

Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Bernardo Presbytero Cardinali Sancti Clementis, & Eccleſiæ Beati Petri Archipresbytero, atque ceteris ejuſdem Eccleſiæ Canonicis, tam præſentibus, quam futuris, canonice ſubſtituendis; in perpetuum.

AN. CH. 1153.

Ab inſtituta inter BB. Petrum ac Paulum comparatione, ducitur Bullæ exordium, & conceſſionis motivum.

Beatorum Petri & Pauli tam eminens eſt, & tam glorioſa ſocietas, ut & ambo ſint doctores Gentium, auctores Martyrum, principes Sacerdotum. Et cum inter univerſos Apoſtolos peculiari quadam prærogativa præcellant, æqualitatis in Cælo meritis diſparitatem non ſentiunt. Petro ab ipſo Salvatore noſtro Domino Jeſu Chriſto Claves Regni Cælorum ſunt commiſſæ; Paulus a Deo electus eſt, ut de multitudine Gentium Regnum Cælorum impleat ſua prædicatione; Petrus petra eſt, & fundamentum Fidei, & ne ruamus, in ſoliditate nos firma ſuſtentat. Paulus, ne pravo Hæreticorum dogmate vulneremur, moralitatis honeſtate, & invincibili ratione Fidei nos armat. Petrus principatum tenens, ex poteſtate ligat, & ſolvit; Paulus diligens Prædicator, ne quid reprehenſibile, vel ligatione dignum in nobis appareat, mirabili nos exhortatione præmunit. Petrus firmamentum noſtrum eſt, ac domus fortitudinis, & in Fide ejus plantati, & radicati ſumus; Paulus vas electionis prædeſtinatos a Deo, & electos cæleſtis tubæ ſonoritate vocavit, & pro nobis ſine intermiſſione orans, ne a fide, & veritate deviemus, apud Deum interveniendo nos protegit. Cum igitur hii duo maxima luminaria Dei Eccleſiam illuſtrantia, pari & amicabili ſplendore, & fraterno amore præfulgeant, æquitatis & juſtitiæ perſuadet ratio, ut Nos, qui licet indigni, Chriſti vices in terris agimus, & in ejuſdem Apoſtolorum Principis Cathedra reſidere conſpicimur, domeſticam Beati Petri familiam paterno diligamus affectu, & pia eam proviſione in ſuis neceſſitatibus adjuvemus. Hujus itaque rationis debito provocati, dilecti in Domino filii, quartam partem omnium Oblationum (*c*), quæ de Altari ejuſdem Beati Petri Apoſtoli, & tam de Arca (*d*), quam de omnibus miniſteriis (*e*) ipſius Eccleſiæ, præter de miniſterio Beati Leonis, proveniunt, vobis ex conſenſu

Oblationum quarumcumque, uno duntaxat excepto caſu, quartam partem largitur pleno jure.

(*a*) Etſi annum MCL. Bulla enumeret, nos annum 1151. ſupputamus; eumdemque annum Bullæ initio præfiximus. Diſſidium facile componitur, ſi, unde anni petantur initia, obſervemus. Alii a die 25. Martii; alii a Kalendis Januarii, anni primordia ducunt. Utraque temporis ratio in Bullis ſervatur. Nos a Januario annum ordimur; Hinc Eugenianam Bullam, quæ die 24. Januarii conſcripta eſt, anno 1151. conſignamus; annis Pontificatus Eugenii, atque Indictionis ita exigentibus; quod & in Bullarum ſequentium ratione temporum ſtatuenda, perpetuo obſervabimus. Hæc in anteceſſum ſemel præmonuiſſe ſat erit, ne in poſterum, pari occurrente chronologiæ conflictu, eadem inutiliter repetamus.

(*b*) Ubi ſervatur anthographum; quod Baronius in Annalib. ac deinde Paul. de Angelis in adnotat. ad Roman. Canon. num. 8. publica luce donarunt.

(*c*) Quota fuerit hæc Oblationum quarta pars Vaticanæ Baſilicæ Canonicis dono tradita, innuunt literæ Innocentii IV. ad Eccleſiæ S. Mariæ Majoris Archipresbyterum, ejuſque Fratres, Pontificat. anno I. datæ: In iis enim prælaud. Innocentius affirmat, quod *Eugenius Papa III. de XII. unciis Oblationum B. Petri, & miniſterium* (ſort. Miniſteriorum) *tres uncias Eccleſiæ B. Petri conceſſerit.*


(*d*) Arcæ nomen uſurpat Romanus Canon. cujus verba dedimus pag. 37. not. *e*. Illud accipi pro *capſa*, in quam plures offerentes ad Vaticanum pecuniam injicerent; non pauca Pontificum Diplomata inferius producenda, ſatis demonſtrant: idemque, ni fallor, innuit S. Petrus Damianus lib. 1. epiſt. 4. ubi de Cadaloo, qui adverſus Alexandrum II. Schiſma conflavit, hæc habet: *Ad marſupiorum patrocinia funeſta concurrit; pecunia per regiones, andronas, vel angiportus in populos erogatur, B. Petri venerabilis arca pervaditur*. Legeſis V. Cl. Petr. Morett. Part. 1. Lucubrat. de Presbyt. ſect. 6. §. 10. Quo in loco ſita fuerit *arca* iſta, indigitat promendum infra Innocentii III. Diploma an. 15. Pontif. die 24. Aprilis editum, quo idem Innocentius peregrinos Apoſtolica Limina viſitantes alloquitur in hunc modum: *Meliores Oblationes veſtras, & alias quas portatis de veſtris partibus Beato Petro tranſmiſſas, in Altari majori deponatis, & Arca quæ ſub Altare conſiſtit &c.*

(*e*) Huic vocabulo duplex notio eſt in medii ævi monumentis ad Vaticanam S. Petri Baſilicam ſpectantibus: vel enim


ſenſu Fratrum noſtrum Epiſcoporum, & Cardinalium, Sedis Apoſtolicæ auctoritate concedimus (a), & præſentis ſcripti pagina confirmamus; ita videlicet, ut ſemper, cum volueritis, facultatem liberam habeatis, eandem Oblationem in veſtris manibus retinendi, atque cuſtodiendi, ſeu aliis, quibus volueritis, cum noſtro, atque noſtrorum Succeſſorum conſenſu vendendi: Salva in omnibus aliis, & retenta in noſtris, & Succeſſorum noſtrorum manibus ipſius Eccleſiæ libera diſpoſitione, atque cuſtodia. Hoc autem ideo facere dignum duximus, ut vos die ac nocte ſtudioſe in Dei laudibus deſudantes, tam in Miſſarum celebratione, quam in Matutinis, & aliis horis pro vivorum, ac defunctorum ſalute, attenta diligentia, & honeſte decantandis, prædictam Beati Petri Eccleſiam obſequio debito veneremini, & Dei fideles, Apoſtolorum limina devotione debita viſitantes, locum ipſum in majori devotione, ac veneratione, ſemper habeant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit hujus noſtræ conceſſionis paginam temerario auſu infringere, ſeu quibuſlibet modis perturbare. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Secularisve Perſona id attemptare præſumpſerit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem hanc noſtram Conſtitutionem eidem loco ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in futurum præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Alterum conceſſionis motivum, Miniſtrorum labores, atque vigiliæ.

Pœnis propoſitis, Bullæ violatores deterret.



Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ss.

✠ Ego Ymarus Tuſculanus Epiſcopus ss.

✠ Ego Hugo Hoſtienſis Epiſcopus ss.

✠ Ego GG. (b) Presb. Card. tt. Sancti Caliſti ss.

✠ Ego Guido Presb. Card. tt. Sancti Griſogoni ss.

✠ Ego Hubaldus Presb. Card. tt. Sanctæ Praxedis ss.

✠ Ego Manfredus Presb. Card. tt. Sanctæ Savinæ ss.

✠ Ego Aribertus Presb. Card. tt. Sanctæ Anaſtaſiæ ss.

✠ Ego Hnbaldus Presb. Card. tt. Sanctæ Crucis in Hieruſalem ss.

✠ Ego Guido Presb. Card. tt. Paſtoris (c) ss.

✠ Ego Jordanus Presb. Card. tt. Sanctæ Suſannæ ss.

✠ Ego Octavianus Presb. Card. tt. Sanctæ Ceciliæ ss.

✠ Ego Aſtaldus Presb. Card. tt. Sanctæ Priſcæ ss.

✠ Ego Rolandus Presb. Card. tt. Sancti Marci ss.

✠ Ego Gerardus Presb. Card. tt. Sancti Stephani in Cœlio Monte ss.

✠ Ego Jo-

Oblationes deſignat, deducto vocis etymo (uti laudat. Morett. loc. cit. ſect. 4. §. 4. perdocte conjicit) a miniſtris per minora altaria conſtitutis, ut illas exciperent; vel pro altaribus & ſacellis accipitur, quibus eadem fiebant Oblata, quo ſenſu Petr. Mallius in vetere membrana apud noſtrum Tabular. capſ. 2. faſc. 255. aſſervata, *Quotiens*, inquit, *ad aliquod Miniſteriorum vigiliæ celebrantur, Cuſtos Altaris duodecim candelas ad minus ibi ponere debet, & Canonicis de bono vino ad ſufficientiam cum ſuis vaſis & cereis propinare*.

(a) Eugenii III. eximiam in S. Petri Canonicos liberalitatem Petr. Mallius, & Romanus Canon. tit. S. his verbis teſtatam fecerunt: *Condidit quoque* (Eugenius III.) *privilegium, in quo conceſſit Canonicis hujus venerabilis Baſilicæ quartam partem totius Oblationis, quæ venit in Eccleſia Beati Petri, præter Oblationem S. Leonis IX. Papæ*; nempe, ut putamus, præter decimam Oblationum partem, quam S. Leo IX. ſuo Diplomate ſuperius allato pag. 15. fuit elargitus.

(b) Nempe Gregorius; uti conſtat tum ex duplici conſtitutione, Lucii II. & Anaſtaſii IV. apud Joann. Mar. Creſcimbeni Hiſtor. Eccleſiæ S. Joannis ante Port. Latin. pag. 246. & ſeqq. tum ex altero Eugenii III. Diplomate, quod Cornelius Margarin. refert tom. 2. Bullar. Caſin. pag. 164. & ſeq.

(c) Vulgò Eccleſiæ S. Pudentianæ, de qua conſulendus noſter Pomp. Ugonius Statione 21.

(a) Felix

✠ Ego Joannes Paparo Sancti Laurentii in Damaſo Presb. Card. ss.
✠ Ego Johannes Presb. Card. Sanctorum Johannis & Pauli tt. Pamachii ss.
✠ Ego Cencius Presb. Card. tt. Sancti Laurentii in Lucina ss.
✠ Ego Henricus Presb. Card. tt. Sanctorum Nerei, & Achillei ss.
✠ Ego Oddo Diac. Card. Sancti Georgii ad velum aureum ss.
✠ Ego Guido Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Porticu ss.
✠ Ego Jacintus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Coſmydin. ss.
✠ Ego Johannes Diac. Card. Sanctorum Sergii, & Bachi ss.
✠ Ego Gerardus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Via lata ss.
✠ Ego Odo Diac. Card. Sancti Nicholai in Carcere Tulliano ss.
✠ Ego Bernardus Diac. Card. Sanctorum Coſme, & Damiani juxta templum Romuli (a) ss.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum per manum Boſonis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Scriptoris IV. Idus Aprilis, Indictione prima, Incarnationis Dominicæ Anno MCLIII. Pontificatus vero Dñi Eugenii III. PP. Anno nono.

HADRIANUS IV.

Hadrianus Quartus die 3. Decembris anno 1154. electus atque inthronizatus Summus Eccleſiæ Pontifex; Sedit annos 4. menſes 8. dies 29. E vivis abiit die 1. Septembris 1159.

Eugenii III. Privilegio, quo S. Petri Canonicis quarta Oblationum pars conceditur; majorem conciliat firmitatem (b).

Ex autographo in Baſil. Vaticanæ Tabular. Capſ. 2. Faſc. 5.

Hadrianus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Bernardo Presbytero Sancti Clementis Cardinali, & Eccleſiæ Beati Petri Archipresbytero, atque ceteris ejuſdem Eccleſiæ Canonicis, tam præſentibus, quam futuris, canonice ſubſtituendis; In perpetuum.

AN. CH. 1155.

Idem, quod in ſuperiori Bulla, hujuſce Conſtitutionis exordium.

Beatorum Petri & Pauli, tam eminens eſt, & tam glorioſa ſocietas, ut & ambo ſint doctores Gentium, auctores Martyrum, principes Sacerdotum. Et cum inter univerſos Apoſtolos peculiari quadam prærogativa præcellant, æqualitatis, in Cælo meritis diſparitatem non ſentiunt. Petro ab ipſo Salvatore noſtro Domino Jeſu Chriſto Claves Regni Cælorum ſunt commiſſæ, Paulus a Deo electus eſt, ut de multitudine Gentium Regnum Cælorum impleat ſua Prædicatione; Petrus Petra eſt, & fundamentum Fidei, & ne ruamus, in ſoliditate nos firma ſuſtentat; Paulus ne pravo hæreticorum dogmate vulneremur, moralitatis honeſtate, & invincibili ratione Fidei nos armat; Petrus Principatum tenens, ex poteſtate ligat, & ſolvit; Paulus diligens Prædicator, ne quid reprehenſibile, vel ligatione dignum in nobis appareat, mirabili nos exhortatione præmunit; Petrus firmamentum noſtrum eſt, ac Domus fortitudinis, & in Fide ejus plantati, & radicati ſumus; Paulus vas electionis prædeſtinatos a Deo, & electos Cæleſtis tubæ ſonoritate vocavit, & pro nobis ſine intermiſſione orans, ne a fide & veritate deviemus, apud Deum interveniendo nos protegit. Cum igitur hii duo maxima luminaria, Dei Eccleſiam illuſtrantia pari & amicabili ſplendore & fraterno amore præfulgeant, æquitatis & juſtitiæ ratio perſuadet, ut nos, qui licet indigni, Chriſti vices in terris agimus, & in ejuſdem Apoſtolorum Principis Cathedra reſidere conſpicimur, domeſticam Beati Petri Familiam paterno diligamus affectu, & pia eam

(a) Felix IV. Rom. Pont. Eccleſiam SS. Coſmæ & Damiani, quam Deo Opt. Max. dedicavit, Templo Romuli ita adnexuit, ut hæc veluti illius portio eſſe videretur. Confer laudatum Ugon. Stat. 23.

(b) Hujuſmodi Bullam ſpectaſſe mihi videntur Petrus Mallius & Romanus Canonicus tit. 8. dum literis mandarunt, Hadrianum IV. *condidiſſe Privilegium Canonicis de Confirmatione Confeſſionis.*


(a) Eccle;

eam proviſione in ſuis neceſſitatibus adjuvemus. Hujus itaque rationis debito provocati, dilecti in Domino filii, ad exemplar Prædeceſſoris noſtri Sanctæ memoriæ Papæ Eugenii, quartam partem omnium Oblationum, quæ de Altari ejuſdem Beati Petri Apoſtoli & tam de Arca, quam de omnibus miniſteriis ipſius Eccleſiæ, præter de miniſterio Beati Leonis proveniunt, vobis ex conſenſu Fratrum noſtrorum Epiſcoporum, & Cardinalium, Sedis Apoſtolicæ auctoritate concedimus, & præſentis Scripti pagina confirmamus. Ita videlicet, ut ſemper cum volueritis, facultatem liberam habeatis eamdem Oblationem in veſtris manibus retinendi, atque cuſtodiendi, ſeu aliis quibus volueritis cum noſtro atque Succeſſorum noſtrorum conſenſu vendendi. Salva in omnibus aliis, & retenta in noſtris, & Succeſſorum noſtrorum manibus ipſius Eccleſiæ libera diſpoſitione, atque cuſtodia. Hoc autem ideo facere dignum duximus, ut vos die ac nocte ſtudioſe in Dei laudibus deſudantes, tam in Miſſarum celebratione, quam in Matutinis, & aliis horis pro vivorum, ac Defunctorum ſalute, attenta diligentia, & honeſte decantandis, prædictam Beati Petri Eccleſiam obſequio debito veneremini, & Dei fideles Apoſtolorum limina devotione debita viſitantes, locum ipſum in majori devotione, ac veneratione ſemper habeant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit hujus noſtræ conceſſionis paginam temerario auſu infringere, ſeu quibuslibet modis perturbare. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Secularisve Perſona id attemptare præſumpſerit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat; reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem hanc noſtram Conſtitutionem eidem loco ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in futurum præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.


Eugenii III. Conſtitutionem, quam integram exſcribit, confirmat.

Quæ Pontificem impulerit ratio.

Pœnis propoſitis, Bullæ violatores deterret.



Ego Hadrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



- ✠ Ego Imarus Tuſculanus Epiſcopus ss.
- ✠ Ego Hugo Hoſtienſis Epiſcopus ss.
- ✠ Ego Gregorius Sabinenſis Epiſcopus ss.
- ✠ Ego Guido Presb. Card. tt. Sancti Griſogoni ss.
- ✠ Ego Hubaldus Presb. Card. tt. Sanctæ Praxedis ss.
- ✠ Ego Manfredus Presb. Card. tt. Sanctæ Savinæ ss.
- ✠ Ego Aribertus Presb. Card. tt. Sanctæ Anaſtaſiæ ss.
- ✠ Ego Julius Presb. Card. tt. Sancti Marcelli ss.
- ✠ Ego Hubaldus Presb. Card. tt. Sanctæ Crucis in Jeruſalem ss.
- ✠ Ego Guido Presb. Card. Tituli Paſtoris ss.
- ✠ Ego Aſtaldus Presb. Card. tt. Sanctæ Priſcæ ss.
- ✠ Ego Gerardus Presb. Card. tt. Sancti Stephani in Cœlio Monte ss.
- ✠ Ego Henricus Presb. Card. tt. Sanctorum Nerei, & Achillei ss.
- ✠ Ego Joannes Presb. Card. tt. Sanctorum Silveſtri, & Martini ss.
- ✠ Ego Guido Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Porticu ss.
- ✠ Ego Joannes Diac. Card. Sanctorum Sergii, & Bachi ss.
- ✠ Ego Ildebrandus Diac. Card. Sancti Euſtachii juxta Templum Agrippæ ss.
- ✠ Ego Odo Diac. Card. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano ss.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum per manum Rolandi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii decimotertio Kalendas Februarii, Inditione tertia, Incarnationis Dominicæ, Anno Milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto; Pontificatus vero Domini Adriani Papæ Quarti Anno Primo.

Conſtitu-

Conſtitutiones Paſchalis II. atque Eugenii III. ſuper juribus, libertate, ac bonis Abbatiæ Majellanæ ſubjectis, repetit, atque confirmat.

Ex Bulla original. in Tabular. Baſil. Vatic. Capſ. 21. Faſc. 39.

Hadrianus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Alexandro Abbati Heremi Magellanæ, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quam futuris, Heremiticam vitam profeſſis; In perpetuum.

AN. CH. 1155.

JUſtis Religioſorum deſideriis conſentire, ac rationabilibus eorum poſtulationibus clementer annuere, Apoſtolicæ Sedis, cui largiente Domino, deſervimus, auctoritas, & fraternæ charitatis unitas nos hortatur. Quocirca, dilecte in Domino fili Alexander Prior, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ recordationis Paſchalis, & Eugenii Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, Eccleſiam Sancti Salvatoris, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut veſtræ habitationis Heremus, ab omnium hominum jure, ac poteſtate libera perſeveret, & vos ad Domini famulatum omni tranquillitate perfruamini. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam Sancti Salvatoris de Angre Caſtellare cum ſubjacenti Podio Ceſaliæ: Eccleſiam Sancti Martini a Ranchano * (*a*) cum cellis ſuis: Eccleſiam S. Panchratii cum cellis (*b*) ſuis: Aram Pinnæ cum ſubjacenti Podio Fameclani: Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Lavella cum cellis ſuis: Eccleſiam Sancti Angeli, & Sancti Petri de Caſtro Larome: Eccleſiam Sancti Clementis cum cellis ſuis: Monaſterium Sancti Andreæ cum cellis ſuis: Eccleſiam Sancti Blaſii, Eccleſiam Sanctæ Agathæ, Eccleſiam Sancti Procopii, Eccleſiam Sancti Nicholai, Eccleſiam Sanctæ Helenæ de Caſtro Sancti Angeli in Trifinio, & ibidem Villanos (*c*), ac poſſeſſiones terrarum, & vinearum. Item apud Faram, villanos, Molendina, & poſſeſſiones terrarum, ac vinearum; & Eccleſiam Sanctæ Cantianæ. Apud Vacrum, Eccleſiam Sanctæ Agathæ, & Eccleſiam Sancti Nicholai cum terris, vineis, ac poſſeſſionibus ſuis. Apud Prætorum * Eccleſiam Sanctæ Candidæ, Eccleſiam Sancti Nicholai, Villanos, Molendina, & poſſeſſiones terrarum, ac vinearum. Apud Caſtellionem, Eccleſiam Sanctæ Juſtæ, & Sanctæ Agnetis, Villanis, terris, & vineis. Apud Bocclanicum, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Mirabello, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Baſſano, Eccleſiam Sancti Jacobi, Villanos, Molendinum, & poſſeſſiones terrarum, ac vinearum. Apud Sanctum Vitum, Monaſterium Sancti Angeli cum cellis, Villanis, terris, Molendinis, & vineis. Apud Pollotri, Monaſterium Sancti Barbati, cum cellis, Villanis, terris, & vineis. Apud Gipſum de domo, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, cum Villanis, terris, & vineis, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Calderari cum cellis ſuis. Apud Montem Moriſcum, Eccleſiam Sanctæ Helenæ. Apud Ateſſam (*d*) Eccleſiam

Heremi Magellanæ Monaſterium, Monachos, ac Bona ab aliena eximit jurisdictione.

Quæ bona ſingillatim enumerat.

* *Al.* Ranclano.

* *Al.* Pratuorum.

(*a*) Eccleſiæ *S. Martini*, de qua in notis ad Alexandri II. Bullam egimus ſupra, cognomen ſuperaddit Eugenius, qui Eccleſiam nominat *S. Martini a Ranclano*. Individuam hanc loci ſedem ignoramus: etſi ea in Citeriorem Aprutium videatur rejicienda. Hanc ipſam Eccleſiam eodem peculiari cognomine circumſcriptam, dono fuiſſe traditam Monaſterio Magellano jam tum ab anno 1054. e noſtris colligimus monumentis, quorum ſeriem in ea, quam ſumus polliciti, Diſſertatione proferemus.

(*b*) *Cellarum* nomine privatas quaſdam domos in ruſticis Prædiis ſitas, quibus Sacella quædam ſive Oratoria aliquando conjuncta erant, eſſe intelligendas, Author eſt Ducangius in verbo *Cella*. In domos haſce ſeſe recipiebant Monachi, ſive a Monaſterio abeſſent fructuum colligendorum cauſa; ſive eo ſe conferrent, ut, ab aliorum frequentia atque conſortio ſemoti, ſolitudini atque orationi impenſius vacarent.


(*c*) *Villanus* ruſticum denotat hominem, non quemcumque, ſed eum qui agri colendi ſervitio erat addictus. Non erat ergo ultroneus, ſed neceſſarius omnino Villanorum famulatus: quippe qui a terrarum cultura illis concredita, nunquam divelli poterant. Hinc, prædio aut fundo in alienum dominatum translato, & ipſi fundum ſequebantur. Conſulatur Ducangii Gloſſarium.

(*d*) *Ateſſa* Oppidum eſt haud longe ab Anxani Urbe poſitum. Varia illi indita nomina a medii Ævi Scriptoribus, apud quos *Taxæ*, *Tieze*, *Atiſſa*, atque *Ateſſa* perinde ſonat. Inter loca Abbatiæ Majellanæ ſubjecta, Lotharius Imperator in ſuo Diplomate edito an. 1137., quod in Corradi Codice ſub litera C fol. 9. inſertum legitur, enumerat *Taixe*, ipſam ſcilicet, ut putamus, Ateſſam, e nominis ſimilitudine. In Oppidi hujuſce vicinia Eccleſiam *S. Julianæ* collocat Hadrianus, cui ſuccinit


cleſiam Sanctæ Julianæ. Apud Caſulem, villam, quæ vocatur Colle Milonis, cum pertinentiis ſuis. Unum Hoſpitale in Plazano: Apud Septèm, Eccleſiam S. Paſtoris, & unum Hoſpitale: Apud Lanzanum, unum Hoſpitale: Apud Roccam Morici, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, & S. Nicholai: Apud Urſoniam, Eccleſiam Sancti Martini: Apud Ylicem, Eccleſiam Sancti Angeli cum cellis ſuis, Villanis, terris, & vineis: Apud Ripa Corvaria, Eccleſiam Sancti Victorini cum terris, & vineis. Chriſma, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque ulla pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis quem malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Heremum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu modis quibuslibet fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Dioceſanorum Epiſcoporum canonica juſtitia. Ad indicium autem hujus perceptæ a Romana Eccleſia libertatis, aureum unum tu, & ſucceſſores tui Nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Dñi Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Heremo juſta ſervantibus, ſit pax Dñi noſtri Jeſu Chriſti, quatinus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Quænam Epiſcoporum in Monachos munia.

Ut Monachis tranquillitatem conciliet perpetuam, alienam audaciam pœnis coercet.



Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Ymarus Tuſculanus Epiſcopus ss.
✠ Ego Gregorius Sabinenſis Epiſcopus ss.
✠ Ego Guido Presb. Card. tt. Sancti Griſogoni ss.
✠ Ego Hubaldus Presb. Card. tt. Sanctæ Praxedis ss.
✠ Ego Johannes Presb. Card. Sanctorum Johannis & Pauli tt. Pamachii ss.
✠ Ego Oddo Diac. Card. Sancti Georgii ad Velum aureum ss.
✠ Ego Guido Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Porticu ss.
✠ Ego Johannes Diac. Card. Sanctorum Sergi & Bachi ss.
✠ Ego Gerardus Diac. Card. S. Mariæ in Via lata ss.
✠ Ego Odo Diac. Card. Sancti Nicholai in Carcere Tulliano ss.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum per manum Rolandi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii, Nonis Maji, Indictione tertia, Incarnationis Dominicæ Anno MCLV. Pontificatus vero Dñi Adriani PP. IIII. Anno primo.

Eccleſias

ſuccinit Corradus Viſitator in Cod. ſupra citato, fol. 11. Quam vero Eccleſia illa ſubierit fortunam, indicat deſcriptio, eruta ex fol. 178. Voluminis, cui Titulus, *Index collationum &c.* quæ ſic habet: *Dicta Eccleſia* (S. Julianæ) *eſt prope dictam Terram extra Mœnia S. Antonii, & de ea tantum apparent veſtigia.*

(a) Sacras

Eccleſias cum in Urbe, tum extra Romanum Territorium poſitas (*a*), Bona complura, Privilegia etiam ac jura enumerat; eaque omnia Archipresbytero & Canonicis peculiari Diplomate communit.

Ex Autographo in Archiv. noſtro Capitulari Capſ. 4. Faſc. 259.

Hadrianus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Bernardo tt. Sancti Clementis Presbytero Cardinali, & Archipresbytero Canonicæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & ejuſdem Canonicis, & Rectoribus quatuor Monaſteriorum Sanctorum Joannis & Pauli, Sancti Martini, Sancti Stephani Majoris, & Sancti Stephani Minoris (b), tam præſentibus, quam futuris, canonice ſubſtituendis; In perpetuum.

AN. CH. 1158.

Summi Pontificis, quia Petri Succeſſor, intereſt Eccleſiarum Miniſtros, ac Bona tueri.

LIquet omnibus Fidei Chriſtianæ cultoribus, Beatum Petrum ab ipſo Salvatore noſtro Domino Jeſu Chriſto Apoſtolorum fore Principem conſtitutum, atque poteſtatem ligandi atque ſolvendi animas cæleſti privilegio traditam, unde & etiam dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram hedificabo Eccleſiam meam, & Tibi dabo Claves Regni Cælorum, & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cælis, & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cælis. Et iterum: ſi diligis me, Symon Petre, paſce oves meas. Nos igitur, qui, licet indigni, ejuſdem Cælorum Clavigeri Vicarii ſumus, & ejus loco in ſancta Dei Eccleſia reſidemus, ſpeciales ipſius Miniſtros, ſive Patrimonia Sedis Apoſtolicæ debemus patrocinio conſovere, & a pravorum hominum incurſibus defenſare. Eapropter, dilecti in Domino Filii, veſtris petitionibus benignitate debita impertimur aſſenſum, & Sacroſanctas Eccleſias Beatorum Martyrum Joannis & Pauli, Sancti Martini, Sancti Stephani Majoris, & Sancti Stephani Minoris, veſtris uſibus ac ſuſtentationibus deſtinatas, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Sergii II, Leonis IV, Leonis IX, & Iunocentii II, Romanorum Pontificum, præſentis ſcripti pagina communimus. Statuentes, ut quaſcunque Poſſeſſiones, quæcunque Bona eiſdem venerabilibus Locis canonice pertinent, aut in futurum conceſſioue Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Caterina (*c*) cum omnibus ad eam pertinentibus: Eccleſiam Sancti Salvatoris juxta Terrioues, quæ conſtructa eſt a Prædeceſſore noſtro Sanctæ recordationis Leone IV. Papa (*d*) ad ſepulturam omnium Ultramontanorum, cum omnibus

Quatuor Monaſteriorum unionem generatim approbat.

Eccleſias ſingillatim enumerat, & primo Romæ poſitas.

(*a*) Sacras Ædes, quas cum Hadrianus IV. in hac Bulla, tum Urbanus III, Innocentius III, Gregorius IX, aliique Romani Pontifices, datis ea de re peculiaribus Privilegiis infra adducendis, Vaticano Capitulo conceſſerunt, aut firmius corroborarunt; Baſilicæ noſtræ Cenſualia, ſeu Inventaria Eccleſiarum, Hoſpitalium, Monaſteriorum eidem Baſilicæ ſubditorum, jampridem recenſuerunt. Perſpicua inde petuntur argumenta, quæ harumce Eccleſiarum Vaticano Capitulo ſervitutem, obedientiam, & ſubjectionem omnimodam oſtendunt. Quotas etenim ſingulæ aut croci, aut piperis, aut ceræ &c. libras, ſive quotam pecuniarum ſummam debeant Vaticanæ Baſilicæ perſolvere; complures etiam earumdem Eccleſiarum proviſiones, ac beneficiorum ipſis adnexorum collationes a prædicto Sancti Petri Capitulo factas, memorata Inventaria, aliique Codices adnotarunt. Quoad Sacras Ædes in Urbe, aut ab ejus mœnibus non longe ſitas, illud inſuper animadverſione dignum putamus, quod in prælaudatis Inventariis reperimus ſcriptum. Ad illas nimirum Canonici, aut quipiam ex Capitulo, feſto Titularis aut Patroni recurrente, accedebant, ut vel modo aſſolet, ſolemni pompa Rem Divinam acturi: In earum nonnullis concionem haberi conſuevit; imo etiam nobile convivium, quod Rector Eccleſiæ, ubi Feſtum celebrabatur, parare debebat. Conſulatur vetus membraneus Codex, inſcriptus *Sermones pro Matutino*, in Archiv. noſtro Capitulari ſign. lit. C. num. 107. ubi a pag. 247. uſq. ad 249 Index legitur Eccleſiarum ſub jure Baſilicæ S. Petri. Conferatur etiam Codex Chartaceus a Demetrio Lucenſe ejuſdem Baſilicæ Beneficiato an. 1489. coordinatus, & in prædicto Tabular. ſign. lit. A.

(*b*) Conſulantur præallata D. Leonis IX. Diplomata; & ea quæ diximus pag. 25. not. *b* pag. 29. not. *b* pag. 33. not. *a*, & *c*.

(*c*) De Eccleſia S. Mariæ in Catharina, quæ modo appellatur *S. Catarina della Rota* inferius ſermo eſt ad Urbani III. Bullam an. 1186. procuſam.

(*d*) Hanc S. Salvatoris Eccleſiam a Carolo Magno erectam multiſque reditibus ac prædiis ditatam fuiſſe, haud ſpernendæ, ut diximus pag. 23. not. *d*, antiquitatis monumenta teſtantur. Quo igitur pacto Leo IV. Sacræ Ædis conditor hic aſſeritur? An Sanctus Pontifex illam ſic reparavit, tot, tantiſque beneficiis ſibi devinxit, ut ipſa ab eodem conſtructa non immerito dici poſſet? Jac. Grimaldus apud Turrig. Lib. de Crypt. Vat. pag. 487., ut Carolini pro eadem Eccleſia Diplomatis, prælaudatum Pontificem Leonem IV. & Carolum ipſum Imperatorem coævos exhibentis fidem vindicet, hanc viam init: Leo III., inquit, dictus eſt etiam quartus; idque tum ex Chronico Ms. a Riccardo Monacho Cluniacenſe in Bibl. Vatic. num. 3765. tum ex Martino Polono in Pontif. Rom. Chronolog. Leonem quemdam mox ſubjicientibus poſt Sergium I., demonſtrare contendit; quo tamen felici exitu, expendemus infra, dum de ipſo Carolino Privilegio opportunius diſſeremus.

Alias addit, quæ in territorio Silvæ Candidæ exiſtunt.

Alias Eccleſias ac Bona in Cærenſe Territorio deſignat.

nibus uſibus, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Juſtini (*a*), quæ conſtructa eſt ad ſepulturam omnium Longobardorum, & Italiorum, cum omnibus uſibus & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Peregrini (*b*): Eccleſiam Sanctæ Mariæ Virgariorum (*c*): Eccleſiam Sancti Salvatoris de Coſſa Caballi (*d*). Ad Caſtrum Bucceje, Eccleſiam Sanctorum Marii, & Marthæ (*e*), & cum Eccleſia Sancti Laurentii de Caſtro Bucceje: Caſtrum Bucceje (*f*) cum fundis, & Caſalibus ſuis, ſcilicet Atticiano (*g*), Colle, & Pauli fundum: Olivetum cum ſuis aliis vocabulis, cum Eccleſia diruta Sanctorum Coſmæ & Damiani (*h*), qui ſcilicet fundi poſiti ſunt in Territorio Silvæ Candidæ. Caſtrum Luterni (*i*) cum fundis, caſalibus, & cum omnibus ſuis pertinentiis: Eccleſiam Sanctorum Joannis & Pauli (*k*) intra ipſum Caſtrum: Oratorium Sancti Nicholai, quod eſt in Meſagna (*l*) ipſius Caſtri: Eccleſiam Sancti Andreæ (*m*) cum omnibus ſuis pertinentiis: fundum Seſſani Majoris: fundum Seſſani Minoris: Maſſam Pretoriolam (*n*) cum caſis, terris, & cum omnibus ſuis pertinentiis; qui fundi poſiti ſunt in Territorio Cerenſe juxta Caſtrum Luterni triceſimo miliario ab Urbe Roma. Eccleſiam Sanctæ Anatoliæ (*o*) in Portuenſi Civitate vetere cum Piſcaria juxta eam, cum Terris & manicis ſuis in Trajano. Eccleſiam Sancti Silveſtri de Sutrio (*p*) cum Valle, quæ vocatur Frictilli (*q*), cum molendinis ſuis. Hoſpitale de Ferento (*r*) cum Oratorio Sancti Laurentii, & cum omnibus ſuis pertinentiis. Hoſpitale de Narnia cum omnibus ſuis pertinentiis. Monaſterium Sancti Benedicti (*ſ*) cum omnibus ad ipſum pertinentibus. Eccleſiam Sancti Martini de Spello (*t*). Eccleſiam Sancti Stephani de Runceja poſitam in Epiſcopatu Aſſiſienſi. Hoſpitale de Traverſa cum Oratorio Sancti Nicolai (*u*). Caſtrum Caſſi (*x*) cum Eccleſia Sancti Petri, & Eccleſia Sanctæ Mariæ, cum fundis, villis, & caſalibus ſuis. Caſtrum Capracorum (*y*) cum terris, fundis, & caſalibus ſuis, cum Eccleſia Sancti Johannis diruta, cum aquimolis, & molaria ſua. Fundum Sancti Caſſiani (*z*), Fundum Vicoli, Fundum Memorienſem, Fundum Taliani majoris, & Taliani minoris, Fundum Caſanilli, Fundum Caſapindulæ, Fundum Cucumelli, Fundum Rotulæ, Fundum Protelaris, Fundum Pritanellæ (*aa*), Fundum qui dicitur Caſa Lardaria (*bb*), Fundum Clean-

Alia item Bona, atque Eccleſiæ, quæ variis in locis ſitæ ſunt, ſubjiciuntur.

(*a*) Confer pag. 24. not. *e*, & pag. 31. not. *g*.

(*b*) Conſulatur pag. 29. not. *c*.

(c) Sacram Ædem illuſtrant hæc quæ ſubjicimus Romani Canon. verba tit. 47. *In eadem platea ante Eccleſiam Beati Petri, videlicet juxta Eccleſiam Sanctæ Mariæ Virgariorum eſt quoddam aliud cancarum, quo de conſuetudine Schola Virgariorum præparat lectum Domino Papæ in Letania Majori venienti ad S. Petrum.* Idcirco ipſi Virgarii, ut Cencius Camerar. Ord. Rom. num. 68. diligenter adnotavit, presbyterium 10. ſolid. percipiebant. vide pag. 27. not. *d*

(*d*) Nunc *S. Giacomo Scoſciacavallo* nuncupatam. Cencius Camerarius Rom. Ord. cap. 18. num. 40. ap. Mabill. *S. Salvatori coxæ Caballi* Presbyterium 6. denar. pro Thuribulo datum affirmat. Vide pag. 25. not. *e*

(*e*) Hanc Vvillelm. Malmesbur. lib. 4. cap. 2. de geſt. Reg. Angl. inter Eccleſias via Cornelia (de qua vide pag. 26. not. *e*) poſitas enumerat, & hiſce verbis memorat: *In tertia Eccleſia ſunt Marius & Martha & Audifax & Abacuc filii eorum.* Confer prælaudat. S. Leonis IV. Diploma pag. 16.

(*f*) Opulentum Buccejæ prædium, quod in Vaticani Capituli jure ac proprietate adhuc perſtat, *Canonicis* D. Petri a S. Leone IV. *ex proprio patrimonio* donatum eſſe; Petr. Mall. & Roman. Canon. tit. 31. literis conſignarunt, & ex ejuſdem Leonis Diplomate pag. 16. aperte colligitur.

(*g*) Hoc prædium S. Leo IX. memorat, ut ſupra vidimus pag. 30.

(*h*) De qua confer S. Leonis IV. Bullam pag. 16.

(*i*) Ne alibi quam in Territorio Cærenſi Caſtrum Luterni perquiramus; monet cum Bullæ hujuſce contextus paulo infra excurrendus, tum præallatum pag. 33. S. Leonis IX. Privilegium.

(*k*) De qua conſulatur dictum D. Leonis IX. Diploma.

(*l*) An *Meſagna* idem aſt quod *Meſagium*, nempe modus agri manſionibus & ædificiis ruſticis inſtructus, ut inquit Cangius V. *Meſagium*?

(*m*) Eccleſiam S. Andreæ memorat laudatum S. Leonis Diploma pag. 33. uti & alia Privilegia inferius producenda.

(*n*) Conferatur pag. 33.

(*o*) De Eccleſia S. Anatholiæ, de Manicis, ac Portu Trajano diximus pag. 26. not. *k*, *l*, & *m*.

(*p*) De Eccleſia S. Silveſtri de Sutrio loquitur cum S. Leo IX. pag. 34., tum peculiari Diplomate Hadrianus IV.

(*q*) Sutrio adjacet Vallis Frictilli, cujus termini in prælaudato Chartaceo Codice a Demetrio Lucenſe ordinato, pag. 67. definiuntur.

(*r*) Me non latet, Ferentum juxta accuratiores Geographos eſſe Caſtrum Provinciæ Baſilicatæ. At Hoſpitale de Ferento hic recenſitum, in Ferentina Diœceſi ponunt Baſilicæ noſtræ Cenſualia.

(*ſ*) Monaſterium hoc S. Benedicti de Scalocla ſive Scalocia aut Scalocchia nuncupatum, in Diœceſi Civitatis Caſtelli collocant memorata Inventaria ſeu Cenſualia.

(*t*) In Spoletina Diœceſi.

(*u*) Innocentii III. Bulla Idibus Octobr. Pontificat. an. 8. edita, aliaque Diplomata inferius adducenda ipſum Hoſpitale cum Oratorio S. Nicolai ponunt *in Campania in Epiſcopatu Aſſiſienſi*.

(*x*) Id eſt *Caſcia*, nunc Oppidum in Spoletana Diœceſi, Ita ſane cenſeat oportet, quiſquis cum hac Bulla conferat Librum chartaceum a Demetrio Baſilicæ Vaticanæ Beneficiato & Camerario an. 1489. ordinatum, & in Archiv. noſtro Capitulari ſignatum litt. A. Quas etenim S. Petri & S. Mariæ Eccleſias cum Caſtro *Caſſi* præſens Bulla copulat, eaſdem prædictus Liber apud *Caſciam* ſive *Caſſiam* in Spoletana Diœc. ſæpe collocat. Unum vel alterum ejus rei teſtimonium proferre juvat. Epiphanium S. Eutitii Abbatem anno 1472. *pro Eccleſia S. Petri de Caſcia ducat* 1. *bol.* 30., & *pro Eccleſia S. Mariæ Annunciatæ de Caſcia bol.* 10. Vaticano Capitulo perſolviſſe, pag. 98. a terg. laudatus Codex commemorat: Ad hæc, pag. 101. a terg. ſic habet: *In Caſſia ejuſdem Diœceſis* (Spoletanæ) *Eccleſia S. Petri in platea, quam tenet Conventus S. Auguſtini, ſolvit pro cenſu unam libram croci optimi annuatim. Eccleſia S. Mariæ Annuntiatæ, quam tenet Fr. Joannes Ord. S. Petri Cæleſtini ſolvit pro annuo cenſu duas libras ceræ.*

(*y*) De caſtro Capracoro legeſis pag. 31. not. *a*, & pag. 33. not. *f*.

(*z*) Fundum S. Caſſiani, & pleroſque alios in hoc Diplomate mox ſubjectos, in via Claudia, al. Clodia eſſe ponendos, ratum eſt ex Leonis IV. & Leonis IX. Conſtitutionibus pag. 15. 16. & 30.

(*aa*) In via Cornelia, de qua egimus pag. 26. not. *e*, Fundum Pritanellæ dictum collocat S. Leonis IX. Diploma pag. 30.

(*bb*) De Fundo *Caſa Lardaria* nuncupata relege pag. 26. not. *h*, & *i*.

(*a*) De

Cleandris, cum Eccleſia Sanctæ Agathæ diruta (*a*), Fundum Canutuli, Fundum Aquæ frigdulæ (*b*) omnes invicem coherentes; Fundum Bravi (*c*); Fundum Pallini cum ſuis omnibus vocabulis. Monaſterium S. Cornelii, quod eſt poſitum in Territorio Vegentano (*d*), cum omnibus ſuis pertinentiis. Sex pedicas Terrarum in fundo, qui dicitur Valles de Pertica. Terram de Macerano poſitam ad Petram Pertuſiam (*e*). Omnes Poſſeſſiones Terrarum, quas a Canonica veſtra Monaſterium Sancti Sabæ tenet in Territorio Galeriæ. Medietatem quoque penſionis domorum & Poſſeſſionum Sanctæ Mariæ in Turri (*f*); Tertiam partem Oblationis (*g*), quæ venit ad manus Portuenſis Epiſcopi (*h*) ſuper Altare, ex quo Calix ſuper Altare ponitur in Cœna Domini, in ſexta Feria, in Sabbato Sancto, in die Paſchæ, & in die Natalis Domini. Chriſma vero, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum in veſtris Eccleſiis exiſtentium a Diœceſanis ſuſcipietis Epiſcopis, ſiquidem Catholici fuerint, & gratiam Apoſtolicæ Sedis habuerint, & ſine ulla pravitate voluerint exhibere; alioquin liceat vobis quemcunque malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Statuimus præterea, ne quilibet Epiſcoporum abſque conſcientia Romani Pontificis in Eccleſiis veſtris, niſi quando generale fuerit interdictum, Divina Officia interdicere, & aliquid in eis exigere, nulla ratione præſumat; ſed libere ipſæ Eccleſiæ ſub noſtra protectione conſiſtant (*i*). Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat ſupradictam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia, & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura: Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Secularisve Perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.


[margin: ...penſiones, ac Oblationes Romæ percipiendas, attexit.]

[margin: Quæ nam Epiſcopis jura competant, explicat.]

[margin: In Bullæ violatores, pœnas comminatur.]



Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Hymarus Tuſcul. Epiſcopus ss.
✠ Ego Gregorius Sabinenſ. Epiſcopus ss.

✠ Ego Hubaldus Presb. Card. tt. Sanctæ Praxedis ss.

✠ Ego Ju-

(*a*) De qua videſis pag. 26. not. *b*.

(*b*) Idem quod antea nomen, idemque Dominus inpræſentiarum huic Fundo eſt: Is etenim vel hodie nuncupatus *Acqua Fredda*, ſub antiqua Capituli Vaticani ditione perſtat extra Portam *De Cavallegieri* nuncupatam, miliario ab Urbe circiter ſecundo.

(*c*) Hadrianus I. Pontifex, teſte Maph. Vegio lib. 4. num. 140. apud Jannig. tom. 7. Jun. Bollandiani, fundum quemdam optimum vocatum *Bravi*, dono dedit Monaſterio S. Stephani Majoris, de quo alias egimus.

(*d*) Huc revocanda, quæ diximus pag. 33. not. *b*.

(*e*) Prædium ſcilicet, quod eamdem adhuc nomenclationem ſervat; extra Portam Flaminiam octavo circiter ab Urbe lapide ſitum eſt, ſub Vaticani Capituli proprietate.

(*f*) De qua confer pag. 18. not. *c*, & pag. 31.

(*g*) Huc referantur, quæ ex Petro Mallio animadvertimus pag. 37. not. *e*.

(*h*) Silvæ Candidæ aut S. Ruſinæ Eccleſia anno 1120 Sedi Portuenſi per Callixti II. privilegium adnexa, Portuenſis Epiſcopus eiſdem juribus, quibus olim S. Ruſinæ Antiſtes, ſic potitus eſt, ut etiam Oblationes in Altari B. Petri depoſitas participaret. Conſulantur Diplomata Joannis XIX., Benedicti IX. & Victoris II.

(*i*) Hujuſmodi privilegium Libertatis, omnium Baſilicæ Eccleſiarum, etiam earum quæ extra Urbem poſitæ ſunt, innuunt Petr. Mall. & Maph. Vegius lib. 2. cap. 3. num. 69.

✠ Ego Julius Presb. Card. tt. Sancti Marcelli ss.
✠ Ego Hubaldus Presb. Card. tt. Sanctæ Crucis in Jeruſalem ss.
✠ Ego Octavianus Presb. Card. tt. Sanctæ Cæciliæ ss.
✠ Ego Aſtaldus Presb. Card. tt. Sanctæ Priſcæ ss.
✠ Ego Gerardus Presb. Card. tt. Sancti Stephani in Cœlio Monte ss.
✠ Ego Johannes Presb. Card. Sanctorum Johannis & Pauli tt. Pamachii ss.
✠ Ego Johannes Presb. Card. tt. Sanctorum Silveſtri & Martini ss.
✠ Ildibrandus Presb. Card. Baſil. XII. Apoſtolorum ss.
✠ Ego Oddo Diac. Card. Sancti Georgii ad Velum aureum ss.
✠ Ego Guido Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Porticu ss.
✠ Ego Bonadius Diac. Card. Sancti Angeli ss.
✠ Ego Boſo Diac. Card. Sanctorum Coſmæ & Damiani ss.
✠ Ego Albertus Diac. Card. Sancti Adriani ss.

Datum Laterani per manum Rolandi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Card., & Cancellarii iiii. Idus Febr., Indictione vi., Incarnationis Dominicæ Anno MCLVII., (a) Pontificatus vero Domni Adriani PP. IIII. Anno quarto.

Compoſita Canonicos inter & Sutrinum Epiſcopum de Eccleſia S. Silveſtri controverſia, dato Diplomate concordiam efficit perpetuam.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. Vaticanæ Capſ. 29. Faſc. 118.

Hadrianus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Eccleſiæ Sancti Petri Canonicis; ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

EA, quæ a Fratribus noſtris Cardinalibus de mandato Sedis Apoſtolicæ rationabiliter, aut concorditer ſtatuuntur, firma debent ſtabilitate conſiſtere, & quæ diffinita ſunt, ne temeritate aliqua valeant in poſterum immutari, eadem neceſſe eſt auctoritatis noſtræ præſidio communiri. *Controverſia ſtatus Congregationi Cardinalium inſpiciendus committitur.* Cum autem inter vos, & venerabilem Fratrem noſtrum G. (b) Sutrinum Epiſcopum ſuper Eccleſia Sancti Silveſtri (c) olim controverſia verteretur, & in noſtra præſentia ſuper hoc fuiſſet querela depoſita, Nos volentes omnem litigandi materiam cum voluntate Partium de medio concorditer amovere, dilectis Filiis noſtris Rol. tituli Sancti Marci Presbytero Cardinali & Cancellario noſtro, Alberto tituli Sancti Laurentii in Lucina, Willelmo tituli Sancti Petri ad vincula Presbyteris, & Raimundo Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Card. commiſimus amicabiliter componendam, qui de communi voluntate, & conſenſu Partium in hunc modum, ſicut in eorum ſcripto noſcitur contineri, ipſam controverſiam terminarunt, ut videlicet præſtationes, vel exenia (d) quædam Carnium, quæ Sutrinus Epiſcopus in quibuſdam ſolemnitatibus ab Eccleſia ipſa recipere conſuevit, de cetero per eadem tempora, ſicut ab Eccleſiis Sanctæ Chriſtinæ, Sancti Pauli, Sancti Joannis, aut Sancti Juliani recipiat, & conſuetum exhibeat eis honorem. *Controverſiæ capita compoſita. I. Super Oblationibus nonnullis Epiſcopo dandis.* Porro quando pro receptione, & procuratione noſtra ab Epiſcopo Collecta fuerit per Eccleſias facienda, Eccleſia ipſa ſicut una prædictarum Eccleſiarum auxilium Epiſcopo miniſtrabit. *II. Auxilium Epiſcopo præſtandum.* Clerici illius Eccleſiæ ad Synodum, & Capitulum Epiſcopi, & Sutrinæ Eccleſiæ, ad Chriſma, & Baptiſmum juxta conſuetudinem illarum Eccleſiarum ſine contradictione conveniant. *III. Canonici ad Baptiſmum & Chriſma conveniant.* Commune interdictum Epiſcopi & ſententiam quam Epiſcopus ſuper aliquem Parochianorum ſuorum pro ſuo reatu poſuerit uſque ad condignam ſatisfactionem firmiter teneant, & obſervent. *IV. Interdictum ab Epiſcopo promulgatum, ſervent.* Si aliquis Clericorum illius Eccleſiæ in tam evidens, manifeſtumque delictum corruerit, ut ſuſpendi de Statutis Canonum mereatur; Epiſcopus *V. Liceat Epiſcopo criminoſos ſuſpendere, non etiam Beneficio privare.*

(a) Stilo Bullarum; ſed ſtilo communi 1158. Vide quæ adnotavimus pag. 51. not. a.

(b) *G. Sutrinum Epiſcopum &c.* De hoc Sutrino Epiſcopo altum ſilentium eſt in Ughelli Ital. Sacra, tum in Epiſcoporum Synodis ſubſcribentium Indice apud Labbeum.

(c) Eccleſiam S. Silveſtri in Civitate Sutrina Canonicis S. Petri a Leone IX. conceſſam & confirmatam fuiſſe probat allata ſuperius ejuſdem Leonis Conſtitutio data Kal. Apr. Pontif. an. V.

(d) Dona, ſive Oblationes intellige.

(a) *Ve-*

ſcopus ſine conſcientia veſtra uſque ad condignam ſatisfactionem eum ab Officio ſuſpendet, Eccleſiaſtico vero Beneficio non privabit. Si vero aliquis ſuper aliquo crimine fuerit impetitus & in talem culpam viſus fuerit corruiſſe, quæ Ordinem Judiciorum requirere videatur, una vobiſcum Sutrii cognoſcere, & judicare debebit. Cum autem Archipresbyter in Eccleſia fuerit ordinandus, vos Perſonam eligetis & Epiſcopo præſentabitis, Epiſcopus autem electionem ipſam, niſi evidens, & manifeſta cauſa, quæ impedire debeat apparuerit, confirmabit, & ei curam animarum committet; Qui confirmatus in manu ſua promittet, ſe ſoluturum, & ſervaturum, quæ ſuperius deſignata ſunt, vobis autem fidelitatem faciet, obedientiamque promittet, & tam ipſe, quam reliqui Clerici vobis obedient, & de diſpoſitione, & ordinatione Eccleſiæ reſpondebunt. Ut igitur hæc perpetuam optineant firmitatem, & quod inter vos concorditer ſtatutum eſt, nullius unquam refragatione turbetur, Nos compoſitionem ipſam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

VI. Graviores cauſæ ab Epiſcopo & Canonicis cognoſcendæ.

VII. Archipresbyteri præſentatio ad Canonicos; Confirmatio ad Epiſcopum ſpectet.

Concordiam Apoſtolica auctoritate confirmat.

Datum Vetrallæ quarto Idus Julii (a).

ALEXANDER III.

Alexander Tertius die 7. Septembris anno 1159. ad ſummum Eccleſiæ regimen evectus, ac die 20. ejuſdem menſis & anni conſecratus; Pontificatum tenuit annos 21. menſes 11. dies 23. a die electionis ejus deductos, ac die emortuali excluſo; a die vero conſecrationis ſuæ an. 21. menſ. 11. dies 10. E vivis abiit 3. Kal. Septembris anno 1181.

Monaſterii S. Ruphilli Eccleſias, Bona, ac jura enumerat: Donationes eidem Monaſterio factas, confirmat.

Ex Ughell. Ital. Sacr. Tom. 2. column. 600.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Abbati Monaſterii Sancti Rufilli (b) de Foro Pompilii; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1164.

CUM a nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id, per ſollicitudinem officii noſtri, ad debitum perducatur effectum. Quapropter, dilecte in Domino fili, tuis juſtis petitionibus annuentes, perſonas veſtras, & locum, in quo præſcriptum Monaſterium conſtructum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſub B. Petri, qua ſpecialiter juris exiſtit, nullo alio mediante, ſub ipſius, & noſtra poteſtate ſuſcipimus; & maxime S. Petri in Cereto de Meldola

Monaſterium S. Ruphilli Apoſtolico fovet præſidio.

Eccleſias aliquot enumerat.

(a) *Vetrallæ 4. Id. Julii*. Quonam ſui Pontificatus anno hanc Hadrianus Bullam procuderit, ſatis non liquet, cum ejus Scriptor id minime adnotaverit. Veriſimile tamen videtur, Diploma datum eſſe Pontificatus anno I. æræ communis 1155; hoc enim anno, uti apud Baronium legitur, Viterbii degebat Antiſtes Summus, qua ex Urbe Vetrallam non longe diſſitam neſcio qua occaſione profectus, haſce Literas exaravit.

(b) Inſignis hæc Abbatia, quam Benedictini Monachi diu inhabitarunt, tandem ad menſam Capitularem Vaticanæ Baſilicæ tranſlata eſt a Pio IV. an. 1564. Nonnulla igitur quæ ad Bullarum, in quibus ejuſmodi Abbatiæ mentio fit, intelligentiam conducunt, ſaltem indigitaſſe, nec affectatam ſapit eruditionem, neque a noſtro abhorret inſtituto. Foropompilium, aliis Foropopilium, Urbs notiſſima in Romandiola, hujuſce Monaſterii ſedes eſt. Abbatialis Eccleſia, S. Ruphilli, qui inter Foropompilienſes Epiſcopos primus emicuit, nomine decoratur; Ejus primordia ad ſtatum revocare tempus nec licet, nec vacat; vetuſtiſſima tamen fateamur oportet, quum ampliſſimum favore ipſiuſmet Abbatiæ a Benedicto VII. procuſum Diploma producat Ughellus in Ital. Sacr. Tom. 2. column. 599.

De S. Rophilli Eccleſia, ſive juriſdictionem, ſive ædificium ſpectemus, nihil deceſſit. Animarum curam ſervat adhuc, quam duo Cappellani a Vaticano Capitulo deſignati, exercent; tantaque eſt Populi frequentia huic Parochiæ ſubjecta, ut e tribus Urbis partibus, duæ ad Abbatialem Eccleſiam revocentur. Templi molem nimia vetuſtate fatiſcentem, provida Capituli noſtri ſolicitudo inſtaurandam ornandamque curavit; Ædes Abbatiales a fundamentis erexit. Rata hæc ſunt ex actis Viſitationis an. 1684. fol. 1.

(a) Erat

Meldola (*a*), & Sancti Apollinaris in Collina (*b*), Plebes, cum omnibus Capellis, & Eccleſiis illarum, tam ædificatis, quam ædificandis, terris, vineis, ſeu ædificiis, & cum omnibus eorum bonis tam præſentibus, quam futuris, & in ſpiritualibus, quam etiam in temporalibus, cum fidelitatibus, inſtitutionibus, correctionibus, viſitationibus, decimis, primitiis, teſtamentis, ſepulturis, unctionibus infirmorum, commendationibus animarum, atque oblationibus vivorum ac mortuorum: Decimas de Maliano, & de Salſa, & de Carpena, & de S. Martina in Strata, ſine diminutione aliqua, & ſine aliqua participatione, per præfati Monaſterii Nuncium colligendas in perpetuum: Parochiam, & Parochianos, ac etiam ſepulturas in Civitate & Burgis Popilien. & ejus pertinentiis, commorantes, ac antea commoraturos, cum primitiis, teſtamentis, ſepulturis, offerſionibus, & cum omnibus aliis beneficiis vivorum & mortuorum, quæ, & quas bonæ m.... Giunigitius (*c*), Honeſtus (*d*), & Sergius (*e*) quondam Popilien. Eccleſiæ Epiſcopi, tibi, & Monaſterio antedicto, pia & provida liberalitate conceſſerunt, ſicut in ſupraſcriptis inſtrumentis publicis exinde confectis continebatur; quæ quidem inſtrumenta ſupraſcripta vidimus, auſcultavimus, & approbavimus, de jure plenius continetur. Et nulli privatæ perſonæ Eccleſiaſticæ vel ſeculari liceat ædificare Oratorium, Eccleſiam, vel Hoſpitale in Parochiis ſupraſcriptis, præter licentiam & voluntatem Abbatis, & Fratrum Monaſterii memorati. Sepulturam quoque eidem Monaſterio omnino liberam eſſe concedimus, & eorum corpora, quæ illic ſepeliri deliberarunt, vel eorum, quæ per conſuetam parentelæ, aut cognationis ſepulturam, ad cœmeterium præfati Monaſterii pertinere noſcuntur, ſine licentia ipſorum Abbatis, & Fratrum prælibati Monaſterii nullus recipere præſumat, niſi forte adhuc vivens quilibet propoſitum Religionis aſſumpſerit. Quod ſi quis auſu temerario recipere, vel ſepulturam tradere præſumpſerit, ſive Clericus, ſive Laicus, uſque ad condignam ſatisfactionem, Eccleſiaſticæ vindictæ ſubjaceat. Inſuper res præfatas, & omnes alias Eccleſias, poſſeſſiones, & decimas dicto Monaſterio conceſſas, antiquas, & de novo conceſſas, & quas prædeceſſores tui a quadraginta annis citra huc uſque poſſederunt, & nunc in præſenti poſſides, aut in futurum poſſidebis, tibi & Monaſterio tuo antedicto auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernimus autem, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contravenire; ſi quis vero hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Jura perſequitur. — *Donationes confirmat.* — *Vindicat libertatem.* — *Poſſeſſiones roborat.* — *Contradictores coercet.*

Datum Lateran. iii. Kal. Martii Pontificat. noſtri Anno V.

Quæ Prædeceſſores Pontifices favore Abbatiæ Majellanæ decreverant, approbat. Eccleſiarum Catalogo unam ſuperaddit.

Extat Authographum in Capſ. 21. Faſc. 39. Tabularii Baſil. Vatic.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Tranſmundo Abbati Heremi Macellanæ *, *ejuſque Fratribus tam præſentibus, quam futuris, Heremiticam vitam profeſſis; In perpetuum.*

* *Al.* Majellanæ, & Magellanæ.

AN. CH. 1175.

JUſtis Religioſorum deſideriis conſentire, ac rationabilibus eorum poſtulationibus clementer annuere, Apoſtolicæ Sedis, cui largiente Domino, deſervimus, auctoritas, & fraternæ charitatis unitas nos hortatur. Quocirca, dilecte in Domino fili Tranſmunde Abbas,

(*a*) Erat olim Parochialis Eccleſia in proximo Meldulæ territorio; quam tamen disjectam atque exciſam ait Canonicus Rinalducius Viſitator, in ea quam ad Capitulum dedit Epiſtola an. 1592., quæ in Tabularii noſtri Capſ. 22. faſc. 306. aſſervatur. Nec ab heri aut nudius tertios everſam affirmat, ſed a remotiſſimis temporibus, quorum nulla ſupereſſet memoria. Dirutæ Eccleſiæ loco, Sacellum exſtructum eſt; Cura animarum in Templum S. Ruphilli de Vetgnano; Fonte Baptiſmatis in Parochialem Eccleſiam S. Nicolai in terra Meldulæ, translatis.

(*b*) Sita eſt in exiguo Forolivienſis agri Colle, ex quo illi nomen *S. Apollinaris in Collina*. Animarum curam habet adnexam, ſervatqoe Baptiſterium. Act. Viſit. an. 1684. fol. 6.

(*c*) Hic, qui primo loco nominatur, Popilienſis Eccleſiæ Antiſtes, claruit tempore Benedicti VII., atque in S. Ruphilli Abbatiam, cui erat addictiſſimus, nonnulla contulit donationis titulo. Huc revocanda ejuſdem Benedicti VII. Conſtitutio, quam ex Ughello ſupra indicavimus. Conſulatur idem Ughellus in ſerie Popilienſium Epiſcoporum col. 599.

(*d*) Ad Nicolai I. ætatem revocandus; quandoquidem, Ughello teſte l. cit. column. 600., Romano interfuit Concilio, quod, eodem Nicolao Papa jubente, coactum eſt.

(*e*) Hujuſce Antiſtitis Popilienſis regimen, ſin minus Alexandri III.

Privilegia a Prædeceſſoribus conceſſa confirmat.

Abbas, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ recordationis Paſchalis, Eugenii, Adriani Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, Eccleſiam Sancti Salvatoris, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut veſtræ habitationis Heremus ab omnium hominum jure, ac poteſtate libera perſeveret, & vos ad Domini famulatum omni tranquillitate fruamini. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam Sancti Salvatoris de Angre Caſtellare cum ſubjacenti Podio Ceſaliæ: Eccleſiam Sancti Martini a Ranclano cum cellis ſuis: Eccleſiam Sancti Panchratii cum cellis ſuis: Aram Pinnæ cum ſubjacenti Podio Fameclani: Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Lavella cum cellis ſuis: Eccleſiam Sancti Angeli, & Sancti Petri de Caſtro Larome: Eccleſiam Sancti Clementis cum cellis ſuis: Monaſterium Sancti Andreæ cum cellis ſuis, Eccleſiam Sancti Blaſii, Eccleſiam Sanctæ Agathæ, Eccleſiam Sancti Procopii, Eccleſiam Sancti Nicolai, Eccleſiam Sanctæ Helenæ de Caſtro Sancti Angeli in Triſinio, & ibidem Villanos, ac poſſeſſiones terrarum, ac vinearum. Item apud Faram, villanos, molendina, & poſſeſſiones terrarum, ac vinearum, & Eccleſiam Sanctæ Cantianæ. Apud Vacrum, Eccleſiam Sanctæ Agathæ, & Eccleſiam Sancti Nicolai cum terris, & vineis, ac poſſeſſionibus ſuis. Apud Prætorum, Eccleſiam Sanctæ Candidæ, Eccleſiam Sancti Nicolai, Villanos, Molendina, & poſſeſſiones terrarum, ac vinearum. Apud Caſtellionem, Eccleſiam Sanctæ Juſtæ, & Sanctæ Agnetis, Villanis, terris, & vineis. Apud Buccanicum, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Mirabello, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Baſſano, Eccleſiam Sancti Jacobi, Eccleſiam Sancti Blaſii (*a*), Villanos, Molendina, & poſſeſſiones terrarum, ac vinearum. Apud Manopellum, Eccleſiam Sancti Egidii (*b*). Apud Sanctum Vitum, Monaſterium Sancti Angeli cum cellis, Villanis, Molendinis, terris, & vineis. Apud Pollotri, Monaſterium Sancti Barbati, cum cellis, Villanis, terris, & vineis. Apud Gipſum de domo, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, cum Villanis, terris, ac vineis, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Caldarari cum cellis ſuis. Apud Montem Moriſcum, Eccleſiam Sanctæ Helenæ. Apud Ateſſam, Eccleſiam Sanctæ Julianæ. Apud Caſulem, villam, quæ vocatur Colle Milonis, cum pertinentiis ſuis. Unum Hoſpitale in Plazzano: Apud Septem, Eccleſiam S. Paſtoris, & unum Hoſpitale: Apud Lanzanum, unum Hoſpitale: Apud Roccam Morici, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, & S. Nicolai: Apud Urſoniam, Eccleſiam Sancti Martini: Apud Ilicem, Eccleſiam Sancti Angeli cum cellis ſuis, Villanis, terris, & vineis: Apud Ripam Corvariam, Eccleſiam S. Victorini cum terris, & vineis. Chriſma, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque ulla pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis, quem malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Obeunte te vero nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quorumlibet Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars ſanioris conſilii, ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam providerint eligendum, qui ad Sedem Apoſtolicam benedicendus accedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Heremum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu modis quibuslibet fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Dioceſanorum Epiſco-

Monaſterium, ejuſque Bona in Libertatem aſſerit.

Eccleſias, ac Bona ſingillatim recenſet.

Quænam Epiſcopis jura competant, aperit.

Abbatis electio ad ſolos pertinet Monachos.

xandri III. tempora attingit, ad ea ſaltem propius accedit; ut enim memoratus Ughellus obſervat dict. col. 600., floruit Eccleſiæ ſeculo duodecimo. Potuit ergo Alexander, munificentiæ Antiſtitis, qui aut coævus vixerat, aut paulo ante præceſſerat, meminiſſe, eamque jure merito commendaſſe.

(*a*) De hac *S. Blaſii* Eccleſia conſulantur noſtræ in Bullam Eugenii III. adnotationes fol. 49. not. *b*. Unum hic addimus, Sacellum hocce, quod extra Buclari mœnia a Corrado collocatur in toties memorato Codice ſub lit. D. fol. 35, an. 1144. ex donatione Marſilii Roberti filii, in Abbatiæ Majellanæ ditionem perveniſſe.

(*b*) Eccleſiam *S. Ægidii* in Monopelli Territorio, quod ſub Diœceſi Theatina clauditur, poſitam, nominat Alexander, omittunt Prædeceſſores Pontifices Hadrianus & Eugenius. Nova Eccleſiarum numeratio, ex nova ac recenti earum acceſſione repetenda. Hanc Eccleſiam Abbatiæ Majellanæ conceſſit Roamundus Monopelli Comes an. 1164. Hæc temporis deſignatio, quæ Eugenii, & Hadriani ætate poſterior eſt, in Alexandri III. Pontificatum incidit. Hinc nil mirum, ſi Alexandrina Bulla, quæ ætate recentior eſt, Eccleſiarum numero ſit uberior.

(*a*) Con-

Epiſcoporum canonica juſtitia. Ad indicium autem hujus perceptæ a Romana Eccleſia libertatis, aureum unum tu, & ſucceſſores tui Nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Dñi Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Heremo juſta ſervantibus, ſit pax Dñi noſtri Jeſu Chriſti, quatinus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Pœnas irrogat in tranſgreſſores.



Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Hubaldus Hoſtienſis Epiſcopus ss.

✠ Ego Bernardus Portuenſis & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus ss.

✠ Ego Joannes Sanctorum Johannis & Pauli Presb. Card. tt. Pamachii ss.

✠ Ego Guillelmus tt. Sancti Petri ad Vincula Presb. Card. ss.

✠ Ego Boſo Presb. Card. Sanctæ Pudentianæ tt. Paſtoris ss.

✠ Ego Petrus Presb. Card. tt. Sanctæ Suſannæ ss.

✠ Ego Arditio Diac. Card. Sancti Theodori ss.

✠ Cinthyus Diac. Card. Sancti Adriani ss.

✠ Ego Vitellus Diac. Card. Sanctorum Sergii, & Bachi ss.

Datum Ferent. per manum Gratiani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii v. Kal. Aprilis Indict. viii. Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXV. Pontificatus vero Dñi Alexandri PP. III. Anno XVI.

Jus percipiendi quartam omnium Oblationum partem, Archipreſbytero & Canonicis ab Eugenio III. & Hadriano IV. conceſſum, novo Diplomate confirmat (a).

Ex Autographo in Archiv. Baſilicæ Vaticanæ Capſ. 2. Faſc. 255.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Joanni Presbytero Cardinali Sanctorum Joannis & Pauli, & Eccleſiæ Beati Petri Archipresbytero, atque ceteris ejuſdem Eccleſiæ Canonicis, tam præſentibus, quam futuris canonice ſubſtituendis; In perpetuum.

Ab ea, quam inter BB. Petrum & Paulum Apoſtolos inſtituit comparatione, Bullam orditur.

Beatorum Petri, & Pauli, tam eminens eſt, & tam glorioſa ſocietas, ut ambo ſint doctores Gentium, auctores Martyrum, principes Sacerdotum. Et cum inter univerſos Apoſtolos peculiari quadam prærogativa præcellant, æqualitatis * in Cælo meritis diſparitatem non ſentiunt. Petro ab ipſo Salvatore noſtro Domino Jeſu Chriſto Claves Regni Cælorum ſunt commiſſæ; Paulus a Deo electus eſt, ut de multitudine Gentium Regnum Cælorum impleat ſua Prædicatione; Petrus Petra eſt, & funda-

* *Al.* æquatis.

(a) Conſulantur ea quæ ad Eugenii III. Bullam adnotavimus.

(a) Pro

fundamentum Fidei, & ne ruamus, in ſoliditate nos firma ſuſtentat; Paulus ne pravo hæreticorum dogmate vulneremur, moralitatis honeſtate, & invincibili ratione Fidei nos armat; Petrus Principatum tenens, ex poteſtate ligat, & ſolvit; Paulus diligens Prædicator, ne quid reprehenſibile, vel ligatione dignum in nobis appareat, mirabili nos exhortatione præmunit; Petrus firmamentum noſtrum eſt, ac Domus fortitudinis, & in Fide ejus plantati, & radicati ſumus; Paulus vas electionis prædeſtinatos a Deo, & electos Cæleſtis tubæ ſonoritate vocavit, & pro nobis ſine intermiſſione orans, ne a fide & veritate deviemus, apud Deum interveniendo uos protegit. Cum igitur hi duo maxima luminaria, Dei Eccleſiam illuſtrantia pari & amicabili ſplendore & fraterno amore præfulgeant, æquitatis & juſtitiæ ratio perſuadet, ut nos, qui licet indigni, Chriſti vices in terris agimus, & in ejuſdem Apoſtolorum Principis Cathedra reſidere conſpicimur, domeſticam Beati Petri Familiam paterno diligamus affectu, & pia eam proviſione in ſuis neceſſitatibus adjuvemus. Hujus itaque rationis debito provocati, dilecti in Domino filii, ad exemplar Patrum, & Prædeceſſorum noſtrorum Sanctæ memoriæ Eugenii, & Adriani Romanorum Pontificum, quartam partem omnium Oblationum, quæ de Altari ejuſdem Beati Petri Apoſtoli & tam de Arca, quam de omnibus Miniſteriis ipſius Eccleſiæ, præter de Miniſterio Beati Leonis proveniunt, vobis ex conſenſu Fratrum noſtrorum Epiſcoporum, & Cardinalium, Sedis Apoſtolicæ auctoritate concedimus, & præſentis Scripti pagina confirmamus.

Quartam Oblationum quarumcumque, una excepta, partem elargitur.


Ita videlicet, ut ſemper cum volueritis, facultatem liberam habeatis eamdem Oblationem in veſtris manibus retinendi, atque cuſtodiendi, ſeu aliis quibus volueritis cum noſtro atque noſtrorum Succeſſorum conſenſu vendendi. Salva in omnibus aliis, & retenta in noſtris, & Succeſſorum noſtrorum manibus ipſius Eccleſiæ libera diſpoſitione, atque cuſtodia. Hoc autem ideo facere dignum duximus, ut vos die ac nocte ſtudioſe in Dei laudibus deſudantes, tam in Miſſarum celebratione, quam in Matutinis, & aliis horis pro Vivorum, ac Defunctorum ſalute, diligentia, & honeſtate decantandis, prædictam Beati Petri Eccleſiam obſequio debito veneremini, & Dei fideles Apoſtolorum limina devotione debita viſitantes, locum ipſum in majori devotione, & veneratione ſemper habeant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit hujus noſtræ conceſſionis paginam temerario auſu infringere, ſeu quibuslibet modis perturbare. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Seculariſve Perſona id attemptare præſumpſerit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat; reamque ſe divino judicio de perpetrata iniquitate cognoſcat exiſtere, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem hanc noſtram Conſtitutionem eidem loco ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in futurum præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Sedulam Baſilicæ Miniſtrorum ſervitium commendat.

Pœnæ in contumaces.



Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Hubaldus Oſtienſis Epiſcopus ss.
✠ Ego Boſo Presb. Card. Sanctæ Pudentianæ tt. Paſtoris ss.
✠ Ego Joannes Presb. Card. tt. Sancti Marci ss.
✠ Ego Petrus Presb. Card. tt. Sanctæ Suſannæ ss.
✠ Ego Vivianus Presb. Card. tt. Sancti Stephani in Cœlio Monte ss.
✠ Ego Jacobus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Coſmedin ss.
✠ Ego Arditio Diac. Card. Sancti Theodori ss.
✠ Ego Cinthius Diac. Card. Sancti Adriani ss.
✠ Ego Ugo Diac. Card. Sancti Angeli ss.
✠ Ego Laborans Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Porticu ss.

✣ Ego Rainerius Diac. Card. Sancti Georgii ad Velum Aureum ſs.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum per manum Alberti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii, ii. Kalendas Maji, Inditione xi., Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXVII. (*a*) Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ Tertii Anno XVIIII.

Bonorum, quæ Monaſterio S. Ruffilli adjacent, fines deſignat; Eccleſias aliquot enumerat; jura tuetur.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. Vatic. Capſ. 22. Faſc. 100.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Benedicto Abbati Monaſterii Sancti Ruphylli Foropompilien., ejuſque Fratribus tam præſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis; In perpetuum.

AN. CH. 1181.

Monachos, eorumque Inſtitutum Apoſtolico tuetur præſidio.

Effectum juſta poſtulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis; præſertim quando petentium voluntatem, & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Quapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus, qui ſecundùm Deum, & beati Benedicti regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium inpræſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præſcriptum Monaſterium conſtructum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, terris ſcilicet, & vineis, ſilvis, quæ ſunt poſitæ circa ipſum Monaſterium: A primo latere flumen, in quo Molendini veſtri ædificati fuerunt: A ſecundo latere ſtrata publica, quæ pergit ad Livien: A tertio Campus Donicatus (*b*) Epiſcopii, ubi condam fuit Silva Donicata Epiſcopatus: A quarto Palliata cum omnibus aliis fundis, & locis, quæcumque habetis, & tenetis. Capellas Sancti Laurentii de Cumignano (*c*), Sancti Paterniani (*d*) de Donicalia, Sancti Joannis de Runco (*e*) cum omnibus pertinentiis earum, & quod a præſens habetis in territorio Peſaurien., & in Moredano (*f*). Plebes Sancti Petri in Ceretu Meldulæ, & Sancti Apollenaris in Collina cum omnibus Capellis ſuis. Chriſma vero, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum veſtrarum, & ordinationes Monachorum & Clericorum veſtrorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, per Diœcianum Epiſcopum, ſi Catholicus fuerit, & gratiam atque

Bona generatim confirmat.

Bonorum, quæ Monaſterio adjacent, fines deſignat.

Eccleſias enumerat.

Epiſcoporum jura deſcribit.

(*a*) Pro MCLXXVII. legendum opinor MCLXXVIII. tum quia anno 1177. Romà aberat Alexander III, ut videre eſt apud Ant. Pagium; tum etiam quia annus 19. Pontificatus ejuſdem Alexandri auſpicatur die 7. ſeu 20. Septembris anni 1177, ac deſinit die 6. ſeu 19. Septembris anno 1178. Igitur dies ultima Aprilis anni deciminoni Pontificatus Alexandri optime alligatur anno 1178, & cum anno 1177. difficile componitur. Accedit, quod indictio XI. huic Diplomati adſcripta, concurrit cum anno 1178.

(*b*) *Donicatus*, Ducangio interprete, Dominium ſignificat; Hinc *Sylva Donicata, Campus Donicatus*, qui nimirum alieno juri, ac proprietati ſubjicitur. Nec alia, in hac quam tractamus Bulla, vocis acceptio.

(*c*) Hujuſce Sacelli nulla in actis Viſitationum, quas hactenus evolvimus, occurrit mentio. Oportet igitur aut exciſum credere, aut a S. Ruffilli Abbatia poſteriori ævo divulſum. Ejus tamen meminit Bulla Gerardi Archiepiſcopi Ravennatenſis, qui Alexandro III. vixit coævus. Prodiit hæc Bulla an. 1180., totaque eſt in Abbatiæ noſtræ bonis, Eccleſiis, ac juribus recenſendis, quæ late confirmat. Prolixior Bullæ ſeries; eam idcirco ad calcem præſentis Tomi, una cum aliis monumentis, quæ e noſtro Tabulario ſelegimus, nos edituros pollicemur.

(*d*) Geminam ſub eodem S. *Paterniani* nomine Eccleſiam commemorat, in ea quam anno 1592. ad Capitulum S. Petri dedit Epiſtola, Viſitator Rinaldutius. Una *S. Paterniani de Parmiano*; Altera *S. Paterniani de Farazzano* nomine donatur. Utraque in Meldulæ territorio exiſtit, ſed tenuis illa, ac fructibus pene vacua; Dives iſta, multiſque aucta reditibus. Utram Bulla exprimat, ignoramus. Suſpicamur, poſteriorem Eccleſiam potius indicare; quandoquidem de priori ita Viſitator loquitur fol. 5. in fin.: *Non ſi trova annotata ne' libri dell' Abbazia, nè li paga cenſo, nè ha forma di Chieſa. Li frutti ſono ſcudi otto.*

(*e*) In Forolivii Territorio ſita eſt, atque ab Urbe nonniſi gemino diſtat milliario. Multæ Eccleſiæ opes: Hinc evaſit in Commendam Equitibus Religionis Hieroſolymitanæ jamdiu concreditam. *Runcus*, qui Eccleſiæ cognomen dedit, fluvius eſt notiſſimus, alio nomine *Vitis* appellatus, qui multam Popilienſis ac Livienſis agri partem alluit.

(*f*) In *Peſaurienſi* Territorio geminam Eccleſiam, alteram *S. Savini*, *S. Caſſiani* alteram; In *Moredano* vero Sacellum *Sancti Anaſtaſii* collocat memorata Bulla Gerardi Ravennatis Archiepiſcopi. Statam utriuſque Territorii Sedem definire adhuc nobis non licuit.


(*a*) Si

que communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, ſine pravitate, & exactione aliqua præcipimus exiberi; alioquin a quocumque Catholico Epiſcopo ſuſcipere licentiam habeatis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Set omnia integra, & illibata ſerventur; eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti; quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Pœnis contra inobedientes ſtatutis, Bullam claudit.



Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Hubaldus Hoſtienſis, & Velliltren. Epiſcopus ss.
✠ Ego Theodinus Portuen., & Sanctæ Rufinæ Sedis Epiſcopus ss.
✠ Ego Paulus Peneſtrinæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.
✠ Ego Joannes tt. Sancti Marci Presb. Card. ss.
✠ Ego Petrus Presb. tt. Suſannæ ss.
✠ Ego Vivianus tt. Sancti Stephani Celio monte Presb. Card. ss.
✠ Ego Cynthius Presb. Card. tt. Sanctæ Ceciliæ ss.
✠ Ego Hugo Presb. Card. tt. Sancti Clementis ss.
✠ Ego Arduinus Presb. Card. tt. Sanctæ Crucis in Hieruſ. ss.
✠ Ego Matthæus Presb. Card. tt. Sancti Marcelli ss.
✠ Ego Laborans Presb. Card. S. Mariæ Tranſtiberim tt. Callixti ss.
✠ Ego Jacobus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin ss.
✠ Ego Raynerius Diac. Sancti Georgii ad Velum aureum Diac. Card. ss.
✠ Ego Gracianus Sanctorum Coſmæ & Damiani Diac. Card. ss.
✠ Ego Joannes Diac. Card. Sancti Angeli ss.
✠ Ego Matthæus Sanctæ Mariæ novæ Diac. Card. ss.

Datum Tuſculani per manum Alberti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii iii. Idus Maji, Indictione xiiii. Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXXI. Pontificatus vero Domini Alexandri PP. III. Anno XXI. (*a*).

Eccleſiam

(*a*) Si cum Æræ Chriſtianæ, ac Indictionis annis, Pontificatus Alexandri annos conferamus, mendum in iis deſignandis irrepſiſſe fateri cogimur. Indictio XIV. cum anno 1181. bene conſonat; ſed cum Pontificatus anno XXI., quem Bulla deſignat, male cohæret. Alexandrum III. menſe Septembris 1159. Summum Eccleſiæ Pontificem fuiſſe renunciatum, jam ſupra ſtatuimus. Ducatur annorum numerus ad diem uſque decimam tertiam menſis Maji 1181, jamque ex obvia ſupputatione patebit, Pontificem Alexandrum, quo tempore hanc edidit Conſtitutionem, annos XXI. Menſes octo, ac dies aliquot in Pontificatu egiſſe. Pontificiis ergo annis addenda unitas, quam Scriptoris oſcitantia prætermiſit.

(*a*) Qui

Eccleſiam Cantuarienſem eiſdem Cæremoniis reconciliari jubet, quibus Eccleſia B. Petri utebatur.

Ex Lib. 5. Epiſtolar. S. Thomæ Cantuarienſis Epiſt. 95.

Alexander Papa Alberto, & Theodeberto Cardinalibus (a).

MAndamus vobis, quatenus Eccleſiam Cantuariæ faciatis reconciliari; ita tamen ut Sacramentum priſtinæ Dedicationis non debeat iterari; ſed, ſicut ſolet fieri in Eccleſia Beati Petri (b), tantum aqua benedicta aſpergatur. Benevalete.

U R B A N U S I I I.

Eadem die 25. Novembris, qua Lucius III. tumulatus eſt, anno 1185. Lambertum Cribellum Mediolanenſem Archiepiſcopum Cardinales ſuffecerunt, & Urbanum III. appellarunt. Sedet hic annum 1. menſes 10. dies 25. Obit die 19. Octobris anno 1187.

Eccleſias Vaticano Capitulo ſubditas, ejuſque Bona (c) enumerat & vindicat; Jura tuetur; Privilegia confirmat.

Ex pervetuſto Apographo (d) in Archiv. noſtro Capitulari Capſ. 4. Faſc. 259.

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Rectoribus, quatuor Monaſteriorum Sanctorum Johannis & Pauli, Sancti Martini, Sancti Stephani Majoris, & Sancti Stephani Minoris, tam præſentibus, quam futuris, canonice inſtituendis; In perpetuum.

AN. CH. 1186. *Eadem, quæ in B. Petro, ad Romanos Pontifices deſcendit auctoritas.*

LIquet omnibus fidei Chriſtianæ cultoribus Beatum Petrum ab ipſo Salvatore Domino noſtro Jeſu Chriſto Apoſtolorum fore Principem conſtitutum, eique poteſtatem ligandi, atque ſolvendi animas cæleſti privilegio traditam. Unde ei etiam dicitur; Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claves Regni Cælorum, & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cælis;

(a) Qui Sedis Apoſtolicæ Legatos in Anglia agebant.

(b) Quæ in Vaticano Templo viget Sacrorum rituum & cæremoniarum obſervatio, hanc ceteris Eccleſiis, veluti normam & exemplum, omni tempore propoſitam plane conſtat. Antiqua & recentiora monumenta evolvantur; confecta res eſt. Joannem Archicantorem Eccleſiæ S. Petri, & Abbatem Monaſterii S. Martini, Biſcopo Abbate S. Agathonem rogante, ipſoque jubente Pontifice, Angliam profectum, ibi *curſum canendi annuum, ſicut ad S. Petrum Romæ agebatur*, inſtituiſſe; pag. 15. ex Beda jam prænotavimus. Ad hæc, Monachorum Congregationem ad perſolvendas die noctuque Domino laudes in Eccleſia S. Chryſogoni a D. Gregorio III. conſtitutam, atque *ordinatam ſecundum inſtar officiorum Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli*, vulgatus Anaſtaſius commemorat. Quod plus eſt, Monachis Lateranenſi Eccleſiæ inſervientibus Vaticana Baſilica ſuo præivit exemplo. Idem namque S. Pontifex Gregorius III. Monaſterium SS. Joannis Evangeliſtæ, Joannis Baptiſtæ & S. Pancratii juxta Eccleſiam Lateranenſem antiquitus inſtitutum, provide reparavit; in eoque *Congregationem Monachorum, & Abbatem conſtituit ad perſolvenda quotidie Sacra Officia laudis divinæ in Baſilica Salvatoris quæ Conſtantiniana nuncupatur juxta Lateranis divinis noſtriſque temporibus ordinata juxta inſtar Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli.* Præterea Vaticanæ Baſilicæ miniſtros nono Eccleſiæ ſeculo Amalarius (ut ipſemet ſcribit in præfatione altera ad Libros de Eccleſiaſticis Officiis), interrogavit, *quot orationes ſoliti eſſent celebrare ante Epiſtolam Miſſæ per dies feſtos*. Hinc ſane colligitur, quænam fuerit de Sacris cæremoniis in Vaticano Templo uſurpatis antiquorum ſententia. At recentiorum quoque judicium concinit. Plurimis hac de re prætermiſſis, Romanæ Rotæ Synedrion appellamus, quod in Deciſione coram Merlino 647. num. 10. Eccleſiam S. Petri *in Sacris cæremoniis & Chori diſciplina omnium exemplar, & Magiſtram Eccleſiarum* aperte declaravit.

(c) Quod plurimis ſcatens erroribus, ad fidem Bullarum Hadriani IV. & Innocentii III. (hæ quippe ejuſdem fere tenoris ſunt cum præſenti Urbani III. Diplomate, & in Archiv. noſtro Capitulari authenticæ aſſervantur) caſtigare curavimus, & ſic emendatum prælo ſubjecimus.

(d) De Sacris Ædibus ac prædiis quampluribus in hoc Diplomate enumeratis alibi diximus. Conſulatur Hadriani IV. Bulla die 10. Febr. an. 1158. edita, ac ſuperius producta.

(e) Vide

Cælis; Et quodcumque ſolveris ſuper Terram, erit ſolutum & in Cælis. Nos igitur qui licet indigni, ejuſdem Cælorum Clavigeri Vicarii ſumus (*a*), & ejus loco in Sancta Dei Eccleſia reſidemus, ſpeciales ipſius miniſtros, ſive Patrimonia, Sedis Apoſtolicæ debemus patrocinio confovere, & a pravorum hominum incurſibus defenſare. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris petitionibus benignitate debita impertimur aſſenſum; & Sacroſanctas Eccleſias Beatorum Martyrum Johannis & Pauli, Sancti Martini, Sancti Stephani Majoris, & Sancti Stephani Minoris, veſtris uſibus ac ſuſtentationibus deſtinatas, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Sergii Secundi, Leonis Quarti, Leonis Noni, Innocentii Secundi, & Adriani Quarti, Romanorum Pontificum præſentis ſcripti pagina communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eiſdem venerabilibus locis canonice pertinent, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Caterina cum Parochia & omnibus ad eam pertinentibus a bonæ memoriæ Alexandro Papa Prædeceſſore noſtro vobis confirmata (*b*). Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Palazolo cum omnibus ad eam pertinentibus. Eccleſiam Sancti Salvatoris juxta Terriones, quæ conſtructa eſt a prædicto Leone Papa quarto ad ſepulturam omnium Ultramontanorum cum omnibus uſibus, & pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Juſtini, quæ conſtructa eſt ad ſepulturam omnium Longobardorum, & Italorum cum omnibus uſibus, & pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Peregrini. Eccleſiam Sanctæ Mariæ Virgariorum. Eccleſiam Sancti Salvatoris de Coſſa Caballi. Ad Caſtrum Buccejæ, Eccleſiam Sanctorum Marii, & Marthæ, & Eccleſiam Sancti Laurentii ejuſdem Caſtri. Caſtrum Buccejæ cum fundis, & caſalibus, & omnibus ſuis pertinentiis; ſcilicet Atticiano, Colle, & Pauli fundum. Olivetum cum ſuis, & aliis vocabulis, cum Eccleſia diruta Sanctorum Coſmæ, & Damiani; qui ſcilicet fundi poſiti ſunt in Territorio Silvæ Candidæ. Caſtrum Luterni cum Fundis, Caſalibus, & omnibus ſuis pertinentiis. Eccleſiam Sanctorum Johannis, & Pauli infra ipſum Caſtrum. Eccleſiam Sancti Nicolai, quæ eſt in Meſangia * ipſius Caſtri, Eccleſiam Sancti Andreæ extra ipſum Caſtrum cum omnibus ſuis pertinentiis. Fundum Seſſani majoris, & fundum Seſſani minoris. Maſſam Pretoriolam cum caſis, & terris, & cum omnibus ſuis pertinentiis, qui fundi poſiti ſunt in Territorio Cerenſe juxta Caſtrum Luterni, triceſimo milliario ab Urbe Roma. Eccleſiam Sanctæ Anatoliæ in Portuenſe Civitate vetere cum piſcaria juxta eam, cum terris, & manicis ſuis in Trajano. Eccleſiam Sancti Silveſtri de Sutrio, cum valle quæ vocatur Frictilli, cum molendinis ſuis. Hoſpitale de Ferento cum Oratorio Sancti Laurentii, & omnibus pertinentiis ſuis. Hoſpitale de Narnia cum Capella Sancti Thomæ, & omnibus ſuis pertinentiis. Monaſterium Sancti Benedicti de Scalocia cum omnibus ſuis pertinentiis. Eccleſiam S. Martini de Spello (*c*). Eccleſiam Sancti Stephani de Runceja (*d*) poſit. in Epiſco-

Quatuor Monaſteriorum, quæ Vaticanæ Baſilicæ unita erant, Bona vindicat.

Eccleſias recenſet, alias Romæ poſitas.

Alias in Caſtro Buccejæ cum fundis aliquot.

Longam hic Bonorum, Eccleſiarum, ac domorum Hoſpitalium ſeriem attexit.

* *Al.* Meſagna.

(*a*) Vide quæ adnotavimus ad Innocentii II. Privilegium pag. 46. not. *c*.

(*b*) Eccleſia iſthæc, quæ modo appellatur *S. Caterina della Rota*, poſita in Regione Arenulæ, ab Hadriano IV. in ſuperiori Diplomate an. æræ comm. 1158. inter Sacras Ædes Vaticanæ Baſilicæ ſubditas recenſetur. Alexander hic laudatus, eſt Pontifex hujus nominis III. cujus ſententiam ad rem, de qua agimus, ſpectantem, Anibaldus Almæ Urbis Senator in Autographo Diplomate pro Vaticana S. Petri Baſilica an. 1224. edito, & apud noſtrum Tabular. aſſervato, in hunc modum enunciat: *Sancimus quoque decreto & auctoritate Sacri Senatus, Sententiam a Domino Alexandro Papa III. inter ipſos Canonicos* (Vaticanæ Baſilicæ) *& Clericos S. Laurentii in Damaſo latam ſuper Eccleſiam S. Mariæ & S. Catherinæ, & quæcumque ab ipſo, vel ab aliis Catholicis Pontificibus Romanis, ſeu aliis pro eiſdem Canonicis facta vel ſcripta ſunt; rata & inconvulſa perpetuis temporibus permanere, & inviolabiliter obſervari*. Lata ab Alexandro III. ſententia, obortum quoddam inter duo memorata Capitula diſſidium ſuper Eccleſia S. Mariæ & Catharinæ, procul dubio ſubindicat. Quænam vero peculiaris controverſia? Eadem, ni fallimur, quæ proxime elapſo ſeculo in Sac. Rom. Rot. Synedrio agitata eſt: utrum ſcilicet Eccleſia iſthæc D. Catharinæ ſit filialis S. Laurentii in Damaſo; an potius Vaticanæ Baſilicæ. At quodcumque fuerit vetus diſſidium, illud certe compoſuit Alexander, & S. Petri Canonicis cauſam adjudicavit. Pontificis Maximi ſententiam executioni mandatam, non dubitamus; quandoquidem in vetuſto Eccleſiarum Catalogo quem exhibet Chartaceus Codex A. Demetrii Lucenſis opera coordinatus, pag. 65. terg. ita legitur: *Item Eccleſia S. Mariæ & Catherinæ ſpectat ad ipſam Baſilicam* (S. Petri) *pleno jure cum tota Parrochia ſua; facit obedientiam, reverentiam, ſubjectionem; debet venire ad ſcrutinium, Baptiſma, Chriſmatis confectionem, & proceſſiones: habet ibi jus ordinandi, inſtituendi, deſtituendi Capitulum ipſius Baſilicæ corrigendi & ad tempus privandi, & Archipresbyterum confirmandi electum a Clericis. In feſto S. Catherinæ debent ire ſeptem ex Canonicis cum ſeptem ſcutiferis ſeu ſeptem famulis, qui Canonici, ſeu alii quibus placet committere, debent vigilias cantare. Qui omnes cum ſcutiferis poſt vigilias debent cœnare, quibus in ipſa cœna debent Clerici bona fercula cum bonis vinis miniſtrare; & quibus placet remanere, debent bonos lectos præparare. In mane cantata ibi Miſſa & prædicato, prandent ibi omnes; quibus præparent bona cibaria, & diverſa vina bona. Debet poſtmodum Archipresbyter rogare, quod ſi defectus fuit in cibis debeant parcere; alioquin parati ſunt ſatisfacere in octavum: Et Prior Canonicorum, qui eſt ibi, ſi bene fuit eis in prandio & cœna; regratientur: Alioquin eos ad tempus ab officio & beneficio ſuſpendet*.

(*c*) In Spoletana Diœceſi pone Iſpelli Caſtrum ſita eſt hæc D. Martini Eccleſia; olim Parochialis, nunc Beneficium ſimplex a Capitulo conferendum; uti monet Corradus, qui anno 1599. ipſam viſitavit.

(*d*) Eccleſia S. Stephani de Runceja juxta Civitatem Aſſiſienſem in loco, qui dicitur *Mollicola*, ſtatuitur; & Baſilicæ noſtræ a nobili Perjurio dono data enunciatur in antiquis Cenſualibus.

(*a*) Ca-

Epiſcopatu Aſſiſienſi cum omnibus pertinentiis ſuis. Hoſpitale de Traverſa cum Oratorio Sancti Nicolai poſit. in Campania in Epiſcopatu Aſſiſienſi cum omnibus pertinentiis ſuis. Caſtrum Caſſi cum Eccleſia Sancti Petri, & Eccleſia Sanctæ Mariæ, cum fundis, villis, & caſalibus ſuis. Cappellam novam Sancti Johannis ſitam intra Caſtrum Coccorano (*a*); aream ad Eccleſiam ædificandam, quam habetis in Colle de Manſi (*b*) cum omnibus pertinentiis ſuis. Aream quam habetis in Caſtro Coccorano, ubi eſt Eccleſia Sancti Petri, quam ignis commbuſſit. Hoſpitale cum Eccleſia juxta Caſtrum Dirutæ in Epiſcopatu Peruſino. Hoſpitale cum Crypta Sancti Michaelis poſit. in loco, qui dicitur Saſſo de Rapina, quod ædificavit Dopna Bethelleem Malvangiata filia Malvagi in Territorio Summati juxta fluvium, qui dicitur Trunto (*c*). Hoſpitale Turricelle cum Eccleſia Sancti Gualterii, poſit. in Territorio Caſtelli Fortiliani, quod ædificavit Maradianus, & Hugo filii Comitis Conradi, & Henricus, & Oderiſius filii Comitis Thebaldi, juxta flumen quod dicitur Tenna (*d*), & in manus Presbyteri Theodini pro veſtra Canonica tradiderunt. Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Pacignano poſitam in Marſia prope Caſtrum Celan.: Hoſpitale de Anatella cum Eccleſia Sancti Bartholomæi ibidem poſitum. Eccleſiam Sancti Johannis in Orſocle poſitam in Epiſcopatu Valvenſi (*e*). Hoſpitale de Pretonico cum Eccleſia Sancti Laurentii poſitum in Epiſcopatu Pennenſe (*f*). Eccleſiam Sancti Michaelis de Revere Scriniolis (*g*) cum Hoſpitali, Capellis, & omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Cataldi cum Ponte Saraballis poſitam in Epiſcopatu Terdonenſi. Caſtrum Capracorum cum terris, fundis, & caſalibus ſuis cum Eccleſia Sancti Johannis diruta, cum aquimolis, & molaria ſua. Fundum Sancti Caſſiani, Fundum Vicoli, Fundum Memorien., Fundum Taliani majoris, & Taliani minoris, Fundum Caſanilli, Fundum Caſapindole, Fundum Cucumelli, Fundum Rotule, Fundum Procelaris, Fundum Pritanelle, Fundum qui dicitur Caſa Lardaria, Fundum Cleandris cum Eccleſia Sanctæ Agathæ diruta, Fundum Canutoli, Fundum Aquæ frigidæ, omnes invicem cohærentes; Fundum Bravi; Fundum Pallini cum ſuis omnibus vocabulis. Monaſterium Sancti Cornelii, quod eſt poſitum in Territorio Vegentano cum omnibus ſuis pertinentiis. Sex pedicas Terrarum in Fundo qui dicitur Vallis de Pertica; Terram de Macerano poſitam ad Petram Pertuſiam. Omnes poſſeſſiones Terrarum, quas a Canonica veſtra Monaſterium Sancti Sabæ tenet in Territorio Galeriæ; poſſeſſiones, & penſiones domorum Sanctæ Mariæ in Turri. Tertiam partem Oblationum (*h*), quæ venit ad manus Portuenſis Epiſcopi (*i*), in Dominica Palmarum, in Cœna Domini, in Paraſceve in Sabato Sancto, in Reſurrectione Domini, & in die Natalis Domini: Sextam partem Oblationum, quæ offeruntur in Altare S. Petri in Dominica Palmarum ex quo pulſantur Campanæ in nocte ad Matutinas uſque ad Matutinas finitas, & ex quo pulſantur ad Miſſam uſque ad finem Miſſæ: Similiter in Cœna Domini, & in Paraſceve, & in Sabbato Sancto, & ex quo pulſantur Campanæ ad ſcrutinium faciendum per totum diem, & noctem quo uſque ſequenti die Dominicæ Reſurrectionis Miſſa completa fuerit (*k*). Montem Sancti Petri cum Caſtello & cum Eccleſia Sancti Petri juxta Civitatem Oſmi (*l*). Hoſpitale de Montotto cum Eccleſia Sancti Petri poſitum in Territorio Caſtelli, quod vocatur Cecilia juxta flumen Aſu (*m*) in Epiſcopatu Firmano; quod ædificavit Tranſmundus Uberti *, & in manus fratris veſtri Theodini pro veſtra Canonica tradidit. Eccleſiam Sanctæ Scuderæ (*n*) poſitam inter duo flumina Farma, & Farmolla prope Caſtrum Torgnallis. Chriſma vero, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes

Varias oblationum quatas pridem conceſſas, confirmat.

Ad alias Eccleſias in diverſis Diœceſibus ſitas, divertit.

* *Al.* Iberti.

(*a*) Caſtrum Cocoranum ſive Coccoranum inter Peruſium, Aſſiſium & Augubium ſtatui debet. Legeſis Ludov. Jacobill. Chronic. Monaſterii de Saſſovivo cap. 27.

(*b*) Collem de Manſi nuncupatum, ipſi Coccorano caſtro adjacentem intelligimus ex ipſo Diplomatis contextu.

(*c*) Alias Truentus, qui ex Apennino Monte oritur in ipſo Umbriæ limine: deinde Picenum alluens, ad Aſculum Caſtellano amne recipitur.

(*d*) Nunc Tinia; ex Appennino Monte apud Nuceriam ducit primordia, & Fulginii mœnia alluit.

(*e*) Nunc Sulmonenſi, cui Valvenſis Eccleſia, quæ a Sulmona non longe diſtat, jam pridem adnexa fuit.

(*f*) In Veſtinis: Eccleſia Pennenſis & Atrienſis modo ſunt unitæ.

(*g*) Eccleſiam hanc juxta Padum in Epiſcopatu Ferrariæ collocat vetuſtiſſimus Eccleſiarum Catalogus In Lib. ſerm. pro Matut. quem ſupra memoravimus; aliud Cenſuale ponit in Adrienſi Diœceſi; & Innocentii III. Bulla, quam ſuo dabimus loco, ſatis illuſtrat.

(*h*) Vide pag. 37. not. *e*.

(*i*) Conſulatur pag. 59. not. *b*.

(*k*) Quæ hoc in loco decernit Pontifex de ſexta Oblationum parte ſtatis hiſce diebus a Canonicis percipienda; totidem verbis habet Petrus Mallius in veteri membrana toties laudata apud noſtræ Baſil. Tabular. Capſ. 2. faſc. 255.

(*l*) Hæc prope Auximum Italice *Oſimo* poſita D. Petri Eccleſia inſignis perhibetur. In Arch. Capitul. extat inſtrumentum, quo Sacram hanc Ædem uti & Caſtrum S. Petri an. 1261. Silveſtro Priori & Fratribus Heremi Montis Fani ſub certo penſionis onere Vaticanum Capitulum conceſſit. Adeas Lib. Demetrii lit. A. fol. 108.

(*m*) Seu Claſius vulgo *Chiaſcio* ex Monte Apennino manant.

(*n*) Sacram hanc Ædem in Diœceſi Volaterranenſi collocat toties citatus Demetrii Liber, ubi pag. 165. eamdem Eccleſiam anno 1504. ex Capituli collatione Demetrius Guaſellus Lucenſis obtinuiſſe legitur. Confer etiam pag. 171. prædicti Codicis.

(*a*) Ita

In quibus ſubjaceant Ordinariis. nes Clericorum in veſtris Eccleſiis exiſtentium a Dioceſanis ſuſcipietis Epiſcopis; ſiquidem Catholici fuerint, & gratiam Sedis Apoſtolicæ habuerint, & ſine ulla pravitate voluerint exibere. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra ſultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Statuimus præterea, ne quilibet Epiſcoporum abſque conſcientia Romani Pontificis, in Eccleſiis veſtris, niſi quando generale fuerit Interdictum, divina officia interdicat, & aliquid in eis exigere nulla ratione præſumat, ſed liberæ ipſæ Eccleſiæ ſub noſtra protectione conſiſtant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prædictam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & iotegra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſubſtentatiooe conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. *In eos qui Conſtitutionem violaverint, pœnas decernit.* Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens cootra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco jura ſervantibus ſua, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia eternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.
Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus ss.
Ego Paulus Præneſtin. Epiſcopus ss.
Ego Theobaldus Oſtienſis, & Velletrenſ. Epiſcopus ss.
Ego Joannes Presb. Card. Eccleſiæ Sancti Marci ss.
Ego Petrus de Bono Presb. Card. Eccleſiæ Sanctæ Suſannæ ss.
Ego Laborans Presb. Card. S. Mariæ Tranſtiberim Eccleſiæ Calixti ss.
Ego Albertus Presb. Card. Eccleſiæ S. Crucis in Jeruſalem ss.
Ego Melior Presb. Card. Sanctorum Johannis & Pauli Eccleſiæ Pammachii ss.
Ego Adelardus Eccleſiæ Sancti Marcelli Presb. Card. ss.
Ego Jacinthus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Coſmedin ss.
Ego Gratianus Sanctorum Coſmæ, & Damiani Diac. Card. ss.
Ego Bobo S. Angeli Diac. Card. ss.
Ego Octavianus Saoctorum Sergii, & Bachi Diac. Card. ss.
Ego Goffredus S. Mariæ in Via Lata Diac. Card. ss.
Ego Rolandus Sanctæ Mariæ in Porticu Diac. Card. ss.
Ego Petrus Sancti Nicolai in Carcere Tullian. Diac. Card. ss.
Ego Rodulſus Sancti Georgii ad Velum Aureum Diac. Card. ss.

Dat. Veronæ per manum Alberti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyt. Cardinalis & Cancellarii, Idus Junii, Indictione quarta Incaroationis Dominicæ Anno MCLXXXVI. Pontificatus vero Dopni Urbani Papæ Tertii Anno Primo.

CLEMENS III.

CLEMENS III.

Clemens III. die 19. Decembris anno 1187. electus eſt Summus Pontifex, ac poſtridie conſecratus (a): Catholicæ Eccleſiæ præfuit annos & menſes 3. & dies 10. E vivis exceſſit 4. Kalendas Aprilis anno 1191.

Præceſſorum ſuorum exempla ſequutus, quartam Oblationum partem Canonicis elargitur (b).

Ex Autographo in Archiv. noſtræ Baſil. Capſ. 2. Faſc. 255.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Rectoribus quatuor Monaſteriorum Sanctorum Joannis & Pauli, Sancti Martini, Sancti Stephani Majoris, & Sancti Stephani Minoris, tam præſentibus, quam futuris canonice ſubſtituendis; In perpetuum.

Inter BB. Apoſtolorum Petri & Pauli merita, ac gloriam, comparatio.

BEatorum Petri, & Pauli tam eminens eſt, & tam glorioſa ſocietas, ut & ambo ſint Doctores gentium, Auctores Martyrum, Principes Sacerdotum. Et cum inter univerſos Apoſtolos peculiari quadam prærogativa præcellant, æquatis in Cælo meritis, diſparitatem non ſentiunt. Petro ab ipſo Salvatore noſtro Domino Jeſu Chriſto claves Regni Cælorum ſunt commiſſæ, Paulus a Deo electus eſt, ut de multitudine Gentium Regnum Cælorum impleat ſua Prædicatione. Petrus Petra eſt, & ſundamentum fidei, & ne ruamus, in ſoliditate nos firma ſuſtentat. Paulus ne pravo hæreticorum dogmate vulneremur, moralitatis honeſtate, & invincibili ratione fidei nos armat. Petrus Principatum tenens, ex poteſtate ligat, & ſolvit. Paulus diligens Prædicator, ne quid repræhenſibile, vel ligatione dignum in nobis appareat, mirabili nos exhortatione præmunit. Petrus firmamentum noſtrum eſt, ac Domus fortitudinis, & in fide ejus plantati, & radicati ſumus. Paulus vas electionis, prædeſtinatos a Deo & electos Cæleſtis Tubæ ſonoritate vocavit, & pro nobis ſine intermiſſione orans, ne a fide, & veritate deviemus, apud Deum interveniendo nos protegit. Cum igitur hii duo maxima luminaria, Dei Eccleſiam illuſtrantia pari, & amicabili ſplendore, & fraterno amore præfulgeant, æquitatis & juſtitiæ ratio perſuadet, ut nos, qui licet indigni, Chriſti vices in terris agimus, & in ejuſdem Apoſtolorum Principis Cathedra reſidere conſpicimur, domeſticam Beati Petri Familiam paterno diligamus affectu, & pia eam proviſione in ſuis neceſſitatibus adjuvemus. Hujus itaque rationis debito provocati, dilecti in Domino Filii, ad exemplar felicis memoriæ Eugenii Papæ Prædeceſſoris noſtri, quartam partem omnium Oblationum, quæ de Altari ejuſdem Beati Petri Apoſtoli, & tam de Arca, quam de omnibus Miniſteriis ipſius Eccleſiæ, præter de Miniſterio Beati Leonis, proveniunt, vobis ex conſenſu fratrum noſtrorum Epiſcoporum, & Cardinalium, Sedis Apoſtolicæ auctoritate concedimus, & præſentis ſcripti pagina confirmamus (c). Ita videlicet, ut ſemper cum volueritis, facultatem liberam habeatis eamdem Oblationem in veſtris manibus retinendi, atque cuſtodiendi, ſeu aliis quibus volueritis, cum noſtro atque noſtrorum Succeſſorum conſenſu vendendi: ſalva in omnibus aliis, & retenta in noſtris, & Succeſſorum noſtrorum manibus, ipſius Eccleſiæ libera diſpoſitione, atque cuſtodia. Hoc autem ideo facere dignum duximus, ut vos die, ac nocte ſtudioſe in Dei laudibus deſudantes, tam in Miſſarum celebratione, quam in Matutinis, & aliis horis, pro Vivorum ac Defunctorum ſalute, attenta diligentia, & honeſte decantandis, prædi-

Quartam Oblationum partem, uno Beati Leonis excepto miniſterio, Canonicis elargitur.

Miniſtrorum Vaticanæ Baſilicæ vigilem curam commendat.

(a) Ita cum Pagio in Crit. Baron. ad an. 1188. ſupputamus; adeoque 20. dierum interpontificium ante Clementis III. electionem, cenſemus plane commentitium.

(b) Huc ea revocentur, quæ ad Eugenii III. Bullam, ſidem omnino argumentum tractantem, ſuperius adnotavimus.

(c) Vaticanas Oblationes ad Romanum Antiſtitem præcipue ſpectaſſe, & inter Apoſtolicæ Sedis jura enumeratas fuiſſe, ad poſtremum S. Leonis IX. Diploma pag. 35. not. b præmonuimus. Legeſis fragmentum Cencii Camerarii ex Lib. de Cenſibus, apud Bullar. Rom. nov. edit. to. 1. ad Joannis XIX. Bullam, Petro Silvæ Candidæ Epiſcopo inſcriptam. Quid etenim ex Oblatis ad B. Petri Confeſſionem Summus Pontifex ſingillatim perciperet, in ipſo Cencii fragmento recenſitum conſpicimus.


(a) Non

prædictam Beati Petri Eccleſiam obſequio debito veneremini, & Dei fideles Apoſtolorum limina devotione debita viſitantes, locum ipſum in majori devotione ac veneratione ſemper habeant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas ſit hujus noſtræ conceſſionis paginam temerario auſu infringere, ſeu modis quibuslibet perturbare. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona id attemptare præſumpſerit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui Dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem hanc noſtram Conſtitutionem eidem loco ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in futurum præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Clauſula pœnalis in Bulla violatores.



Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



- ✠ Ego Theobaldus Hoſtienſis, & Velletren. Epiſcopus ss.
- ✠ Ego Joannes Presb. Card. tt. Sancti Marci ss.
- ✠ Ego Laborans Presb. Card. Sanctæ Mariæ Tranſtiber. tt. Calixti ss.
- ✠ Ego Pandulphus Presb. Card. Baſilicæ XII. Apoſtolorum ss.
- ✠ Ego Melior Presb. Card. Sanctorum Joannis, & Pauli tt. Pamachii ss.
- ✠ Ego Petrus Presb. tt. Sanctæ Cæciliæ ss.
- ✠ Ego Petrus tt. Sancti Clementis Presb. Card. ss.
- ✠ Ego Bŏb. tt. Sancti Anaſtaſiæ Presb. Card. ss.
- ✠ Ego Alexius tt. Sanctæ Suſannæ Presb. Card. ss.
- ✠ Ego Petrus Presb. Card. tt. Sancti Petri ad Vincula ss.
- ✠ Ego Jordanus Presb. Card. Sanctæ Pudentianæ tt. Paſtoris ss.
- ✠ Ego Jacob. Diac. Sanctæ Mariæ in Coſmidyn ss.
- ✠ Ego Gratian. Sanctorum Coſmæ, & Damiani Diac. Card. ss.
- ✠ Ego Ottavian. Sanctorum Sergii, & Bachi Diac. Card. ss.
- ✠ Ego Goffredus Sanctæ Mariæ in Via Lata Diac. Card. ss.
- ✠ Ego Bobo Diac. Card. Sancti Georgii ad Velum aureum ſubſcripſi.
- ✠ Ego Gregorius Sanctæ Mariæ in Porticu Diac. Card. ss.
- ✠ Ego Joannes Felix Sancti Euſtathii Diac. Card. juxta Templum Agrippæ ss.
- ✠ Ego Joannes Sancti Theodori Diac. Card. ss.
- ✠ Ego Bernardus Sanctæ Mariæ Novæ Diac. Card. ss.
- ✠ Ego Gregorius Sanctæ Mariæ in Aquiro Diac. Card. ss.

Dat. Lateran. per manum Moyſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi Vicemagentis Cancellarii, iiii. Nonas Junii, Inditione ſexta Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXXVIII. Pontificatus vero Domni Clementis Papæ Tertii, Anno Primo.

CÆLESTINUS III.

Clementi III. die 30. Martii an. 1191. Succeſſor datus eſt Cæleſtinus hujus nominis tertius, qui die 14. Aprilis conſecratur. Pontificatum tenuit annos 6. menſes 9. dies 9. emortuali excluſo. Obiit die 8. Januarii anno 1198.

Eccleſiarum S. Mariæ Dominæ Roſæ, & S. Laurentii in Caſtello Aureo, Bona enumerat & confirmat (a).

Ex Authographo in Archivo noſtræ Baſil. Capſ. 73. Faſc. 140.

Cæleſtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Joanni Primicerio noſtro, Rectori Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Dominæ Roſæ (b), & Beati Laurentii (c), quæ poſitæ ſunt in Caſtello aureo (d), & univerſis Clericis ipſarum Eccleſiarum tam præſentibus, quam futuris; In perpetuum.

AN. CH. 1192.

Præcipua ac peculiaris in Eccleſias Romæ poſitas, Pontificis cura.

MOnet nos Apoſtolicæ Sedis, cui licet immeriti, diſponente Domino, præſidemus, auctoritas, pro ſtatu omnium Eccleſiarum provida circumſpectione ſatagere, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, Apoſtolico eas patrocinio communire. Si autem longe poſitis paſtoralem curam tenemur impendere, multo fortius erga eas, quæ in Urbe Roma conſtructæ ſunt, velut erga peculiares filios hoc debemus implere. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus annuentes, ad exemplar felicis memoriæ Alexandri, Lucii, & Clementis Prædeceſſorum noſtrorum excepta communi defenſione, ſpeciali quoque privilegio vos munimus; & quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona prædictæ Eccleſiæ in præſentiarum juſte, & canonice poſſident, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, vobis, veſtriſque Succeſſoribus, auctoritate Apoſtolica in perpetuum confirmamus. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Idem Caſtellum aureum cum utilitatibus ſuis, videlicet parietibus altis, & antiquis in circuitu poſitis, cum domibus, & caminatis (e), eiſdem parietibus deforis undique copulatis; Ortum, qui eſt juxta idem Caſtellum cum utilitatibus ſuis, & ſuperioribus Criptarum; Populum foras Portam jamdicti Caſtelli a parte Campitelli, & Regionis Sancti Angeli, uſque in Burgum, ab utraque parte viæ, & piſcinam cum Turre Salitule uſque in Arcum Sellariorum, & a parte Pineæ juxta præfatos muros ab utraque parte viæ; Eccleſiam Sanctæ Luciæ (f) cum pertinentiis ſuis; Eccleſiam Sancti Felicis, & fundum qui vocatur Ordeolus cum pertinentiis ſuis; fundum qui vocatur Porcaritia, Capud Caballum, Galeriam, Roſanione, Servilian., Arcionem, vel quibuſcumque aliis vocabulis vocantur, cum Vineis, Silvis, Pratis, paſcuis, terris cultis, & incultis, pantanis, montibus, vallibus, & cete-

Prædeceſſorum Privilegia confirmat.

Circum Flaminium, & quæ illi adjacent, concedit bona.

Alios enumerat Fundos.

(a) Non ab re eſt, quod publica luce donamus, hoc Cæleſtini III. Privilegium. Eccleſia etenim aliquando Parochialis & Collegiata *S. Mariæ Dominæ Roſæ* de qua idem Diploma loquitur; Monaſterio S. Catharinæ prope Porticum S. Petri (Innocentio VII. Joanne XXIII. & Martino V. ita mandantibus) jam tum ab anno 1405. primum una cum bonis, juribus prædiiſque ſuis univerſis, dein cum domo tantum & Clauſtro adnexa fuit. Ipſum vero S. Catharinæ Monaſterium (Alexandro VII. Pontifice excilum) ejuſque bona omnia immobilia, ex Conſtitutione Pauli II. 3. Non. Januar. Pontific. anno 6. edita, in jur & proprietatem Vaticanæ Baſilicæ tranſierunt.

(b) Quod titulo *S. Catharinæ de Funari* modo nuncupatum, & a Federico Card. Cæſio penitus inſtauratum colitur hodie Templum; *S. Mariæ Dominæ Roſæ* olim fuiſſe appellatum, Martinell. Rom. Sacr. pag. 87. aliique Scriptores affirmant. *Monaſterium Dominæ Roſæ* vocant cum Petrus Mallius in Excerpt. a Mabillon. editis tum Cencius Camerar. Ord. Rom. num. 40. & 67. to. 2. Muſ. Ital. ejuſdem Mabill.

(c) Eccleſia iſthæc S. Laurentii, quam *Pallacini, & in Clauſura*, ſi Grimaldum noſtrum audiamus, Veteres dixerunt; teſte eodem auctore, periit in Conſtructione Monaſterii *S. Catharinæ de Funari*. Vide pag. 19. not. *d*, & pag. 26. not. *c*.

(d) Nimirum Circo Flaminio; quem imperitur Vulgus *Caſtellum aureum & Palatium* appellavit. Utramque Eccleſiam, *S. Mariæ Dominæ Roſæ, & S. Laurentii* intra ipſum Circum Flaminium extructam, ex hujuſce Diplomatis contextu perſpicue docemur.

(e) Quid ſibi velit *Caminata*, ſupra diximus pag. 24. not. *a*.

(f) Quæ hodie vulgo dicitur *Delle Botteghe ſcure*, a Card. Gymnaſio funditus inſtaurata. Vide Martinell. Rom. Sacr. pag. 163. An Sacræ huic Ædi non longe diſſitum fuerit, quod mox Bulla ſubjicit S. Felicis Templum? Conſulatur prælaudatus Martinell. pag. 358.

(a) De

& ceteris ad eoſdem fundos pertinentibus. Tenimentum inſuper, de quo transfegiſtis cum Eccleſia Sancti Celſi, poſitum in ſupradicto loco, qui vocatur Galeria, & furnum Sarracenum cum terminis, & omnibus pertinentiis ſuis poſitis extra Portam Beati Petri (*a*) longe ab Urbe Roma miliario plus minus octavo via Cornelia (*b*) inter hos fines: a primo latere caſales juris Diaconiæ Sancti Angeli, ſicuti floiales, & aquarum curſus dividunt; a ſecundo latere caſales juris Monaſterii Sancti Andreæ Apoſtoli, Ancillarum Dei (*c*), ſicut floiales, & aquarum curſus, & limites dividunt; a tertio latere Fundus Vivaroli; a quarto latere terra Epiſcopii Sanctæ Rufinæ, & Fundus Memoli, & Priſcelli ſicut in ſcriptis autenticis a bonæ memoriæ Gratiano, Gregorio, & Domina Roſa, & Imilla ipſarum Eccleſiarum fundatoribus continetur. Fila quoque Salinarum, quæ in Campo majori habetis in pedica quæ vocatur Serpentaria, & in pedica veteri, & in pedica quæ vocatur Foſſatum majus, & in pedica Ceraſii, affines ad fila, quæ habetis in pedica Serpentaria: a primo latere eſt Silva, & Mons Calvarellus (*d*); a ſecundo latere tenet heres Benedicti de Judice, & Eccleſia Sancti Silveſtri; a tertio latere eſt foſſatum veſtrum, & Carrara (*e*); a quarto latere Carrara major: affines ad ea, quæ habetis in pedica veteri: a primo latere Stagnum; a ſecundo Foſſatum; a tertio aliud foſſatum; a quarto Carrara. Affines ad ea quæ habetis in pedica quæ vocatur Foſſatum majus; a primo latere eſt Carrara, quæ venit a pedica Tiodi; a ſecundo eſt veſtrum foſſatum; a tertio eſt filum Sancti Sabæ; a quarto Carrara. Affines ad aliud veſtrum filum quod in eadem pedica habetis: a primo latere Eccleſia Sancti Laurentii; a ſecundo veſtrum foſſatum; a tertio filum Sancti Silveſtri; a quarto Carrara: Affines ad ea quæ habetis in pedica Ceraſii: a primo latere Stagnum; a ſecundo heres Lotterengi; a tertio Octavianus; a quarto Carrara. Pratum unum infra Campum de Meruli (*f*) ſitum, ſicut bonæ memoriæ Joannes Nonodecimus PP. ſupradictis Eccleſiis veſtris pia devotione donavit: duas domos in balneo Miccino poſitas, quarum unam tenent filii Girardi de Conecclo, & alteram heres Joannis Judei. Tres domos alias in eodem loco, quarum unam heres Joannis de Statio, & Theodini, aliam heres Pauli Guidonis de Rajano, & aliam filii Pauli Pipi tenent; & criptam, quam etiam Romanus Pauli Pipi filius tenet. In Regione Parrionis duas domos in unum conjunctas. Domum unam poſitam in Scortecclari (*g*) non longe ab Eccleſia Sancti Simeonis. Medietatem aquæ duorum Molendinorum in fluvio Tiberis poſitorum. Ortum cum Caſalino in Regione Caballi marmorei (*h*) fere ante Eccleſiam Sanctæ Agathæ in Diaconia poſitum. Octo petias vinearum, quatuor ex una parte viæ, & quatuor ex alia intra portam Pincianam juxta murum Urbis ſitas; ſex petias duarum vinearum jacentes in unum in Ortis Perfectis (*i*); quatuor petias, & dimidiam vinealium in Albanen. Territorio ſitas; duas in fundo qui vocatur Caſa intronata, duas & dimidiam in fundo, qui vocatur Torignanum, ſitam. Clauſuram unam vinearum in Territorio Aricien. conſtitutam in loco qui vocatur Mandre; ſub Monte Sancti Electerii. Tres domos quas intra Civitatem Hoſtien. habetis intrante portam ipſius Civitatis manu dextra junctas muro ejuſdem Civitatis. Terras, & vineales in eodem Territorio poſitas non longe a Stagno, & Bucina. Quatuor Caſalinos, & duas Criptas cum curte ante ſe & Ortis poſt ſe cum introitibus, & exitibus eorum extra portam ejuſdem Civitatis non longe ab eadem Hoſtien. Civitate ſita in loco, qui vocatur Calcaria. Terras omnes, quas habetis in fundo, qui vocatur Calabri-

Certos deſignat fines.

Domos recenſet.

Vineas nominat.

Quæ in Civitate ac Territorio Hoſtienſi exiſtunt, Bona deſcribit.

(*a*) De qua egimus pag. 26. not. *b*.

(*b*) Conſulatur pag. 26. not. *e*, ubi Viam Corneliam indigitamus.

(*c*) *Eccleſiam S. Andreæ a Domo Joannis Ancillæ Dei* meminit Urbani III. Bulla apud Ciampin. Lib. de Vicecancellar. Sacra Ædes extitit prope Templum S. Mariæ, quæ *Monſerrato* vulgo dicitur.

(*d*) Quo in loco ſtatuendus *Mons Calvarellus*, Inventarium bonorum Eccleſiæ Lateranenſis a Nicolao Frangipano, ejuſdem Baſilicæ Canonico, tempore Bonifacii VIII. confectum indigitat his verbis: *Item habet infra Portam Metronii* (eam ſcilicet, prope quam aqua Crabra vulgo *la Marrana* Romam ingreditur, ut putat Minutol. Rom. Antiq. Diſſert. 3. ſect. 1.) *& Latinam decem petias Vin. cujus dimidia plures aut pauciores in Monte Calvarello inter hos fines, ab uno latere ſunt mœnia Urbis, ab alio tenet Johannes Buccabella ſur. dictæ Eccleſiæ* (S. Joannis ante Portam Latinam) *pariete Enclauſtri ipſius Eccleſiæ mediante, ab omnibus autem aliis lateribus ſunt via publica &c.* Ita apud Creſcimb. Hiſt. Eccl. S. Joann. ant. Port. Lat. lib. 3. cap. 6. p. 213. At *Mons Calvarellus*, quem Bulla meminit; in Diœceſi Portuenſi, ubi & *Campus Major* extat, collocari debet.

(*e*) Carrara perinde eſt ac via publica, ea præſertim, per quam *Carrus* tranſire poteſt. Vide Cangium V. *Carreria*.

(*f*) Extra Portam Portuenſem.

(*g*) Ill. Præſul. Fonſeca in Hiſt. perinſignis Eccleſiæ Sancti Laurentii in Damaſo Inſtrumentum anno 1172. confectum protulit, ubi Presbytero Gentili donantur *duo Caſalini non longe a dicta Eccleſia* (*nimirum S. Andreæ Cerelarorum*, nunc S. Mariæ vulgo *della Pace*) *& pertinentiis poſitis in Regione Scorteclariorum.*


(*h*) Ad Suburam; ubi Diaconalis Eccleſia S. Agathæ antiquitate præſtans, & a Cardd. Franc. & Anton. Barberinis inſtaurata adhuc proſtat. In Calliſti II. Bulla, teſte Turrig. Crypt. Vat. pag. 316. ſic legitur: *N. Diac. Card. S. Agathæ ad Equos marmoreos.*

(*i*) Ut loci hujus, quem Bulla nominat *Orti Perfecti*, ſedem figamus; facem ſuppeditat promendum infra Honorii III. Diploma die 25. Febr. Pontificatus an. 1. editum: ibi namque recenſet *Turrim in Ortis Perfectis . . . Poſitam inter Rivum qui fluit per Ponticellum de Tufo ad Pratum S. Pauli, & viam publicam & Cavonem cum via quæ pergit ad Portam Appiam*, alias S. Sebaſtiani.


Calabriceto, & alias, quæ ſunt in fundo Ciciliani, & medietatem duorum fundorum, qui vocabantur Mauri, & Caſale; quæ omnia ſupradictus Donnus Gratianus nobiliſſimus Conſul, & Dux Romanorum, ſicut invenitur in inſtrumentis antiquis, veſtris ſæpe dictis Eccleſiis donavit. Duas quoque pedicas Salinariorum, quarum una pedica Petrellæ, altera pedica Cannuzeti vocantur cum foſſatis, gurgis, anditis, & locis ad antippla facienda cum introitibus, & exitibus, omnibuſque ſuis pertinentiis; poſitas in Campo Salinarum Hoſtien. inter affines a primo latere pontes, & ſtaffines Tiburtini; a ſecundo latere Silva; a tertio latere Maſelum; a quarto latere Carrara, quas Paulus nobiliſſimus Vir, Romanorum Conſul, Viuniſi Comitis filius, temporibus Dñi Adriani Junioris PP. pro anima ſua donavit, ſicut a felicis recordationis Alexandro, Lucio, & Clemente Prædeceſſoribus noſtris vobis eſt confirmatum, & in ſcripto eorum autentico continetur, auctoritate vobis Apoſtolica in perpetuum confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Sancimus ad hæc, ut prædictæ Eccleſiæ veſtræ, videlicet Sanctæ Mariæ, & Sancti Laurentii, nulli niſi Romano Pontifici ſint ſubjectæ, & tam Eccleſiæ ipſæ, quam omnia alia quæ habetis, in ea libertate permaneant, in qua ex antiquo hactenus fuiſſe noſcuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit præfatas Eccleſias temere perturbare, aut earum poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertioque commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Dñi noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Primævam Eccleſiarum libertatem confirmat.

Graviores in contumaces, irrogantur pœnæ.



Ego Cæleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus ss.
✠ Ego Johannes Præneſtinus Epiſcopus ss.
✠ Ego Petrus Portuen., & Sanctæ Ruſinæ Epiſcopus ss.
✠ Ego Pandulfus Baſil. XII. Apoſtolor. Presb. Card. ss.
✠ Ego Melior Sanctorum Joannis & Pauli Presb. Card. tt. Pamachii ss.
✠ Ego Joannes tt. S. Clementis Card. Biterbien., & Tuſcanen. Epiſcopus ss.
✠ Ego Johannes Felix Presb. Card. tt. S. Suſannæ ss.
✠ Ego Romanus tt. Sanctæ Anaſtaſiæ Presb. Card. ss.
✠ Ego Hugo Presb. Card. S. Martini tt. Equitii ss.
✠ Ego Johannes tt. S. Stephani in Celio Monte Presb. Card. ss.
✠ Ego Goffredus S. Mariæ in Via Lata Diac. Card. ss.
✠ Ego Johannes Sancti Theodori Diac. Card. ss.
✠ Ego Bernardus Sanctæ Mariæ Novæ Diac. Card. ss.
✠ Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro Diac. Card. ss.
✠ Ego Gregorius S. Georgii ad Velum Aureum Diac. Card. ss.
✠ Ego Lotarius Sanctorum Sergii, & Bachi Diac. Card. ss.
✠ Ego Nicolaus S. Mariæ in Coſmydin Diac. Card. ss.

Dat. Lateran. per manum Egidii S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis iiii. nonas Octobris, Indictione decima, Incarnationis Dominicæ Anno MCXCII. Pontificatus verò Donni Cæleſtini PP. III. Anno Secundo.

INNO-

INNOCENTIUS III.

Cæleſtino Tertio vita functo, Innocentius itidem Tertius die 8. Januarii anno 1198. ſufficitur, ac die 22. Februarii Conſecratur; Mortem obit an. 1216. die 16. Julii, poſtquam in Pontificatu egiſſet annos duodeviginti, menſes ſex & dies novem, ab ejus electione deductos: Si vero ab ejus conſecratione eoſdem repetamus, enumerari oportet annos 18, menſes 4, dies 25.

Medietatem omnium Oblationum elargitur; Sacras Ædes D. Jacobi, & D. Leonardi in Septiniano, una cum aliis Eccleſiis in Civitate Leoniana ad Montem uſque Marium poſitas, Vaticano Capitulo ſubdit, & confirmat, ejuſque Poſſeſſiones ac Bona tuetur.

Ex Autographo in Archiv. noſtræ Baſilicæ Capſ. 4. Faſc. 259.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, tam præſentibus, quam futuris, canonice ſubſtituendis; In perpetuum.

AN. CH. 1198.

Peculiaris in Baſilicam Sancti Petri amor & cura.

CUM in Lege Veteri non ſolum laborum primitiæ, verum etiam hominum primogenita Domino mandentur offerri, Nos, quos ipſe, licet immeritos, gratuito cæleſtis gratiæ rore perfuſos, ad Summi Pontificatus apicem ſublimavit, ut Primogeniti ſimus in multis fratribus, cum omne opus noſtrum teneamur Domino conſecrare, promotionis noſtræ primitias ipſi fideliter offerre decrevimus, ut in honorem Apoſtolorum Principis, cui, licet immeriti, non ſine magno quodam, & ammirabili ſacramento ſucceſſimus in officio Paſtorali, cum ea die ſimus in Sede Apoſtolica conſecrati, qua Beatus Petrus Apoſtolus in Epiſcopali ſuit Cathedra collocatus, Sacroſanctam ejus Baſilicam, licet tenuis, alicujus tamen muneris privilegio decorare, ſperantes, quod is, qui munus Abel, & minuta Viduæ miſſa in gazofilacium acceptavit, noſtræ quoque reſpiciat humilitatis affectum; non quantum, ſed ex quanto proferamus, attendens; qui cum ſit Dominus omnium, & bonorum noſtrorum non egeat, quid digne poſſimus retribuere, non habemus, quia de ſuo reddimus, non de noſtro largimur. Eapropter, dilecti in Domino filii, vobis, tanquam ſpecialibus Principis Apoſtolorum Miniſtris, ob ipſius Apoſtoli reverentiam cupientes utiliter providere, attendentes etiam, quod inter ceteras Eccleſias per univerſum Orbem diffuſas, Baſilicam Principis Apoſtolorum, utpote Sedem noſtram, ſpecialius diligere, ac honorare tenemur, ſicut qui olim in ipſa vobiſcum pariter Canonici beneficium aſſecuti, nunc de filio in Patrem ejus, divina ſumus miſeratione promoti; alteram quartam Miniſteriorum (a) ad honorem Dei, & Apoſtolorum Principis, ac ut ſollicitius, & devotius Divinis Officiis intendatis, de communi Fratrum noſtrorum conſilio, vobis, & ſucceſſoribus veſtris perpetua donatione concedimus, & Apoſtolicæ Sedis privilegio communimus, itaut deinceps medietatem omnium Miniſteriorum ſine diminutione qualibet habeatis. Ad hæc, Eccleſias Sancti Jacobi (b), & Sancti Leonardi (c) ſitas in Septiniano, quantum ad ſpiritualia, pleno vobis

In B. Petri familiam, cui olim tamquam unus ex Canonicis fuit cooptatus, munificus, Oblationum omnium medietatem concedit.

SS. Jacobi, & Leonardi Eccleſias pleno jure, quo ad ſpiritualia, ſubjicit.

(a) Quod ex Oblatis ad Vaticanam S. Petri Baſilicam participes facti ſint ejuſdem Canonici, id ſane Romanorum Pontificum largitionibus acceptum referamus oportet. Earum ſumma hæc eſt. S. Leo IX. decimam Oblationum partem conceſſit, uti conſtat pag. 15. Quartam elargitus Eugenius III., aliique Pontifices Hadrianus IV. Alexander III. & Clemens III., ut in præadductis ipſorum Bullis videre licet, confirmarunt: Medietatem vero Miniſteriorum, nempe Oblationum, ab Innocentio III. dono datam, præſens Diploma teſtatur.

(b) In via, quam vulgus nuncupat *la Lungara*, hactenus proſtat Sacra hæc Ædes, S. *Jacobi de pede Montis* ſive *ſub Jano*, aut *Subjacenſis* pro *Subjaniculenſis*, quod Janiculo Monti ſubſit, ſive *de Mica aurea*, ſive *in Septimiano* ob Imperatoris Septimii Severi Thermas non longe diſſitas, in veteribus monumentis appellata. Anno 1231. B. Silveſtro Congregationis Silveſtrinorum Fundatori a Vaticano Capitulo conceſſa legitur in ejuſdem B. Silveſtri Vit. l. 1. c. 21. & 22. Quo, ni fallor, ſpectat prælaudatus Eccleſiarum Catalogus; poſtquam enim Eccleſiam *S. Jacobi in Septingnan.* octo libras piperis ipſi Capitulo S. Petri quotannis reddere, enunciaverit, mox ſubdit; *debent etiam duo ex fratribus illis venire ad Proceſſionem, Scrutinium, Baptiſma.* Quæ tamen olim in commendam tradebatur, & Vaticanæ Baſilicæ in ſpiritualibus tantummodo ſubjecta erat Eccleſia iſthæc D. Jacobi; Jam tum ab anno 1512. etiam quoad temporalia ejus bona, mandante Julio II., Capellæ Juliæ ab ipſo Pontifice in S. Petri Baſilica erectæ adnexa eſt: eamque Canonici anno 1620. Fratribus Reformatis Tertii Ordin. S. Franciſci, exinde vero poſtquam ii abiere, Monialibus, quæ Convertitæ dicuntur, conceſſerunt. Tum Card. Franciſco Barberino Monaſterium funditus extrui, & Eccleſiam inſtaurari curante, perfectum anno 1641. opus utrumque Roma conſpexit: Conſulatur Franc. Turrig. in Hiſtor. Narrar. de Eccleſia S. Jacobi in Burgo pag. 156. & ſeqq.

(c) In eadem via ſub Capituli ditione adhuc perſtat Sancti Leonardi Eccleſia, apud quam, ex conceſſione Canonicorum,

Camaldu-

Nova in Eccleſias aliquot concedit jura.

vobis jure ſubjicimus, ſuper Jurepatronatus nemini præjudicium facientes. Ab Eccleſiis autem Sancti Michaelis, Sanctæ Mariæ in Saxia, & Sanctæ Mariæ in Tranſpadina concedimus, & ſtatuimus, in Scrutinio (*a*), Baptiſmo, Proceſſionibus, & Chriſmatis confectione (*b*) vobis ſubjectionem, & reverentiam perpetuis in poſterum temporibus exhiberi. Nullis obſtantibus privilegiis, cum hoc beneficium vobis de certa conſcientia conferamus, reſervantes Nobis, & Succeſſoribus noſtris in tribus prædictis Eccleſiis inſtitutionem, deſtitutionem, & correctionem omnium Clericorum. In cœteris autem Eccleſiis, quæ ſunt in Civitate Leoniana, & per ſtratam uſque ad Montem Malum (*c*), jus, quod hactenus habuiſtis, vobis, & Succeſſoribus veſtris auctoritate Apoſtolica in perpetuum confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam Beati Petri temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra, & illibata ſerventur; eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Sæcularisve Perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.


Ius alias vetera confirmat.

Vaticanæ Eccleſiæ pacem, ac libertatem aſſerit perpetuam.

Pœnas in contradictores decernit.



Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Octavianus Hoſtien. & Velletren. Epiſcopus ss.

✠ Ego Petrus Portuen., & Sanctæ Ruſinæ Epiſcopus ss.

✠ Ego Petrus tt. Sanctæ Cæciliæ Presb. Card. ss.

✠ Ego Jordanus Sanctæ Puden. tt. Paſtoris Presb. Card. ss.

✠ Ego Joannes tt. Sancti Clementis Card. Viterbien., & Tuſcanen. Epiſcopus ss.

✠ Ego Guido Sanctæ Mariæ Tranſtyberim tt. Calixti Presb. Card. ss.

✠ Ego Hugo Presb. Card. Sancti Martini tt. Equitii ss.

✠ Ego Joannes tt. Sancti Stephani in Cælio Monte Presb. Card. ss.

✠ Ego Goffredus tt. Sanctæ Praxedis Presb. Card. ss.

✠ Ego Gratianus Sanctorum Coſmæ & Damiani

Camaldulenſes Monachi noſtra ætate divertunt. Supradicti Codicis a Demetrio Senenſe coordinati ſragmentum juvat ad hunc locum aſſuere. *In Eccleſia S. Leonardi de Septingnan. in feſto ejus ſeptem de Capitulo, ſive quibus placet committere, euntibus ad veſperas & vigilias debet Sacerdos bona muſta ſana & dulcia miniſtrare vel propinare. In mane ipſis ſeptem cum ſeptem ſcutiferis* (nempe famulis) *cantata Miſſa prædicare* (nimirum, & concione habita) *ibi Sacerdos de bonis cibis miniſtrare pabulum caritatis, debet etiam reverentiam & totum ſicut aliæ Capellæ. Pabulum caritatis* hic enunciatum, perinde eſt ac Hoſpitium & convivium, quod qui aliorum imperio erant obnoxii, Dominis ſuis apud ſe divertentibus parare tenebantur. Conſule Statuta Ord. Ciſterc. an. 1402. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1540., ubi Epiſcopus Antiſſiodorenſis *Pabulum caritativum* ſibi tanquam debitum a Rigniacenſi ſuæ Diœceſis Monaſterio quotannis exhiberi poſtulat.

(*a*) Quod eſt Catechumenorum inſtructio & examen. Statis Quadrageſimæ diebus ſolemni quidem apparatu Scrutinium fieri conſuevit. Evolvantur Romani Ordines, ac præcipue is qui apud Mabillonium ſeptimus enumeratur.

(*b*) Eximia Vaticanæ Baſilicæ dignitate excitus Joannes XIX.; eo potiſſimum nomine, quod ab ipſa Eccleſia ceteræ *pene omnes* (Summi Pontificis verba ſunt) *doctrinam acceperunt ſicuti a Magiſtra & Domina*, Silvæ Candidæ Epiſcopis, ut in eadem Baſilica die Cœnæ Domini Sanctum Chriſma conficerent, aliaque munera ad Epiſcopum ſpectantia quotannis obirent, dato Diplomate mandavit, ac perpetua conſtitutione ſancivit. Conſulantur ſuperius allatæ Joannis XIX. & Benedicti IX. Bullæ.

(*c*) Qui nunc dicitur *Monte Mario*, olim *Malus* appellabatur, ut videre eſt in Cæremoniali Gregorii X. num. 11., idemque eſt qui *Mons Gaudii* nominatur in Chronico Caſſin. lib. 4. cap. 37. edit. Ang. de Nuce.

(*a*) Nimi-

Damiani Diac. Card. ss.

✠ Ego Gerardus Sancti Adriani Diac. Card. ss.

✠ Ego Gregorius Sanctæ Mariæ in Aquiro Diac. Card. ss.

✠ Ego Gregorius Sancti Georgii ad Velum aureum Diac. Card. ss.

✠ Ego Nycolaus Sanctæ Mariæ in Coſmidyn Diac. Card. ss.

✠ Ego Gregorius Sancti Angeli Diac. Card. ss.

✠ Ego P. (*a*) Sanctæ Mariæ in Via lata Diac. Card. ss.

✠ Ego Cencius Sanctæ Luciæ in Horthea * Diac. Card. ss.

* *Modo* S. Luciæ in Silice.

Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarii, vicem agentis Cancellarii Iii. Idus Martii Indictione prima, Incarnationis Dominicæ Anno MCXCVII. (*b*), Pontificatus Domini Innocentii Papæ III. Anno Primo.

Viſum exponit, quod pius Sacerdos ter ſibi, non ſine prodigio, objectum affirmabat; quædam Vaticani Templi Altaria conſecrari mandat (*c*).

Ex Regeſt. primo Bullar. Innocentii III. ſub Anno I. & II. Epiſt. 354. fol. 99. in Archiv. Apoſt. Vatic.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Oct... (*d*) *Hoſtienſi Epiſcopo Vicario noſtro* (*e*); *Salutem & Apoſtolicam benedictionem.*

AN. CH. 1198.

Viſum Sacerdoti in ſomniis objectum enarrat.

PAucis diebus ante noſtrum ab Urbe receſſum Sacerdos quidam ætate longævus, timoratus, ut creditur, ad præſentiam noſtram acceſſit, ſecreto proponens, quod in viſione nocturna per ſomnium ei apparuit Beatus Petrus Apoſtolus dicens: Accede ad Pontificem Innocentium, & ex mea ſibi parte ſignifica, quod a nativitate ſua quaſi filium illum dilexi, & per diverſos gradus promotum in mea tandem Sede conſtitui. Quapropter & Ipſe decorem & honorem Domus meæ debet diligere; ſtudioque vigili promovere. Sciat ergo, quod in Eccleſia mea pauca ſunt Altaria conſecrata: unde contingit, quod in Altaribus diſſecratis Divina Myſteria celebrantur: faciat igitur ea ſaltem cum debita reverentia conſecrari, ſuper quæ novit frequentius Officium celebrari Divinum. Verum cum ſemel & iterum eadem ſibi fuiſſet viſio revelata, nec ipſe, quod mandabatur, impleret; tertio tandem idem Apoſtolus, velut offenſus intulit dicens: Quia meum obaudiſti mandatum, ego tuum tibi tollam auditum. Ex tunc ita ſurdus effectus eſt, ut penitus non audiret. Gemens ergo vehementer & plorans, ad Confeſſionem Beati Petri devotus acceſſit, cum lacrimis poſtulans, ut miſertus ſibi reſtitueret auditum; quia mandatum ipſius ilico adimpleret; quo per Dei miſericordiam exaudito, quod acciderat ei, nobis per ordinem indicavit. Licet autem ſecundùm Apoſtolum non ſit credendum omni ſpiritui; quia tamen in tali negotio Angelus Sathanæ non transfiguraret ſe in Angelum Lucis, & melius eſt pie credere, quam temere dubitare, cum honeſtum ſit quod proponitur faciendum, etſi verum non eſſet, quod aſſeritur revelatum; Fraternitati tuæ, de qua plenam fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta manda-

Minus obſequens Sacerdos ſurditatis pœna plectitur, a qua liberatur.

Nonnulla Vaticanæ Baſilicæ Altaria, ex Pontificis præſcripto conſecranda.

(*a*) Nimirum, Petrus, qui apud Bullar. Caſſin. ſubſcribit Innocentii III. Diplomati ſub Dat. 5. Kal. Maii anno 1198. Pontificat. ejuſdem Innocentii anno primo.

(*b*) Stylo Bullarum; ſed communi Stylo, 1198. Confer quæ diximus pag. 51. not. *a*.

(*c*) Etſi præſens Epiſtola, quod temporis nota careat, poſtremo loco ad incertæ ætatis Diplomata & Literas amandanda videatur; nos tamen eam anno Domini 1198. procuſam gemino fulti argumento exiſtimamus. Alterum ea eo petitur, quod eadem Epiſtola in Regeſto Literarum Innocentii III. inter eas obtinet, quæ ante menſem Octobris primo ſui Pontificatus anno ab ipſo Innocentio III. datæ ſunt; uti apud Baluzium videre licet. Alterum argumentum ipſamet Epiſtola ſuppeditat, a Summo Pontifice, dum Roma is aberat, exarata. Porro Innocentius ſub initium Pontificatus ſui, nempe anno 1198., *celebrato Apoſtolorum feſto* (quemadmodum ejus Biographus teſtatur apud Oderic. Raynald. an. 1198. num. 18.) *Urbe exivit, & in Ducatum Spoletanum acceſſit, quem ad fidelitatem Eccleſiæ nuperrime revocaverat, ut illum perſonaliter viſitaret; venit Reate, ubi receptus cum ingenti gaudio & honore; conſecravit Eccleſiam S. Eleutherii Martyris, & Eccleſiam S. Joannis Evangeliſtæ. Inde profectus Spoletum &c.... circa feſtum Omnium Sanctorum remeavit ad Urbem.* Dum igitur ſummus Antiſtes conſecrandis iis Sacris Ædibus vacaret, ad Octavianum Oſtienſem Epiſcopum has dedit literas, ut Raynaldus loco cit. opinatur.

(*d*) Nempe *Octaviano*, prout legitur cum apud Raynald. ad an. Chr. 1198. num. 19. ubi hæc habetur Epiſtola; tum apud Baluzium Lib. 1. Epiſtol. Innoc. III. Epiſt. 359.

(*e*) Cardinalis Epiſcopus Oſtienſis, quem Innocentius Vicarium ſuum nominat, alius certe ab eo eſt, qui Summi Pontificis Vicarius Generalis &c. appellatur, & Clero Romano ſecundi Ordinis præſidet. Tempore ſiquidem Innocentii III. ac multo poſt, id muneris obibat Epiſcopus, in Cardinalium Collegium minime cooptatus. Octavianus igitur Innocentii III. Vicarius inter eos recenſeri oportet, quibus in Urbe conſtitutis Summi Antiſtites Roma alio abeuntes, rerum Urbanarum ſummam demandare conſueverunt. Plura id genus exempla prodit Hiſtoria Eccleſiaſtica.

(*a*) In

mandamus, quatenus Altaria Sanctorum Philippi, & Jacobi (a), Simonis, & Judæ (b), Beati Gregorii (c), & Sancti Andreæ (d), quæ diſſecrata dicuntur, tu ipſe conſecres, vel per alios auctoritate noſtra facias conſecrari. Credimus enim, quod ex hoc nobis fructus æternæ retributionis accreſcet.

Prædeceſſorum Sanctiones favore Abbatiæ Majellanæ editas, commemorat, atque confirmat; In Eccleſiarum ſerie attexenda, duas ſuperaddit.

Ex Codice Corradi lit. D. fol. 18. & ſeq. (e).

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Matthæo Abbati Heremi Majellanæ, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quam futuris Heremiticam vitam profeſſis; In perpetuum.

AN. CH. 1199.

Juſtis Religioſorum deſideriis conſentire, ac rationabilibus eorum poſtulationibus clementer annuere, Apoſtolicæ Sedis, cui largiente Domino, deſervimus, auctoritas, & fraternæ charitatis unitas nos hortatur. Quocirca, dilecte in Domino fili Matthæe Abbas, tuis poſtulationibus clementer annuimus, & Prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ recordationis Paſchalis, Eugenii, Adriani, & Alexandri Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, Eccleſiam S. Salvatoris, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut veſtræ habitationis Heremus ab omnium hominum jure, ac poteſtate libera perſeveret, & vos ad Domini famulatum omni tranquillitate fruamini. Præterea, quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam Sancti Salvatoris de Angre Caſtellare cum ſubjacenti Podio Ceſaliæ: Eccleſiam Sancti Martini a Ranclano cum cellis ſuis: Eccleſiam Sancti Panchratii cum cellis ſuis: Aram Pinnæ cum ſubjacenti Podio Fameclani: Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Lavella cum cellis ſuis: Eccleſiam Sancti Angeli, & Sancti Petri de Caſtro Laroma: Eccleſiam Sancti Clementis cum cellis ſuis: Monaſterium Sancti Andreæ cum cellis ſuis, Eccleſiam Sancti Blaſii, Eccleſiam Sanctæ Agathæ, Eccleſiam Sancti Procopii, Eccleſiam Sancti Bartholomæi (f), Eccleſiam Sancti Nicolai, Eccleſiam *Sanctæ Helenæ de Caſtro* Sancti Angeli in Trifinio, & ibidem Villanos, ac poſſeſſiones terra-

Abbatialis Eccleſiæ, ejuſque Bonorum libertatem confirmat.

Eccleſiarum ſubjectarum ſeriem attexit.

(a) *In atrio Eccleſiæ* (veterem S. Petri Baſilicam intellige) *ad Crucem eſt venerabile Altare Apoſtolorum Philippi & Jacobi, ad cujus ornatum fuit ibi poſita magna Crux aurea.* Ita Romanus Canon. tit. 27. Extabat inter Portam Romanam & Argenteam huc SS. Philippi & Jacobi Altare, poſtea Sancti Spiritus, demum vero S. Annæ titulis decoratum; ac Societati Paraſrenariorum S. R. E. Cardinalium aliquando conceſſum. Videſis Panvinium lib. de 7. Urb. Eccl., & Alpharani Tab. Ichnograph. num. 45.

(b) Prælaudato SS. Philippi & Jacobi Altari, ut iidem Scriptores Panvinus & Alpharanus num. 44. docent, ara Sanctorum Apoſtolorum Simonis & Judæ exuviis ditata, ad Aquilonem vergens, e regione correſpondebat. Adeat Roman. Canon. tit. 22.

(c) De Altari D. Gregorii M. egimus ſupra fol. 47. not. c. Unum ſupereſt admonendum; ſcilicet, Romanum Pontificem nocturnas in S. Petri Eccleſia ſtationes celebrantem, teſte Benedicto Canonico num. 8. ſui Rom. Ordinis, tribus hiſce Altaribus, quæ mox recenſuimus, thus adolere conſueviſſe.

(d) D. Andreæ Apoſtoli Oratorium, quod Majores noſtri Eccleſiam ſæpius appellarunt, ad auſtralem veteris Baſilicæ Vaticanæ partem Papa Symmachus erexit. Plura Sanctorum Corpora, quæ, conſtructis ibidem Altaribus Sanctus ipſe Pontifex ſuppoſuit, Romana Synodus *in Conſiſtorio Beati Andreæ Apoſtoli* ſub Bonifacio II. coacta, egregia tandem Summorum Antiſtitum dona, Sacellum de quo agimus, maxime cohoneſtarunt. Adeas Anaſtaſ. Biblioth., Romanum Canon. tit. 15. pag. 68., & Alpharan. lit. c. & num. 153. Ad principem prælaudati Sacelli aram Divi Andreæ nomine dicatam, Sacrorum Miniſtrorum Ordinationem Romanus Pontifex pro more habebat, quemadmodum antiqui Rituales Libri, & Canonic. noſter Benedictus in Ord. cit. num. 12. perſpicue teſtantur.

(e) Ea, quam Corradus exhibet, Bullæ copia, mendis ſcatet, multaque omittit, quæ diverſo charactere diſtincta indicamus. Noluimus mutilam Bullam edere; noluimus mendoſam relinquere. Ex aliarum Pontificum Conſtitutionibus, quum Originale deficiat, errores expunximus; addidimus quæ deficiunt. Neque idcirco integritati ac fidei, quam accuratiſſime ſervandam nobis propoſuimus, quidquam decedit. Quum Originalia, vel authenticas exſcribimus Copias, religioni ducimus a Textu vel tantillum recedere: Ubi vero de Copia agitur inſurmi, cujus maculæ ad oculum patent, incurioſus profecto dicendus eſſet quiſquis, cum poſſit ſordes eluere, atque editionem caſtigatam excudere, malit in gratiam Scriptoris, palmares errores immutatos relinquere.

(f) Extra terram Guardiæ Grelis hanc collocat Eccleſiam Corradus in Cod. D. fol. 60. Preſſius loquitur Viſitator Rinalducius, qui Sacellum in via quæ a Civitate Lanciani ad Caſtrum Guardiæ Grelis ducit, extructum affirmat. Sola tamen anno 1598. ſupererant exciſi ædificii veſtigia: Hinc Titulum in Eccleſiam S. Silveſtri, quæ in Caſtro eodem Parochialis eſt, tranſlatum novimus ex actis Viſitation. fol. 39.

(a) Hæc

terrarum, ac vinearum. *Item apud Faram, villanos, molendina, & poſſeſſiones terrarum, ac vinearum*, & Eccleſiam S. Cantiani *. Apud Vacrum, Eccleſiam S. Agathæ, & Eccleſiam Sancti Nicolai cum terris, *& vineis*, ac poſſeſſionibus ſuis. Eccleſiam Sanctæ Candidæ apud Præturium, Eccleſiam Sancti Nicolai, Villanos, Molendina, & poſſeſſiones terrarum, ac vinearum. Apud Caſtillionem, Eccleſiam Sanctæ Juſtæ, & Sanctæ Agnetis, Villanis, terris, & vineis. Apud Bucchianicum, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Mirabello, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Baſſano, Eccleſiam Sancti Jacobi, Eccleſiam Sancti Blaſii, Villanos, Molendina, & poſſeſſiones terrarum, ac vinearum. Eccleſiam Sancti Egidii apud Manuplellum. Eccleſiam Sancti Angeli, ſeu Monaſterium apud Sanctum Vitum, cum cellis, Villanis, Molendinis, terris, & vineis. Apud Gipſum de domo, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, cum Villanis, terris, ac vineis. *Apud Montem Moriſcum*, Eccleſiam Sanctæ Helenæ. Apud Atiſſam, Eccleſiam Sanctæ Julianæ. Apud Caſulem, Villam, quæ vocatur Colle Milonis, cum pertinentiis ſuis, & Eccleſiam Sancti Petri in Caſulo (a). Unum Hoſpitale in Plazzano: Apud Septem, Eccleſiam Sancti Paſtoris, & unum Hoſpitale: Apud Lanzanum, *unum Hoſpitale. Apud Roccam Morici*, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, & S. Nicolai: Apud Urſoniam, Eccleſiam S. Martini: Apud Illicem, Eccleſiam Sancti Angeli cum cellis ſuis, Villanis, terris, & vineis: Apud Ripam Corvariam, Eccleſiam S. Victorini cum terris, & vineis &c. Chriſma, Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, ordinationes *Clericorum, qui ad Sacros Ordines* fuerint promovendi, a Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque ulla pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis, quem malueritis adhibere Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quorumlibet Succeſſorum, *nullus* ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia proponatur, niſi *quem* fratres communi conſenſu, vel fratrum pars ſanioris conſilii, ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam providerint eligendum, qui ad Sedem Apoſtolicam benedicendus accedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prædictam Heremum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu modis quibuslibet fatigare, ſed illibata, unita, integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſanorum Epiſcoporum canonica juſtitia. Ad indicium autem hujus perceptæ a Romana Eccleſia libertatis, Aureum unum tu, & ſucceſſores tui Nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua in futurum igitur Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate *careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate* cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Dñi Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Heremo ſua jura ſervantibus, ſit pax Dñi noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

* *L. S. Cantianæ.*

Quibus ex cauſis Monachi Epiſcopos adire debeant.

Abbatis electio Monachorum arbitrio relinquitur.

Omnimoda loci, ejuſque bonorum libertas aſſeritur.

Pœnæ in Bullæ violatores irrogantur.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.

Omiſſis ſubſcriptionibus Cardinalium Epiſcoporum, & aliis ſignis &c.

Datum Laterani per manum Raynaldi D. PP. Notarii Camerarii Vicemagentis... Kalendas Maji Indictione ii., Incarnationis Dominicæ 1199. Pontificatus vero Dñi Innocentii PP. III. Anno Secundo.

Proventus

(a) Hæc eſt ipſiſſima Eccleſia *S. Petri de Galbaro*, quam Tabularii noſtri monumenta omnia in Caſtro Caſularum poſitam affirmant. Quo tempore Sacellum hoc inviſit Commiſſarius Rinaldutius, ſordibus refertum invenit; ideoque purgandum curavit, pro ut ex act. Viſitat. fol. 44. Sequenti ævo, anno nimirum 1604., providus Viſitator Miſſam quolibet menſe ibidem celebrari decrevit; noverat enim Eccleſiæ fructus huic oneri ferendo pares eſſe. Conſulatur Codex Viſitation. fol. 186.

(a) Nempe

Proventus e Signis plumbeis, Apoſtolorum Petri & Pauli imagines referentibus, jus quoque ipſa conflandi, Vaticanæ Baſilicæ Canonicis elargitur, indicto anathemate in eos qui ſine Capituli aſſenſu prædicta Signa excuderint.

Ex Regeſto Bullarum Anni I. & II. Innocentii III. Tom. I. Epiſt. 530. fol. 136. Apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis H... (a) Archipresbytero & Canonicis Principis Apoſtolorum; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1200.

Potior cura Pontificis, in Baſilicam Sancti Petri.

DErivata in nos ab Apoſtolorum Principe per ipſius merita poteſtatis Eccleſiaſticæ plenitudo, & Apoſtolatus ſucceſſio non ratione carnis per hominem legitime procreata, ſed per Deum ipſius gratia canonice facta, inter ceteras ſolicitudines cordis noſtri, & occupationes quibus cotidie premimur, utpote quibus ſolicitudo univerſarum Eccleſiarum incumbit, ad bonorandam ejuſdem Principis Apoſtolorum Baſilicam ſpecialiter nos inducunt, ut cum Propheta pſallamus: Domine dilexi decorem domus tuæ & lo... t... (b) gloriæ tuæ. Sane cum Dominus noſter in Beato Petro, cui nos licet immeritos conſtituit Succeſſores, in Spiritualibus prætulerit univerſis, & Eccleſiam in temporalibus etiam dilatarit; conveniens eſſe dinoſcitur, ut eidem Beato Petro in vobis, immo Chriſto in eo qui nobis exhibuit univerſa, & ſi modicum, tamen aliquid tribuere ſtudeamus, affectum noſtrum in effectum humiliter producentes (c). Dignum eſt etenim ut quia variis preſſi negotiis, dum circa lapſum Religionis nobis propoſitum in melius reformandum intendimus, dum juſtitiæ conſulimus oppreſſorum, dum ſingulorum conſultationibus reſpondemus, dum ad reformandam inter diſcordantes pacis concordiam, & pro diverſis Eccleſiarum & Provinciarum neceſſitatibus Legatos a Latere noſtro dirigimus, dum de Terræ Orientalis ſubventione penſamus, Principis Apoſtolorum Baſilicam dignis obſequiis frequentare non poſſumus, aliquibus munuſculis honoremus, nihil in hoc Apoſtolorum Principi largientes de proprio, ſed de ſuo potius rependentes. Verum cum decor Eccleſiarum, & earum Theſaurus præſertim pendeat ex perſonis quæ ipſis deſerviunt, & Domini laudes horis intonant conſtitutis, pſallentes ei tam ore, quam corde; vos qui ad honorem Apoſtolorum Principis in ejus Eccleſia Domino jugiter deſervitis, invocantes nomen ipſius & voce conſona modulantes laudes ejus; immo Beatum Petrum in vobis tenui devotionis noſtræ munuſculo decrevimus honorare; ſperantes, quod qui minuta viduæ pauperis acceptavit, noſtræ quoque humilitatis acceptabit affectum; non quid ſed ex quo potius tribuamus attendens:

Etſi negociis quamplurimis occupatus, ſuam erga Baſilicæ miniſtros exerit munificentiam.

Proventus, qui e ſignis Plumbeis percipiuntur; ac jus eadem ſigna conflandi tribuit Canonicis Baſilicæ Vaticanæ;

Ea propter, dilecti in Domino Filii, tam redditum, quem de Signis plumbeis ſive ſtagneis Apoſtolorum Petri & Pauli imaginem præferentibus, quibus eorum Limina viſitantes in augumentum propriæ devotionis, & teſtimonium itineris conſummati ſe ipſos inſigniunt, Prædeceſſores noſtri, & nos ipſi percipere conſuevimus; quam auctoritatem fundendi ea, vel quibus volueritis ſuſoribus concedendi, qui vobis tantum de ipſis reſpondeant, vobis & per vos Canonicæ veſtræ præfatæ (d) auctoritate concedimus & præſentis ſcripti patrocinio communimus (e). Ad hæc, ſub poena excommunicationis diſtrictius inbibemus, ne quis ea præter aſſenſum & conceſſionem veſtram aliquatenus formare præſumat. Decernimus ergo, quod nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, confirmationis, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Indicto in Contumaces anathemate;

Aliiſque pœnis.

Datum Laterani xi. Kalendas Febrnarii Anno Secundo (f).

Eccleſias

(a) Nempe Hugolino, qui poſt Honorium III. renunciatus fuit Romanus Pontifex; & Gregorius IX. appellatus.

(b) Hoc Innocentii III. Diploma integrum obtinet in alia Honorii III. Bulla ſub dat. 6. Kal. Februar. Pontific. anno 6. interius promenda; unde lacunam ita ſupplemus: *Locum Tabernaculi &c.*; uti habet Pſalm. 25. v. 8. in vetuſtiſſima Pſalterii verſione, quam Clerus Vaticanus hodieque uſurpat.

(c) Apud Balut. Epiſt. 536. *perducentes*.

(d) Loco, *præfatæ*, Balutiana editio habet, *præſentium*, ideſt literarum: atque ita legitur apud prælaud. Honorii III. Bullam.

(e) Haud tenuem fuiſſe Cenſum, quem ex hujuſmodi Signis Canonici percipiebant; ſatis evincit fere immenſa Peregrinorum ad Sacra Limina accedentium Turba, de qua teſtimonium omni exceptione majus pag. 24. not. *d*, retulimus.

(f) Annum procuſi Diplomatis omnino ſilet editio Balutiana: Authenticum vero Archivi Apoſtolici Exemplar die 28. Januarii & annum ſecundum adſcribit, qui cum Incarnat. Anno 1200. rite componitur, ſi Innocentii III. Pontificatum a die conſecrationis, 22. Februarii auſpicemur; Qui vero ab electionis die 8. Januarii repetendum contenderit, Bullam hanc anno Chriſti 1199. editam adſtimabit.

(a) Inſpicia-

Eccleſias Vaticano Capitulo ſubditas deſignat; Bona eidem addicta, tum jura, privilegia, & libertates enumerat; ac ſpeciali Diplomate hæc omnia confirmat (*a*).

Ex vetuſto atque authentico Apographo in Archiv. noſtro Capitulari Capſ. 4. Faſc. 259.

Univerſis præſentes litteras inſpecturis Matthæus miſeratione divina tt. S. *Laurentii in Damaſo Presbyter Cardinalis ſalutem in Domino. Noveritis nos vidiſſe, legiſſe, ac diligenter inſpexiſſe privilegium bonæ memoriæ Domni Innocentii Papæ Tertii; Cujus tenor talis eſt;*

AN. CH. 1205.

Pontifex Innocentius erga B. Petrum obſequentiſſimus, ob accepta beneficia.

Eadem quæ Petro, etiam Succeſſoribus convenit ſollicitudo.

Domino Sancto meritoque beato, Cæleſtis Regni Clavigero, & Apoſtolorum Principi Petro, Innocentius indignus Epiſcopus Servus Servorum Dei; Reverentiæ votum cum devotione perenni. Cum diligenter attendo, quid ego tibi Beatiſſime Petre valeam retribuere pro omnibus, quæ tu mihi tribuere voluiſti, nihil prorſus invenio præter ſolum devotionis affectum, quia tua ſunt univerſa quæcumque videor obtinere, ſive plenitudo ſpiritualium, ſive temporalium amplitudo: Per te namque mihi divinitus eſt conceſſa non tam terreni, quam cæleſtis Regni poteſtas, ſummi Pontificatus auctoritas, & dignitas Apoſtolicl Principatus: Per te mihi gerendi claves, confirmandi Fratres, & paſcendi oves eſt ſollicitudo commiſſa. Domino tibi ante paſſionem dicente: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claves Regni Cælorum, & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cælis, & quodcumque ſolveris ſuper Terram, erit ſolutum & in Cælis. Circa paſſionem vero: Simon, Sathanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum, ſed ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua; & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Poſt paſſionem autem: Simon Joannis, diligis me plus his? Cui cum tertio requirenti, tertio reſpondiſſes: Domine tu ſcis, quia amo te, tertio quoque tibi præcepit, paſce oves meas; ut & ego tui Succeſſor effectus paſcam verbo, exemplo, & ſacramento, prælatos, continentes, & conjugatos. Ne igitur tantæ gratiæ videar eſſe prorſus ingratus, quod tibi conferre non poſſum, in ipſa tibi Baſilica miniſtrantibus cenſui conferendum, ut ſic aliquatenus patrem in filiis, vel dominum potius in ſervis, cum ad hoc non ſolum ex paſtorali debito, verum etiam ex ſamiliari conſortio tenear obligatus. Quoniam præter id quod in Apoſtolatus officio tibi licet indignus ex divina tamen dignatione ſucceſſi; primum in hac Sacroſancta Baſilica Eccleſiaſticum beneficium ſum adeptus (*b*), & de ipſius Gremio ad Romanam Eccleſiam in Diaconatus ordinem evocatus. In primis igitur ipſam Sacroſanctam Baſilicam, in qua tuum venerabile Corpus celebri memoria requieſcit (*c*), uni Deo, vivo, & vero in honore tui nominis dedicatam, quaſi propriam Apoſtolici Præſulis Sedem cum Archipresbytero, & Canonicis ſuis, & omnibus ad eorum Canonicam pertinentibus ſub tua ſimul, ac noſtra ſpeciali tutela ſuſcipimus, & præſenti privilegio communimus. Statuentes ut in eadem Baſilica, quæ ceterarum Eccleſiarum ſpeculum eſt, & ſpecimen, decor, & decus, nullus omnino præter auctoritatem Romani Pontificis aliquam ſibi vendicet poteſtatem. Eccleſias quoque Beatorum Martyrum Joannis & Pauli, Sancti Martini, Sancti Stephani Majoris, & Sancti Stephani Minoris prædictorum Canonicorum uſibus,

Cur in Baſilicam Vaticanam munificum ſe prabeat, multiplex ratio.

Baſilicam Vaticanam, Beati Petri exuviis conſecratam,

Ceterarum Eccleſiarum ſpeculum, ac decus Apoſtolico munis præſidio.

Quatuor Monaſteriorum unionem, a Prædeceſſoribus ſtatutam, confirmat.

(*a*) Inſpiciantur S. Leonis IX., Hadriani IV., & Urbani III. Conſtitutiones, idem ferme argumentum tractantes. Quæ ad eas prænotavimus, ſupervacaneum eſt hic recinere. Verum cum Innocentius III. in præſenti Diplomate nonnulla ſuperaddat, iſta duntaxat paucis illuſtrare curavimus.

(*b*) *Sicut qui olim in ipſa* (Vaticana Baſilica) *vobiſcum pariter Canonici beneficium aſſecuti ſumus*. Hæc de ſe ipſo Innocentius Pontifex, dum in præallato Diplomate ſub Dat. 3. Id. Mart. Pontificat. anno 2., D. Petri Canonicos alloquitur.

(*c*) Maximum ſane Vaticani Templi decus, in eo quieſcere Principis Apoſtolorum exuvias. *Cujus quidam, Vir catholicus, qui Zephyrini Romanæ Urbis Epiſcopi temporibus floruit, in eo libro quem ſcripſit adverſus Proculum Patronum Sectæ Cataphrygarum; de loco, in quo prædictorum Apoſtolorum* (Petri, & Pauli) *Sacra Corpora depoſita ſunt, ita loquitur: Ego vero, inquit, Apoſtolorum Trophæa poſſum oſtendere; Nam ſive in Vaticanum, ſive ad Oſtienſem Viam pergere libet, occurrent tibi Trophæa illorum, qui Eccleſiam illam* (Romanam) *fundaverunt*. Rem narrat Euſeb. lib. 2. Hiſt. Eccl. cap. 25. Fatemur quidem, D. Petri Corpus ex Vaticano ad Catacumbas aliquando translatum; priſtinum vero locum repetiiſſe, antequam Conſtantinus Magnus ipſi Apoſtolorum Principi Templum conſtrueret; ex plurimis Veterum Scriptorum teſtimoniis luculenter deducimus. Unum vel alterum proferam. Hieronym. in lib. de Script. Eccl., *Petrus* (inquit) *Romæ ſepultus in Vaticano juxta viam Triumphalem, totius Orbis veneratione celebratur*. De Fidelium turba ad S. Petri Sepulcrum accedente Prudentius in lib. 1. adverſ. Symmach. verſ. 583. ſic loquitur: *Vaticano Tumulum ſub Monte frequentat, Quo cinis ille latet Genitoris amabilis obſeſ.*

Digitized by Google

uſibus, & ſuſtentationibus deputatas; ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Sergii Secundi, Leonis Quarti, Leonis Noni, Innocentii Secundi, Adriani Quarti, Urbani, & Clementis Tertii Romanorum Pontificum præſentis ſcripti pagina communimus. Statuentes ut quæcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eiſdem venerabilibus locis canonice pertinent, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterunt adipiſci, Canonicis ejuſdem Baſilicæ firma ſemper, & illibata conſiſtant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Catharina, cum Parochia, & omnibus ad eam pertinentibus, a bonæ memoriæ Alexandro Papa Prædeceſſore noſtro prædictis Canonicis confirmatam: Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Palazolo cum omnibus ad eam pertinentibus: Eccleſiam Sancti Salvatoris juxta Terriones, quæ conſtructa eſt a prædicto Leone Papa Quarto ad Sepulturam omnium Ultramontanorum cum omnibus uſibus, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Juſtini, quæ conſtructa eſt ad Sepulturam omnium Longobardorum, & Italorum cum omnibus uſibus, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Peregrini: Eccleſiam Sanctæ Mariæ Virgariorum: Eccleſiam Sancti Salvatoris de Coxacavalli: Eccleſiam Sancti Georgii: Eccleſiam Sancti Zenonis: Eccleſiam Sancti Gregorii de Palatio (*a*): Jus Parochiale quod iidem Canonici habent in Eccleſiis Sancti Gregorii de Cortina (*b*), Sancti Martini juxta Porticum (*c*), & Sancti Laurentii de Piſcibus (*d*): Eccleſias præterea Sancti Jacobi, & Sancti Leonardi in Septiniano (*e*): Et ab Eccleſiis Sancti Michaelis, Sanctæ Mariæ in Saxia, & Sanctæ Mariæ in Tranſpadina (*f*) ſubjectionem, & reverentiam in Scrutinio (*g*), Baptiſmo, Proceſſionibus, & Chriſmatis confectione (*h*), ſicut nos eis per aliud privilegium duximus concedendum. Hoſpitale juxta Paradiſum (*i*), & jus quod habeut in gradibus: Hoſpitium Ungarorum in Eccleſia Sancti Stephani Minoris (*k*): Caſtrum Nurſiæ (*l*), Caſtrum Valera-

Nonnullas, quæ Romæ exiſtunt, Eccleſias recenſet.

Quæ in alias Eccleſias ac Domos jura competunt, numerat.

(*a*) Sacram hanc Ædem in Civitate Leoniana non longe a Vaticano D. Petri Templo ſitam fuiſſe colligimus ea Baſilicæ noſtræ Cenſualibus; ubi Eccleſia *S. Gregorii de Palatio*, nedum in Scrutinio, Baptiſmate, & Proceſſionibus, ſed & in ceteris pleno jure ſubdita enunciatur.

(*b*) Id eſt de area ſive platea, quæ ut vidimus in S. Leonis IX. Diplomate pag. 31. *Cortina* dicebatur. Hæc etenim D. Gregorii Eccleſia extabat in ipſa area Vaticana ante Baſilicæ gradus; quemadmodum prodit Alpharan. Tab. Ichnograph. lit. mm., ac teſte Cencio Camerario cap. 18. num. 40. Rom. Ordinis, Presbyterium ſex denariorum pro thuribulo percipiebat: eamdemque ruinoſam ſolo æquavit Pius IV., ut Jo. Severan. lib. de ſept. Urb. Eccl. pag. 49. literis conſignavit. Vide Turrig. Lib. de Crypt. Vat. pag. 187. & ſeqq.

(*c*) Sive *de Cortina* appellatam: Sub Alexandri VII. Pontificatu Templum hoc D. Martini videtur excidiſſe; ſic enim de ipſo teſtatur Flor. Martinellus, qui ſedente Innocentio X. floruit: *Nunc* (ait) *eſt in Palatio Prioratus Romani Militum Hieroſolymitanorum in Platea Vaticana abſque ullo cultu, & ſemper clauſum*. Turrig. Lib. de Crypt. Vat. pag. 188. 559. & ſeqq. plura habet ad hanc S. Martini Eccleſiam ſpectantia.

(*d*) Sacra Ædes, quam hodie *S. Lorenzino in Borgo*, paſſim appellamus; ut a veteri & oblonga cui adjacebat Porticu ſuperius memorata fol. 25. not. *n*, *S. Laurentii juxta Porticum* nomen accepit; ſic ab illuſtri Familia *de Piſcibus*, ſive a loci vicinia ubi Piſces venum ibant, *S. Laurentii de Piſcibus* olim eſt nuncupata. Quod in eadem Eccleſia jam tum a remotiſſimis temporibus jus Parochiale tenuerint Baſilicæ S. Petri Canonici, Summorum Pontificum clamant Diplomata, & vetera Baſilicæ noſtræ Cenſualia demonſtrant. Num vero ipſius Eccleſiæ dominium, & Rectoris electio ad Lateranenſe an potius ad Vaticanum D. Petri Capitulum ſpectaret, diſceptatum aliquando. Anno 1427., Martino V. jubente, Canonicis Lateranenſibus cauſa adjudicatur; quemadmodum conſtat ex Inſtrumento, quod Jo: M. Creſcimb. Hiſt. Eccl. S. Joann. ant. Port. Latin. Lib. 3. cap. 5. fere integrum retulit. Verum anno 1435. inter utrumque Capitulum, Lateranenſe ac Vaticanum concordia hujuſmodi conſtituitur, nempe ut Rectorem Eccleſiæ S. Laurentii de Piſcibus Capitulum Lateranenſe præſentaret, & Canonici B. Petri confirmarent ac inſtituerent, cumque opus eſſet, corrigerent: Tum idem Rector Proceſſionibus ſeu Letaniis, Scrutinio, Chriſmatis confectioni, & Sacri Fontis Benedictionibus, pro ut alii Capellani, in Vaticana S. Petri Eccleſia adeſſe teneretur: Denique, ad evitanda in poſterum diſſidia, prælaudato S. Laurentii Templo neutra Patriarchalium earumdem Eccleſiarum propria apponeret inſignia. Authenticum hujuſce concordiæ inſtrumentum extat in Archiv. noſtro Capl. 17. Faſc. 114. Ceterum hanc S. Laurentii Eccleſiam imprimis a Card. Thoma Armellino, deinde a nobili Familia de Cæſis inſtauratam, in præſentiarum obtinent Clerici Regul. Paup. Matris Dei Scholat. Piat. nuncupati.

(*e*) De Eccleſiis Sanctorum Jacobi & Leonardi in Septiniano, ſupra egimus ad alteram ipſius Innocentii III. Bullam die 13. Martii Pontificat. anno primo editam.

(*f*) Erat prope Molem Hadrianam Eccleſia iſthæc; ſolo æquata ſub Sixto V.

(*g*) Videſis prælaudatum Innocentii III. Diploma ſub dat. 13. Mart. Pontificat. anno 1.

(*h*) Adeas eamdem Innocent. Bullam die 13. Mart. Pontificat. anno 1. editam.

(*i*) Nempe juxta Porticum Vaticano D. Petri Templo adhærentem; quæ a Majoribus noſtris, ut ſupra adnotavimus pag. 31. not. *e*, *Paradiſus* eſt appellata. Hoc quod Bulla memorat Hoſpitale, Catalogus Eccleſiarum, Hoſpitalium &c. a Demetrio noſtro relatus pag. 63. & ſeqq. in hunc modum recenſet: *Item Hoſpitale juxta Paradiſum cum Eccleſia S. Nicolai, qui pertinet pleno jure in omnibus ad ipſam Baſilicam* (Vaticanam). *Conſuetum, quod quando quis Canonicorum obit, dimittit aliquid de bonis ſuis, & præter hoc habet ipſum Hoſpitale lecteriam, paltas, & Sacconem defunctorum Canonicorum; datur ei ſimiliter de ſeptimis Defunctorum, quantum octo Canonicorum Hoſpitali prædicto. Debet ſemper ſervari Hoſpitalitas; & Hoſpitalaria quæ ibi per Capitulum deputatur, & habet pro ſuo ſervitio annuatim certum penſum pro ſua vita; debet continue recipere pauperes Clericos infirmantes de corpore Eccleſiæ, & familiares Canonicorum; & ſumptibus infirmantium debet eis in oleo & potu & aliis oportunis perſonaliter ſervitium, & obſequium pauperum ſolicitum.*

(*k*) Quæ nunc dicitur *S. Stephani Hungarorum*, ad auſtralem Vaticani Templi partem ſita, uti fol. 33. not. *c*. præmonuimus. Ibidem ergo ſtatuamus oportet Hungarorum Hoſpitium. Inferius promenda Martini V. Bulla die 17. Maji an. ſexto edita, Hoſpitium hoc a D. Stephano Hungarorum Rege funditus erectum, ac dotatum enunciat: cujus quidem rei teſtis omni exceptione major eſſe videtur Chartuitius in Hungaria Epiſcopus, XI. Eccleſiæ ſeculo clarus, cum in ejuſdem S. Stephani geſtis quæ literis mandavit, hæc habeat: *Romæ quoq. quæ eſt Mundi caput ſub Protomartyris Stephani titulo duodecim Canonicorum Collegium condidit* (D. Stephanus Hungar. Rex) *rebus neceſſariis & ad ejuſmodi Collegium attinentibus abundans: Domos quoque & Hoſpitia Hungarorum, qui orationis cauſa Romam ad Beati Petri Apoſtolorum Principis Limina venirent, exædificavit, muro ea lapideo circumdans.*

(*l*) Parvum nunc Umbriæ Oppidum, fere medium inter Aquilam & Spoletum. Chartaceus Demetrii Codex pag. 101. complures apud Nurſiam exiſtentes ſub Capituli ditione Sacras

Ædes

Alias extra Urbem Eccleſias ac fundos commemorat.

Valerani (*a*), & quod habent in Caſtro Anguillariæ, & in Caſtro Ceſani (*b*). Ad Caſtrum Buccejæ Eccleſiam Sanctorum Marii, & Marthæ cum Eccleſia Sancti Laurentii ejuſdem Caſtri. Caſtrum Buccejæ cum fundis, & caſalibus ſuis, ſcilicet Latticiano, Colle, & Pauli Fundum, Olivetum cum ſuis aliis vocabulis cum Eccleſia diruta Sanctorum Coſmæ, & Damiani, qui ſcilicet Fundi poſiti ſunt in territorio Silvæ Candidæ. Caſtrum Luterni cum Fundis, caſalibus, & omnibus ſuis pertinentiis: Eccleſiam Sanctorum Joannis, & Pauli infra ipſum Caſtrum: Eccleſiam Sancti Nicolai, quæ eſt in Meſagna ipſius Caſtri: Eccleſiam Sancti Andreæ extra ipſum Caſtrum cum omnibus ſuis pertinentiis: Fundum Seſſani Majoris, & Fundum Seſſani Minoris: Maſſam Pretorialem * cum caſis, terris, & cum omnibus ſuis pertinentiis, qui Fundi poſiti ſunt in territorio Cerenſe juxta Caſtrum Luterni, triceſimo miliario ab Urbe Roma: Eccleſiam Sanctæ Anatoliæ in Portuen. Civitate vetere cum piſcaria juxta eam, cum terris, & manicis ſuis in Trajano: Eccleſiam Sancti Silveſtri de Sutrio cum valle, quæ vocatur Frictilli cum Molendinis ſuis: Hoſpitale de Ferento cum Oratorio S. Laurentii & omnibus ſuis pertinentiis: Hoſpitale de Narnia cum Capella S. Thomæ & omnibus ſuis pertinentiis: Monaſterium S. Benedicti de Scalocla cum omnibus ad ipſum pertinentibus: Eccleſiam S. Martini de Spello: Eccleſiam S. Stephani de Runceja poſitam in Epiſcopatu Aſſiſien., cum omnibus pertinentiis ſuis: Hoſpitale de Traverſa cum Oratorio S. Nicolai poſito in Campania in Epiſcopatu Aſſiſien. cum omnibus pertinentiis ſuis: Caſtrum Caſſi cum Eccleſia S. Petri, & Eccleſia S. Mariæ cum fundis, villis, & caſalibus ſuis: Capellam novam S. Joannis ſitam intra Caſtrum Cocoranum; Aream ad Eccleſiam ædificandam, quam prædicti Canonici habent in Colle de Manſi cum omnibus pertinentiis ſuis; Aream, quam habent in Caſtro Cocorano, ubi fuit Eccleſia S. Petri, quam ignis combuſſit: Hoſpitale cum Eccleſia juxta Caſtrum Dirute, in Epiſcopatu Peruſino. Hoſpitale cum Crypta S. Michaelis poſit. in loco, qui dicitur Saſſo de Rapina, quod ædificavit Domna Betheleem & Malvagnata filia Malvagni in Territorio Summati juxta fluvium, qui dicitur Trunto. Hoſpitale Turricelle cum Eccleſia Sancti Gualterii, poſitum in Territorio Caſtelli Fortiliani, quod ædificavit Maradianus, & Hugo filii Comitis Conradi, & Henricus, & Oderiſius filii Comitis Theobaldi juxta flumen, quod dicitur Tenna, & in manus Presbyteri Theodini pro veſtra Canonica tradiderunt. Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Pacignan. poſitam in Marſia (*c*) prope Caſtrum Celanum. Hoſpitale de Anatella cum Eccleſia Sancti Bartholomæi ibidem poſita: Eccleſiam Sancti Johannis in Orſocle poſitam in Epiſcopatu Valven.: Hoſpitale de Pretonico (*d*) cum Eccleſia Sancti Laurentii, poſitum in Epiſcopatu Pennenſe: Eccleſiam Sancti Michaelis de Revere Scriniolis cum Hoſpitali, Capellis, & omnibus pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Cataldi cum Ponte Saraballis poſitam in Epiſcopatu Terdonenſi. Caſtrum Capracorum cum terris, ſundis, & caſalibus ſuis cum Eccleſia Sancti Joannis diruta, cum aquimolis, & molaria ſua. Fundum Sancti Caſſiani, Fundum Vicoli, Fundum Memorien., Fundum Talliani Majoris, & Talliani Minoris, Fundum Caſanilli, Fundum Caſſapindulæ, Fundum Cucumelli, Fundum Rotulæ, Fundum Protelaris, Fundum Pritanellæ, Fundum qui dicitur Caſa Lardaria, Fundum Clanidris * cum Eccleſia Sanctæ Agathæ diruta, Fundum Canutuli, Fundum Aquæ frigidæ, omnes invicem cohærentes; Fundum Bravi; Fundum Pallini cum ſuis omnibus vocabulis. Monaſterium Sancti Cornelii, quod eſt ſitum in Territorio Vegentano cum ſuis pertinentiis; Sex pedicas Terrarum in Fundo qui dicitur Vallis de Pertica; Terram de Macerano poſitam ad Petram Pertuſiam. Omnes poſſeſſines Terrarum, quas ab ipſa Canonica tua, Monaſterium Sancti Sabæ tenet in Territorio Galeriæ; poſſeſſiones, & penſiones domorum Sanctæ Mariæ in Turri. Tertiam partem Oblationis, quæ venit ad manus Portuenſis Epiſcopi, in Dominica Palmarum, in Cœna Domini, in Paraſceve, in Sabato Sancto, in Reſurrectione Domini, & in die Natalis Domini: Sextam partem Oblationum, quæ offeruntur in Altare Sancti Petri in Dominica Palmarum, ex quo pulſantur Campanæ in nocte ad Matutinas, uſque ad Matutinas finitas, & ex quo pulſantur ad Miſſam uſque ad finem Miſſæ: Similiter in Cœna Domini, in Para-

* Al. Pretoriolam.

* Al. Cleandris.

Jura Baſilicæ ſuper Oblationibus, quas Epiſcopus Portuenſis lucratur.

Ædes enumerat. *Quod vero Caſtrum Nurſiæ ipſi Capitulo ſubjectum ſit*, pag. 48. ex pervetuſto anni 1163. documento comprobat. Vide Torrig. lib. de Crypt. Vat. pag. 326.

(*a*) Caſtrum Valeranum in Epiſcopatu Civitatis Caſtellanæ poſitum, ab Hadriano IV. Canonicis D. Petri fuiſſe donatum, tradunt Canon. Roman. tit. 8, & Maphæus Vegius lib. 2. cap. 3. apud Bolland. to. 7. Jun.

(*b*) Prope Campagnanum & Anguillariam extat Ceſanum.

(*c*) Alias Valeria, Latii Urbs prope Fucinum Lacum, jam pridem exciſa; ac circiter 3. mill. paſſ. a Celani Oppido diſſita. Rurſus, prope Celanum a Demetrio noſtro pag. 167. ponitur mox ſubjiciendum Hoſpitale de Anatella.

(*d*) Quod inſequutis temporibus, *de Fabrica* nuncupatum eſt, ut videre licet in Demetrii Codice pag. 188. & 190. terg.

(*a*) Quam

in Paraſceve, in Sabbato Sancto, & ex quo pulſantur Campanæ ad ſcrutinium faciendum per totum diem, & noctem quouſque ſequenti die Dominicæ Reſurrectionis, fuerit Miſſa completa. Montem Sancti Petri cum Caſtello, & cum Eccleſia Sancti Petri juxta Civitatem Oſmi. Hoſpitale de Montotto cum Eccleſia Sancti Petri poſitum in Territorio Caſtelli, quod vocatur Cecilia, juxta fluvium Aſu in Epiſcopatu Firmano; quod ædificavit Tranſmundus Iberti *, & in manus Todini pro ipſa Canonica tua tradidit. Eccleſiam Sanctæ Scuderæ poſitam inter duo flumina, Farma, & Farmolla prope Caſtrum Torgnallis. Reditus, & proventus de Signis plumbeis, ſive ſtagneis tuam, & Coapoſtoli tui Pauli imagines præferentibus: auctoritatem quoque fundendi ea, vel quibus voluerint, fuſoribus concedendi, ſicut ex noſtra conceſſione (a) noſcuntur habere. Ad exemplar quoque prædeceſſorum noſtrorum felicis recordationis Eugenii, Adriani, Alexandri, atque Clementis, quartam partem omnium Oblationum, quæ proveniunt de Sacro Altari tuo, & tam de Arca, quam de omnibus Miniſteriis; Et inſuper alteram quartam omnium Miniſteriorum, quam nos eis duximus conferendam (b). Præterea libertates, & immunitates antiquas, & rationabiles conſuetudines præfatæ Canonicæ tuæ conceſſas, & hactenus obſervatas, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas permanere ſancimus. Ceterum cum eadem Baſilica ſpeciale membrum Apoſtolicæ Sedis, & propria Romani Pontificis Sedes exiſtat, ſtatuimus, & ſancimus, ut ſicut contra Romanam Eccleſiam nonniſi centenaria currit præſcriptio ſecundum Conſtitutiones Canonicas, & legitimas ſanctiones, ita quoque præfatæ Canonicæ minoris temporis præſcriptio non obſiſtat. Chriſma vero, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum in ſuis Eccleſiis exiſtentium, ab Epiſcopis Dioceſanis ſuſcipient; ſi quidem Catholici fuerint, & gratiam Apoſtolicæ Sedis habuerint, et ſi ſine ulla pravitate voluerint exhibere: alioquin liceat eis quemcumque maluerint Antiſtitem, Catholicum dumtaxat, adire, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur impendat. Statuimus præterea, ne quiſquam Epiſcoporum abſque conſcientia Romani Pontificis, in eorum Eccleſiis, niſi quando generale fuerit Interdictum, divina Officia interdicat, nec quidquam ab illis exigere ulla ratione præſumat, ſed liberæ ipſæ Eccleſiæ ſub noſtra protectione conſiſtant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ſupradictam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia eternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Aliarum extra Urbem Eccleſiarum ſeriem proſequitur.

* Al. Uberti.

Reditus, qui e ſignis plumbeis percipiuntur, concedit.

Prædeceſſorum Sanctiones ſuper Oblationibus, quæ Baſilicæ obveniunt, confirmat.

Præſcriptio Centenaria favet Baſilicæ.

Quouſque Epiſcoporum jura protendantur.

In eos, qui aut Baſilicam turbant, aut Bullam violant, pœnas decernit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum per manum Joannis Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconi Cardinalis Idibus Octobris, Indictione viii., Incarnationis Dominicæ Anno MCCV. Pontificatus vero Dñi Innocentii PP. III. Anno Octavo.

In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Datum Romæ apud S. Baſilium, Pontificatus Dñi Nicolai PP. Quarti Anno Secundo, menſe Martii, die viceſima octava.

Iis,

(a) Quam præfefert proxime allatum Diploma, editum 15. Kal. Febr. Pontificat. anno 2.

(b) Uti conſtat ex præadducto Diplomate ſub Dat. 3. Id. Mart. Pontificat. Anno 1.

(a) Hujus

Iis, quæ ad Officia Divina rite perſolvenda, & ad confovendam Canonicam diſciplinam, ipſi B. Petri Canonici inſtituerant; Apoſtolicæ auctoritatis robur, atque inconcuſſæ obſervantiæ præceptum adnectit.

Ex Autographo in Archiv. Vat. Baſilicæ Capſ. 7. Faſc. 13.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero, & Canonicis Sancti Petri; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1206.

Quæ Canonici Baſilicæ Vaticanæ decreverant, enumerat, & confirmat.

EA, quæ de mandato Sedis Apoſtolicæ ſtatuuntur, firma debent, & illibata ſervari, ne cujuſquam audacia violentur. Ut igitur inſtitutio, quam ſuggerentibus nobis ad ampliandum Divini Nominis cultum in præſentia noſtra feciſtis, inviolabiliter obſervetur, eam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; diſtricte jubentes, ut ipſam, tam vos, quam ſucceſſores veſtri firmiter obſervetis. Statutum eſt ſiquidem, ut de Oblationibus, quæ proveniunt ex quarta parte Miniſteriorum Beati Petri, quam nos pietatis intuitu vobis duximus concedendam (*a*); ſinguli Canonici, qui ad Matutinas ſurrexerint, accipiant per manus obedientialium (*b*), qui ad hoc fuerint inſtituti, duos denarios ſingulis noctibus; unum autem ad Miſſam, & ad Veſperum unum (*c*). Qui vero ad Sextam non venerint, ſi fuerint præſentes, ſubtrahatur eis panis in prandio. Et qui ad Nonam non iverint, negetur eis panis in cœna (*d*). Tertia quippe poſt Matutinalem Miſſam (*e*) continue decantetur. Si tamen quiſpiam jacens in Dormitorio, ſemel in hebdomada propter neceſſitatem aliquam ad Matutinale Offitium non ſurrexerit, prædicta pœna minime teneatur; ſciat tamen ſe redditurum Deo de negligentia rationem. Medicinati etiam per tres dies, & minuti (*f*) per duos, & balneati per unum ab hujuſmodi pœna cenſeantur immunes. Illi autem, qui non intraverint Chorum in Matutinis, & Veſperis, Sexta quoque, ac Nona uſque ad Gloriam primi Pſalmi, & uſque dum Kirie eleiſon cantatur ad Miſſam, denarios non percipiant prætaxatos. Intrantes igitur in Offitio perſeverent, ut non exeant ante finem, niſi forſan interim ex neceſſaria cauſa cogantur exire, ſed quamtotius poterunt, revertantur; nec ſedeant ocioſi, ſed ſinguli prout poſſunt, & ſciunt ſe diligenter exerceant in cantilena, & pſalmodia. Quicumque vero quolibet modo, præterquam in obedientiis (*g*) de mandato Capituli exiſtentes, Divinis non interfuerint Offitiis, ſicut ſuperius eſt expreſſum, denariis careant prælibatis, ne præſens ſtatutum variis occaſionibus eludatur. Quod ſi prædictæ Oblationes ſufficientes non fuerint, de Oblationibus Sancti

Primus Canon, de quotidianis diſtributionibus concedendis, vel denegandis.

Excipiuntur qui a Choro abſunt ex cauſa legitima.

Qui Choro interſunt, nec ſedeant otioſi, nec exeant ſine cauſa.

(*a*) Hujus conceſſionis Bullam ſupra dedimus.

(*b*) Obedientiales hic Officiales excipe, qui Baſilicæ facultates ac bona procurabant; & proventus, fructuſque percipiebant, ſingulis Canonicis pro ſua quibuſque rata portione diſtribuendos. Legeſis, præter Cangii Gloſſarium, Innocentii III. Epiſtolam 29. lib. 2. Regeſt. 14. apud Boſquet. pag. 595. ejuſque notas in ipſam Epiſt. Qui nunc vel *Punctatores* paſſim, vel *Camerarii* vocantur, olim *Obedientiales* dictos fuiſſe, quaſi ex obedientia ad Officium diſtributorum quotidianarum erogationum deſtinatus, opinatur doctiſ. Petr. Moretti part. 2. de Presb. ſect. 5. pag. 51. not. c.

(*c*) Quilibet ex his denariis, ſi noſtrum Grimaldum in Oper. de Veronica pag. 35. audiamus, tanti valet, quanti unus obolus, italice *bajocco*, exiſtimatur: emolumentum ſane perquam tenue; quamvis, ut ex dicendis patet, ea ætate vitam in communi agerent Canonici, & quæ ad victum neceſſaria forent, eiſdem Capitularis menſa ſuppeditaret. Adeas ejuſdem Innocentii III. Bullam mox adducendam. Ceterum cum de denariis Romanis ſermo eſt, horum ſinguli, ut habet communis opinio, tribus aſſibus & ſemis exæquantur. Alii fuerunt denarii Senatus, de quibus Benedictus Floravantes in lib. de Denar. Summ. Pontif. pag. 15. cum ſeqq. & 92.

(*d*) Quis hæc perlegens, Canonicos in eodem refectorio cibum in commune ſumſiſſe; eoque, ut inferius habetur, in eodem Dormitorio cubaſſe non intelligit? Eadem profecto apud alios inſignium totius fere Orbis Eccleſiarum Cathedralium Canonicos diu viguit diſciplina. Silentio præterimus Catholicæ Eccleſiæ primordia. Unius Divi Auguſtini (ut Euſebium Vercellenſem Epiſcopum taceamus) exemplum indigitaſſe ſat eſt; quo ſuadente, quemadmodum in ejus Vita ſcribit Poſſidius, *ſemper Clerici una etiam domo ac Menſa ſumtibuſque communibus alebantur, & veſtiebantur*. Hujus diſciplinæ Sanctimoniam ſpectavit Romana Synodus anno 1059. celebrata; dum can. 4. ita ſancivit. *Et præcipientes ſtatuimus, ut ii prædictorum Ordinum* (Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum) *qui eidem Prædeceſſori noſtro* (Leoni IX.) *obedientes, caſtitatem ſervaverunt, juxta Eccleſias, quibus ordinati ſunt, ſicut oportet Religioſos Clericos, ſimul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſiis venit, communiter habeant. Et rogantes monemus, ut ad Apoſtolicam, communem ſcilicet vitam ſummopere pervenire ſtudeant*. Eumdem canonem inſtauravit Roman. Concilium an. 1063.

(*e*) Sic appellatam quod mane celebretur vel pro benefactoribus, perſoniſque publicis, vel pro ingruente neceſſitate. Conſulatur Martene to. 1. de Monachor. Ritib. lib. 2. cap. 5. & Card. Bona lib. 1. cap. 22.

(*f*) Ii nempe, quibus, inciſa vena, ſanguis minuitur valetudinis gratia.

(*g*) Obedientiarum vocabulo, uti quidem opinamur, Prædia, Grangias &c. Capitulo Vaticano ſubditas intelligimus. Ad eaſdem procurandas nonnullos e Capitulo, imo de Capituli mandato, miſſos fuiſſe non dubitamus. De hujuſmodi obedientiis multa habet Cangius in Gloſſario.

(*a*) De

Canon alter, de Canonicorum vita communi.

Sancti Peregrini (*a*), vel aliis, quod defuerit ſuppleatur. Ad Menſam autem omnes, vel major pars, ſimul accedant, ſimul cum modeſtia diſcumbentes, ſimulque ſurgentes a menſa, intenti lectioni, quæ ſemper in prandio ſine intermiſſione legatur (*b*). Procurentur autem omnes pariter in communi (*c*) de proventibus Signorum (*d*), & Valerani (*e*), & decem libris (*f*), quæ de penſionibus (*g*) aſſignentur. Ceterum ſi pro negotiis propriis aliquos oportuerit exire, ſine Archipresbyteri, vel Prioris (*h*) licentia non recedant; & ſi extra Eccleſiam diſpoſuerit aliquis ire pedes, abſque Socio ſolus non eat. Extra ſepta vero Canonicæ (*i*) ſine Capa (*k*), vel Toga (*l*) nullus appareat, niſi forſan equitaverit extra Urbem, & tunc nihilominus in habitu procedat honeſto. In Dormitorio vero poſtquam candela fuerit accenſa (*m*), nullus cum clamore loquatur, ne ſi clamaverit, dormientes offendat. Si quis autem contra præſumpſerit, per ſubtractionem Beneficii puniatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & juſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Pœna contra refractarios ſtatuuntur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum quarto Idus Januarii Pontificatus noſtri Anno Octavo (*n*).

E duabus Sententiis in cauſa quadam Monaſterii Sancti Martini de Monte prolatis, unam tamquam iniquam revocat; alteram minus providam corrigit, litemque dirimit.

Ex Regiſtr. Epiſtolar. Innoc. III. Lib. 10. Epiſt. 145. ap. Balut. Tom. 2. pag. 84.

Abbati & Conventui Sancti Martini de Monte (o).

AN. CH. 1207.

NE cauſa ſententiali calculo diffinita in recidivæ contentionis ſcrupulum relabatur, judicialis diffinitio atramentali debet calamo exarari. Præſentibus ergo literis innoteſcat, quod nos auditis & intellectis atteſtationibus, inſtrumentis & allegationibus univerſis propoſitis coram nobis in cauſa quæ vertebatur inter yconomum veſtrum

(*a*) De Eccleſia S. Peregrini vide pag. 29. not. *c*.

(*b*) Dum iſta percurrimus, mentem ſubit Inſtitutum Canonicorum Eccleſiæ Rhemenſis, quod Stephanus Tornacenſis an. 1200. in Epiſt. ad eorumdem Canonicorum Decanum laudibus hiſce proſequitur: *Reficiebant convivæ Domini minus ventrem quam mentem; ſonante eis per miniſterium Lectoris Divino eloquio nunc admonendo præceptis, nunc prohibitionibus coercendo. O fortiores epulæ, quæ non crapulam provocant, ſed ſobrietati deſerviunt.*

(*c*) Quæ omnibus par cura impenditur, eadem indigentiis proſpicit ſingulorum. *Ergo omnes pariter in communi procurantur*; nempe ad victum neceſſaria ſuppeditantur omnibus: qua notione verbum *procurare*, obtinet in veteri monumento an. 1110. apud Martene to. 1. Anecd. col. 321. ubi hæc habentur: *Quod ſi forte ad tantam paupertatem redacta fuerit Eccleſia illa* (S. Medardi de Dolon) *ut ex reditibus ejus non poſſint Canonici* procurari, *mittet Dominus Abbas de eis quantos ſibi videbitur in quaſcumque voluerit domorum noſtrarum, & ibi* procurabuntur *honeſte ſicut Monachi noſtri.*

(*d*) Proventus hujuſmodi, ut vidimus in ſuperiori Diplomate, Summus Pontifex Canonicis addixit.

(*e*) De quo diximus ad ejuſdem Innocentii III. Bullam ſub Dat. Idib. Octobr. Pontificatus anno 8.

(*f*) Decem libræ uſualis monetæ, juxta prælaudati Jac. Grimaldi calculum pag. 38., ſentis vigintiquinque monetæ papalis exæquantur. Conſulatur promendum infra Innocentii III. Diploma die 3. Januar. Pontificat. an. 10. editum.

(*g*) Quas inter procul dubio recenſendæ ſunt penſiones domorum S. Mariæ in Turri, ab Urbano III., Innocentio III. aliiſque Pontificibus Bona Vatic. Baſil. enumerantibus confirmatæ.

(*h*) Nimirum antiquioris Canonici, qui ex conſtitutione Sixti IV. hodie Decanus appelletur.

(*i*) Juxta Eccleſiam *S. Stephani Minoris* modo *Hungarorum* nuncupatam extabat olim noſtræ Baſilicæ Canonica, a Nicolao III. inſtaurata. Inſpice Alphatani Tabul. Ichnograph. lit. g.

(*k*) Quæ, ut ex antiquis monumentis Turrig. evincit pag. 310. Lib. de Crypt. Vaticanis, adinſtar fuit cappæ apud Regulares Canonicos Lateranenſes uſitatæ. *Capas rotundas & largas* more Clericorum & Sacerdotum, Innocentius IV. memorat apud Balutium to. 7. Miſcell. pag. 407. Ex quo, uti etiam ex Honor. Auguſtodun. lib. 1. de Gemm. Anim. cap. 227. Capam, de qua ſermo eſt, pallium amplum intelligimus.

(*l*) Nempe, uti opinamur, linea tunica, camiſia, ſive alba, quæ tandem contracta, Roquetum eſt appellata. S. Leo IV. vel alius Auctor *Admonitionis Paſtoralis*, geminam ſecernit Albam; alteram ſcilicet uſui quotidiano, alteram vero Divinis Myſteriis celebrandis addicta: *Nullus*, inquit, *in alba, qua in uſu utitur, Miſſam cantare præſumat*. Albam igitur uſualem, ſeu lineam tunicam, quam Jo: Andreas ſup. Clement. I. de Elect. *togam* denominavit, eamque Canonicorum Regularium proprium eſſe indumentum affirmat; extra Clauſtrum geſtabant Baſilicæ Vaticanæ Canonici, eodem ferme pacto, quo Albam ſeu tunicam lineam decurtatam, *Roquetum* vulgo dictam, Regulares Canonici Lateranenſes gerunt hactenus.

(*m*) Ex Oblationibus Altari B. Petri impoſitis, *Canonici recipiunt lampadem plenam oleo, quæ omni nocte ardet in Dormitorio eorum*; inquit Petr. Mallius in charta ſæpius laudata ap. noſtrum Tabular. Capſ. 2. Faſc. 255.

(*n*) Scilicet anno Incarnat. Domin. 1206., Pontificatus exordio a die conſecrationis deducto; quod ſi ab electionis die repetamus, annus procuſi Diplomatis eſt 1205.

(*o*) Quod Abbatiam S. Martini de Monte Pius Papa IV. an. 1564. menſæ Capitulari Baſilicæ Vaticanæ perpetuo ſociaverit, noſtra intereſſe putamus & Bullas quaſdam præcipuas, quæ ad Abbatiam eamdem pertinent, attexere; & quæ ad pleniorem Diplomatum intelligentiam conducunt, paucis identidem explicare.

Abbatiæ *S. Martini* nomen, ab Eccleſia Abbatiali S. Martino Epiſcopo dicata, defluxit; cognomen vero *S. Martini de Monte*, a loco, hoc eſt a Cimino Monte, ubi Monaſterium illud inſedit, repetitur. Quum Mons Ciminus longe lateque ſeſe protendat, eam Montis partem hic intelligimus, cui Viterbium adjacet, quod idcirco a Monaſterio ac Caſtro S. Martini nonniſi trium circiter milliarium intervallo dividitur. Aliud tamen Abbatiæ cognomen occurrit, ſi quæ Alexandri III. ætatem præce-

Cauſa ſtatum, aperit.

veſtrum ex parte una, & Fortiguerram ac Raynucium filium Poli Guidotti cives Vitterbienſes ex altera, ſuper accaſamentis quondam Tornampart., & terris de Riſiare ac Salicis (a) cum molendino ubi facta eſt gualkeria, ſententiam Jacobi & Matthæi Judicum Vitterbien. contra Monaſterium inique prolatam omnino caſſamus, & ſententiam a Ven. F. n. R. Civitatis Caſtellanenſis Epiſcopo, & P. Yſmaelis tunc Abbate S. Andreæ contra præfatos cives minus provide promulgatam corrigimus in hunc modum; videlicet quod cum conſtet, Monaſterium veſtrum in venditione prædictarum rerum, ultra dimidiam juſti pretii fuiſſe deceptum, præfati Cives, aut, recepto pretio, poſſeſſiones reſtituant memoratas, aut ſuppleant quantum legitime oſtendetur tempore venditionis juſto pretio defuiſſe. Nulli ergo, &c. Noſtræ diffinitionis, &c. Si quis autem, &c.

Aut Bona monaſterio reſtitui, aut juſtum pretium integre perſolvi, decernit.

Datum Corneti iii. Kal. Novembris Anno Decimo (b).

Stationem ad Hoſpitale Sancti Spiritus in Saxia quotannis celebrandam inſtituit; Effigiem Jeſu Chriſti illuc e Vaticana Baſilica per ipſius Canonicos ſolemni ſupplicatione deferri mandat; idcirco eiſdem Divi Petri Canonicis præmium elargitur.

Ex Regeſto Epiſtolar. Innocentii III. Lib. 10. Epiſt. 179. apud Balutium.

Dilectis Filiis Rectori & Fratribus Hoſpitalis Sancti Spiritus in Saxia.

AN. CH. 1208.

AD commemorandas nuptias ſalutares, quæ in converſione peccatoris moraliter celebrantur inter Spiritum hominis & Gratiam Conditoris, ex quibus affectus & actiones tanquam filii ac filiæ generantur, Dominica prima poſt Octavas Epiphaniæ, quando illud legitur Euangelium, quod Jeſus cum Diſcipulis ſuis in Cana Galilææ, ubi Mater ipſius erat, invitatus ad nuptias aquam convertit in vinum, ſolemnem apud Hoſpitale veſtrum inſtituimus Stationem (c), in quo vos ex inſtitutione noſtra divino eſtis obſequio mancipati, ea potiſſimum ratione, quod in illis nuptiis ſex hidriæ ſecundum purificationem Judæorum fuiſſe narrantur; & quidem in hoc Hoſpitali, tamquam in Cana Galilææ, loco videlicet, ubi zelus eſt tranſmigrandi de vitiis ad virtutes, poſitæ ſunt ſex hidriæ, ideſt ſex opera miſericordiæ inſtituta, quæ ſunt paſcere eſurientem, potare ſitientem, colligere hoſpitem, veſtire nudum, viſitare infirmum, & incarceratum adire; ad purificationem utique Judæorum, ut per illa videlicet confitentes, a vitiis expientur. Iſtæ vero ſex hidriæ, uſque ad ſummum implentur, quando illa ſex opera miſericordiæ ad perfectum uſque geruntur; & ex aqua fit vinum, cum ex merito eleemoſynæ vis accenditur caritatis: quia vero Jeſus cum Diſcipulis ſuis ad has nuptias in Cana Galilææ, ubi Mater ejus erat, legitur invitatus, idcirco rationabiliter inſtituimus, ut Effigies Jeſu Chriſti (d) a Beati Petri Baſilica per ejuſdem Canonicos ad dictum Hoſpitale (e), ubi memo-

Cur certam huic Stationi diem aſſignaverit, pluribus explicat, ab allegorico ſcripturarum ſenſu petitis.

Veronicam a Canonicis Baſilicæ deferri mandat.

præcedunt, monumenta conſulamus. In Tabularii noſtri Capſ. 49. faſc. 71. ſervatur Autographum Inſtrumenti, quod Vineæ cujuſdam in Viterbii territorio poſitæ permutationem a Monaſterii Abbate factam complectitur. Ibi vero *S. Martini in Novellitu* cognomen legimus, non etiam *in Monte*: *Convenerunt*, verba ſunt Inſtrumenti, *D. Johannes, & D. Guido Abbas de Monaſterio S. Martino, quod eſt ædificatum vel conſecratum in loco qui appellatur Novellitu*. Inſtrumentum hocce tempora Benedicti IX. confectum eſt: ex quo & illud colligimus, Monaſterii initia Seculo Eccleſiæ XI. eſſe antiquiora; quum ipſa initi contractus natura, & Monachorum qui ad contractum celebrandum convenit numerus, Monaſterium jam adultum præſupponant.

(a) Utraque hæc peculiaris terrarum denominatio *Riſerii* nimirum ac *Salicis*, in Viterbienſi territorio collocanda. Multa in vico Riſerii, hodie *Riſeri*, incolis notiſſimo, extitiſſe Abbatiæ S. Martini Bona, ex alio Innocentii III. Diplomate infra excribendo, patebit. Caſtrum *Salicis*, ex quo in proximam agri partem cognomen defluxit, aliquando extitiſſe in Viterbienſi agro, indubia res eſt; quandoquidem Hiſtoricus P. Buſſius fol. 50. & Caſtrum nominat, & an. 1200. Viterbienſium ditioni ſubjectum affirmat. Excidit tamen univerſum, ſolaque nominis, quo certa terræ portio donatur, ſuperſunt monumenta.

(b) Cur Pontificium hocce decretum, quod decimo Pontificatus Innocentii anno promulgatum eſt, huc reiiciamus, in notis ad Bullam Innocentii III. editam Kal. Februarii an. 1206. infra explicabimus. Arduum ſane negocium, Pontificis hujuſce annos cum Æra communi componere; quo enim te vertas, occurrunt incommoda. Hac in re, cum ii non ſimus, ut litem valeamus componere, quam Balutius in literis Innocentii III. coordinandis, ſequutus eſt temporum rationem, eamdem & nos obſervandam decrevimus.

(c) De qua, uti & de ſolemni ſupplicatione, & Sanctiſſimi Sudarii delatione vetus Innocentii III. Biographus apud Balutium num. ult. loquitur.

(d) Quæ ſub *Veronicæ*, *Sudarii*, & *Vultus Sancti* nominibus, totius Catholici Orbis veneratione celebratur. Joannes VII. anno Chriſti 705. electus Romanus Pontifex, qui ut ſupradictum eſt pag. 9. not. *b*., in Vaticano Templo Sacellum Deiparæ nomine ſacrum extrui curavit; Ciborium quoque, ubi Chriſti Sudarium aſſervaretur, ac ea ipſa per plures annorum centuriar aſſervatum fuit, in memorato Sacello erexiſſe colligitur ex ejuſdam Ciborii fragmento in Cryptis Vaticanis adhuc ſuperſtite, & Joannis VII. nomen ita præferente: *Joannis Servi Sanctæ Mariæ*: quo titulo ob peculiarem erga Deiparam dilectionem hunc Pontificem ſeſe appellaſſe, opinamur. Vide Severan. lib. de 7. Urb. Eccl. pag. 71. & Canonicos cum Benedictum in Ord. Rom. num. 7. cum Romanum tit. 19. & 25. necnon Reſponſor. & Antiphonar. ad uſum Canonic. S. Petri apud Ven. Card. Thomaſ. pag. 40.

(e) Refert Matthæus Pariſius ad annum 1216. *Innocentius* (III.)

memoria Glorioſiſſimæ Matris ejus recolitur, infra capſam & auro & argento & lapidibus pretioſis ad hoc ſpecialiter fabrefactam venerabiliter deportetur; fidelibus populis, qui ad has nuptias celebrandas devote convenerint, deſiderabiliter oſtendenda. Ut autem Nos, qui, Domino revelante, venerandum aliis aperuimus ſacramentum, eo etiam inſpirante imitandum aliis præbeamus exemplum; concedimus, ſtatuimus, & jubemus, ut pro mille pauperibus extrinſecus adventantibus, & trecentis perſonis intus degentibus decem & ſeptem libræ uſualis monetæ (*a*), ut ſinguli accipiant tres denarios (*b*), unum pro pane, alterum pro vino, aliumque pro carne ab Eleemoſynario Summi Pontificis annuatim vobis in perpetuum tribuantur; & Canonicis ſupradictis, qui præſcriptam Effigiem Salvatoris proceſſionaliter deportabunt, ſingulis duodecim nummi (*c*), & cereus unius libræ; qui deferatur accenſus, de Oblationibus Confeſſionis Divi Petri præſtentur. Quia vero non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei, debet huic Stationi Romanus Pontifex cum ſuis Cardinalibus intereſſe, & Miſſarum ſolemnia ibi celebret, & exhortatorium faciat de hac celebritate ſermonem. Neve fidelis populus famelicus ab iis nuptiis revertatur, præter materialem & doctrinalem, ſpiritualem quoque ſibi cibum impendat, remiſſionem unius anni de injunctis ſibi pœnitentiis indulgendo: monemus igitur & obſecramus Succeſſores noſtros per Chriſtum Jeſum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, ut hanc inſtitutionem, quæ (ipſo teſte) de pietatis fonte proceſſit, faciant inviolabiliter obſervari ſub obteſtatione divini judicii prohibentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, conſtitutionis & juſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c.

Pauperibus certa eleemoſyna ſumma.

Canonicis S. Petri honorarium ac Cereus diſpenſatur.

Indulgentiarum Theſaurum elargitur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, tertio Nonas Januarii, Pontificatus noſtri Anno decimo.

Eccleſias ac Bona, quæ Monaſterio Sancti Martini de Monte ſubjiciuntur, enumerat, atque confirmat: Privilegia addit quamplurima.

Ex Bull. Original. exiſten. in Archiv. Baſil. Vatic. Capſ. 13. Faſc. 289.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Petro Abbati Monaſterii S. Martini de Monte, ejuſque Fratribus tam præſentibus, quam futuris Regularem vitam profeſſis; In perpetuum.

AN. CH. 1208.

Licet Monaſterium veſtrum pauperculum fuerit ab initio, in tantam tamen proceſſu temporis paupertatem devenit, ut vix in eo tres Monachi remanſiſſent, poſſeſſionibus ejus vel omnino diſtractis, vel graviter obligatis. Unde in generali Ciſtercien. Capitulo extitit diffinitum, ut a Ciſtercien. Ordine ſeparari deberet; cum in eo non poſſet Ciſtercienſis Ordo ſervari. Nos autem, qui Religionem intendimus fovere plantatam, nolentes ab ipſo Monaſterio Religionem penitus extirpari, mille libras tribuimus ad poſſeſſiones ejuſdem Monaſterii redimendas, mandantes dilectis Filiis Abbati, & Fratribus Pontiniacen. Cœnobii, quod per Dei gratiam, & in ſpiritualibus, & in temporalibus valde floret, ut Eccleſiam veſtram de noſtra conceſſione in ſpecialem filiam adoptantes, Abbatem, & Conventum ad illam dirigerent reformandam; quod ipſi grato proſequentes affectu, vos cum quibuſdam Converſis ad ipſum Monaſterium tranſmiſerunt (*d*). Verum quia nec ſic Monaſterium ipſum ſufficere poterat ad Conventum ſuſtentan-

Ne Monaſterium, ob paupertatem, a Ciſtercienſi Ordine divellatur, curat.

---

tium (III.) *quem vacillantis Eccleſiæ cura ſollicitabat, Effigiem Vultus Domini, quæ Veronica dicitur, ut moris eſt, de Eccleſia S. Petri verſus Hoſpitale S. Spiritus reverenter cum proceſſione bajulaſſe, cum Effigies in locum ſuum reportaretur, ipſa ſe ſponte verſit*: ob idque Pontifex quamdam compoſuit orationem, cui & Pſalmum adjecit cum nonnullis verſiculis, eamque recitantibus decem dierum Indulgentiam impertivit.

(*a*) Decem & ſeptem Libræ uſualis monetæ, quemadmodum Jac. noſter Grimaldus ex antiquis *monumentis* edoctus in MS. Opere de Veronica fol. 38. affirmat, *ſunt auri in auro ſcuta XXXIV. ad Julias XII. ſemis pro ſcuto, conſtituuntque ſummam* (ſcutorum) *XXXXII., bolenorum* (vulgo bajocchi) 50. *monetæ papalis. Sic ſatis ſuperque erat* (idem Grimaldus ſubdit) *hujuſmodi eleemoſyna; ſicut etiam ſufficiebant illis temporibus dicti tres denarii ſeu oboli ad panem vinum & carnem* (quorum mox Bulla meminit) *emendas*.

(*b*) Nimirum, *bajocchi* 3., teſte prælaudato Grimaldo.

(*c*) Quorum ſinguli, ut inquit prædictus Grimaldus, tres pendent obolos ſeu denarios, hoc eſt, *bajocchi* 3.

(*d*) Variam hocce Monaſterium ſubiit fortunam. In prima ſui origine a Monachis Benedictinis fuiſſe inhabitatum, affirmat Manriquez Annal. Ciſtercienſ. tom. 2. cap. 2. ad an. 1150. num. 8. Sub Eugenio III. Ciſtercienſibus fuiſſe traditum, legimus apud Ughell. tom. 1. Ital. Sac. column. 1404. Tandem ne a Ciſter-

Ad pauperiem ſublevandam, præter pecuniam, locos inſuper concedit fundos.

ſtentandum honeſtum, Eccleſiam Sancti Salvatoris poſitam juxta Orclem cum omnibus poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis (*a*), vobis, & per vos Monaſterio veſtro in perpetuum duximus concedendam, impenſuri vobis, auctore Deo, in aliis neceſſitatibus veſtris auxilium opportunum; cum laudabiliter vos proficere cognoverimus; prout cupimus, & ſperamus. Ipſum itaque Monaſterium, Prædeceſſorum noſtrorum felicis recordationis Eugenii, Alexandri, & Lucii (*b*) Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut Ordo Monaſticus, qui ſecundùm Deum, & Beati Benedicti Regulam, atque Inſtitutionem Ciſtercienſium Fratrum in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis (*c*): Eccleſiam Sancti Eraſmi ad Portam Salciccle (*d*): Eccleſiam Sancti Joannis de Petra (*e*): Eccleſiam Sancti Petri (*f*): Eccleſiam Sancti Viti (*g*): Eccleſiam Sancti Peregrini (*h*): Eccleſiam Sancti Thomæ (*i*): Eccleſiam S. Luciæ de Caſtro Viterbii (*k*): Eccleſiam Sancti Clementis (*l*): Eccleſiam Sancti Johannis de Valle (*m*): Eccleſiam Sancti Leonardi, cum Hoſpitali de Releje- lis (*n*). In Petrognano (*o*) Eccleſiam Sancti Andreæ, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Eccleſiam Sancti Zenonis cum earum pertinentiis, Eccleſiam Sancti Clementis cum pertinentiis ſuis. In Vetralla, Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Cajano (*p*). Domos, quas habetis infra

Bona confirmat.

Eccleſias Viterbii poſitas, deſignat.

Alias in Caſtro Petrognani, ac Vetrallæ.

a Ciſtercienſi Ordine divelleretur, curavit Innocent. III., qui Religionis ſervandæ ſtudioſiſſimus, nedum pecuniam ad æs alienum diſſolvendum contulit, ſed & prædia nonnulla donavit, de quibus infra.

(*a*) Caſtrum *Orcle* alias *Orchia*, modo corrupto nomine *Norchia* juris olim Civitatis Viterbii, teſte P. Feliciano Buſſio in ſua nupera hiſtoria tom. 1. fol. 53., tandem exciſum eſt, noſtraque ætate proſtant adhuc in Territorio Vetrallæ ruinarum veſtigia. Huic Caſtro proximam Eccleſiam S. Salvatoris, Fundoſque latos ac pingues, ut Monaſterii inopiæ ſuppetias ferret, elargitus eſt Innocentius. Superſunt adhuc, etſi Eccleſia interciderit, ejuſmodi poſſeſſiones ac bona, quæ ſervato veteri nomine, vulgo appellantur *la Tenuta di S. Salvatore*. Uberes ex iis fructus obveniunt menſæ Capitulari Vaticanæ Baſilicæ, quum ex locatione recens facta, pluſquam ſcuta ſexcenta quotannis percipiat.

(*b*) Harum Conſtitutionum nulla adhuc nobis occurrit. Eas tamen in Monaſterii S. Martini Archivo aliquando extitiſſe, colligimus ex Inventario librorum ac Diplomatum, quod an. 1304. concinnatum eſt, ubi fol. 23. longa Privilegiorum ſeries attexitur. Quonam malo fato interciderint, ignoramus.

(*c*) Locus hic ipſum S. Martini Caſtrum indigitat, ubi Monaſterium S. Martini, ex quo Caſtri nomen, erat poſitum. Caſtri hujuſce dominium olim penes Monachos, dein tranſlata in Baſilicam noſtram Abbatia, penes Capitulum, poſtremo poſt Abbatiæ alienationem ſub Innocentio X. factam, de qua ſuo agemus loco, ad nobilem Panſiliorum Familiam una cum bonis ac juribus, mero ac mixto Imperio, tranſlatum eſt.

(*d*) Extat adhuc Viterbii Porta, quæ veteri nomine pauliſper immutato, vulgo appellatur *Porta Salciccia*. Putat tamen P. Buſſius in ſua hiſt. fol. 76. genuinum Portæ nomen hoc eſſe, *Salcicchia*, aut *Salicicchia*. Extat item in Portæ ejuſdem vicinia, Eccleſia *S. Eraſmi*, de qua hic Innocentius.

(*e*) Eccleſiæ *S. Joannis* in Petra meminit Inventarium an. 1575. juſſu Capituli noſtri concinnatum, fol. 1. Noſtra vero ætate, inter Eccleſias Viterbii poſitas, nulla, quæ idem cognomen præſeferat, occurrit. An vero Eccleſia S. Joannis, quæ communi vocabulo vocatur *S. Giovanni in zoccoli*, & multam ſane redolet vetuſtatem, ſit hic intelligenda, affirmare non auſim, ni meliora ſuccurrant argumenta.

(*f*) Eccleſiæ *S. Eraſmi*, de qua ſupra, proxima viſitur. Uſus tamen obtinuit, ut, cognomine ſuperaddito, appelletur *S. Pietro del Caſtagno*.

(*g*) Habemus Viterbii Eccleſiam cognominem; an vero eadem ſit, de qua Innocentius loquitur, aliis definiendum relinquimus.

(*h*) In Parochiam evaſit; atque inter Parochiales Viterbii Eccleſias ordine tertiadecima a memorato Buſſio collocatur fol. 65. Templum hocce peculiari quodam jure Abbatiæ S. Martini ſubjectum erat; quandoquidem Oblationum quæ Eccleſiæ S. Peregrini obveniebant, medietas Monaſterio S. Martini erat quotannis perſolvenda, ex laudo Raynerii S. Mariæ in Coſmedin Diaconi Cardinalis, promulgato an. 1191. Extat ejuſmodi monumentum in Tabularii noſtri Capſ. 49. Faſc. 71.

(*i*) Si ab iis, qui Viterbii degunt, petas, an Eccleſia *S. Thomæ* ſacra alicubi exiſtat? Ajunt omnes, & locum indigitant. Si quæras, an hanc ipſam Eccleſiam deſignet Innocentiana Conſtitutio? Nemo facile affirmat.

(*k*) Gemina ſub eodem *S. Luciæ* nomine Viterbii colitur Eccleſia: altera, ſub ipſum Urbis ingreſſum, ex qua S. Luciæ Porta nomen accepit; altera proxima Cathedrali. Alterutram eligat quiſquis Innocentianæ Bullæ intimos ſenſus ſe fuiſſe aſſequutum certo confidit.

(*l*) Juxta Portam *Faul* Viterbii celeberrimam, extat Eccleſia in honorem *S. Clementis* extructa. Num vero Templi hujus vetuſtas tanta ſit, ut ad Innocentii III. ætatem revocari poſſit: num, etſi vetuſtatem probemus, hanc ipſam Eccleſiam Abbatia S. Martini habuerit ſubjectam, nulla, quæ noverimus, evincunt argumenta.

(*m*) Eccleſia ruralis eſt in Viterbii territorio, atque in ea regione poſita, quam vocant *la Valle*. Noſtra ætate jacet inculta, atque ad Sacra obeunda nulli eſt uſui.

(*n*) Si Eccleſiam *D. Leonardo* dicatam Viterbii inquiramus, illico occurrit; eſt namque inter Parochiales ordine quartadecima. Ita P. Buſſius fol. 65. Aliam vero, ut putamus, Eccleſiam extra Viterbium poſitam deſignat hic Innocentius. Deſcribit ille Eccleſiam cum domo Hoſpitali *de Reſejelis*. Locus hic territorii pars quædam eſt, quam communi vocabulo appellant *Riſieri*. Fruſtra igitur Eccleſia *S. Leonardi*, quæ intra Viterbii mœnia ſita eſt, objicitur conſideranda. Præterea, in veteri quodam Inſtrumento, quod an. 1269. confectum eſt, atque in Capſ. 15. Faſc. 57. Tabularii noſtri ſervatur, quædam terræ portio deſcribitur *in contrada Riſieri poſt Tribunal* (Tribunam) *Eccleſiæ S. Leonardi*. Aliam ergo in Viterbienſi agro Eccleſiam cognominem, quam temporis vel hominum injuria disjecit, ſtatuamus neceſſe eſt.

(*o*) Quæ in Caſtro *Petrognani* collocantur domus, atque Eccleſiæ, parem cum ipſomet Caſtro ſubjere ruinam. Caſtri hujuſce meminit memoratus Buſſius hiſtoricus, qui fol. 57. addit, a Viterbii Magiſtratu, cujus ditioni ſubjectum erat, Familiæ Cordellæ in feudum fuiſſe conceſſum an. 1253. Supereſt tamen Caſtri denominatio in ſatis ampla agri parte, quam vocant *Petrignano*, atque in Caſtri S. Martini ac Vetrallæ vicinia poſita eſt.

(*p*) *Cajanum* vulgo *Cajano* pars quædam eſt Territorii Vetrallæ. Sive igitur a loci denominatione Eccleſia iſthæc *S. Mariæ* dicata nomen traxerit; ſive ab ipſa Eccleſia in proximum territorium nomen fluxerit, Eccleſiam ruralem fateamur oportet; noſtra tamen ætate funditus everſam.

Fundos in Caſtris, Viterbienſis territorii enumerat.

infra Caſtrum ſupradict. Petrognan., Terras, Vineas, Ortos, Oliveta quæ habetis in Territorio ejuſdem Caſtri (*a*). Terras quas habetis apud Sanctum Alexandrum, & ipſam Eccleſiam Sancti Alexandri (*b*). Campum de Larteſo cum valle de Viniola (*c*). Vineas, Terras, Silvas, & Caſtaneta quæ circa Monaſterium veſtrum habetis. Vineas de Lugnano (*d*) cum Oliveto. Terras quas habetis apud Montem Monaſterulum (*e*). In Caſtro Sancti Victoris (*f*) Eccleſiam Sanctæ Luciæ cum omnibus pertinentiis ſuis. Prædictam quoque Eccleſiam Sancti Salvatoris poſitam juxta Orclem cum omnibus poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis. Terras cum arboribus, & domos, quas habetis apud Caſam Malam (*g*). Terras quas habetis apud Caſtrum Canapin. (*h*). Silvam, quam habetis in Valle alta, & quartam partem Caſtri de Salice cum pertinentiis ſuis.

Terras addit in agro Canepina.

Eximit a decimis Monaſterium.

Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis, tam de terris cultis, quam incultis, ſive de ortis, & virgultis, & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat.

Alia recenſet jura ac privilegia.

Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos liberos, & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere; Diſcedentem vero abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſi quis retinere forte præſumpſerit, licitum vobis ſit in ipſos Monachos, vel Converſos regularem ſententiam promulgare. Ad exemplar etiam Privilegii prædicti Lucii Prædeceſſoris noſtri, quod ipſi nobis præſentatum inſpeximus, inhibemus, ut intra parochias Eccleſiarum veſtrarum nullus novam Eccleſiam, vel Capellam ad dampnum veterum Eccleſiarum conſtruere, vel ædificare præſumat; Salvis tamen Privilegiis Pontificum Romanorum.

Bonorum Monaſterii conſulit indemnitati.

Illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari, abſque conſenſu totius Capituli, vel majoris aut ſanioris partis ipſius. Si quæ vero donationes, vel alienationes, aliter quam dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad hoc etiam prohibemus ne aliquis Monachus ſive Converſus, ſub profeſſione veſtræ domus aſtrictus, ſine conſenſu, & licentia Abbatis, & majoris partis veſtri Capituli, pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat, ultra pretium Capituli veſtri providentia conſtitutum, niſi propter manifeſtam domus veſtræ utilitatem. Quod ſi facere præſumpſerit, non teneatur Conventus pro hiis aliquatenus reſpondere. Licitum præterea ſit vobis in cauſis propriis, ſive civilem, ſive criminalem contineant quæſtionem, Fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne pro defectu teſtium jus veſtrum in aliquo valeat deperire.

Quæ nam Epiſcopis jura competant, declarat.

Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus ne ullus Epiſcopus, vel alia quælibet perſona ad Sinodos, vel Conventus forenſes vos ire, vel judicio ſeculari de propria ſubſtantia vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat. Nec ad domos veſtras cauſa Ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel conventus aliquos publicos convocandi, venire præſumat; nec regularem Abbatis veſtri Electionem impediat, aut de inſtituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra Statuta Ciſtercien. Ordinis ſe aliquatenus intromittat. Pro conſecrationibus vero Altarium, vel Eccleſiarum, ſive pro Oleo Sancto, vel quolibet alio Eccleſiaſtico Sacramento nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio quolibet modo, quicquam audeat

(*a*) Campos ac Vineas quamplures apud Caſtrum *Petrognanum* enumerat ac deſignat accuratiſſimum Inventarium anno 1575., Capitulo S. Petri mandante, confectum, quod in Capſ. 53. Faſc. 88. Tabularii noſtri ſervatur.

(*b*) Extat in Viterbienſi territorio, qua parte Vetrallam vergit, lata quædam terræ portio, quæ *S. Alexandri* cognomen præſefert, vulgo *S. Liſandro*; Nulla vero ibidem occurrit Eccleſia. Extitit tamen aliquando, Innocentio teſte; ex qua, ut putamus, in proximam agri partem cognomen deſcendit. Vel tum ab anno 1172. Petrus Brocardus Abbas Monaſterii S. Martini, ut patet ex Inſtrumento, quod in noſtro clauditur Tabulario Capſ. 14. Faſc. 65., certum terræ ſpatium in eadem regione poſitum emiſſe dicitur in Cœnobii ſui utilitatem. Quo potuit reſpexiſſe Innocentiana Conſtitutio, cum terras apud *S. Alexandrum* generatim commemorat.

(*c*) Stata fundi utriuſque ſedes adhuc nos latet.

(*d*) *Vallem Lugnanam* in Viterbienſi territorio collocat memoratum Inventarium fol. 4., ubi & Vineas in *Valle Lugnana* conſitas indigitat.

(*e*) Caſtrum olim fuit Viterbii ditioni ſubjectum ex donatione Comitis Farulphi an. 1131., quam Fridericus I. Imperator an. 1169. iterato donationis titulo confirmavit. Ita Buſſius Hiſtoricus pag. 49. Exciſo jamdiu Caſtro, viget nomen in lato terrarum tractu, qui hodie vulgo audit *Monte Miniſtero*, atque Viterbienſis agri limitibus circumſcribitur.

(*f*) Unum idemque Caſtrum, quod gemino SS. Joannis & *Victoris* donatur nomine, Buſſius enumerat, ac fol. 55. ceteris, quæ Viterbio famulabantur, locis accenſet. Extat vel noſtra ætate, anguſtum tamen ac populo minus frequens idem Caſtrum, Viterbii territorio ad occidentalem plagam conterminum; atque in Commendam Equitibus Hieroſolymitanis concreditum, tandem evaſit.

(*g*) Caſtrum olim fuiſſe Viterbio ſubditum, ac tributarium, affirmat nominatus Buſſius, probatque ex monumento, quod indicat fol. 54. Nulla hodie ſuperſunt Caſtri veſtigia; nullus item, quem noverimus, terrarum tractus, Caſtri nomine deſignatur.

(*h*) Breviorem terrarum menſuram in territorio Canepinæ (Oppidum eſt Viterbio proximum) poſſedit S. Martini Monaſterium. Eam ita deſcribit Inventarium, quod lib. 4. Inſtrumentor. Franciſci Abinantis inſeritur fol. 153. *in Canepina, ſuo Territorio cinque pezzi di terra lavorativo di rubbia due e mezzo.*

(*a*) Haud

audeat extorquere. Sed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Dioceſanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis Catholicum adire Antiſtitem, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate, vobis, quod poſtulatur, impendat. Quod ſi Sedes Dioceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta a vicinis Epiſcopis accipete libere & abſque contradictione poſſitis; ſic tamen, ut ex hoc in poſterum propriis Epiſcopis nullum prejudicium generetur. Quia vero interdum propriorum Epiſcoporum copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum, Romanæ Sedis, ut diximus, communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum, & veſtium, Conſecrationes Altarium, Ordinationes Monachorum auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis. Porro ſi Epiſcopi vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis, vel Interdicti ſententiam promulgaverint; ſive etiam in Mercennarios veſtros, pro eo quod decimas non ſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum quæ ab Apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros, pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel obſequia ex caritate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii ferlantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tamquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam, duximus irritandam. Nec litteræ ullæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercien. Ordinis, & contra tenorem Apoſtolicorum Privilegiorum conſtiterit impetrari. Præterea, cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro Monaſterio, excluſis excommunicatis, & interdictis, divina officia celebrare. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet Succeſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electus autem ad Romanum Pontificem benedicendus accedat. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum, nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas; necnon & libertates, & exemptiones ſecularium exactionum, a Regibus, & Principibus, vel aliis Fidelibus, rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti Privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur; eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & in prædictis Eccleſiis Dioceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve Perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.


Abbatis electionem Monachorum libertati relinquit.

Prædeceſſorum Privilegia confirmat.

Ad perpetuum Bullæ robur, pœnas irrogat in refractarios.



Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Petrus Portuen., & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus ss.

✠ Ego Johannes Sabinen. Epiſcopus ss.
✠ Ego Nichola. Tuſculan. Epiſcopus ss.
✠ Ego Gui-

✠ Ego Guido Preneſtinus Epiſcopus ss.
✠ Ego Johannes tt. Sancti Stephani in Celio Monte Presb. Card. ss.
✠ Ego Cinth. tt. Sancti Laurentii in Lucina Presb. Card. ss.
✠ Ego Cenci. SS. Johannis, & Pauli Presb. Card. tt. Pamachii ss.
✠ Ego Rog. tt. Sanctæ Anaſtaſiæ Presb. Card. ss.
✠ Ego Greg. Sancti Georgii ad Velum Aureum Diac. Card. ss.
✠ Ego Guido Sancti Nicholai in Carcere Tulliano Diac. Card. ss.
✠ Ego Guala Sanctæ Mariæ in Porticu Diac. Card. ss.
✠ Ego Oct. SS. Sergii & Bachi Diac. Card. ss.
✠ Ego Johannes SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card. ss.
✠ Ego Pelagi. Sanctæ Luciæ ad Septa Solis Diac. Card. ss.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum per manum Johannis Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diac. Card. S. R. E. Cancellarii, Kal. Februarii, Indictione xi., Incarnationis Dominicæ Anno M. CC. VI. (*a*) Pontificatus vero Domni Innocentii PP. III. Anno Decimo.

Sancti Michaelis de Revere Scriniolo Eccleſiam, cujus Privilegia, Sacras Ædes, ac Bona enumerat, & confirmat; ſub D. Petri tutela ſuſcipit, ac duos Aureos Vaticano Capitulo quotannis perſolvere indicit (*b*).

Ex Authographo in Vatic. Baſil. Tabular. Capſ. 3. Faſc. 8.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Alberio Priori Eccleſiæ Sancti Michaelis de Revere (c) Scriniol. ejuſque Fratribus, tam præſentibus, quam futuris canonice ſubſtituendis; In perpetuum.

AN. CH. 1209.

Quotiens a nobis petitur, quod rationi, & honeſtati convenire dinoſcitur; animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & felicis recordationis Lucii, & Cæleſtini Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, præfatam Eccleſiam Sancti Michaelis de Revere Scriniolo, quæ ad jus Beati Petri ſpecialiter pertinere dinoſcitur, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia impræſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci; firma vobis veſtriſque Succeſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfata Eccleſia ſita eſt cum Hoſpitali, & omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sanctæ Brigidæ in Epiſcopatu Bononien. cum Hoſpitali, & omnibus pertinentiis ſuis,

Hanc Eccleſiam, ſpeciali jure Baſilicæ S. Petri ſubjectam, affirmat.

Ejus bona, atque Eccleſias illi adnexas hæc enumerat.

(*a*) Haud leve faceſſit negotium quæ huic Bullæ adſcribitur temporis nota, ſive ab Electionis, ſive a Conſecrationis die repetamus Innocentii III. Pontificatus Exordium. Iſtud ab electione deducentibus, facile eſt cum anno Chriſti 1207. (ſeu 1206. juxta veterem ſtilum, de quo pag. 51. not. *a*.) decimum Pontificatus annum componere; at plurima difficultas in colliganda cum eodem anno 1207., Indictione XI. huic Diplomati adſcripta, quæ cum anno 1208. procul dubio concurrit. Qui vero Innocentii Pontificatum a conſecrationis die auſpicantur, Bullam hanc anno Chriſti 1208. procuſam, fateri coguntur: iis certe indictio XI. ſuffragatur; verum obſtat annus 1206, quem Conſtitutio enumerat. An in hoc deſignando Incarnationis anno mendum irrepſit, ac pro 1206. legendum potius 1208., ſeu 1207. juxta veterem ſtilum? Utut ſit, quæ huc retulimus Innocentii III. Diplomata, anno Pontificatus ejus decimo edita: hæc eodem plane ordine diſpoſuimus, quo apud Balutium in Regeſto Epiſtolarum anni decimi exhibentur. Profecto præſens Bulla in ipſo Regeſto Epiſtola 205. enumeratur; & ex duobus anni decimi Diplomatibus proxime adductis, alterum eſt Epiſtola 145., alterum vero Epiſtola 179. In Regeſtis quippe Literarum Innocentii III. is fere ordo ſervatur, ut ſeries Epiſtolarum cujuſque anni Pontificatus, die 22. Februarii, aut paulo poſt incipiat; & ejuſdem menſis die 21. aut paulo ante deſinat. Literarum anni primi Regeſtum menſe Januario exordiri, neutiquam inficiamur: ſed quæ ibi referuntur Diplomata, ab Innocentio ante VIII. Kal. Martii nimirum ante ejus conſecrationem edita, ea ſane menſem ac diem enunciant, annum vero Pontificatus omnino reticent. Quod plurimum iis favet, qui non ab electione, ſed a conſecratione deducunt ejuſdem Pontificatus initium.

(*b*) Cur iſtud Innocentii III. Diploma proferamus, nemo non videt. Agit ſiquidem de Eccleſia S. Michaelis de Revere Scriniolo, quam ad Vaticanum D. Petri Capitulum ſpectare, niſi ipſamet Bulla proderet, alia certe Diplomata cum Urbani III., tum ejuſdem Innocentii ſub Dat. Idibus Octobr. Pontificat. anno 8. ſatis evincerent.

(*c*) Oppidum ſcilicet ad Padi ripam, quod, teſte Blondo Flavio in ſua Ital. Illuſtrata, Ludovicus Gonzaga Mutinæ Marchio mœnibus cinxit. Vide quæ adnotavimus pag. 70. not. *g*.

(*a*) *Peliſſ-*

tiis ſuis, Eccleſiam Sancti Michaelis de Luſciana cum omnibus pertinentiis ſuis. In Ferrarien. Civitate in loco, qui dicitur Cauda longa, Eccleſiam Sancti Johannis cum omnibus pertinentiis ſuis. Poliſinum (*a*) poſitum ante Hoſpitale de Revere Scriniolo. Poſſeſſiones quas habetis in Rivo majori, & in tota maſſa Fuſcaniæ. Domum Corni Cervini (*b*) cum omnibus pertinentiis ſuis. Omnes poſſeſſiones Marſilii Abbatis jocularis. Omnes poſſeſſiones quas habetis in fundo Oculi belli, & Rotunduli, & in Gurgone; & poſſeſſiones de domo Seniorelli. Poſſeſſiones quæ fuerunt Pauli de Pagano, & filiorum ejus. Pcſſeſſiones, quas habuit, & tenuit Azo de Poliſino. Totum tenimentum, quod fuit Martini de Maria, & quicquid habetis a Tidene uſque ad Hoſpitale veſtrum, & quicquid habetis in Finale (*c*), & Rere (*d*), & Ronco Gaudi.

Exemptiones ac Privilegia ſuperaddit.

Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos a ſeculo fugientes, liberos & abſolutos ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere.

Quanam Epiſcopis competant jura, declarat.

Chriſma vero, & Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, & cetera Eccleſiaſtica Sacramenta a Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & abſque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere: Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis, Catholicum adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate vobis quod poſtulatur impendat. Statuimus inſuper ne quilibet Epiſcoporum abſque conſcientia Romani Pontificis vobis, vel Eccleſiis veſtris, niſi quando generale interdictum fuerit, divina Officia interdicat, nec aliquid in eis exigere aliqua ratione præſumat; ſed liberæ ſub noſtra protectione conſiſtant.

Sepultura libertatem tribuit.

Sepulturam præterea Eccleſiæ veſtræ liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Vetera Privilegia confirmat.

Libertates quoque, & immunitates ab illuſtris memoriæ F. (*e*) Roman. Imperatore rationabiliter vobis conceſſas, ſicut in ejus ſcripto autentico continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus; videlicet ut perſonæ in prædictis locis poſitæ, aut familiares eorum locorum habeant poteſtatem eundi, & navigandi, & res ſuas, & fructus ſuos ducendi per publica flumina, & in diverticulis publicorum fluviorum facultatem piſcandi, & fructus obvenientes de poſſeſſionibus ſuis vel donatos pietatis intuitu ſine aliqua datione pecuniæ, & abſque alicujus prohibitione perſonæ, vel Civitatis, aut loci poſſint de loco ad locum, aut de Civitate ad Civitatem, vel de Comitatu ad Comitatum pro utilitate Hoſpitalis, & perſonarum in memoratis locis conſtitutarum deſerre. Paci quoque, ac tranquillitati veſtræ paterna in poſterum Sollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut nullus inſra fines domorum veſtrarum, ſeu Graugiarum furtum, aut rapinam committere, ignem apponere, hominem capere, aut interficere audeat, ſeu aliquam violentiam exercere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam, & Hoſpitale temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate.

Annuum cenſum Canonicis S. Petri præſtandum decernit.

Ad indicium autem quod eadem Eccleſia ſpecialiter ad Canonicam Beati Petri pertineat, eidem Canonicæ duos Aureos annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni.

Cunctis

(*a*) Vicos complures Pado adjacentes, aut non longe ab eo flumine poſitos, *Polecine* appellarunt qui ipſos incolebant. Nominis etymon aperire conatur Gaſpar Sardius in Opuſculo Italice inſcripto *Hiſtorie Ferrareſi*. Nam lib. 2. pag. 57. ita diſſerit: *Queſto nome di Polecine fu dato da quelle Genti a queſte contrade, come ſe voleſſe dire Polineſo* (Græcum omnino vocabulum) *cioè molte Iſole, o pure Poliſino per lo grave danno, che prima diedero queſt'acque* (ſcilicet Padi) *dove correvano, overo Policeno, che per queſte inondazioni era il Paeſe molto ſolitario e deſerto*. Vetuſtum nomen hactenus retinet locus in Venetorum ditione poſitus, qui *Poleſine*, alias *Polyneſum* vel *Poliſinum* vocatur.

(*b*) Fundum *Cornacervina* recenſetur in veteri Eccleſiæ Ferrarienſis monumento apud Ughell. Ital. Sac. to. 2. col. 521.

(*c*) *Finale di Modena* appellatum a Geographis deſcribitur, Oppidum Italiæ ad Panarum fluvium in limite Ferrarienſi, a Ferraria in Occaſum decimo octavo circiter milliario diſſitum.

(*d*) Fundum *Reri* al. *Rene* meminit prælaudatum Eccleſiæ Ferrarien. monumentum.


(*e*) Intellige Fridericum I. *Barbaroſſa* nuncupatum.

(*a*) Nun-

Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti; quatinus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.



Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Johannes Albanen. Epiſcopus ss.
✠ Ego Johannes Sabinen. Epiſcopus ss.
✠ Ego Nicholaus Tuſculan. Epiſcopus ss.
✠ Ego Petrus tt. S. Marcelli Presb. Card. ss.
✠ Ego Benedictus tt. S. Suſannæ Presb. Card. ss.
✠ Ego Rogerius tt. S. Anaſtaſiæ Presb. Card. ss.
✠ Ego Gregorius Sancti Georgii ad Velum aureum Diac. Card. ss.
✠ Ego Guido S. Nycholai in Carcere Tulliano Diac. Card. ss.
✠ Ego Johannes Sanctæ Mariæ in Via lata Diac. Card. ss.
✠ Ego Oct. (a) Sanctorum Sergii, & Bachi Diac. Card. ss.
✠ Ego Johannes Sanctorum Coſmæ, & Damiani Diac. Card. ss.
✠ Ego Pelagius Sanctæ Luciæ ad Septa Solis (b) Diac. Card. ss.

Dat. Viterb. per manum Johannis Sanctæ Mariæ in Coſmidin. Diac. Card. S. Romanæ Eccleſiæ Cancellarii iiii. Idus Junii Indict. xii., Anno Incarnationis Dominicæ M. CC. VIIII. Pontificatus vero Dopñi Innocentii P P. III. Anno duodecimo.

Vaticanas Oblationes, præter quartam Canonicorum partem, Fabricæ, ac luminibus Baſilicæ S. Petri concinnandis addictas declarat: idipſum ut ceteris enuncient, Peregrinis Apoſtolica Limina viſitantibus demandat.

Ex Autographo (c) in Archiv. Baſil. Vatic. Capſ. 2. Faſc. 255.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli limina viſitantibus; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1212.

Singularis fidei meritum ac præmium in B. Petro commendat.

GRadiente Domino ſuper aquas, Petrus humanæ conditionis oblitus ſibi dari viam in fluctibus & popoſcit, & meruit, tantaque fuit confidentia mentis ejus, ut crederet ſe poſſe per fidem, quod impoſſibile ſciebat homini per naturam. Unde propter conſtantiam ſuæ fidei, qui piſces capiebat in undis, piſcator eſt hominum conſtitutus in terris, hamumque doctrinæ miſit in Seculo, ut appoſiti cibi dulcedine protrahat vagantes ex eo, quos ſuam offerat Salvatori capturam, in cujus verbo rete laxavit. Hic autem Paſtor Gregis Dominici, piſcator hominum, clavigerque Regni Cæleſtis, quos

(a) Nempe Octavianus, qui apud Balutium to. 2. Epiſtol. Innocentii III. pag. 550., ejuſdem Pontificis Diplomati anno 1207., uti etiam Honorii III. Bullæ anno 1216. ſubſcribit apud Margarin. to. 2. Bullar. Caſin. pag. 247.; etſi pag. 239. in altera prælaudati Innocentii Conſtitutione, *Otto*, non *Octavianus* legatur.

(b) Pervetus hæc S. Luciæ Diaconia ſub Palatino Monte quondam extitit juxta Septizonium, alias Septodium, ſplendidum ſcilicet ædificium, quod trino columnarum ordine diſtinctum Severus Imperator extruxit, quodve e conſpectu Eccleſiæ S. Gregorii in Clivo Scauri ſitum diu Romam nobilitavit.

(c) Quod aliqua ex parte mutilum eſt; perpauca idcirco ejus verba ex altero ejuſdem ferme generis Diplomate Alexandri IV. inferius producendo, ſupplere curavimus.

(a) Ni-

quos tabes peccati commaculat, in veræ fidei confeſſione detergit, & demerſos in pelago vitiorum, per cibum doctrinæ, quem in ſuæ prædicationis hamo ſuſpendit, ab infimis educit ad altum, januam eis Regni Cæleſtis aperiens, cujus a Domino claves accepit. Cum igitur vos huc merita ejus attraxerint, ut cibo ſuorum paſcamini meritorum; præſenti vobis pagina declaramus, omnes Oblationes, quæ fiunt in hoc Altari Majori, & in Arca etiam ſub Altare, præter quartam partem Canonicorum, Fabricæ, ac luminaribus hujus Eccleſiæ, necnon & neceſſitatibus eſſe pauperum deputatas. Unde hiis qui vobis aliter forte ſuggererent non credentes, meliores Oblationes veſtras, & alias, quas portatis de veſtris partibus Beato Petro tranſmiſſas, in Altari majori deponatis, & Arca, quæ ſub Altare conſiſtit; nec eas pravis ſuggeſtionibus aliquorum offerre, vel deponere alibi præſumatis. Quocirca Univerſitatem veſtram monemus attentius, & in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, quatinus hoc publice in veſtra Patria prædicetis, & intimetis etiam omnibus peregrinis, quibus in ſtrata obviaveritis redeuntes. Ne igitur quiſquam præſumat ſuper hoc pervertere veritatem, quicumque aliter qnam in iſtis litteris continetur, vobis peregrinis præſumpſerit affirmare, reum ſe de tanto mendacio apud diſtrictum Judicem recognoſcat.

Oblationum uſum, quarta parte excepta, declarat.

Cui bono Oblationes inſerviant, præcipit manifeſtari.

Datum Laterani viii. Kal. Maji Pontificatus noſtri Anno Quintodecimo.

Quæ Vaticanum Capitulum inter, & Offreducium, Jacobæ ac Paulinæ Tutorem oborta fuerat de reſtituendis quibuſdam Terræ pedicis pignori datis controverſia, hanc definitiva ſententia dirimit.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. Vatic. Capſ. 39. Faſc. 154.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Offreducio Tutori Jacobæ, & Paulinæ Filiarum Raynerii Johannis Pauli; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1214.

Cauſſa ſtatus, ac merita proponuntur; atque rationes hinc inde allatæ librantur.

Conſtitutis in noſtra præſentia dilectis filiis Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum ex parte una, ac te pro eiſdem I. & P. (a) quarum geris tutelam ex altera, pro parte ipſius Baſilicæ fuit propoſitum coram nobis, quod cum ejuſdem Capitulum quondam Paulo cambiatori pro viginti novem libris papienſis monetæ ſex pedicas terræ, quattuor in Memoli (b), & duas in Fiſtula (c), & Talian. (d) titulo pignoris obligarint, & ſolutis olim de ipſo debito viginti libris, de prædictis pedicis, quatuor recollegerit ipſa Baſilica; nunc oblatis reſiduis novem libris, ad reſtitutionem duarum in Fiſtula, & Talian. videlicet actionem pignorantiam * intendebat. Sed ad hæc pars tua reſpondit, quod cum poſt ſolutionem viginti librarum prædictarum, pro novem reſiduis de novo celebrato contractu, & inſtrumento confecto, bonæ memoriæ G. tunc yconomus prædictæ Baſilicæ, duas pedicas terræ, quas ipſam Baſilicam in loco ubi dicitur Fiſtula habere dicebat, quondam Raynerio Johannis Pauli Avo prædictarum pupillarum jure pignoris obligarit; pars tua non tenebatur reſtituere, ultra quam in Fiſtula repperitur. Ad quod pro parte Baſilicæ fuit propoſitum ex adverſo, quod cum prædictæ ſex pedicæ pro viginti novem libris pignori annexæ fuiſſent, & viginti ſolutis, quatuor pedicæ, quæ ſunt in Memoli a nexu pignoris liberatæ; reſiduæ pecuniæ quantitas duas pedicas non abſimiles duabus prædictarum quattuor, ſubjacere reſtitutioni declarat; ad inſtar ejus quod dicitur, quod ſi quis in refectione Aureliæ viæ incertam relinquat pecuniam, per viæ magnitudinem, ac modum refectionis incertum legatum pecuniæ diffinitur, quando etiam dubbitatur, quæ pecunia ſit relicta, inſpicienda eſt ſcriptura teſtamenti & ſubſequens, & præcedens, & ſi in earum altera certæ pecuniæ mentio continetur, credendum eſt de tanta pecunia ſenſiſſe p... dum teſtatorem. Allegabatur præterea, non eſſe veriſimile

* *F. leg.* pignoratitiam.

(a) Nimirum Jacoba, & Paulina.

(b) Nunc *Mimoli*: Extra Portam vulgo *de Cavallegieri* tertio circiter ab Urbe milliario exiſtit prædium hocce ſob jure Vaticani Capituli.

(c) Non longe a *Mimoli* & *Taliano* prædium *Fiſtula* poſitum conjicimus.

(d) Fundos, qui Talianum Majus, & Talianum Minus dicebantur, ſæpe memorant allata ſuperius Diplomata. Inſpice Hadriani IV. Bullam pag. 58. & 59., ac S. Leonis IX. Conſtitutionem pag. 26.

riſimile feneratorem renuiſſe inferiores quantitate, ac qualitate minores, cum ob voracitatem, & conſuetudinem creditorum, qui frequenter oculos in prædia iniciunt aliena, præſumptione ſatis probabili poſſit dici quod circa pinguiorem ſibi proſpexerit ypotecam. Quare petebant prædicti Canonici, ut cum ſecundum pedicas vicinorum locus ille qui dicitur Fiſtula vix pedicam unam contineat, non obſtante ſcribentis errore, qui confecit ultimum Inſtrumentum; cum in talibus plus contrahentium intentio, quam ſcripturæ ſuperficies veritatem contractus exponat, pars pupillarum tantum de adjacenti terra, quam poſſident una cum ipſo loco, qui dicitur Fiſtula compelleretur reſtituere, quod duæ integræ pedicæ prioribus ſimiles reſtitui viderentur. Tu autem e contrario reſpondiſti quod cum certum locum ultimum exprimat Inſtrumentum, & ille ſatis notis finibus concludatur, non eſt recurrendum ad mendicata præſumptionis ſuffragia, ubi patet in publico evidentia veritatis; in incertis etenim locus eſt conjecturis. Ceterum cum nomine pedicæ non exprimatur certa terræ quantitas, eo quod aliæ majores, aliæ ſunt minores, ad hoc ut res plus valeat quam depereat, probabiliter poteſt dici, vel ſæpedictum locum duas pedicas ſecundum morem illius temporis continere, vel deceptum ſub majori nomine, ac minori excellentia pignoris creditorem, præſertim cum contra debitorem debeat de jure præſumi qui melius rei ſuæ debeat habere notitiam, & rem pignoratam apertius declarare. Præterea cum prædictæ quatuor pedicæ non ſint certis finibus circumſcriptæ, ſimiles illis reſtitui minus congrue petebatur. Adjeciſti etiam quod quemadmodum ſi aliquid ultra duas pedicas inveniretur in Fiſtula, reſtitutioni eſſet obnoxium, ſic etſi minus, illius reſtitutio liberat creditorem, cum contrariorum ſit eadem diſciplina. Quod ſi forte præſumptionibus quæratur ſententia, quoniam cum obſcura ſunt jura partium, conſuevit contra eum, qui petitor eſt judicari, eo quod favorabilior ſit pars rei, & jura proniora ſunt ad abſolvendum, quam condempnandum, pro parte tua ferendam eſſe ſententiam allegaſti. Nos igitur auditis hiis, & aliis, quæ fuere propoſita coram nobis, partem tuam prædictarum nomine pupillarum ad reſtitutionem illius terræ ſolummodo quæ continetur in Fiſtula, receptis novem libris papien. monetæ (a), pro quibus obligata extitit, condempnamus; te nihilominus ab eo quod plus petebatur a prædictis Canonicis quo ad prædictum contractum earumdem pupillarum nomine abſolventes, ſalvo Capitulo prænominatæ Baſilicæ, quod adverſus eaſdem pupillas ſuper hoc rei vendicatione, vel alio jure, quod viderit ſibi competere, poſſit ſi voluerit... Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ diffinitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Cauſam dirimit favore Pupillarum reſervato jure agendi favore Capituli.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum iii. Nonas ... aji (b), Pontificatus noſtri Anno Septimodecimo.

HONO-

(a) Quanti valuerit libra monetæ Papienſis, ignorare me fateor; etſi hanc ad Papienſium denariorum pondus exiſtimatam fuiſſe, non ambigam. A Papienſi Civitate, ubi nummi iſti cuſi ſunt, Papienſes uti a proprio loco dicebantur: Conſulatur Antonius Gattus in Hiſt. Gymnaſii Ticinenſis pag. 85. & 88., ibi inſpicere fas eſt nonnullorum horumce denariorum ectypon accurate delineatum.

(b) Locum aliquantiſper corroſum, punctulis pro more ſupplemus; etſi Bullam menſe Majo editam, ac proinde 3. *Nonas Maji* legendam, neutiquam dubitamus.

(a) Vixit

HONORIUS III.

Poſtquam Innocentius III. ex humanis deceſſit, Honorius itidem III. electus eſt Summus Pontifex die 18. Julii anno 1216, ac die 24. ejuſdem menſis & anni Conſecratus. Sedit annos 10. menſes 8. Obiit die 18. Martii anno 1227.

Conceſſionem Jurispatronatus Eccleſiaſtici Beneficii in Eccleſia de Holcham, a Joanne Angliæ Rege factam favore Monaſterii S. Martini de Monte, atque ab Innocentio III. confirmatam, novo corroborat Privilegio.

Ex Archiv. Apoſt. Vatic. in Regeſt. 1. Honor. III. Epiſt. 278. fol. 37.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati & Conventui Sancti Martini de Monte Viterbien. Ciſtercien. Ordinis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1217.

Jus Patronatus Eccleſiaſtici Beneficii Rex Angliæ concedit.

JUſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Cum igitur inclitæ recordationis Joannes Rex Angliæ (*a*) in Eccleſia de Holcham Dioceſis Norvvincen., in qua idem Rex pro medietate Jus patronatus habeat, conſentiente Magiſtro Roberto Gloceſtria Cancellario Ciceſtren. tunc medietatem Beneficii ejuſdem Eccleſiæ poſſidente, annuum Beneficium triginta Marcharum (*b*) in helimoſinam Monaſterio veſtro conceſſerit intuitu pietatis, quod poſtmodum Venerabilis Frater noſter Tuſculanus Epiſcopus Apoſtolicæ Sedis in Anglia tunc Legatus (*c*), Norvvincen. Sede vacante, ipſi Monaſterio confirmavit, Te, Fili Abbas, manu propria inveſtiens de eodem; necnon & Venerabilis Frater noſter Cantuarienſis Archiepiſcopus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis (*d*), Metropolitanus Eccleſiæ memoratæ, inſtitutionem præfati Legati gratanter acceptans, præſcriptam conceſſionem Regiam confirmavit; ſuper quo dilecti Filii Prior & Capitulum Norvvincen. ſuum vobis præſtiterint aſſenſum liberaliter & libenter, ſicut in præſcriptorum Regis, Legati, Archiepiſcopi, Prioris, Capituli & Cancellarii litteris felicis recordationis Innocentius Papa prædeceſſor noſter perſpexit plenius contineri; Nos ad exemplar ejuſdem Prædeceſſoris noſtri, præfatam conceſſionem Regiam gratam, & ratam habentes, dictum Beneficium, ſicut illud juſte ac pacifice poſſidetis, vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſæpefati Regis litteras facientes præſentibus de verbo ad verbum inſeri ad cautelam, quarum tenor eſt talis: Joannes Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, & omnibus Bajulis, & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute Animæ noſtræ, & Anima-

Annuit Legatus.

Conſentit Metropolitanus.

Aſſentitur Capitulum.

Pontifex donationem confirmat.

Regias litteras inſerit.

(*a*) Vixit coævus Innocentii III.; ſiquidem, teſte Rogerio Hovedeno hujuſce ætatis Scriptore celeberrimo, die 27. Maji an. 1199. in Angliæ Regem inunctus eſt. Conſulatur poſtrema Annalium Rogerii pars, quæ ad initia uſque Joannis Angliæ Regis producitur.

(*b*) Varius *Marcharum*, pro locorum diverſitate, valor; varia item acceptio. De Marchis Anglicis Bullam hic loqui, nemo dubitaverit, qui norit triginta Marcharum ſupputationem non a Pontifice, ſed ab Angliæ Rege primum inſtitui. *Marchas Anglicas, & Sterlingorum* perinde valere, teſtatur Cangius, qui in ſingulas Marchas, ſolidorum & quatuor denariorum pretium confert. Verum & hic, in ſtato ſolidorum valore taxando, ambages occurrunt. Ut ab hiſce difficultatibus nos expediamus, quam Grimaldus in opere de Veron. p. 11. Marcharum menſuram ſtatuit, explicamus. *Addidit*, ita de Nicolao III. Grimaldus loquitur, *quingentas Marchas Sterlingorum; juxta monetæ* 1350. Nimirum, ut in margine obſervat, *Sterlingorum Marcha valet julios xxvii.* Si hæc ſibi conſtent, triginta Marcharum ſumma, quæ ex Beneficio Eccleſiæ de Holcham Monaſterio S. Martini quotannis obveniebat, ſcutis Romanis argenteis octoginta ac uno reſpondet.

(*c*) Quæ ſub Innocentio III. geſta ſunt, Bulla recenſet. Porro ſub Innocentio Pontifice, Nicolaum de Romanis Epiſcopum Tuſculanum, S. R. E. Cardinalem, atque in Anglia Sedis Apoſtolicæ Legatum, nobis exhibet Ciaccon. to. 2. column. 22. Hunc igitur, etſi nomen taceat, Honorius intelligit.

(*d*) Eadem, quam ſupra innuimus, militat ratio ab Innocentii III. ætate petita. Beneficii, quod Bulla commemorat, conceſſio, ad annum circiter decimum octavum Pontificatus Innocentii, ut infra demonſtrabimus, revocanda eſt. Hoc autem tempore, certo certius Cantuarienſis Eccleſia Stephano Langthono Cardinali S. Chryſogoni ab eodem Innocentio Pontifice fuerat collata. Nec alius, Innocentio ſuperſtite, potuit in Archiepiſcopum deſignari; quum Stephani dies emortualis, Ciacconio teſte in loc. ſup. cit. column. 32., poſt Honorii III. electionem ſtatuenda ſit.

Animarum Anteceſſorum, omniumque & Succeſſorum noſtrorum dediſſe, conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe, Deo & Beatæ Virgini Mariæ, & Abbati & Monachis Monaſterii Sancti Martini de Monte Viterbien. in Tuſcia, ad petitionem Venerabilis Viti Joannis ejuſdem loci Abbatis, qui cum Venerabili Patre noſtro Domino Nicolao Tuſculan. Epiſcopo, Apoſtolicæ Sedis Legato, ad nos venit in Angliam, in puram & perpetuam helimoſinam, Beneficium triginta Marcharum ſingulis annis percipiendarum de medietate Eccleſiæ de Holcham in Epiſcopatu Norvvincen., quæ de noſtra eſt advocatione, per manum Procuratoris eorundem Abbatis & Monachorum, quem ad hoc aſſignaverint; itaquod quicumque medietatem illam tenuerit, Abbati & Monachis prædicti Monaſterii triginta Marchas ſingulis annis per manum Procuratoris eorum, ſine omni difficultate & occaſione, ad terminum Sinodi Paſcalis Norvvincen. perſolvat. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod Abbas & Monachi prædicti Monaſterii habeant in perpetuum prædictum Beneficium triginta Marcharum de prædicta medietate illius Eccleſiæ bene & in pace, libere, quiete, & honorifice & integre, ſicut ſupradictum eſt. Teſtibus Domino W. Burdegalen. Archiepiſcopo, Domino R. Petragoricen. Epiſcopo, Magiſtro Riccardo de Mariſco, Archidiacono Norhumb., R. Comite Ceſtriæ, W. Comite de Ferrariis, Roberto de Mortuo Mari, Joanne Conſtabulario Ceſtriæ, Joanne Filio Roberti, Riccardo de Monſichet, Radulpho de Tony, Fratre Alano, Marcell. Briano de Inſula. Data per manum Radulphi de Nivell. apud Partenay. vigeſimo ſexto die Maji Anno Regni noſtri ſextodecimo (*a*). Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Regii diplomatis teſtes nominantur.

In Contradictores pœna ſtatuuntur.

Datum Laterani xii. Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis Redemtionis Captivorum commendat, Eccleſiam S. Thomæ & S. Michaelis Archangeli de Formis in Urbe ſub Apoſtolicæ Sedis tutela ſuſcipit, & privilegiis ornat, Sacras Ædes ac bona quamplurima eidem Eccleſiæ ſubdita recenſet, & confirmat (*b*).

Ex Regeſt. 1. Honorii III. Epiſt. 319. fol. 83. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Joanni Miniſtro & Fratribus Sancti Thome Apoſtoli, & Sancti Michaelis Archangeli de Formis (c) in Urbe, Ordinis Sancte Trinitatis, tam præſentibus quam futuris, Regularem vitam profeſſis; In perpetuum, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1217.

INter cetera Beneficia quæ nobis licet indignis, miſericordia contulit Redemptoris, hoc quaſi potiſſimum reputamus, ſi temporibus noſtris ad divini nominis gloriam & humanæ ſalutis augmentum Religio propagetur. Cum igitur Ordo Sanctæ Trinitatis modernis temporibus inceperit, eique Dominus in tantum dederit incrementum, quod a mari uſque ad mare ſuos Palmites jam extendit, cujus Regulam diligenter examinatam felicis memoriæ Innocentius Papa prædeceſſor noſter auctoritate duxit Apoſtolica confir-

Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis propagatio.

(*a*) Hæc annorum ſupputatio, anno æræ Chriſtianæ 1215. commenſuratur. Petenda ſunt, ut prænotavimus, initia Regni a die 27. Maji 1199. Hinc igitur annos ſexdecim ducas; atque in diem 26. Maji 1215., quo tempore Joannis Diploma procuſum eſt, annos numerabis ſexdecim ad amuſſim expletos. Quum enim a die Maji 27. initium annorum ducatur, diem 26. præcedentem, annorum finem ac terminum ſtatuamus oportet. Si vero ad hanc temporis notam Innocentii Pontificis annos velis exigere, ex obvia ſupputatione patebit, Innocentium annum decimum octavum ſui Pontificatus inchoaſſe, quo tempore Joannes ſextum decimum Regni annum compleverat.

(*b*) Quandoquidem Eccleſia & Hoſpitale S. Thomæ in Formis de Urbe cum juribus & pertinentiis ſuis omnibus, anno æræ Chriſtianæ 1387. Urbano VI. jubente, Menſæ Capitulari Vaticanæ Baſilicæ adnexa fuerint, ipſaque unio ex Bonifacii IX. Diplomate ſub dat. 5. Id. Novembr. Pontific. an. 1. confirmata; præſens Honorii III. Privilegium huic Bullarum Collectioni merito aſſuimus. Eccleſia autem S. Thomæ fuit olim Abbatia in Urbe non ignobilis: ejus ſiquidem Abbas, teſte Panvinio in Lib. de vii. Urbis Eccleſiis pag. 142. inter viginti Abbates, qui Summo Pontifici celebranti adeſſe conſueverunt, tertius decimus accenſebatur. Eamdem poſtea Fratribus Ord. SS. Trinitatis Redemtionis Captivorum traditam, deinde Poncello Urſino Card. commendatam, ad Vaticanum denique S. Petri Capitulum tranſlatam fuiſſe inferius adducenda perſpicue demonſtrant.

(*c*) Ob formas, hoc eſt ductus aquæ Claudiæ, de quibus conſulendus Raph. Fabrett. de Aquæduct. Diſſert. 2.

(*a*) Memi-

Conceſſionem Eccleſiæ Sancti Thomæ, & S. Michaelis Archangeli a Prædeceſſore factam confirmat.

Poſſeſſiones & Eccleſias extra Urbem enumerat.

Alias Romæ poſitas recenſet.

* *Leg.* poſt.

confirmandam; & ad ejuſdem Ordinis propagines augmentandos Eccleſiam S. Thomæ Apoſtoli & S. Michaelis Archangeli de Formis in Urbe vobis, veſtriſque ſucceſſoribus præfatam Regulam obſervantibus Apoſtolica auctoritate conceſſit. Nos ad exemplar dicti Prædeceſſoris noſtri, Eccleſiam ipſam ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti Privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Sanctæ Trinitatis, qui ſecundùm Deum & præſcriptam Regulam in eadem Eccleſia inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcunque Poſſeſſiones quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis patrocinante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſias S. Thomæ Apoſtoli & Sancti Michaelis Archangeli de Formis in Urbe cum poſſeſſionibus & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Salvatoris ſitam in loco qui dicitur Mons Sanctus ſuper Caſtro Verclañ in Dioceſi Spoletan. cum omnibus pertinentiis ſuis: In Dioceſi Tudertin. Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Pantan. cum omnibus pertinentiis ſuis. In Dioceſi Amelien. Eccleſiam Sanctæ Trinitatis juxta Caſtrum Albiani cum omnibus pertinentiis ſuis. In Urbe Eccleſiam Sancti Iſidori (*a*) & totum Montem Majorem (*b*) pt * abſidam & inclauſtrum Eccleſiæ Beatæ Mariæ in Donnica (*c*) cum omnibus pertinentiis ſuis. Formam (*d*) ſuper dicta Eccleſia Sancti Thomæ cum ædificiis, Cimiterio, Crucibus, & aliis pertinentiis ſuis: Montem cum Formis & aliis ædificiis poſitum inter clauſuram Clodei (*e*) & inter duas vias; unam videlicet qua a prædicta Eccleſia Sancti Thomæ itur ad Coliſeum, & aliam qua itur ad Sanctos Joannem & Paulum. Canapinam (*f*) poſitam juxta Clauſuram Sancti Thomæ, & viam publicam qua itur ad Sanctos Joannem & Paulum. Duas petias vinearum poſitas inter Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Caccabelis, (g) & Clauſuram in Caſtro S. Gregorii, & Clauſuram S. Thomæ: Duas petias Vinearum cum Criptis ſitas inter duas vias, unam qua itur ad Eccleſiam Sanctæ Balbinæ & alteram qua a Porta Appia itur in Urbem: Canapinam ſitam inter Hoſpitale Sancti Thomæ & Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Donnica: Canapinam ſitam ſub Cimiterio prædicti Hoſpitalis Sancti Thomæ juxta viam qua itur ad Coliſeum: Hortum in Valle Appiæ ſuper Eccleſia Sanctæ Mariæ in Par..ii inter Rivum Majorem & cacumen Montis: Turrim in Ortis perfectis (*h*) cum omnibus pertinentiis ſuis, poſitam inter Rivum qui fluit per Ponticellum de Tufo ad pratum Sancti Pauli & viam publicam & Cavonem cum via quæ pergit ad Portam Appiam: Formam poſitam inter Eccleſiam Sancti Stephani in Celio Monte, & duas vias; unam videlicet qua a præfata Eccleſia Sancti Thomæ itur ad Sanctam Mariam in Donnica, & alteram qua itur Lateranum: Domos, & poſſeſſiones in Cludio, & in Rigaziolo: Criptas in Coliſeo: Duas Camminatas (*i*) cum Horto & aliis pertinentiis ſuis ſub Cartularia (*k*): Domos ad Circulum Maximum (*l*) ubi dicitur Velaria (*m*): Domos & poſſeſſiones ubi dicitur Manus Carnea (*n*) prope Sanctum Marcum: Domos & poſſeſſiones juxta templum Palladis (*o*): Domos cum Horto & aliis pertinen-

(*a*) Meminit quidem Leonis III. Biographus apud Anaſtaſ. Monaſterium S. Iſidori: an vero idem cenſeri debeat cum Eccleſia, de qua hocce Diploma loquitur, divinare eſt.

(*b*) Mons Cœlius fortaſſis deſignatur, qui medii ævi ſcriptoribus *Mons Major* appellari potuit reſpectu proximi Cœlioli.

(*c*) Alias, ut vulgo dicitur, *della Navicella*.

(*d*) Nimirum, ut paulo ante innuimus, aquæ Claudiæ ductum.

(*e*) Caſtellum aquæ Claudiæ intelligimus, quod forma quadratum, & magna ex parte integrum vidit Fabricius, ut ipſe teſtatur in Deſcript. Urb. Rom. cap. 17.

(*f*) Vocabulum *Canapina* in hoc Diplomate accipi crediderim pro cella vinaria, cujus cuſtos *Canavaro* vel hodie nuncupatur; quamvis ea voce ſolum cannabe conſitum alibi poſſe intelligi non inficiamur.

(*g*) Eccleſiam S. Mariæ in Caccabelis aliunde nobis imperviam, non longe a Sacris Ædibus D. Gregorii & S. Thomæ in Formis diſſitam fuiſſe, ipſa quam tractamus, innuit Conſtitutio.

(*h*) Contelorius noſter in Lib. de Præfect. Urb. ad annum 1191 S. Petrum quemdam Urbis Præfectum recenſet; eumdemque extra Portam S. Pauli in Contrata, quæ vocatur *Mons*, hortos habuiſſe, evincit cum ex tabulis Monaſterii B. Mariæ in Campo Martio, tum ex Regeſto anni 1. & 2. Honorii III.

(*i*) Camminata, ut innuimus pag. 24. not. *a*, eſt domus, in qua caminus extat. Idipſum comprobat precationis formula, quæ in Sacramentario Grimoldi apud Pamel. tom. 2. Liturg. Eccl. pag. 471. *Oratio in Camminata* inſcribitur.

(*k*) Quo in loco ſita fuerit *Cartularia*, docemur ex Nicolao Card. Aragonio inter Scriptor. Rer. Italic. tom. 3. pag. 458. ubi hæc habet de Alexandro III. *Apud S. Mariam Novam & Cartulariam atque Coloſſeum ſe cum eis in tuto recepit*: De Turri *Cartularia* vide Baronium ad An. Chr. 1162.

(*l*) Circus Maximus extabat in ea Urbis regione, quæ vel hodie nuncupatur *de Cerchi*. Nonnulla illius rudera hactenus cernuntur.

(*m*) Scilicet Velabrum, locus nimirum, qui a Palatino Monte ad Aventinum uſque protenditur.

(*n*) Modo corrupte *Macel de' Corvi*. Notanda ſunt Canonici noſtri Benedicti verba hujuſmodi: *Aſcendit* (Pontifex) *per Pineam juxta Palatinam, prosiliens ante S. Marcum, aſcendit ſub arcu Manus Carneæ &c.* Ita laudatus Auctor num. 51. ſui Rom. Ord.

(*o*) De cujus ſitu non una eſt omnium de Romanis Antiquitatibus Scriptorum ſententia; aliis in Via Recta inter Turrim *de Conti*, & Viam *de Pantani*, ubi hactenus cernuntur veſtigia Ædis Palladis; aliis in Palatino Monte Templum ipſum fuiſſe conſtitutum affirmantibus. Hic ſane ubi dicitur *la Polveriera*, adhuc proſtat D. Sebaſtiani Eccleſia a Thadæo Barberino inſtaurata, quam

Quæ in Portis Urbis, aut in earum vicinia, jura competant, explicat.

pertinentiis ſnis ubi dicitur Pipaſilantia: Domos in Panarella (*a*) & in Campitello & ad capud Africe (*b*) & in Carille (*c*) & in Callarario (*d*): Poſſeſſiones cum Turre & aliis pertinentiis ſuis ubi dicitur Aqua Traverſa: Domos & poſſeſſiones in Gradellis (*e*) & in ſeptem viis (*f*) Ortum & Pantanum juxta Palatium Antonianum (*g*) Caminatam ante Sanctum Abacyrum (*h*) ubi dicitur Sancta Balbina: Molas Rom. in Flumine Tiberis ubi dicitur Balneum Pelagi, in Inſula (*i*), in Aureola (*k*) & ubi dicitur Onda (*l*). Portam integram quæ Libera ſive Latina dicitur cum omni portatico (*m*) ſuo, & redditum qui a tranſeuntibus ſolet dari cum omnibus aliis pertinentiis ſuis: Portam integram quæ dicitur Appia cum omni portatico & redditu ſuo & omnibus aliis pertinentiis ſuis: Caſale extra Portam Appiam ubi dicitur Vivarium: Vineas & poſſeſſiones ad dictam Portam Latinam & juxta ſilicem ubi dicitur Prata Decii: Vineas & Ortos & Poſſeſſiones in Decennio & infra Portam Metroni (*n*) & extra dictam Portam & ad dictam Portam Pantanum: Poſſeſſiones extra Portam Majorem juxta Pontem de Nono, & ubi dicitur Loretum: Unam pedicam terræ ad Portam Majorem: Caſale extra Portam Sancti Joannis Baptiſtæ, ubi dicitur Sexto, juxta Fontanam ſive Montem de Papa cum pertinentiis ſuis: Caſale quod dicitur Sacrarium cum omnibus pertinentiis ſuis: Poſſeſſiones in Prato Longo, & ubi dicitur Aqua Tuſchza, & extra Portam Numentanam (*o*) ubi dicitur Cripta Rubea, & in Rotulis, & ad Pontem Salarium; & extra Portam Salariam ubi dicitur Cripta Rubea, & in Baſilicata, & ubi dicitur Quartum, & ubi dicitur Quintum, & in Valle Scura: Turrim in Monte Albino (*p*) cum Caſali & omnibus aliis pertinentiis ſuis: Turrim quæ dicitur Monumentum, ubi dicitur Statuarium cum omnibus pertinentiis ſuis: Caſale Sancti Loci, ubi dicitur Marana cum Turre in dicta Marana: Unam pedicam Terræ ubi dicitur Ruſtica, poſitam inter Turrim Sancti Sebaſtiani & Fontanam Sancti Loci, ac formas antiquas Aquarum: Caſale quod dicitur Sancta Agnes, juxta Pontem de Nono cum omnibus pertinentiis ſuis: Caſale quod dicitur Maſtalon., extra Portam Sancti Pauli cum omnibus pertinentiis ſuis: Poſſeſſiones in Territorio Caſtri quod dicitur Pauli, & in Territorio Hoſtien. & Campo Majore: In Civitate Albanen. Eccleſiam Sancti Sebaſtiani cum poſſeſſionibus & aliis pertinentiis ſuis: Apud Albanum, Eccleſiam Sancti Anaſtaſii ubi dicitur Cripta, cum poſſeſſionibus & aliis pertinentiis ſuis: Septem petias Terrarum in loco ubi dicitur Nobuli: Undecim petias Vinearum in loco ubi dicitur Roſelli: Quatuor petias Vinearum ubi dicitur Anzano: Poſſeſſiones ubi dicitur Sabellum, & ubi dicitur Sanctus Angelus ad Columnellam: Septem petias Vinearum ubi dicitur Nuclano: Canapinas juxta Foſſatum de Nobuli: Duas pedicas terrarum pro indiviſo cum Eccleſia Sanctæ Mariæ de Aventin. (*q*), poſitas ad Sanctam Serenam: Tertiam partem Mortuariorum provenientem ad Eccleſiam S. Sebaſtiani poſitam in Albano, quam bonæ memoriæ Leo Albanen. Epiſcopus (*r*) pia liberalitate conceſſit: Domos, Ortos, Canapinas & alias poſſeſſiones in Territorio Albanen., & Aricien. In Aricia Domum communem cum Eccleſia Sancti Thomæ & cum Monaſterio Sancti Bonifatii quod nunc dicitur Eccleſia Sancti Alexii: In Territorio Ariciæ portionem communem cum Eccleſia Sancti Andreæ & Sancti Gregorii in Clivo Scauri: Tertiam partem omnium bonorum Creſcentii Caperon. in Territorio Aricien. Poſſeſſiones in Territorio Tuſculano: & undecim uncias in Caſtro, quod dicitur Mons Aureus vel

Alias extra Urbis territorium poſſeſſiones deſignat.

quam S. Mariæ, & S. Zotici *in Palladio*, ſive *in Pallara* olim nuncupatam reperimus.

(*a*) Ad aſſequendam loci *in Panarella* dicti notitiam, opportunum eſt, ni fallimur, Urbani III. Diploma apud Ciampin. Lib. de Vicecancellar. in quo legitur Eccleſia S. Martini *in Panarella*, nunc S. Martini de Monte Pietatis, ſive ut vulgo dicitur *S. Martinello*, e conſpectu ipſius Montis.

(*b*) In ſecunda Urbis Regione collocandum vel in ipſo Cœlio Monte, vel juxta D. Clementis Templum. Vide Creſcimb. Hiſt. Eccl. S. Joann. ante Port. Lat. Lib. 3. cap. 3.

(*c*) Taxa Leonis X., teſte Martinell. Rom. Sact. pag. 371., Eccleſiam S. Mariæ *in Carello* memorat, quam in Regione Trivii ponere videtur. Conſulatur ipſe Martinell. cit. loco.

(*d*) Si *Callararium* perinde ſit ac via ſeu *contrata Calcarari*, quam apud prælaudat. Creſcimbeni cap. 6. pag. 216. meminit Nicolaus Frangipani; locum ipſius indigitamus ex Lib. de Mirabil. Urbis ap. Montfaucon. Diar. Ital. ubi hæc habentur: *Poſt S. Marcum Templum Apollinis, . . . in Calcarario Templum Veneris, in Monte Dominæ Roſæ Caſtellum Aureum*. De Caſtello Aureo vide pag. 74.

(*e*) Geminum Templum, S. Mariæ, & S. Gregorii, utrumq. *de Gradella* nuncupatum, nominat Cencius Camerar. cap. 15. num. 40. ſui Rom. Ord.

(*f*) Hoc eſt Septizonio, de quo ſupra egimus.

(*g*) Sic Thermas Antonianas vulgus appellabat.

(*h*) Templum S. Abbacyri in Quirinalis deſcenſu, eundo verſus S. Quiricum, Jac. Grimald. & Martinellus collocant: at non longe a Thermis Antonianis & S. Balbinæ Eccleſia aliud S. Abbacyri Templum fuiſſe poſitum, videtur hæc Bulla innuere.

(*i*) Uti opinamur, Lycaonia.

(*k*) Nempe in Arenula, vulgo *la Regola*.

(*l*) Quo nomine eam Urbis Regionem intelligimus, ubi adhuc proſtat Eccleſia S. Salvatoris in Unda, juxta Pontem qui nunc dicitur Sixtus, olim Janiculenſis & Aurelius.

(*m*) Quod eſt Valvarum Theloneum.

(*n*) Hanc memorant S. Gregor. Lib. 9. Epiſt. 69. & Joan. Diac. in Vit. hujus Pontificis lib. 1. num. 14. Quo in loco eadem ſita fuerit indigitavimus pag. 75. not. *d*.

(*o*) Nunc *Piam* a Pio IV. Pont. inſtauratore nuncupatam.

(*p*) Cujus meminit prælaudat. Nicol. Frangipani ap. Creſcimb. loc. cit. pag. 214.

(*q*) Modo dicitur, *del Priorato*.

(*r*) Quem ſane poſt annum 1115. floruiſſe, adverſus Ciacconium Ughellus demonſtrat.

(*a*) Dice-

vel Columna Fiſtim cum tribus Eccleſiis, videlicet Sancti Petri, S. Andreæ & Sancti Clementis cum Villa Cervinaria, poſſeſſionibus & omnibus pertinentiis earundem; Eccleſiam Sancti Iſidori cum Silva & Terra ad quadraginta modios ſeminandum cum omnibus pertinentiis ſuis: Terras, vineas, poſſeſſiones in Territorio Columne in loco ubi dicitur Collis Sancti Thomæ, & ubi dicitur Ceſa Romana, & in Bitico, & in Quarceto, & in Valle juxta Fontanam Majorem & juxta Plagiam Caſtelli, & prope Eccleſiam Sancti Clementis, & in fundo S. Salvatoris, & ubi dicitur Gazula, & ante Portam dictæ Columne Domum cum poſſeſſionibus & aliis pertinentiis ſuis: Domos, terras, vineas, Ortos, Canapinas, Silvam, & poſſeſſiones in Territorio de Columna: Poſſeſſiones in Territorio Collinen., ubi dicitur Moranum; Tres uncias Caſalis quod dicitur Longueza cum omnibus pertinentiis ſuis: Tres pedicas Terræ in Territorio Nepeſino, ubi dicitur Moranum: Poſſeſſiones in eodem Territorio & in ſundo, ubi dicitur Tribunaclum: Poſſeſſionem in Territorio Prænestino: quatuor pedicas terræ in loco, ubi dicitur Moranum, & in Albaneto: Poſſeſſiones in Caſtro Nepeſino, & extra, & in Albaneto, & Formello, & in Campo Majore, ubi dicitur Morretum: Poſſeſſiones ſubtus Caſtellum, quod dicitur Formellum, & in fundo qui dicitur Novelleta poſitas in Formello: Poſſeſſiones in ſundo qui dicitur Carſetum, & in Valle Carnar. de Paſſero: Poſſeſſiones in ſundo Caſaletuli: Ortum in Movegano, & in Vallechella cum omnibus pertinentiis ſuis: Medietatem Caſalis in Monturan. cum omnibus pertinentiis ſuis: Caſale, quod dicitur Fontanella, & in fundo quod dicitur Galli cum omnibus pertinentiis ſuis: Poſſeſſiones in fundo de Fontana Matura: Tres uncias de loco qui dicitur Garrula: Item in Ortis Perfectis unam pedicam Terræ ad ſeminandum triginta rublos poſitam inter ſupradictam turrim ejuſdem loci, & pratum Sancti Pauli cum omnibus pertinentüs ſuis: In capite prædictorum Ortorum Pertecti, Ortos, Vineas, & Terras cum omnibus pertinentiis ſuis poſitas inter viam publicam quæ exit de Cavone, & pergit ad Portam Appiam, & Rivum qui fluit ſub Ponticello de Tuſo ad Sanctum Paulum poſito in prædicta via & inter Montem de Tuſo ubi eſt Arenarium & cacumen Montis: Caſtrum Sancti Joannis de Camporacio cum omnibus pertinentiis ſuis: ſex uncias de loco qui dicitur Muſileum, ubi eſt Eccleſia Sancti Stephani cum ſex unciis de vineis, Terris, Montibus, Collibus, planitiis, ſcuropetis, ſilvis, & aliis omnibus pertinentiis ſuis. Medietatem de Anguillaria cum medietate de Placito, domibus, redditibus, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Michaelis Archangeli in Territorio Anguillarie cum vineis, Terris, Canapinis, Montibus, Collibus, Planitiis, & appenditiis ſuis, & quantumcumque duo navigia poterunt omni tempore in ejuſdem loci lacu piſcari & cum omni redditu ipſorum & cum uno Aquimolo cum ingreſſibus & egreſſibus & omnibus aliis pertinentiis ſuis, poſito in loco qui dicitur Capirolum cum medietate de loco qui dicitur Flaranellum cum medietate de Vineis, Terris, Montibus, Collibus, ſilvis planitiis, & omni redditu Territorii Faleritan. (a): Tres uncias de Lacu qui dicitur Janula cum omni redditu ipſius Aquæ & omnibus pertinentiis ſuis. Tres uncias de loco qui dicitur Carſulan. cum vineis, terris, Domibus, Placito (b) & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Tres uncias de Villa quæ dicitur Morolum cum terris, ſilvis, vineis, pratis, & omnibus pertinentiis ſuis. Tres uncias de Caſtello, quod dicitur Arnarium cum vineis, terris, montibus, collibus, domibus, Placito, & omnibus pertinentiis ſuis. Tres uncias de Lacu qui dicitur Paparan. Tres uncias de Villa quæ dicitur Janula cum terris, ſilvis, vineis, pratis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis. In Territorio Caſtellan. Morolo, & in fundo qui dicitur Paſſan., & in fundo qui dicitur Saltan., & in loco S. Sebaſtiani, & in fundo Cornanelelo; & in fundo Anticione vineas, terras, campos, prata, Paſcua, Canapinas, ſilvas, ſalecta, arbores, cum omnibus pertinentiis earundem. Medietatem caſalis quod dicitur Muſan. cum colonis, & colonia & omnibus pertinentiis ſuis, poſitis in Territorio Colineſe, & in loco qui dicitur Muſan. & in Territorio Falaren. & in loco qui dicitur Fabrica in Territorio qui dicitur Caſtellan. & Falaritan ubi dicitur Flajanellum & in fundo qui dicitur Majan. Clauſuram vinearum cum arboribus & omnibus aliis pertinentiis ſuis. In Territorio Falarin. & in loco qui dicitur Flavian. Terram vacantem ad ſex modios ſeminandum & quatuor petias vinearum cum omnibus pertinentiis ſuis. Si quando vero loca deſerta fuerint eidem Venerabili Domui ab aliquo pia devotione collata, liceat vobis ibidem ædificare,

(a) Diœceſi Civitatis Caſtellanæ conjuncti. Vide pag. 22. not. c.

(b) Facultatem civilia judicandi, vox *Placitum* deſignare hoc in loco videtur; eamque notionem obtinet in nonnullis Conſtitutionibus a Margarin. in Bullar. Caſin. relatis.

(a) Stilo

dificare, villas, Eccleſias, & Cimiteria ad opus hominum ibidem morantium fabricare, ita tamen ut in illa vicinia Abbatia vel Religioſorum Virorum Collegium non exiſtat, quæ ob hoc valeat perturbari. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & abſolutos, e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contraditione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in dicto Monaſterio & Conventu profeſſionem fas ſit ſine Prioris ſui licentia de eodem loco diſcedere: diſcedentem vero abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat: ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Miniſtro vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu vel Fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundùm Deum, & Ordinis Sanctæ Trinitatis regulam providerit eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica inhibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu Grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem effundere, hominem temere capere vel interficere ſeu violentiam audeat exercere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Domum temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve Perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire temere tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem vobis veſtra jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Alia Monaſterii jura proponit. *Abbatis electio ſit libera.* *Locorum immunitas ſervetur.* *In contradictores pœnæ.*

Datum Laterani per manum Rainerii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii v. Kalendas Martii indictione v. Incarnationis Dominicæ Anno milleſimo ducenteſimo decimoſexto (a) Pontificatus vero Domini Honorii Papæ Tertii Anno primo.

Nonnullas Poſſeſſiones, quas Eccleſiæ Sancti Thomæ de Formis reſtitui mandaverat, ipſi Eccleſiæ confirmat.

Ex Archiv. Apoſt. Vatic. in Regeſt. primo Honorii III. Epiſt. 392. fol. 97.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Miniſtro & Fratribus Eccleſiæ Sancti Thomæ de Formis Urbis, Ordinis Sanctæ Trinitatis & Captivorum; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1217.

CUM a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, poſſeſſiones, ſitas in loco qui Orti perfecti (b) vulgariter appellantur, Eccleſiæ veſtræ, ab Abbate Sancti Pauli per noſtram ſententiam ipſi Eccleſiæ reſtitutas, vobis & per vos Eccleſiæ ſupradictæ auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani XIV. Kalendas Maii Pontificatus noſtri Anno primo.

Quæ

(a) Stilo Bullarum, ſed æræ communis 1217.

(b) Conſulendum præcedens Honorii III. Diploma.

(a) Conſu-

Quæ inter Conventum Monaſterii Sanctæ Mariæ Tiburtin., & Vaticanum S. Petri Capitulum ſuper poſſeſſione ipſius Monaſterii vigebat, controverſiam dirimit.

Ex Archiv. Apoſt. Vatic. in Regeſt. 1. Honorii III. Epiſt. 573. fol. 144.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Conventui Monaſterii Sanctæ Mariæ Tyburtinen. (*a*)*; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

AN. CH. 1217.

Statum cauſæ proponit, atque Canonicos Sancti Petri ab impetitis abſolvendos declarat.

Petente Yconomo veſtro, Canonicos Baſilicæ Principis Apoſtolorum ab inquietatione compeſci, quam vobis dicebat per eoſdem inferri ſuper poſſeſſione ipſius Monaſterii; quoniam in proceſſu negotii ejuſdem Yconomi confeſſio innuebat Canonicos poſſeſſores, ex quo ſequebatur interdictum uti poſſidetis inepte propoſitum ex parte veſtra fuiſſe: Nos ſupradictos Canonicos quo ad hoc ab impetitione ipſius Yconomi duximus abſolvendos. Ceterum quia conſtitit per aſſertionem dilecti filii Magiſtri D. Cappellani noſtri (*b*) cui bonæ memoriæ Innocentius Papa prædeceſſor noſter, cauſam primo commiſerat audiendam; quod petitorium in Judicium eſt deductum, ad quod ex quorundam depoſitionibus teſtium ſumpta præſumptio faciebat, allegante parte Canonicorum ſe cauſam a Farfenſi Monaſterio habuiſſe per cujuſdam permutationis contractum, quam fecerant cum Abbate ac Monachis Farfen. recipiendo præfatum Monaſterium Tyburtinum pro Eccleſia Sancti Gualterii (*c*) de Marchia. Nos auditis ſuper hiis hinc inde propoſitis, de Fratrum noſtrorum conſilio, multis de cauſis contractum permutationis hujuſmodi penitus irritantes, nihil juris in ipſo Monaſterio ejuſdem occaſione contractus prædictis Canonicis reſervamus. Salvo Canonicis ipſis, quod adverſus Farfenſe Monaſterium debitum poſſint habere recurſum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ diffinitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit; indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Permutationis cujuſdam contractum, ex quo ſua repetebat jura Capitulum S. Petri, decernit invalidum.

Pœna in refractarios.

Datum Ferrentin. ii. Idus Auguſti Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Decem Libras de Oblatis ad Altare Sancti Petri, Scholæ Cantorum ad tempus elargitur.

Ex Archiv. Apoſt. Vatic. (*d*).

Honorius Primicerio (*e*) *& Clericis Scholæ Cantorum de Urbe.*

AN. CH. 1219.

Dignum eſt, ut, qui miniſterii veſtri munia laudabiliter exequimini, laudes Domini ſuaviter decantantes, exinde aſſequamini munera gratioſa; cum dantibus pſalmum, non ſit tympanum denegandum. Cum itaque fel. mem. Cæleſtinus Papa prædeceſſor noſter vobis de portione Oblationum Altaris B. Petri, quæ contingit Romanum Pontificem, annuas duodecim libras de gratia contulerit liberali; Nos ejuſdem gratiæ volentes addere gratiam, ut de virtute ſtudeatis proficere in virtutem, de Oblatione prædicta (*f*) decem libras, noſtro tantum tempore, vobis annuatim duximus largiendas; ita quod ex hoc Succeſſores noſtri nullatenus obligentur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum xii. Kal. Maji, Pontificatus noſtri Anno tertio.

Abbatiæ

(*a*) Conſulatur Alexandri IV. Diploma 3. Id. Novembr. Pontific. an. 3. editum, & inferius promendum.

(*b*) Qui nunc Rotæ Romanæ Auditores appellantur, eos olim Papæ *Cappellanos* fuiſſe nuncupatos, evincit Berninus in Hiſtor. Collegii Audit. Rotæ.

(*c*) In Firmana Diœceſi.

(*d*) Ex quo hanc Honorii III. Epiſtolam publica luce donavit Andr. Adamius pag. 22. Præfat. ad Libr. cui titulus: *Oſſervazioni per ben regolare il Coro &c.* iterumq. typis ſubjici curavit V. C. P. Morett. Op. de Presbyt. part. 1. ſect. 6. §. 3.

(*e*) Primicerium, ſeu Primum Scholæ, hoc eſt Collegii Cantorum S. R. E., quem ſæpenumero commemorant Romani Ordines; is profecto eſſe videtur, qui poſteriori ætate Magiſter Capellæ eſt appellatus. Adeas laudati Adamii Præfationem in cit. opuſc.

(*f*) Quænam de Oblatis Vaticanis Schola Cantorum participaret, V. Cl. Petr. Morettus Op. de Presbyt. part. 1. ſect. 6. accurate indigitat.

Abbatiæ S. Martini de Valle inſtitutionem a Credindeo factam confirmat; Eccleſias eidem Monaſterio ſubjectas enumerat; Bona, ac jura tuetur.

Ex Codice Tabularii Baſil. Vatic., cui titulus, Collectio diverſorum jurium &c. fol. 26. & ſeq.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati, & Conventui Monaſterii S. Martini de Valle Theatin. Dioc.; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

An. Ch. 1221.

Bonorum, quæ ex Credindei donatione Monaſterio acceſſerant, fines deſignat.

SAcroſancta Romana Eccleſia devotos, & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & tanquam pia Mater ſuæ protectionis munimine confovere. Unde ſicut accepimus per Inſtrumentum donationis,quod Credindeus Credindei Dominus Theatin. (*a*) timore futuri judicii dicto Monaſterio inrevocabiliter de ſuis propriis bonis condonavit Caſtrum ſuum, quod dicitur Fara Sancti Martini de Valle cum bonis ſtabilibus ipſius diſtrictus, cujus confines tales inſcribebantur: Vallis cupa, Sylva Montanaria, Petræ Fracidæ Pinzoni*, Peſculum, Pandum, Peſculum de Apolori* de Roccha Junicella*, Portelle frondeſque, Mons malus, Serra de Ponte, Femina morta, Sulcum, Serra Orfentis, Serra Vallis bonæ, Seregetum*, Furca, Serra Rotaro, Collis Sarmone*, Mons Girardi* Portella Ferucæ*, Fons Renalioſi, Ara Caſuleſi, Cele Piconi, Pena Corva, cum ædificiis in flumine viridi per Longon cujus de Terris Seminativis ducentorum modiorum. Verum etiam quod quidam nobiles Chriſticoli ipſi Monaſterio Eccleſias per eos dotatas ad collationem condonaverunt, quas iis propriis nominibus appellarunt. Eccleſiam S. Sylveſtri (*b*), Eccleſiam S. Petri, Eccleſiam Sancti Angeli, Eccleſiam S. Clerici, Eccleſiam S. Pauli de Colle Macinarum; Eccleſiam Sanctæ Mariæ, S. Luciæ, Sancti Sylveſtri de Caſtro Larome; Eccleſias S. Angeli, Sancti Fabiani in Caſtro Palumbani, Eccleſias S. Juſtini, & Sanctæ Mariæ in Caſtro Civitellæ. Nos volentes ne in poſterum pravorum hominum moleſtiis idem Monaſterium agitetur, veſtris piis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas, & Monaſterium, in quo eſtis divino officio mancipati, cum omnibus Oblationibus, incorporationibus prænominatorum, quæ in præſentia rationabiliter idem Monaſterium poſſidet, aut in futurum juſte poſſidebit, ſancimus, & auctoritate Apoſtolica roboramus (*c*). Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ſupradictum Monaſterium perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra aſſerventur, eorum pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa, uſibus omnimodis profutura. Porro ad memoriam, & indicium hujus perceptæ a Romana Eccleſia communionis, & acceptationis, pro liberiori gratia per annos ſingulos duos ſolidos Lateranen. Palatio perſolvetis. Si quis igitur in futurum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes, Vicecomes, Baro, aut Eccleſiaſtica perſona, aut ſecularis, hanc noſtram Conſtitutionis, & acceptationis paginam ſciens, contra eam venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non* ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extre-

** In Pergameno Donationis Credindei legimus Peanzoni.*

* Apoluri.

* Turricella.

* Stregete.

* Armoni.

* Getatci.

* de Formica.

Eccleſias ab aliis dono datas enumerat.

Donationes, Bona, ac jura confirmat.

Contradictores pœnis coercet.

* *Sup.* reatum ſuum

(*a*) Egregii hujuſce Viri pietati ac munificentiæ ſuam debet originem, emolumenta, ac jura, iſthæc Abbatia, de cujus primordiis, ut in notis ad Paſchalis II. Bullam præmonuimus, a nobis hic agendum. Ita vero ſe res habuit. Credindeus Vir Nobilis, ac Theatinæ Urbis Dominus, de Monaſterio, in quo Benedictinus Ordo ſervaretur, erigendo ſolicitus, Vallem in ſua ditione poſitam, Caſtro Faræ proximam, in qua Templum D. Martino Sacrum extructum erat, ſelegit. Statuta futuri Monaſterii ſede, dotem conſtituit; multam ſcilicet vicini agri partem, quam certis deſignavit finibus, ipſumque Faræ Caſtrum dono dedit. Isbertum Sacerdotem in Abbatem creavit, ea lege, ut Monaſterium ejus regimini concreditum, ſoli Deo ſubjiceretur, quacumque aliena juriſdictione, etiam Epiſcopali, penitus excluſa. Hæc ex prolixiori contextu Inſtrumenti, cujus copiam Archivum noſtrum ſibi ſervat, in compendium redegimus; daturi profecto integram ſplendidi monumenti ſeriem, niſi inſtituti noſtri ratio brevitatem ſuaderet.

(*b*) Hanc Eccleſiam, & ceteras quæ ſequuntur, in notis ad Paſchalis II. Conſtitutionem illuſtravimus. Ad eas idcirco lectores amandamus.

(*c*) Quum præſens Honorii Conſtitutio, Credindei Donationem ratam habeat, ea omnia quæ ex lege fundationis Monaſterio conveniunt, probaſſe cenſetur. Hoc vero ſemel poſito, nemo ſane qui bene ſapiat, de Monaſterii juriſdictione, libertate, atque exemptionibus dubitaverit. Quæ autem olim Abbatiæ Sancti Martini præcipua erant, ac peculiaria jura ac privilegia, eadem in Baſilicam Vaticanam una cum ipſamet Abbatia tranſlata fuerunt.

(*a*) *Dona-*

in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Monaſterio ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Datum Laterani iiii. Idus Novembris Pontificatus noſtri Anno VI.

Monaſterium S. Martini de Valle, ejuſque bona, Apoſtolicæ Sedis patrocinio tuetur.

Ex Bulla Original. in Archiv. Baſilic. Capſ. 69. Faſc. 21.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati, & Conventui Monaſterii Sancti Martini de Valle, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1221.

SAcroſancta Romana Eccleſia devotos, & humiles filios, ex aſſuetæ pietatis Officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tamquam pia mater ſuæ protectionis munimine conſovere. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, Perſonas, & Monaſterium veſtrum, in quo Divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad indicium autem hujuſmodi a Sede Apoſtolica protectionis perceptæ, duos ſolidos denariorum Senatus (a) gratis oblatos, nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani iiii. Idus Novembris Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Proventus de Signis plumbeis, allato Innocentii III. Diplomate, Canonicis confirmat: Ne a quoquam ipſa conſentur aut vendantur, inſtaurato anathemate præcipit.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. Vatic. Capſ. 7. Faſc. 13.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero & Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1222.

Inſerit Diploma Innoc. PP. III.

IN literis felicis recordationis Innocentii PP. Prædeceſſoris noſtri ſic perſpeximus contineri. Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei; Dilectis filiis Hu. Archipreſbytero, & Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Derivata in nos ab Apoſtolorum Principe per ipſius merita poteſtatis Eccleſiaſticæ plenitudo, & Apoſtolatus ſucceſſio non ratione carnis per hominem, ſed per Deum, ipſius gratia, legitime procurata, inter ceteras ſollicitudines cordis noſtri, & occu-

Potior Pontificis ſollicitudo circa Baſilicam S. Petri occupatur.

(a) *Denarii Senatus* eos indicant nummos, qui Senatus Populique Romani nomen præſeferebant. Horum alii a Senatoribus procuſi, quo tempore Urbs Roma a Pontificibus diſſidebat; alii, rebus compoſitis, ac Romano Pontifice annuente, a Senatu percuſſi. Rem hanc multis pertractat in ſuo Opere de Antiquis Romanorum Pontificum Denariis, eruditus ſane Vir ac antiquitatis ſtudioſus Benedictus Floravante hic conſulendus. Putamus tamen, Honorium poſterioris generis nummos hic intelligere; cum alioqui Denarii invito Pontifice ſignati, adulterinis accenſeantur; quos idcirco ab uſu atque commercio penitus exulare jubet Martinus IV. in Epiſtola ad Philippum Caven Urbis Vicarium ſcripta, die 26. Decembris 1282., quam memoratus Floravante ſuis inſerit lucubrationibus pag. 34 Ad genuinam igitur Senatus monetam, ſolidos revocat Honorii Conſtitutio.

Quis vero ſolidorum valor hic definiendus? Nolumus ab ea, quam Grimaldus in Opere de Veronica figit, taxa recedere. *Solidi*, inquit ille, *erant bononenorum, ſeu obolorum XII. ſemis, pro quolibet*. Quo pretio ſtatuto, ſupputationem proſequitur: *Decem ſolidi argentei conficiebant nummum aureum Judicorum X. baj. 25.... XXX. Solidi valebant Marcham unam argenteam, ſcilicet*... (ſcuta) *tria baj. 75.* Hac menſura ſervata, annuus cenſus a Monaſterio ſolvendus, nonniſi obolos viginti quinque noſtrates conficit: Tenuis ſane, ac curta ſupellex. Si quis forte objiciat, Grimaldum, cujus verba in notis ad ſuperiorem Honorii Bullam protulimus, alio, in Marcharum valore librando, uti pretio; reponimus, diſſimilem ſupputationis rationem a diverſa Marcharum notione repetendam. Marchas Sterlingorum, ſive Anglicanas ibi explicat; hic vero eas, quarum frequentior Romæ uſus, deſcribit.

(a) Proſtat

occupationes quibus aſſidue premimur, utpote quibus ſolicitudo univerſarum Eccleſiarum incumbit, ad honorandam ejuſdem Principis Apoſtolorum Baſilicam ſpecialiter nos inducunt, ut cum Propheta pſallamus: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum Tabernaculi gloriæ tuæ. Sane cum Dominus noſter in Beato Petro, cui nos licet immeritos conſtituit Succeſſores in Spiritualibus prætulerit univerſis, & Eccleſiam in temporalibus etiam dilatarit, conveniens eſſe dinoſcitur, ut eidem Beato Petro in vobis, immo Chriſto in eo, qui nobis exhibuit univerſa, etſi modicum, tamen aliquid retribuere ſtudeamus, affectum noſtrum in effectum humiliter producentes; Dignum eſt etenim ut quia variis preſſi negotiis, dum circa lapſum Religionis nobis propoſitum in melius reformandum intendimus, dum juſtitiæ conſulimus oppreſſorum, dum ſingulorum conſultationibus reſpondemus, dum ad reformandam inter diſcordantes pacis concordiam, & pro diverſis Eccleſiarum & Provinciarum neceſſitatibus Legatos a Latere noſtro dirigimus, dum de Terræ Orientalis ſubventione penſamus, Principis Apoſtolorum Baſilicam dignis obſequiis frequentare non poſſumus, aliquibus munuſculis honoremus, nihil in hoc Apoſtolorum Principi largientes de proprio, ſed de ſuo potius rependentes. Verum cum decor Eccleſiarum, & earum Theſaurus præſertim pendeat ex perſonis, quæ ipſis deſerviunt, & Domini laudes horis intonant conſtitutis, pſallentes ei tam ore, quam corde, vos qui ad honorem Apoſtolorum Principis in ejus Eccleſia Domino jugiter deſervitis, invocantes nomen ipſius & laudes ejus voce conſona modulantes, immo Beatum Petrum in vobis tenui noſtræ devotionis munuſculo decrevimus honorare; ſperantes, quod qui minuta viduæ pauperis acceptavit, noſtræ quoque humilitatis acceptabit affectum, non quid, ſed ex quo potius tribuamus attendens. Ea propter, dilecti in Domino Filii, tam redditum, quem de Signis plumbeis ſive ſtagneis Apoſtolorum Petri & Pauli imaginem præferentibus, quibus eorum Limina viſitantes in augumentum propriæ devotionis, & teſtimonium itineris conſummati ſe ipſos inſigniunt, Prædeceſſores noſtri, & nos ipſi percipere conſuevimus; quam auctoritatem fundendi ea, vel quibus volueritis fuſoribus concedendi, qui vobis tantum de ipſis reſpondeant, vobis & per vos Canonicæ veſtræ præſentium auctoritate concedimus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Ad hæc, ſub pœna excommunicationis diſtrictius inhibemus, ne quis ea præter aſſenſum, & conceſſionem veſtram aliquatenus formare præſumat. Nos ergo quod ab eodem Prædeceſſore noſtro ſuper hiis factum eſt, ratum habentes, illud auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſub prædicta pœna diſtrictius inhibentes, ne quis in Urbe ſub nomine aliarum Eccleſiarum alia Signa ſupradictorum Apoſtolorum Imaginem præferentia fundere, vel vendere audeat ſine noſtra & Eccleſiæ Romanæ licentia ſpeciali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Eadem cura ad Baſilicæ miniſtros extendenda.

Quibus idcirco proventus, qui e Signis plumbeis obveniunt, concedit.

Contradictores pœna excommunicationis coercet.

Innocentii Conſtitutionem, Honorius confirmat.

Datum Lateran. vi. Kalendas Februarii Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Primæva Abbatiæ S. Ruffilli bona ac jura; necnon quæ ex nupera Ubertelli Epiſcopi donatione acceſſerant, emolumenta ac Privilegia confirmat.

Ex Originali Bulla in Archivio Baſilicæ Vaticanæ Capſ. 32. Faſc. 100.
Legitur etiam apud Ughell. impreſſa Tom. 2. Ital. Sacr. col. 605. (a).

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati & Conventui Sancti Roſelli Populien.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1223.

JUſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facile præbere conſenſum, & vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quas Prædeceſſores

(a) Proſtat quidem hæc eadem Bulla apud Ughellum impreſſa; ſed ab Autographo Tabularii noſtri in locis aliquot, ut ad paginæ oram adnotavimus, lectionem ſervat diſſimilem. Nobis curæ non eſt de aliena editione judicium ferre; illud vero diſſimulare

Monaſterium ac Bona, Sedis Apoſtolicæ patrocinio tuetur.

** Quod legit Ughell.*

Parochiales Eccleſias, earumque jura confirmat.

fores veſtri a quadraginta annis retro (*a*) ucuſque poſſederunt, & vos in præſenti poſſidetis, aut in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub Beati Petri quæ * ſpecialiter juris exiſtit, ſub ipſius, & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem omnes Eccleſias, poſſeſſiones, decimas, & de novo &c, conſuetas, conceſſas, antiquas dicti Monaſterii, & maxime Sancti Petri in Cereto de Meldula, & Sancti Apolinaris in Cullina Plebes cum omnibus titulis Eccleſiis, & Capellis illarum, tam hedificatis, quam hedificandis, terris, vineis, ſeu hedificiis, & cum omnibus earum bonis tam præſentibus, quam futuris, tam in temporalibus, quam etiam in ſpiritualibus. Cum fidelitatibus inſtitutionibus, & deſtitutionibus, corectionibus, viſitationibus, decimis, primiciis, teſtamentis, ſepulturis, unctionibus infirmorum, comendactionibus animarum, atque oblactionibus vivorum, & mortuorum. Parochiam, & Parochianos ibidem commorantes, & in antea moraturos, ac etiam ſepulturas in Civitate Burgis * Populien., ac eius pertinentiis a Turri Rambaldi verſus Monaſterium ſilicet Burgum Saligardorum *, & Burgum Arnaldi * Michaelis, quod a dicto Monaſterio poſſidet, & horam Sanſavini *, Caſalini, Baſſani, Porti uſque ad Molendinum de Paganellis, & per Civitatem novam a domo Guidonis Lazarii uſque ad domum Joannis Burgate * recte uſque ad flumen verſus Monaſterium. Cum primiciis, teſtamentis, ſepulturis, oblationibus, & cum omnibus aliis beneficiis vivorum, atque mortuorum, quas bonæ memoriæ Uber. Populien. Epiſcopus de capituli ſui aſcenſu Monaſterio veſtro pia, & provida liberalitate conceſſit (*b*), prout in inſtrumento publico exiude confecto continebatur (*c*), quod quidem Inſtrumentum vidimus, auſcultavimus, & approbavimus jure plenius contineri ſicut eas juſte, canonice, ac pacifice poſſidetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Fines deſignat.

** Ughell. Burgi.*

** Ughell. Anſavini.*

** Id. Artaldi.*

** Ughell. Anſavini.*

** Id. Borgate.*

Ubertelli donationem ratam habet.

Alia Privilegia ſuperaddit.

Et nulli privatæ perſonæ Eccleſiaſticæ, vel ſæculari liceat hedificare Horatorium, Eccleſiam, vel Hoſpitale in Parochiis ſupra ſcriptis, præter licenctiam, & voluntatem Abbatis, & Fratrum prælibati Monaſterii. Sepulturam quoque eidem Monaſterio omnino liberam eſſe decernimus, & eorum corpora, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, vel eorum qui per conſuetam parentelæ, aut cognationis ſepulturam ad Cemeterium veſtrum pertinere noſcuntur, ſine licentia veſtra nullus recipere præſumat, niſi forte adhuc viventes quodlibet * propoſitum Religionis aſſumpſerint. Quem ſi quis auſu temerario recipere, vel ſepulturæ tradere præſumpſerit, ſive Clericus ſit, ſive laicus uſque ad condignam ſatisfactionem Eccleſiaſticæ vindictæ ſubjaceat. Decimas de Maliano *, & de Salſa, & de Carpena, & de Sancto Martino in Strata integre ſine diminutione aliqua, & ſine aliqua portione per veſtrum nuncium colligendas imperpetuum. Inſuper decimas fructuum veſtrorum, quos ubilibet propriis ſumptibus, laboribuſque colligitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis exigere, vel extorquere præſumat. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina Officia celebrare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

** Ughel. omittit hanc vocem.*

** Ughel. Moliano.*

Pœnas irrogat in contradictores.

Datum Lateran. iii. Idus Aprilis Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Inſtitu-

ſimulare non poſſumus, eamdem, quam Originalis Bulla, ex qua copiam noſtram eduximus, præfefert lectionem, in Ubertelli donatione, de qua infra agemus, occurrere in ipſiſmet vocibus, quas Ughellus exhibet paulisper diſcordes. Hæc, ut noſtræ editionis integritatem vindicemus, dicta ſunto.

(*a*) Si annos quadraginta ordine retrogrado ſupputemus, ad annum uſque 1181. perveniet enumeratio; quo ferme tempore Alexander III. ſuam, favore Abbatiæ S. Ruffilli, edidit Conſtitutionem. Illud igitur Honorio hic propoſitum, Prædeceſſoris Alexandri Diploma firmare, & ad ea quæ Alexandrum ſequuta ſunt tempora, par beneficium protendere.

(*b*) Ubertellum inter Popilienſes Epiſcopos ordine tertium ac viceſimum collocat memoratus Ughellus. Inſignem ſane Antiſtitis hujuſce beneficentiam probat illius donatio quam ſub Innocent. III., hoc eſt anno 1214. perfecit; cujus donationis tenorem idem Ughellus late exſcribit col. 602., & ſeq. Multa ibi a Superioribus Epiſcopis conceſſa confirmat; multa item addit; longamque Parochialium Eccleſiarum, Capellarum, ac Fundorum ſeriem attexit, quam ſi cum bonis, quæ hodie Abbatia adhuc ſervat, conferamus, profecto fateri oportet, effuſam Antiſtitis illius munificentiam ad nos uſque perveniſſe. Ad hæc, providus Donator, adhibito Capituli conſilio atque conſenſu, Donationem inſtituit ea lege, ut plenam in Monachos ac Monaſterium contulerit juriſdictionem, a Succeſſoribus nullo umquam tempore aut revocandam, aut minuendam. Cumque hæc omnia Pontificio Diplomate fuerint corroborata, jam patet, cur Abbatia iſthæc inter exemptas jure merito ſit accenſenda.

(*c*) Potuit Honorius ipſum Inſtrumenti Autographum inſpexiſſe: Illud enim Monachis S. Ruffilli præſto erat, a quibus ad noſtram Baſilicam una cum monumentis aliquot tranſlatum eſt. Noſtra ætate ſervatur in Capſ. 12. faſc. 304. in pergameno deſcriptum, atque Ubertelli cum primis, mox octo Canonicorum ſubſcriptione munitum. Hocce monumentum e Tabulario noſtro erutum, typis edidit Ughellus, column., ut præmonuimus, 602. & ſeq.

(*a*) Adeas

Inſtitutam ab Innocentio III. Stationem ad Sanctæ Mariæ in Saxia quotannis celebrandam; ſolemnemque ſupplicationem cum Sanctiſſimi Sudarii ſeu Vultus Sancti delatione habendam confirmat (a).

Ex Regeſt. 11. Honorii III. Ep. 203. fol. 64. Ap. Archiv. Apoſt. Vat.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Rectori, & Fratribus Hoſpitalis Sancti Spiritus in Saxia; *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

AN. CH. 1223.

Stationis tempus definit, ducta ſimilitudine a nuptiis in Cana Galilææ celebratis, ad pietatis opera quæ in Hoſpitali S. Spiritus exercentur.

Ad commemorandas nuptias ſalutares, quæ in converſione peccatoris moraliter celebrautur inter Spiritum hominis & Gratiam Conditoris, ex quibus affectus & actiones tanquam filii ac filiæ generantur, Dominica prima poſt Octavam Epiphaniæ, quando illud legitur Euangelium, quod Jeſus cum Diſcipulis ſuis in Cana Galilææ, ubi Mater ipſius erat, invitatus ad nuptias aquam convertit in vinum, ſolemnem apud Hoſpitale veſtrum inſtituimus Stationem, in quo vos ex inſtitutione noſtra divino eſtis obſequio mancipati, ea potiſſimum ratione, quod in illis nuptiis ſex hidriæ ſecundum purificationem Judæorum fuiſſe narrantur. Et quidem in hoc Hoſpitali, tamquam in Cana Galilææ, loco videlicet, ubi zelus eſt tranſmigrandi de vitiis ad virtutes, poſitæ ſunt ſex hidriæ, ideſt ſex opera miſericordiæ inſtituta, quæ ſunt paſcere eſurientem, potare ſitientem, colligere hoſpitem, veſtire nudum, viſitare infirmum, & incarceratum adire; ad purificationem utique Judæorum, ut per illa videlicet confiteutes, a vitiis expientur. Iſtæ vero ſex hidriæ, uſque ad ſummum implentur, quando illa ſex opera miſericordiæ ad perfectum uſque geruntur; & ex aqua fit vinum, cum ex merito eleemoſynæ vis accenditur caritatis: quia vero Jeſus cum Diſcipulis ſuis ad has nuptias in Cana Galilææ, ubi Mater ejus erat, legitur invitatus, idcirco rationabiliter inſtituimus, ut Effigies Jeſu Chriſti a Beati Petri Baſilica per ejuſdem Canonicos ad dictum Hoſpitale, ubi memoria Beatiſſimæ Matris ejus recolitur, infra capſam ex auro & argento & lapidibus pretioſis ad hoc ſpecialiter ſabrefactam venerabiliter deportetur; fidelibus populis, qui ad has Nuptias celebrandas, devote convenerint, deſiderabiliter oſtendenda. Ut autem Nos, qui Domino revelante, venerandum aliis aperuimus ſacramentum, eo etiam inſpirante imitandum aliis præbeamus exemplum; concedimus, ſtatuimus, & jubemus, ut pro mille pauperibus extrinſecus adventantibus, & trecentis perſonis intus degentibus decem & ſeptem libræ uſualis monetæ, ut ſinguli accipiant tres denarios, unum pro pane, alterum pro vino, aliumque pro carne ab Helemoſinario Summi Pontificis, annuatim vobis in perpetuum tribuantur; & Canonicis ſupradictis, qui præſcriptam Effigiem Salvatoris proceſſionaliter deportabunt, ſingulis duodecim nummi, & cereus unius libræ, qui deferatur accenſus, de Oblationibus Confeſſionis Beati Petri præſtentur. Quia vero non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei, debet huic Statioui Romanus Pontifex cum ſuis Cardinalibus intereſſe, ut & Miſſarum ſolemnia ibi celebret, & exhortatorium faciat de hac celebritate ſermonem: Neve fidelis populus famelicus ab iis nuptiis revertatur, præter materialem & doctrinalem, ſpiritualem quoque ſibi cibum impendat, remiſſionem unius anni de injunctis ſibi pœnitentiis indulgendo. Monemus igitur & obſecramus Succeſſores noſtros per Jeſum Chriſtum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, ut hanc Inſtitutionem, quæ ipſo teſte de pietatis fonte proceſſit, faciant inviolabiliter obſervari ſub obteſtatione divini judicii prohibentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, conſtitutionis & juſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Veronicam a Canonicis Sancti Petri deferri mandat.

Pauperibus eleemoſynam.

Canonicis honorarium aſſignat.

Fidelibus Indulgentias elargitur.

Conſtitutionem perpetuo ſervari mandat.

Datum Signiæ iii. Nonas Julii, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Abbatem

(a) Adeas prælatam Innocentii III. hac de re Bullam, ubi nonnulla adnotavimus.

(a) Cujus

Abbatem Monaſterii S. Martini in Montibus, a nonnullis, quæ ab Apoſtolica Sede demandari poſſent, curis eximit, ut quieti atque contemplationi vacet liberius.

Ex Autograph. in Archiv. Baſilic. Vatic. Capſ. 13. Faſc. 289.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Abbati Sancti Martini de Monte Viterbien.; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1224.

A Nobis humiliter poſtulaſti, ut cum propter judiciorum ſtrepitum contingat ſanctæ contemplationis in te otium impediri, eximere te a Commiſſionum noſtrarum ſollicitudine dignaremur. Nos ergo tuis ſupplicationibus annuentes, devotioni tuæ auctoritate præſentium indulgemus, ut per commiſſiones noſtras, quas de cetero ad te contigerit impetrari, non niſi de Indulgentia hujuſmodi mentionem fecerint, procedere tenearis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani iiii. Kal. Decembris Pontificatus noſtri Anno Nono.

GREGORIUS IX.

Gregorius IX. inauguratus eſt Summus Eccleſiæ Pontifex die 19. Martii Anno 1227., ac die 21. ejuſdem menſis & anni coronatus: Pontificatum tenuit annos 14. menſes 5. dies 2. Ex hac vita migravit die 21. Auguſti Anno 1241.

Omnium Miniſteriorum ſive Oblationum Medietatem; in Eccleſias S. Jacobi, & S. Leonardi in Septiniano, ac ceteras in Civitate Leoniana ad Montem uſque Marium poſitas, juriſdictionem Vaticano Capitulo confirmat; Sacras Ædes in propriis Fundis conſtruendi privilegium inſtaurat.

Ex Autogr. in Archiv. Vatic. Baſil. Capſ. 4. Faſc. 260.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, tam præſentibus, quam futuris canonice ſubſtituendis; In perpetuum.

AN. CH. 1228.

Baſilica Sancti Petri præcipuis honoribus decoranda.

CUM Sedes Apoſtolica in Apoſtolorum Principe Petro, a petra Chriſto & decorem dignitatis, & poteſtatem Principatus acceperit, debitum retributionis expoſcit, ut nos, qui, licet immeriti, Sedi Apoſtolicæ præſidemus, ejuſdem Principis Baſilicam & decoremus honoribus, & privilegiis muniamus. Dignum eſt ſiquidem, ut illius Eccleſiæ Bona inconcuſſa ſtabilitate firmentur, in cujus ſoliditate Fidei, Providentiæ Divinæ potentia univerſalis Fidem Eccleſiæ firmitate perpetua ſtabilivit. Sane Prædeceſſorum noſtrorum in talibus libenter veſtigiis inhæremus, ut dum ipſorum dona grata conſervatione proſequimur, efficiamur utcumque in eorum liberalitatibus liberales, & quibus affectu communicamus in donis eiſdem, effectu participemus in præmiis; de illius profuſa largitate ſperantes, qui filios in commiſſo peculio ſibi efficit donatores ... . quod coronat. Eapropter, dilecti in Domino filil, vobis, tanquam ſpecialibus Principis Apoſtolorum Miniſtris, ob ipſius Apoſtoli reverentiam, cupientes utiliter providere; attendentes etiam, quod inter ceteras Eccleſias per univerſum Orbem diffuſas, Baſilicam Principis Apoſtolorum, utpote Sedem noſtram, ſpecialius diligere, ac honorare tenemur, ad exemplar felicis recordationis Innocentii Papæ Prædeceſſoris noſtri, alteram quartam Miniſteriorum ad honorem Dei, & Apoſtolorum Principis, ac ut ſollicitius, & devotius Divinis Officiis intendatis, de communi Fratrum noſtrorum conſilio,

Prædeceſſorum exemplum imitatur.

Omnium Miniſteriorum medietatem concedit.

conſilio, vobis, & ſucceſſoribus veſtris perpetua donatione concedimus, & Apoſtolicæ Sedis privilegio communimus, itaut deinceps medietatem omnium miniſteriorum ſine diminutione qualibet habeatis (*a*). Ad hæc Eccleſias Sancti Jacobi, & Sancti Leonardi ſitas in Septiniano, quantum ad ſpiritualia, pleno vobis jure ſubjicimus, ſuper Jurepatronatus nemini præjudicium facientes. Ab Eccleſiis autem S. Michaelis, Sanctæ Mariæ in Saxia, & Sanctæ Mariæ in Tranſpadina concedimus, & ſtatuimus in Scrutinio, Baptiſmo, Proceſſionibus, & Chriſmatis confectione vobis ſubjectionem, & reverentiam perpetuis in poſterum temporibus exhiberi. Nullis obſtantibus privilegiis, cum hoc beneficium vobis de certa conſcientia conſeramus; reſervantes Nobis, & Succeſſoribus noſtris in tribus prædictis Eccleſiis inſtitutionem, deſtitutionem, & correctionem omnium Clericorum. In ceteris autem Eccleſiis, quæ ſunt in Civitate Leoniana, & per Stratam uſque ad Montem Malum, jus, quod hactenus habuiſtis, vobis, & ſucceſſoribus veſtris Apoſtolica auctoritate in perpetuum confirmamus. Ad hæc, ad inſtar Sanctæ recordationis Leonis Romani Pontificis (*b*), concedimus, & confirmamus, ut liceat vobis in veſtris fundis Eccleſias conſtruere, ita tamen, ut in vicinia illa Abbatia, vel Religioſorum Virorum Collegium non exiſtat, quæ ob hoc multum valeant perturbari. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam Beati Petri temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra, & illibata ſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.


Quæ jura in Eccleſias aliquot competant, declarat.

Eccleſias conſtruendi facultatem impertitur.

In perturbatores, ac inobedientes, pœnas decernit.



Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Pelagius Albanen. Epiſcopus ss.
✠ Ego Thomas tt. Sanctæ Sabinæ Presb. Card. ss.
✠ Ego Bartholomæus Sanctæ Pudentianæ Presb. Card. tt. Paſtoris ss.
✠ Ego Sigebaldus tt. Sancti Laurentii in Lucina Presb. Card. ss.
✠ Ego Petrus Sanctorum Sergii, & Bachi Diac. Card. ss.
✠ Ego Rainerius Sanctæ Mariæ in Coſmidin Diac. Card. ss.
✠ Ego Romanus Sancti Angeli Diac. Card. ss.
✠ Ego Petrus Sancti Georgii ad Velum Aureum Diac. Card. ss.
✠ Ego Rainaldus Sancti Euſtachii Diac. Card. ss.
✠ Ego Oto Sancti Nicolai in Carcere Tullian. Diac. Card. ss.

Datum Peruſii per manum Martini Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii, x. Kalendas Julii, Indictione i., Incarnationis Dominicæ Anno M. CC. XXVIII., Pontificatus vero Donni Gregorii Papæ VIIII. Anno Secundo.

Sacras

(*a*) Innocentii III. Diploma, quo D. Petri Canonici medietate omnium Oblationum donantur, ſupra retulimus pag. 77. ubi nonnulla prænotavimus.

(*b*) Vide S. Leonis IX. Bullam pag. 33. & 34.

(*a*) Huc

Sacras Ædes ac Bona quamplurima Vaticano Capitulo ſubdita, enumerat & confirmat; Privilegia & Jura ſpeciali tuetur Diplomate (*a*).

Ex pervetuſto atque authentico Apographo in Baſil. Vatic. Tabular. Capſ. 4. Faſc. 260.

In nomine Domini Amen. Hoc eſt Exemplum ſive Tranſumptum cujuſdam Papalis Privilegii Sanctæ recordationis Domni Gregorii Papæ Noni, ejus vera Bulla plumbea cum filis ſericis bullati, non vitiati, non abraſi, non cancellati, nec in aliqua ſui parte ſuſpecti, ſed omni vitio, & ſuſpitione carentis. Cujus tenor de verbo ad verbum per omnia talis eſt;

AN. CH. 1228.

DOmino Sancto, meritoque Beato Cæleſtis Regni Clavigero & Apoſtolorum Principi Petro, Gregorius indignus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, reverentiæ votum cum devotione perempni. Cum diligenter attendo quid ego Tibi, Beatiſſime Petre, valeam retribuere pro omnibus, quæ tu michi tribuere voluiſti, nichil prorſus invenio præter ſolum devotionis affectum; quia tua ſunt univerſa quæcumque videor obtinere ſive plenitudo ſpiritualium, ſive temporalium amplitudo. Per te namque michi divinitus eſt conceſſa non tam terreni, quam cæleſtis Regni poteſtas, Summi Pontificatus auctoritas, & dignitas Apoſtolici Principatus. Per te michi gerendi claves, confirmandi fratres, & paſcendi oves eſt ſollicitudo commiſſa. Ne igitur tantæ gratiæ videar eſſe prorſus ingratus; quod Tibi conferre non poſſum, in ipſa Tibi Baſilica miniſtrantibus cenſui conferendum, ut ſic aliquatenus patrem in filiis, vel Dominum potius honorem in ſervis, cum ad hoc paſtorali debito tenear obligatus. In primis ſiquidem ipſam Sacroſanctam Baſilicam, in qua tuum Venerabile Corpus celebri memoria requieſcit, uni Deo vivo, & vero in honore tui nominis dedicatam quaſi propriam Apoſtolici Præſulis ſedem cum Archipresbytero, & Canonicis ſuis, & omnibus ad eorum Canonicam pertinentibus ſub tua ſimul, ac noſtra ſpeciali tutela ſuſcipimus, & præſenti privilegio communimus. Statuentes ut in eadem Baſilica, quæ ceterarum Eccleſiarum ſpeculum eſt, & ſpecimen, decor, & decus, nullus omnino præter auctoritatem Romani Pontificis, aliquam ſibi vendicet poteſtatem. Eccleſias quoque Beatorum Martyrum Joannis & Pauli, S. Martini, Sancti Stephani majoris, & S. Stephani minoris, prædictorum Canonicorum uſibus, ac ſuſtentationibus deputatas, ad exemplar Prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ Sergii ſecundi, Leonis quarti, Leonis noni, Innocentii ſecundi, Adriani quarti, Urbani, Clementis, & Innocentii tertii Romanorum Pontificum præſentis ſcripti pagina communimus. Statuentes ut quæcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eiſdem venerabilibus locis canonice pertinent, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, Oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino, poterunt adipiſci, Canonicis ejuſdem Eccleſiæ firma ſemper, & illibata conſiſtant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam S. Mariæ in Caterina cum Parochia, & omnibus ad eam pertinentibus a bonæ memoriæ Alexandro Papa Prædeceſſore noſtro prædictis Canonicis confirmatam: Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Palazolo cum omnibus ad eam pertinentibus: Eccleſiam Sancti Salvatoris juxta terriones, quæ conſtructa eſt a prædicto Leone Papa IV. ad Sepulturam omnium Ultramontanorum cum omnibus uſibus, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam S. Juſtini, quæ conſtructa eſt ad Sepulturam omnium Longobardorum, & Italorum cum omnibus uſibus, & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Peregrini; Eccleſiam Sanctæ Mariæ Virgariorum; Eccleſiam Sancti Salvatoris de Coſſa Capalli; Eccleſiam Sancti Georgii; Eccleſiam Sancti Zenonis; Eccleſiam Sancti Gregorii de Palatio: Jus Parochiale, quod iidem Canonici habent in Eccleſiis S. Gregorii de Cortina, Sancti Martini juxta Porticum, & Sancti Laurentii de Piſcibus: Eccleſias præterea Sancti Jacobi, & Sancti Leonardi in Septiniano; & ab Eccleſiis Sancti Michaelis, Sanctæ Mariæ in Saxia, & Sanctæ Mariæ in Tranſpadina ſubjectionem, & reverentiam in Scrutinio, Baptiſmo, Proceſſionibus,

Summi Pontificatus Dignitatem Beato Petro acceptam refert.

B. Petro Baſilicam, ejuſque Miniſtros, Apoſtolico fovet patrocinio.

Quatuor Monaſteriorum bona, ac jura vindicat.

Eccleſias numerat Romæ poſitas;

In quarum nonnullis jura Parochialia, in aliis juriſdictionem concedit.

(*a*) Huc revocanda, quæ ad Innocentii III. Bullam plane geminam pag. 83. & ſeq. adnotavimus.

ſionibus, & Chriſmatis confectione, ſicut nos eis per aliud privilegium duximus concedendum: Hoſpitale juxta Paradiſum, & jus quod habent in gradibus; Hoſpicium Ungarorum in Eccleſia Sancti Stephani Minoris: Caſtrum Nurſiæ; Caſtrum Vallerani; & quod habent in Caſtro Anguillariæ; & in Caſtro Ceſani: Ad Caſtrum Buccejæ, Eccleſiam SS. Marii, & Marthæ cum Eccleſia S. Laurentii ejuſdem Caſtri: Caſtrum Buccejæ cum fundis, & caſalibus ſuis, ſcilicet Lattitian. Colle, & Pauli fundum; Olivetum cum ſuis aliis vocabulis, cum Eccleſia diruta SS. Coſmæ, & Damiani, qui ſcilicet fundi poſiti ſunt in territorio Silvæ Candidæ: Caſtrum Luterni cum fundis, caſalibus, & omnibus ſuis pertinentiis: Eccleſiam SS. Joannis & Pauli infra ipſum Caſtrum: Eccleſiam Sancti Nicolai, quæ eſt in Meſagna ipſius Caſtri: Eccleſiam Sancti Andreæ extra ipſum Caſtrum cum omnibus ſuis pertinentiis: Fundum Seſſani Majoris, & Fundum Seſſani Minoris: Maſſam Pretorialem cum caſis, terris, & cum omnibus ſuis pertinentiis, qui fundi poſiti ſunt in Territorio Cerenſe juxta Caſtrum Luterni triceſimo miliario ab Urbe Roma: Eccleſiam Sanctæ Anatholiæ in Portuen. Civitate vetere cum piſcaria uxta eam, cum terris, & manicis ſuis in Tra.ano: Eccleſiam Sancti Silveſtri de Sutrio cum valle, quæ vocatur Frittilli, cum molendinis ſuis: Hoſpitale de Ferento cum Oratnrio S. Laurentii, & omnibus pertinentiis ſuis: Hoſpitale de Narnia cum Capella Sancti Thomæ, & cum omnibus ſuis pertinentiis: Monaſterium Sancti Benedicti de Sclalocia * cum omnibus ad ipſum pertinentibus: Eccleſiam Sancti Martini de Spello: Eccleſiam Sancti Stephani de Runceja, poſitam in Epiſcopatu Aſſiſien. cum omnibus pertinentiis ſuis: Hoſpitale de Traverſa cum Oratorio Sancti Nicolai, poſito in Campania in Epiſcopatu Aſſiſien. cum omnibus pertinentiis ſuis: Caſtrum Caſſi cum Eccleſia Sancti Petri, & Eccleſia Sanctæ Mariæ cum fundis, villis, & caſalibus ſuis: Capellam novam Sancti Joannis, ſitam intra Caſtrum Cocoran.; Aream ad Eccleſiam ædificandam, quam præfati Canonici habent in colle de Manſi cum omnibus pertinentiis ſuis: Aream quam habent in Caſtro Cocoran., ubi fuit Eccleſia Sancti Petri, quam ignis combuxit: Hoſpitale cum Eccleſia juxta Caſtrum Dirute in Epiſcopatu Peruſino: Hoſpitale cum Cripta Sancti Michaelis, poſitum in loco, qui dicitur Saxo de Rapina, quod ædificavit Dña Bethleem, & Malvagnata filia Malvagni in Territorio Summati juxta fluvium, qui dicitur Trunto; Hoſpitale Turricellæ cum Eccleſia S. Gualterii, poſitum in territorio Caſtelli Fortiliani* quod ædificaverunt Maradianus, & Hugo filii Comitis Conradi, & Henricus, & Oderiſius filii Comitis Theobaldi juxta fluvium, quod dicitur Tenna, & in manus Presbyteri Theodini pro tua Canonica tradiderunt: Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Patignan., poſitam in Marſia prope Caſtrum Celanum: Hoſpitale de Anatella cum Eccleſia S. Bartholomæi ibidem poſita: Eccleſiam S. Joannis in Orſecle, poſitam in Epiſcopatu Valven.: Hoſpitale de Pretonico cum Eccleſia S. Laurentii, poſitum in Epiſcopatu Pennen.: Eccleſiam S. Michaelis de Revere Scrinolis cum Hoſpitale, Capellis, & omnibus pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Cataldi cum ponte Saraballis, poſitam in Epiſcopatu Terdonen.: Caſtrum Capracorum cum terris, fundis, & caſalibus ſuis, cum Eccleſia Sancti Joannis diruta, cum aquimolis, & molaria ſua. Fundum Sancti Caſſiani, Fundum Vicoli, Fundum Memnrien., Fundum Talliani Majoris, & Talliani Minoris, Fundum Caſanilli, Fundum Caſſapindulæ, Fundum Cucumelli, Fundum Rotulæ, Fundum Protelaris, Fundum Portanellæ *, Fundum qui dicitur Caſalardaria; Fundum Clanidris cum Eccleſia Sanctæ Agathæ diruta, Fundum Canutuli, Fundum Aquæ frigidæ, omnes invicem cohærentes; Fundum Brani *, Fundum Pallini cum ſuis omnibus vocabulis: Monaſterium Sancti Cornelii, quod eſt ſitum in territorio Vegentan., cum ſuis pertinentiis: Sex pedicas terrarum, & Fundum qui dicitur Vallis de Pertica: Terram de Macerano poſitam ad Petram Pertuſiam: Omnes poſſeſſiones terrarum, quas ab ipſa Canonica tua Monaſterium Sancti Sabæ tenet in territorio Galeriæ: Poſſeſſiones, & penſiones domorum Sanctæ Mariæ in Turri. Tertiam partem Oblationis, quæ venit ad manus Portuen. Epiſcopi in Dominica Palmarum, in Cœna Dñi, in Paraſceve, in Sabbato Sancto, in Reſurrectione Dñi, & in die Natalis Dñi. Sextam partem Oblationum, quæ offeruntur in Altare Sancti Petri in Dominica Palmarum, ex quo pulſantur campanæ in nocte ad matutinas uſque ad matutinas finitas; & ex quo pulſantur ad Miſſam uſque ad finem Miſſæ: Similiter in Cœna Dñi, & in Paraſceve, in Sabbato Sancto, & ex quo pulſantur campanæ ad Scrutinium faciendum per totum diem, & noctem quouſque ſequenti die Dominicæ Reſurrectionis fuerit Miſſa completa. Montem Sancti Petri cum Caſtello, & Eccleſia Sancti Petri juxta Civitatem Oſmi: Hoſpitale de Montocto cum Eccleſia Sancti Petri, poſitum in territorio Caſtelli, quod vocatur Cecilia, juxta fluvium Aſu, in Epiſcoparu Firman., quod ædificavit Tranſmundus Iberti, & in manus Todini pro ipſa Canonica

Caſtra, Eccleſias, ac fundos extra Urbem Romam deſignat.

* *Al.* Scalochia.

* *Al.* Sorbelliani.

* *Al.* Pitanellæ.

* *Al.* Bravi.

Certas Oblationum quotas aſſignat.

Alias extra Urbem Eccleſias ac fundos attexit.

Canonica tua tradidit: Eccleſiam S. Scuderæ poſitam inter dun flumina Farma, & Farmnlla prope Caſtrum Torgnallis: Redditus, & proventus de Signis plumbeis, ſive Stagneis tuam, & Coapoſtoli tui Pauli Ymagines præſerentibus; Auctnritatem quoque fundendi ea, vel quibus vnluerint ſuſnribus concedendi, ſicut ex noſtra conceſſione noſcuntur habere. Ad exemplar quoque prædeceſſorum noſtrorum felicis recordatinnis Eugenii, Adriani, Alexandri, Clementis, atque Innocentii, quartam partem omnium Oblatinnum, quæ proveniunt de Sacro Altari tuo, & tam de Archa, quam de omnibus Miniſteriis: Et inſuper alteram quartam omnium Miniſterinrum vnbis a dictn I. * Prædeceſſnre noſtro collatam. Præterea libertates, & immunitates antiquas, & rationabiles conſuetudines præſatæ Cannnicæ tuæ conceſſas, & hactenus conſervatas, ratas habemus, & eas perpetuis tempnribus illibatas permanere ſancimus. Ceterum cum eadem Baſilica ſpeciale membrum Apoſtolicæ Sedis, & Prnpria Romani Pontificis Sedes exiſtat, ſtatuimus & ſancimus, ut ſicut contra Romanam Eccleſiam nnn niſi centenaria currit præſcriptin ſecundum Conſtitutiones Canonicas & legitimas ſanctiones; ita quoque præſatæ Cannnicæ minoris tempnris præſcriptio non obſiſtat. Chriſma vero, Oleum Sanctum, cnnſecratinnes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinatinnes Clericorum in ſuis Eccleſiis exiſtentium ab Epiſcnpis Dioceſanis ſuſcipient, ſiquidem Catholici fuerint & gratiam Apoſtolicæ Sedis habuerint, & ſi ſine ulla pravitate voluerint exhibere: alioquin liceat eis quemcumque maluerint Antiſtitem, Catholicum dumtaxat, adire, qui noſtra ſulctus auctnritate, quod poſtulatur, impendat. Statuimus præterea, ne quilibet Epiſcnporum abſque conſcientia Romani Pontificis in eorum Eccleſiis, niſi quandn generale fuerit interdictum, Divina Officia interdicat, nec quicquam ab illis exigere ulla ratinne præſumat; Sed liberæ ipſæ Eccleſiæ ſub noſtra protectione conſiſtant. Decernimus ergo, ut nulli nmninn hominum liceat ſupradictam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſinnes auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexatinnibus fatigare, ſed illibata nmnia & integra cnnſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve Perſnna hanc nnſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, cnntra eam temere venire tentaverit, ſecundn, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honnriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicin exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nnſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem locn ſua jura ſervantibus ſit pax Dnmini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Jus Signa Plumbea fundendi concedit.

Dimidiam oblationum partem,

* Innocentio III.

Libertates, & immunitates confirmat.


Nonniſi centenaria præſcriptio valet contra Baſilicam.

Alia ſubjicit Privilegia.

Pœnas irrogat contra inobedientes ac refractarios.



Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✣ Ego Pelagius Albanen. Epiſcopus ss.
✣ Ego Thnmas tt. S. Sabinæ Presb. Card. ss.
✣ Ego Barthnlomæus Sanctæ Pudentianæ Presb. Card. tt. Paſtoris ss.
✣ Egn Sigembaldus tt. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. ss.
✣ Ego Octavianus SS. Sergii, & Bachi Diac. Card. ss.
✣ Ego Raynerius S. Mariæ in Coſmedin Diac. Card. ss.
✣ Ego Romanus Sancti Angeli Diac. Card. ss.
✣ Ego Petrus S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card. ss.
✣ Ego Raynaldus Sancti Euſtachii Diac. Card. ss.
✣ Ego Octo S. Nicnlai in Carcere Tulliann Diac. Card. ss.

Datum Peruſii per manum Martini S. R. E. Vicecan-

Vicecancellarii, x. Kalendas Julii, Indictione i., Incarnationis Dominicæ Anno M. CC. XXVIII., Pontificatus vero Domini Gregorii Papæ Noni Anno Secundo.

Acta, ſcripta, tranſumptata, publicasa, & aſcultata ſunt prædicta omnia coram Rño in Chriſto Patre & Dño Dño Anibaldo, miſeratione divina Epiſcopo Tuſculan., Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Card. Apoſtolicæ Sedis Legato de latere, pro Tribunali ſedente Romæ in Palatio Papali apud Sanctum Petrum, qui huic tranſumpto præſenti, ſeripto, lecto, publicato, exemplato, & aſcultato, ſuam, & ſui officii auctoritatem interpoſuit, & decretum, & eidem voluit & decrevit ubilibet in judicio, & extra, ſicut principali privilegio ſidem plenariam adhiberi, mandans ſuum Sigillum eidem appendi, ad majoris roboris ſirmitatem: in præſentia Reverendorum Virorum Dominorum ſratris Franciſci Abbatis Monaſterii Sancti Bartholomæi de Camporegio Eugubin. Diœc. Deeretorum Doctoris, Cancellarii; & Roberti de Placentia Juriſperiti, Auditoris; ac Joannis Thomæ de Ceccano Canonici Pariſien., nepotis, & Capellanorum prædicti Domini Legati, ac plurium aliorum Notariorum, & Teſtium litteratorum ad præmiſſa vocatorum, & ſpecialiter rogatorum, ac in præſentia mei Gualterii, & Pauli de Sancta Victoria, & Mathei de Spoleto Notariorum infraſeriptorum ad hanc publicationem, aſcultationem, Decreti, & auctoritatis interpoſitionem ſpecialiter vocatorum, & rogatorum ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo Jubilæo Pontificatus SSñi Patris, & Dñi noſtri, Dñi Clementis divina providentia Papæ Sexti, Anno octavo Indictione tertia Menſis Maii die decimo:

Et Ego Mathæus Salvi Clericus Spoletanus, publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius prædictas literas Apoſtolicas coram ſupradicto Domino Legato pro Tribunali ſedente vidi, & legi, eaſque cum præſenti tranſumpto una cum Paulo Franciſci ſupraſeripto, & Gualterio Domini Frederici de Claromonte infraſcripto, Notariis publicis aſcultavi; & quia dictas literas Apoſtolicas cum ſupraſcripto tranſumpto concordare inveni, nil addito, vel minuto, quod facti ſubſtantiam immutet, vel variet intellectum, ideo de mandato ſupradicti Dñi Legati me ſubſcripſi, & rogatus ſignum meum appoſui conſuetum.

Et Ego Gualterius Domini Frederici de Clarmonte Clericus Firman. Diœc., publicus Apoſtolica auctoritate Notarius prædictas literas ſcripſi, tranſumptavi, & exemplavi per omnia prout in litteris ipſis Apoſtolicis de verbo ad verbum, vidi, & repperi contineri, nil addito, minuto, vel mutato, quod ſubſtantiam mutet, vel variet intellectum, niſi ſorte litteram vel ſilabam per errorem. Et ipſum tranſumptum coram prædicto Rño Patre Dño noſtro Dño Anibaldo Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato de latere pro Tribunali ſedente ut ſupra, ac præſentibus prædictis Teſtibus litteratis, Dominis Cancellario, Auditore, Nepote, & Capellanis dicti Domini Legati, & quampluribus aliis Notariis, & Teſtibus litteratis, nec non Paulo Franciſci, & Mathæo de Spoleto Notariis publicis ſupradictis, ad hanc publicationem, ac Deereti, & auctoritatis interpoſitionem ut ſupra dicitur vocatis ſpecialiter, & rogatis, legentibus, videntibus, & aſcultantibus; cum prædictis Apoſtolicis litteris legi, & ſideliter aſcultavi: Ipſumque de mandato ſupradicti Domini Card. Legati, & ad inſtantiam Venerabilium Virorum Dominorum Prioris Canonicorum, & Capituli Sacroſanctæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ibidem præſentium, ipſum tranſumptum, & exemplum in hanc publicam ſormam propria manu redegi, meoque ſigno conſueto ſignavi rogatus.

Ex quatuor præcipuis a Friderico patratis flagitiis, illud imprimis vehementer dolet, quod arma Chriſtianæ Militiæ, Gladiî poteſtatem de Altari Principis Apoſtolorum ſuſcepti, Soldano Babyloniæ impudentiſſime dediderit.

Ex Odorico Raynaldo ad Ann. Chr. 1229. num. 23. & ſeq.

Gregorius Nobili Viro Duci Auſtriæ.

AN. CH. 1229.

Henricus gladium a B. Petri corpore acceptum Soldano tradens, & fœdus cum eodem percutiens,

Ab Imperiali cecidit dignitate.

INter alia flagitia, quibus Fridericus dictus Imperator (*a*), fidem nominis Chriſtiani confundit, & prodigit, quatuor præcipue notare debes alphabeto quadruplici deploranda, quæ per literas venerabilis Fratris noſtri Patriarchæ Hieroſolymitani (*b*) A. S. L. nobis ſunt fideliter intimata, & in forma treguæ initæ cum Paganis perpenditur manifeſte. Primum, quod arma Chriſtianæ militiæ, gladii poteſtatem de Altari Beati Petri ſumti (*c*) ad vindictam malefactorum, laudemque bonorum, ſibi a Chriſto per ſuum Vicarium aſſignati, quo pacem Chriſti, fidem Eccleſiæ defenderet, & muniret, Soldano Babyloniæ, inimico Fidei, adverſario Jeſu Chriſti, cultori perditi Mahometi impudentiſſime reſignavit, denuntians ei, ut de ipſo faceret, quidquid vellet; & affirmans, ſe nolle arma de cetero aſſumere contra ipſum, quem ut impugnatorem fidei fideliter impugnaret, acceperat Imperialis culminis dignitatem. Per quod patenter arguitur, quod dignitati Imperii, ejuſque ſpontaneus renuntiavit honori, cum executionem gladii contra hoſtes fidei pacto execrabili & inaudita præſumtione remittens, poteſtatis & dignitatis ſuæ ſe ſpoliavit officio, cauſa ſe privatum inſinuans, cujus effectu promiſit & juravit, ſe de cetero cariturum; privilegium enim meruit amittere dignitatis, qui conceſſa ſibi abuſus eſt poteſtate &c. (*d*).

Datum Peruſii decimo quinto Kal. Aug. Pontificatus Anno III.

Cauſa quadam Monaſterii S. Martini in Montibus coram arbitro pendente, etiam ſi Monaſterii Oeconomus in facti errorem inciderit, nullum cauſæ juribus detrimentum accedit.

Ex Regeſt. II. Gregorii IX. Epiſt. 176. fol. 149. In Archiv. Apoſt. Vatican.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio B. . . . . Judici Viterbienſi; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1232.

Controverſiæ ſtatus.

Error facti ex parte Oeconomi.

Pontificis Decretum.

EX parte Dilectorum Filiorum Abbatis, & Conventus Monaſterii Sancti Martini in Monte Uiterbien. Ciſtercien. Ordinis, fuit propoſitum coram nobis, quod cum inter ipſos ex parte una, & Viterbulum Civem Viterbien. nomine uxoris ſuæ, ex altera, ſuper quibuſdam Alveolis Apum & rebus aliis quæſtio verteretur, tandem in te tanquam in arbitrum fuit a partibus, poena interpoſita, compromiſſum. Cumque coram te lis procederet ſuo Marte, Yconomus Monaſterii memorati, qui cauſam proſequebatur eandem, quædam per errorem facti fuit in jure confeſſus, ex quibus timent ſibi præjudicium generari; Quare ſuper hoc ſibi petierunt a nobis congrue provideri. Cum igitur, negotio necdum finito, nemini noceat error facti, mandamus quatenus ſi prædicti Abbas, & Conventus de hujuſmodi poterunt errore docere, ſuper hoc auctoritate noſtra provideas, ut nullum ſibi ex eo præjudicium generetur.

Datum Reatin. xii. Kalendas Februarii Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Inſerit

(*a*) Hujus nominis ſecundus, qui poſt ſolemnem ſuæ inaugurationis pompam, nihil eſt, quod non pollicitus fuerit pro tuenda Eccleſiæ dignitate; atque illud imprimis, quod Hieroſolymitanam expeditionem ad Summi Pontificis nutum aggrederetur. Cum vero hanc ſimulate functus eſſet, & Eccleſiæ Catholicæ exitioſum ac turpe fœdus cum Babyloniæ Soldano iniviſſet, Chriſtianæ rei proditor, a Gregorio IX. confixus eſt anathemate.

(*b*) Nempe Gerondi ſive Giraldi, qui in Epiſtola anno 1229. exarata, & a Matth. Pariſio relata vehementer queritur de tregua cum Soldano inita ab Imp. Friderico cum maximo Chriſtiani Nominis damno atque dedecore.

(*c*) Enſis, quo novus Imperator in Solemni ſui inauguratione accingendus erat, *deſuper Beati Petri Corpore* tollebatur, ut videre eſt in Ordine Romano Jacobi Cajetani apud Mabill. to. 2. Muſ. Ital. pag. 402. Singulare ſane privilegium Regibus minime conceſſum; quemadmodum ex laudato Ordine Rom. colligimus.

(*d*) Cetera videſis apud citatum Raynaldum.

(*a*) Henri-

Inſerit litteras Henrici III. Angliæ Regis, nec non alias Norvvincenſis Electi, alias item Capituli ſuper conceſſione Eccleſiaſtici Beneficii in Eccleſia de Holcham, favore Monaſterii S. Martini in Montibus, quas Apoſtolica auctoritate confirmat.

Ex Regeſt. V. Gregorii IX. Ep. 204. fol. 315. In Tabular. Apoſtolic. Vatican.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Abbati, & Conventui Sancti Martini de Monte Viterbien. Ciſtercien. Ordinis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1237.

Juſpatronatus Eccleſiæ de Holcam ab Henrico conceſſum; ab electo Antiſtite, & Capitulo confirmatum.

* Pandulphus.

Pontifex approbat.

Inſerit Regis literas.

CUM a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Significaſtis ſiquidem nobis quod cum Rm̃us in Chriſto Filius noſter Henricus Illuſtris Rex Angliæ (*a*), juſpatronatus quod ſpectabat ad ipſum in medietate Eccleſiæ de Holcham Norvvincen. Diioceſis, vobis in eleemoſinam contuliſſet, bo: me: P... * Norvvincen. Epiſcopus tunc electus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, ſui Conventus accedente conſenſu, medietatem ipſius Eccleſiæ cum pertinentiis ſuis, conſiderata paupertate Monaſterii veſtri, vobis in uſus proprios duxit liberaliter concedendam, perpetuo Vicario qui ſerviet in eadem, portione decem Marchas de ipſius proventibus reſervata, prout in litteris Regis, Epiſcopi, & Conventus prædictorum perſpeximus contineri. Nos igitur veſtris precibus inclinati, tam donationem Regiam, quam conceſſionem dicti Epiſcopi, ſicut pie ac provide factæ ſunt, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ad majorem rei evidentiam tenores litterarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui tales ſunt: Henricus Dei gratia Rex Angliæ, Dñus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegaviæ; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris & omnibus Baillivis & fidelibus ſuis ſalutem. Noveritis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum Anteceſſorum & Heredum noſtrorum dediſſe, conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe, quantum ad Patronum pertinet, Abbati & Monachis Sancti Martini de Viterbio, & ſucceſſoribus ſuis ibidem Deo ſervituris, medietatem Eccleſiæ de Holcam cum pertinentiis ſuis, quæ ad noſtram ſpectat donationem, habendam & tenendam de nobis & heredibus noſtris, prædictis Abbati & Monachis, & ſucceſſoribus ſuis Deo ibidem ſervituris, in liberam puram & perpetuam eleemoſinam. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Abbas, & Monachi, & eorum ſucceſſores habeant, & teneant de nobis & heredibus noſtris medietatem prædictæ Eccleſiæ cum pertinentiis ſuis, in liberam, puram, & perpetuam eleemoſinam, bene & in pace, libere quiete & integre, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad eandem medietatem pertinentibus, ſicut prædictum eſt. Hiis Teſtibus P... Wintonien. Epiſcopo, S. de Segrave Juſtitiario Angliæ, Briano de Inſula Rad. Filio Nicholai, P..... de Orivall., Ricō de Grai, Joanne de Grai, Amaurico de Sancto Amando, Bartholomæo Peche, Gualfredo de Cauz., & aliis. Datum per manum Venerabilis Patris Rad. Ciceſtren. Epiſcopi Cancellarii noſtri apud Winchecumb. XIII. die Auguſti Anno Regni noſtri xvii. (*b*). Univerſis Chriſtifidelibus ad quos

(*a*) Henricum III. Anglorum Regem Gregorius indigitat. Id patet ex ea temporum ratione, quam Rapinus Thoyraſius rerum Anglicarum ſcriptor haud ignobilis, nobis ſuppeditat. Obiit Joannes Angliæ Rex die 28. Octobris 1216., eodemque anno nondum elapſo, Henricus ejus filius decennis in Patrium regnum aſcendit, illudque annis quampluribus adminiſtravit. Fuit ergo fere geminum initium Pontificatus Honorii, ac Principatus Henrici. Hac regni epocha ſemel ſtatuta, multa, quæ alioquin obſcura ſunt, ac in ipſo met Bullæ contextu diſſimilem temporum ſupputationem involvunt, poterunt explicari.

(*b*) En Cardo difficultatis. Quum Honorii ætate Regium Henrici Diploma favore Abbatiæ S. Martini fuerit procuſum, profecto annos ſeptemdecim in Regno nondum egerat Henricus, qui, ut prænotavimus, eodem fere tempore, quo Honorius Pontificatum adiit, Regni habenas ſuſcepit. Novæ occurrunt ambages, ſi ad eam temporis notam, qua Pandulphus Apoſtolicæ Sedis in Anglia Legatus ſuas obſignat literas in hac ipſa Gregorii Bulla inſertas, animum convertamus. Patet enim, poſtrema literarum verba inſpicientibus, eas III. Idus Aprilis Pontificatus Honorii III. An. III. fuiſſe conſcriptas; quodque caput eſt, ejuſmodi literarum tenor, Henrici Regis Donationem præſupponit. Oportet igitur ut in Regiis annis ſupputandis Amanuenſem cæſpitaſſe dicamus. Nec levis in annorum numeratione excidit error. Si ad tertium Honorii annum Henrici donatio revocetur, totidem regni annos Henrico tribuamus neceſſe eſt; quum pari fere menſura, ſi paucos excipias menſes, Regis ac Pontificis anni ſint

Alias annexit Norvvincenſis Electi.

quos litteræ iſtæ pervenerint. Pand. Dei gratia Norvvincen. electus Domini Papæ Camerarius Apoſtolicæ Sedis Legatus (*a*) Salutem in Domino. Noverit Univerſitas veſtra quod nos, conſiderata honeſtate & Religione Abbatis Monaſterii Sancti Martini de Monte Viterbii Ordinis Ciſtercien. & Fratrum ibidem Deo ſervientium, medietatem Eccleſiæ de Holcham Norvvincen. Diœceſis cum pertinentiis ſuis, in qua medietate dictum Monaſterium jus obtinet patronatus ex donatione Domini Henrici Regis Angliæ Illuſtris, conceſſimus & donavimus de conſenſu Capituli noſtri, præfato Monaſterio in puram & perpetuam eleemoſinam, habendam & tenendam perpetuo in proprios uſus, ad paupertatem ipſius Monaſterii ſublevandam; Salva Vicaria quam taxavimus in proventibus tamen decem Marcharum; In qua Vicaria Vicarius ſecundum conſuetudinem loci, ex parte dicti Monaſterii, Norvvincen. Epiſcopo præſentatus, cum admiſſus fuerit ab eodem, deſerviet ſemper in propria Perſona, & Synodalia & alia omnia Canonica onera, pro medietate ipſius Eccleſiæ ſuſtinebit. In cujus rei teſtimonium has litteras fieri fecimus & ſigillo noſtro muniri. Datum Rading. III. Idus Aprilis Pontificatus Domini Honorii Papæ III. Anno Tertio (*b*). Omnibus ad quos litteræ iſtæ pervenerint, WilIelmus Prior Norvvincen., & Conventus ejuſdem loci ſalutem in Domino. Noverit Univerſitas veſtra, quod cum Dominus Pand. Norvvincen. electus, Domini Papæ Camerarius, Apoſtolicæ Sedis Legatus, medietatem Eccleſiæ de Hnlcham perpetuo in proprios uſus conceſſerit Monaſterio Sancti Martini de Monte Viterbii, in qua medietate idem Monaſterium juſpatronatus obtinet ex donatione Domini Henrici Illuſtris Regis Anglorum; Nos illam conceſſionem ratam, & gratam habentes, conſenſum noſtrum, ei quod ſuper hoc factum eſt per Dominum Pand. Norvvincenſem electum, Domini Papæ Camerarium Apoſtolicæ Sedis Legatum, præbemus. In cujus rei perpetuam memoriam, has litteras ſigillo Capituli noſtri munimus, Abbati præfati Monaſterii nomine ipſius Monaſterii Sancti Martini duximus concedendas. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Vicarium eligendum decernit, certa mercede illi ſtatuta.

Capituli aſſenſus litteris conſignatus.

Pœnalis clauſula ad Bullæ firmitatem.

Datum Viterbii III. Idus Auguſti Anno undecimo.

Quæ a Prædeceſſoribus conceſſa fuerunt bona, jura, ac privilegia favore Monaſterii S. Martini de Monte, late enumerat atque confirmat.

Extat Autographum in Tabular. Baſil. Vatican. Capſ. 13. Faſc. 288.

In nomine Domini Amen. Hoc eſt exemplum cujuſdam Privilegii Dñi Gregorii IX. ejuſdem Bulla, & cum ſerico bullat., cujus tenor talis eſt;

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbatibus Monaſterii Sancti Martini de Monte Viterbien., ejuſque Fratribus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis; In perpetuum.

AN. CH. 1237.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet; aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Sancti Martini de Monte Viterbien., in quo divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar felicis recordationis Eugenii, Alexandri, Lucii, Innocentii, Honorii Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontifi-

ſint numerandi. Secus, in apertum incidit errorem quiſquis annos ſeptemdecim obtrudat; cum ne ab ipſo quidem natali die tot anni conveniant Henrico, qui nonniſi decennis regnum ingreſſus, anno Honorii III. nondum pubertatis annos expleverat.

(*a*) Non unam in Angliæ Regno obivit Legationem Pandulphus, in Anglicana Hiſtoria Vir ſatis notus. Ea, quam ſub Honorio III. exercuit, poſtrema eſt; cumque, Rapino Hiſtorico referente, anno 1218. inceperit, tandem deſiit an. 1222. Pandulphus iſte de Apoſtolica Sede optime meritus, ad Norvvincenſem Eccleſiam promotus eſt; qua de re in ea, quam ſubjicimus animadverſione, agemus commodius.

(*b*) Hæc temporis deſignatio incidit in diem undecimam Aprilis an. 1219., quo tempore tertium Pontificatus annum agebat Honorius, tertiumque in Angliæ Regno annum, etſi non expletum, numerabat Henricus. Hoc eodem anno Pandulphus in Norvvincenſis Eccleſiæ Paſtorem fuerat electus. Quo pertinent verba illa Gregorii, *P.. Norvvincen. Epiſcopus tunc electus*; Quod enim ad Conſecrationem, plenamque Epiſcopatus aſſequutionem attinet, ea ad an. 1222. a Rapino Hiſtorico transfertur.

(*a*) Quod

Pontificum, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem Ciſtercien. Fratrum a vobis ante Concilium generale ſuſceptam (*a*), in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium inpræſentiarum juſte, ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, Oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda. Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Salvatoris poſitam juxta Orclem cum omnibus poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis, a dicto Prædeceſſore noſtro Innocentio in perpetuum Monaſterio veſtro conceſſam. Eccleſiam Sancti Ægidii de Corneto (*b*), Eccleſiam S. Eraſmi ad portam Salciccle. Eccleſiam S. Joannis in Petra (*c*). Eccleſiam S. Petri, Eccleſiam Sancti Viti, Eccleſiam Sancti Peregrini, Eccleſiam Sancti Bartholomæi, Eccleſiam Sancti Leonardi cum Hoſpitali de Referio. In Petrungiano Eccleſiam Sancti Andreæ, Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Eccleſiam Sancti Zenonis, Eccleſiam Sancti Clementis cum pertinentiis earumdem. In Vetralla Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Cajan., Eccleſiam Sancti Alexandri. In Caſtro Sancti Victoris, Eccleſiam S. Luciæ cum omnibus pertinentiis ſuis, & quartam partem Caſtri de Salice cum pertinentiis ſuis, quam idem Monaſterium, antequam Ciſtercien. Ordinis inſtituta ſuſciperet, poſſidebat. Domos, & poſſeſſiones quas habetis in territorio Vetrallæ. Domos quas habetis infra Caſtrum Petrognan. ſupradictum. Terras, vineas, ortos, Oliveta, quæ habetis in Territorio ejuſdem Caſtri. Terras, quas habetis apud Sanctum Alexandrum. Campum de Larteſo cum valle de Viniolo. Vineas, terras, ſilvas, & caſtaneta, quæ circa Monaſterium veſtrum habetis. Vineas de Lungnan. cum oliveto. Terras, quas habetis apud Montem Monaſterolum. Terras cum arboribus, & domos, quas habetis apud Caſamalam. Terras, quas habetis apud Caſtrum Canapin., & Silvam, quam habetis in Valle. Sane laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante Concilium generale, ac etiam novalium, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus novalibus, aliquis hactenus non percepit, ſive de ortis, virgultis, & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos, liberos & abſolutos e ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, ac eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli Fratrum veſtrorum poſt factam Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere. Diſcedentem vero abſq. communium literarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Quod ſi quis retinere forte præſumpſerit, licitum vobis ſit in ipſos Monachos, vel Converſos regularem ſententiam promulgare. Ad exemplar etiam privilegiorum prædictorum Lucii, & Innocentii Prædeceſſorum noſtrorum inhibemus, ut infra Parochias Eccleſiarum veſtrarum nullus novam Eccleſiam, vel Capellam ad damnum veterum Eccleſiarum conſtruere, vel ædificare præſumat; Salvis tamen privilegiis Pontificum Romanorum. Illud diſtrictius inhibentes, ne Terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum, liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari

Ciſtercien. Inſtitutum perpetuo ſervandum decrevit.

Monaſterio ſubjectas Eccleſias enumerat,

Fundos ac Bona indigitat.

A decimis eximit.

Alia Privilegia attexit.

Bonorum alienationem interdicit.

(*a*) Quod nam Generale Concilium Gregorius intelligat, inquirendum. Videtur prima fronte Concilium Lateranenſe IV. ſub Innocent. III. an. 1215. celebratum, innuere: Verum longe ante Innocentii Pontificatum iſthæc Abbatia Ciſterclenſe inſtitutum ſibi adoptaverat; neque enim Innocentius, ut ex ejus Bulla a nobis ſupra evulgata compertum eſt, in Monaſterium S. Martini Ciſtercienſem regulam tranſtulit, ſed provide cavit, ne ob ſummam, qua gravabatur, pauperiem, a Ciſtercienſi Ordine ſejungeretur. Concilium ergo Lateranenſe ordine tertium videtur intelligendum; tum maxime, ſi quæ apud Ughellum Ital. Sacr. tom. 1. column. 1404. legimus vera ſint; nimirum, Monachos Benedictinos qui S. Martini Cœnobium inabitabant, Eugenii III. ætate Ciſtercienſium diſciplinam in poſterum imitandam elegiſſe.

(*b*) Cum ejuſmodi Eccleſiam omiſerit Innocentius III. in ſuo Diplomate, enumerat vero Gregorius in hac Bulla, haud temere ſuſpicamur, eamdem poſt Innocentii tempora ad Monaſterium S. Martini acceſſiſſe. Extat vel noſtra ætate S. Ægidii Templum Corneti poſitum, ac Parocho, & Parochianis inſtructum. Capitulo ſubjacet Vaticano, cujus intereſt Paſtorem eligere, ſuamque in ſubditum locum exercere juriſdictionem. Vel tum a vetuſtiſſima ætate, ab anno ſcilicet 1244. Abbatem S. Martini Eccleſiæ hujuſce gubernio Miniſtros præfeciſſe, patet ex Diplomate conceſſionis, quod clauditur in capſ. 50. faſc. 77. Tabularii Baſilicæ Vaticanæ. Par igitur eſt, ut tranſlata in Baſilicam Abbatia, idem privilegium ſarctum tectumque ſervetur.

(*c*) Ut opinemur Eccleſiam *S. Joannis in Petra* eamdem eſſe, quæ hodie S. Joannis *in Zoccoli*, olim in *Chiocola*, Viterbii denominatur; præter Templi vetuſtatem, quam in notis ad Innocentii Bullam attigimus, gemina favet conjectura, quam in ſua Hiſtoria fol. 64. ſuppeditat P. Buſſius; altera nimirum ab æris Campani, quo Eccleſia illa jamdiu uſa eſt, remotiſſima ætate; ait enim anno 1037. fuiſſe conflatum; altera a primævo ſtatu ejuſdem Eccleſiæ, quæ, ut idem Author affirmat, eſto certum monumentum ſe proferre non poſſe fateatur, Monaſterio ac Monachis quibuſdam aliquando vixit obnoxia. Utraque conjectura, ſervata temporum ratione, ad Monaſterium S. Martini commode transferri poteſt. Tum maxime, quod loci vicinia, & aliarum quæ Viterbii exiſtunt, Eccleſiarum par conditio, idipſum ſuadere videtur.

(*a*) Ex

nari abſque conſenſu totius Capituli, vel majoris, vel ſanioris partis ipſius. Si quæ vero donationes vel alienationes aliter quam dictum

Privatæ Fidejuſſiones Monachis interdictæ.

eſt factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad hæc etiam prohibemus ne aliquis Monachus, ſive Converſus ſub profeſſione veſtræ domus aſtrictus, ſine licentia, & conſenſu Abbatis, & majoris partis Capituli veſtri pro aliquo fidejubeat, vel aliquo pecuniam mutuo accipiat, ultra ſummam Capituli veſtri providentia conſtitutam, niſi propter manifeſtam domus veſtræ hutilitatem. Quod ſi facere

** L. teneatur.*

forte præſumpſerit, non teneat * Conventus pro hiis aliquatenus reſpondere. Licitum præterea ſit vobis in cauſis propriis, ſive civilem, ſive criminalem contineant quæſtionem, Fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne pro defectu teſtium, jus veſtrum in aliquo valeat deperire.

Monachorum Privilegia recenſet.

Inſuper auctoritate Apnſtolica inhibemus, ne ullus Epiſcopus, vel alia quælibet perſona ad Sinodos, vel Conventus forenſes vos ire, vel judicio ſeculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellant, nec ad domos veſtras cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel Conventus aliquos publicos convocandi, venire præſumat, nec regularem Abbatis veſtri electionem impediat, aut de inſtituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra ſtatuta Ciſtercien. Ordinis ſe aliquatenus intromittat. Pro conſecrationibus vero Altarium, vel Eccleſiarum, ſive pro Oleo Sancto, vel pro quolibet Eccleſiaſtico Sacramento, nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere; Set hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Diocesan. impendat; Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis Catholicum adire Antiſtitem, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatur impendat. Quod ſi Sedes Dioceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta a vicinis Epiſcopis accipere libere, & abſque contradictione poſſitis. Sic tamen, ut ex hoc inpoſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum proprii Epiſcopi copiam non habetis; ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum, & veſtium, Conſecrationes Altarium, & Ordinationes Monachorum auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis.

Quibus in caſibus a Cenſuris eximantur.

Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum Rectores, in Monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros, pro eo quod decimas, ſicnt dictum eſt, non perſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum, quæ ab Apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros, pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel obſequia ex caritate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam, duximus irritandam. Nec literæ ullæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Ciſtercien. Ordinis, & contra indulta Apoſtolicorum privilegiorum conſtiterit impetrari. Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nichilominus in veſtro Monaſterio, excluſis excommunicatis, & interdictis, Divina Officia celebrare.

Libera ſit Abbatum electio.

Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum major pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Electus autem ad Romanum Pontificem benedicendus accedat. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna inpoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.

Exemptiones a Prædeceſſoribus conceſſas confirmat.

Præterea omnes libertates, & immunitates a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Ordini veſtro conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus, & Principibus, vel aliis Fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & in prædictis Eccleſiis Dioceſani Epiſcopi canonica juſtitia.


Pœnis impoſitis, Bullæ perpetuam conciliat firmitatem.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, &

Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Dñi noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen, Amen.



Ego Gregorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Roman. Portuenſis, & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus ss.
✠ Ego Frater Jacobus Peneſtrinus Epiſcopus ss.
✠ Ego Joannes Sabinen. Epiſcopus ss.
✠ Ego Jacobus Tuſculanus Epiſcopus ss.
✠ Ego Joannes tt. S. Praxedis Presb. Card. ss.
✠ Ego Sinibaldus tt. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. ss.
✠ Ego Stephanus Sanctæ Mariæ Tranſtiberim tt. Calixti Presb. Card. ss.
✠ Ego Ranerius Sanctæ Mariæ in Coſmidin. Diac. Card. ss.
✠ Ego Egidius SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card. ss.

Datum Viterbii per manum Magiſtri Guilielmi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii, viii. Kal. Septembris, Indict. x. Incarnationis Dominicæ Anno MCCXXXVI. (a), Pontificatus vero Donni Gregorii PP. Noni Anno Undecimo.

Publicatum, & ſcriptum, lectum, & abſcultatum eſt hoc exemplum ſub anno Dñi MCCXL. temporibus Dñi Gregorii Noni Papæ die viiii. Januario intrant. Indictione xiii. in Camera Sancti Martini de Monte coram hiis Teſtibus, qui ego Notarius infraſcriptus legendo, abſcultaverunt, videlicet Donno Nicolao Cellerario, Donno Pontio, Donno Michaele, Donno Ranerio Monacis Eccleſiæ Sancti Martini de Monte.

Et Ego Bonaventura Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Notarius hoc exemplum ſicut inveni in autentico Privilegio Dñi Gregorii VIIII. PP. ipſius Bulla cum ſerico bullato nihil addens, vel inminuens rogatus ſcripſi, & publicavi.

Ut ex iis, quæ in Vaticani Templi Capſide ſive Arca aſſervantur, trecentas libras ad Poſſeſſiones emendas poſſint ejuſdem Baſilicæ Canonici diſtrahere, licentiam elargitur.

Ex Regeſt. VI. Gregor. IX. Epiſt. 230. fol. 144. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus, Epiſcopo Portuen. (b), & S... (c) Tituli Sanctæ Mariæ Tranſtiberim Presbitero Cardinali; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1240.

CUM Dilecti Filii Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum aliqua emere poſſe intendant, quæ ipſis præſertim hoc tempore oportuna noſcuntur, nec habeant unde illa valeant comparare; Nobis humiliter ſupplicarunt, ut diſtrahendi de hiis

(a) Ex præſtituta Pontificatus Gregorii Epocha, a die 21. Martii an. 1227. inchoanda, ducantur anni undecim, jamque ex obvia ſupputatione patebit, annum undecimum a die 21. Martii an. 1237. primum incipere. Hoc ſemel poſito, Amanuenſem, qui annum 1236. in hac Bulla deſignat, aut minus accuratum, aut ex inadvertentia prolapſum fateamur oportet. Summa quidem Originalibus præſtanda fides; nec facili negocio fas eſt errorem obtrudere. Ubi tamen rei neceſſitas ita poſtulat, nec mirum, nec inauditum eſt, vel ipſos Scriptores, qui Autographum excudere, aliquid humani paſſos aliquando fuiſſe. Accedit, quod X. Indictio, quam Scriptor anno conſignat, cum anno 1236. male cohæreat; nec ulli melius locietur anno, quam 1237.

(b) Tunc temporis Portuenſem Eccleſiam gubernabat Romanus Bonaventura, ut ex eo, quod mox dabimus Diplomate, ſatis liquet.

(c) Nimirum Stephano, quem & inſequentes Bullæ nominant.

(a) Sive,

hiis quæ in ejuſdem Baſilicæ Capſide (*a*) continentur, ſibi licentiam largiremur. De veſtra itaque ſinceritate plenius in Domino confidentes mandamus, quatenus perſonaliter accedentes ad dictam Baſilicam, & contentis in eadem Capſide diligenter inſpectis, aliqua de ipſis quæ inveneritis minus utilia proviſo quod retineantur ibidem, per quæ decor & ornatus Altaris Beati Petri, & ejuſdem Baſilicæ, ac oportunus apparatus Canonicorum, & Cardinalium in ipſa pro tempore miniſtrantium (*b*) conſerventur; prædictis Canonicis uſque ad trecentas libras cum veſtro conſilio diſtrahendi; convertendas per manus veſtras in emptionem poſſeſſionum ipſarum, tributis auctoritate Apoſtolica facilitatem*. Non obſtante inhibitione noſtra & ſententia excommunicationis a nobis, & prædeceſſoribus noſtris in eos qui prædicta diſtraherent promulgata.

* *Leg.* facultatem.

Datum Laterani ii. Idus Februarii Anno XIII.

Baſilicam Vaticanam a Feſto Pentecoſtes uſque ad Octavam Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli viſitantibus, tres annos ac totidem Quadragenas Indulgentiarum elargitur.

Ex Autogr. in Baſil. Vatic. Archiv. Capſ. 1. Faſc. 1.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Stephano Tituli Sanctæ Mariæ Transtiberim Presbitero Cardinali, Archipresbitero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1240.

ETſi loca Sanctorum omnium pia ſane devotione Fidelium veneranda, ac Dei hnnorantes amicos ipſi nos amabiles Deo reddant, & illorum nobis quodammodo vendicantes patrocinium apud ipſum, quod merita noſtra non optinent, eorum mereamur interceſſionibus optinere. Illa tamen Eccleſia ampliori debet ardore a cunctis Chriſti fidelibus honorari, & quaſi prior tempore, ac honorabilior dignitate præcellere debet alias prærogativa donorum, & favoris gratia præeminere, quæ in Apoſtolorum Principis nomine dedicata optinet inter alias, Domino faciente primatum; quia cum ſit Mater omnium, & multos habeat filios de latere conſurgentes, ad ipſam veniunt omnes Gentes dantes Domino laudem & gloriam, & eam pietatis officio venerantes, ut ipſo aperiente, qui Claves Regni Cælorum a Domino accepiſſe legitur, Cæleſtis eis Aulæ Janua referetur. Cupientes igitur eamdem Principis Baſilicam ob ipſius reverentiam, præſertim in Feſto Penthecoſten, quod in ea eſt præcipuum, & ſolempne (*c*) congruis honoribus frequentari, & fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibuſdam illectivis præmiis, Indulgentiis videlicet, & remiſſionibus invitare, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Baſilicam ipſam in eodem feſto, & uſque ad Octavas Apoſtolorum Petri & Pauli devo-

Baſilica S. Petri omnium Eccleſiarum Mater, præcipuo cultu ac honore digna.

(*a*) Sive, uti putamus, *arca*, de qua ſermo eſt pag. 58. not. *d.* & pag. 97.

(*b*) Eorum præſertim, quos ad ſacra Myſteria in Vaticano S. Petri Templo celebranda addictos fuiſſe, vetuſta monumenta declarant. Petrus Malſius in Excerptis apud Mabill. to. 2. Muſ. Ital. pag. 160., eoſdem hoc ordine enumerat: *Septem*, inquit, *Cardinales Presbyteri, qui ad Sacroſanctum Altare Beati Petri per hebdomadam Miſſas celebrare debent, hi ſunt: S. Mariæ in Transtyberim, S. Chryſogoni, S. Cæciliæ, S. Anaſtaſiæ, S. Laurentii in Damaſo, S. Marci, SS. Martini & Sylveſtri, qui vocantur Tit. Equitii.* Concinunt & alia antiqua documenta, quemadmodum videre licet apud Baron. ad Chr. an. 1157., Mabill. pag. 584. prælaud. Oper., alioſque. Septenarius iſte Purpuratorum numerus Vaticanæ Baſilicæ miniſtrantium, quandonam fuerit inſtitutus; res eſt quam ſi pro dignitate tractare vellemus, plures quidem paginas impleret. *Hebdomadariam aſſignationem Epiſcoporum Septem in Lateranenſi, & Presbyterorum totidem in quatuor reliquis Patriarchalibus Baſilicis Romanis primum .... rudimentum accepiſſe ſub Damaſo, & complementum obtinuiſſe a Simplicio*, conjicit Cl. Præſul Franc. Blanchinus in adnotat. ad Vit. Damaſi & Simplicii to. 2. Anaſtaſ. Bibl. p. 38. & ſeq. ac To. 3. pag. 176. nov. edit. Vat. Holſtenius noſter primævam horumce Cardinalium Hebdomadariorum inſtitutionem Stephano III. al. IV. referre videtur apud Geograph. Sacr. Caroli a S. Paulo cap. 8. lib. 2. pag. 34. Utut ſe res habeat, Septem memoratos Presbyteros, uti etiam Diaconos Cardinales, de Oblatis ad S. Petri Baſilicam participes fuiſſe conſtat. Andire præſtat Canonicum Romanum tit. 43. ſic habentem: *Septem primas hebdomadas* (nimirum quidquid intra ſeptem hebdomadarum curriculum ad Miſſam quotidianam ſolemnem poſt cantatum Evangelium Fideles offerebant) *accipiunt Septem Cardinales Sancti Petri: Octavam hebdomadam accipiunt Diaconi Cardinales* (ſive ii fuerint, qui prædictis hebdomadariis presbyteris, ſive qui Epiſcopo S. Rufinæ in divinis Officiis famularentur, ſive omnes inſimul iſti) *præter Dominicalia, totius anni quæ ad eos ſpectant, excepta Dominica Palmarum & Paſcha* (quæ ex Privilegiis Joan. XIX., Bened. IX. & Victoris II., ut ſupra vidimus, addictæ fuerunt S. Rufinæ Antiſtiti), *& niſi forte ſit Statio: Nonam hebdomadam Cantores: Decimam hebdomadam Canonici Eccleſiæ: Undecimam Schola Baſilicæ: Qua finita reincipiunt prædicti Cardinales a capite, & ſic ſit per totum annum.*

(*c*) Hujuſce Feſti celebrationem cohoneſtabat plurimum Summi Pontificis, cunctorumque Eccleſiæ Romanæ Ordinum præſentia; quemadmodum pervetuſti Rituales Libri, ac præcipue Ordo Romanus noſtri Benedicti num. 63. perſpicue demonſtraut.

Baſilicam certo anni tempore viſitantibus Indulgentias concedit.

devotione congrua viſitarint, de Divina miſericordia, & ipſorum Apoſtolorum auctoritate confiſi, tres annos, & tres quadragenas (*a*) de injuncta ſibi pœnitentia ſingulis annis miſericorditer relaxamus.

Datum Laterani vii. Kalendas Julii, Pontificatus noſtri Anno Quartodecimo.

Ad reparandum Buccejæ Caſtrum ac nonnullas Poſſeſſiones emendas, ex Baſilicæ Theſauro ducentas libras alienari poſſe concedit.

Ex Autogr. in Baſil. Vatic. Tabular. Capſ. 36. Faſc. 142.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri R. (b) Portuen. Epiſcopo, & Dilecto Filio S. tt. Sanctæ Mariæ Tranſtiberim Presbytero Cardinali; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1240.

Prior conceſſio extrahendi libras trecentas e theſauro Baſilicæ ad poſſeſſiones emendas.

Licet olim dilectis filiis Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum volentibus quædam diſtrahere de Theſauro ejuſdem Baſilicæ, ut exinde poſſeſſiones ſibi utiles compararent, vobis direximus ſcripta noſtra, ut ad ipſam Baſilicam perſonaliter accedentes, & inſpicientes Theſaurum eundem aliqua de ipſo, nec non de vaſis, & aliis, quæ in auro, & argento conſiſtunt, præfatis Canonicis diſtrahendi de conſilio veſtro uſque ad trecentas libras tribueritis auctoritate Apoſtolica facultatem; quia tamen ſicut nuper nobis exponere curaverunt pro reparatione Caſtri Bucegæ ad prædictam Baſilicam pertinentis, quod incendio eſt deſtructum, ac emptione quarumdam poſſeſſionum oportet eos ſubire non modica onera expenſarum: diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus diſtrahendi de Theſauro ipſo uſque ad ducentas libras auctoritate noſtra eiſdem licentiam tribuatis; ita tamen quod hujuſmodi pecunia in reparationem, & emptionem jam dictas per manus veſtras integre convertatur. Non obſtantibus inhibitione noſtra, & ſententia excommunicationis a nobis, & Prædeceſſoribus noſtris in facientes contrarium promulgata.

Altera Conceſſio extrahendi libras ducentas ad Caſtrum Buccejæ reparandum.

Datum Laterani III. Nonas Julii Pontificatus noſtri Anno quartodecimo.

Abbatem & Conventum de Crucelanda enixe rogat, ut e Sacris Ædibus Monaſterio ſubditis, unam Eccleſiam, quæ ſaltem centum Marcas Sterlingorum quotannis reddat; Vaticanæ Principis Apoſtolorum Baſilicæ addicant.

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Tabular. Capſ. 3. Faſc. 7.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati, & Conventui de Crucelanda Ordinis Sancti Benedicti Lincolnien. Dioceſis (c); Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1241.

Etſi vos deceat ex reverentia, quæ nobis, & Apoſtolicæ Sedi tenemini filiali, beneplacitis noſtris in omnibus humiliter obedire, ac preces noſtras efficaciter adimplere; ad illas tamen exaudiendas animo promptiori debetis facilem adhibere conſenſum, quibus ſere non minus veſtrum, quam alienum paterna providentia procuramus

(*a*) Quas Apoſtolica Sedes olim diſpenſabat Indulgentiarum largitiones, modicas fuiſſe conſtat, ſi hæc cum hodiernis conferantur. Rem probe norunt, qui Romanæ Eccleſiæ monumenta verſarunt. Indulgentiarum exemplum, utique non obvium Divi Thomæ Aquinatis ævo, laudat idem Sanctus Doctor in ſupplem. ad III. part. quæſt. 25. art. 2. ad 4. his plane verbis: *Sed ſi in aliqua Eccleſia ſit indulgentia perennis, ſicut in Eccleſia Beati Petri, quadraginta dierum, tunc &c.*

(*b*) Nempe Romanus Bonaventura ab Innocentio III. inter S. R. E. Cardinales an. 1212. cooptatus, electuſque a Gregorio IX. anno 1227 Portuenſis Epiſcopus. Ita Ughellus to. 1. Ital. Sacr. col. 130.

(*c*) Conventum ſeu Monaſterium de Crucelanda ſive de Croylanda, alias Crulanda Ord. S. Benedicti Lincolnienſis Dioceſis in Anglia, anno æræ Chriſtianæ 716. Ethelbaldus Merciorum Rex condidit: ob fortuitum incendium anno 1091, Monaſterium ipſum una cum Eccleſia in favillas redactum, Ingulfus Abbas, plurimis ac præſertim Remigio Lincolnienſi Epiſcopo ſubſidia conferentibus, inſtaurari curavit. Adeas Mabillon. in Annalib. Ord. S. Bened. to. 2. pag. 47. to. 5. pag. 289. & alibi.

(*a*) De

Beneficii conceſſio, Baſilicæ utilis,

mus commodum, & profectum: Ideoque ſinceritatem veſtram, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus rogandam duximus attentius, & monendam, paterno poſtulantes affectu, quatinus juſpatronatus alicujus Eccleſiæ, cujus redditus, & proventus ſaltem centum Marcas Sterlingorum (a) valeant annuatim, de illis Eccleſiis, in quibus hujuſmodi jus habetis, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, immo nobis in ipſa ob reverentiam ejuſdem Principis Apoſtolicæ Sedis, & noſtram per patentes literas veſtras, quas a vobis Dilectis Filiis Benedicto Clerico, & Joanni de Tibure devotis noſtris præſentium latoribus, quos ad hoc ſpecialiter deſtinamus, vel eorum alteri volumus aſſignari liberaliter, & libere conferatis; pro certo tenentes, quod ex conceſſione tali, nichil vobis, & Monaſterio voſtro deperire continget, ſed hoc ad augmentum, & honorem ipſius dante Domino redundabit. Ea vero, quæ præfati devoti, vel alter eorum vobis ex parte noſtra ſuper præmiſſis referent viva voce, indubitanter credatis, & efficere procuretis.

Concedentibus haud noxia,

Divino cultui proficua.

Datum Laterani, Kalendis Februarii Pontificatus noſtri Anno quartodecimo.

Ex Eccleſiis ad Conventum ſeu Monaſterium de Rameſia pertinentibus, unam quæ ſaltem centum Marcas Sterlingorum quotannis reddat, Vaticano S. Petri Capitulo aſſignari poſtulat.

Ex Autograph. in Archiv. Vatic. Baſilic. Capſ. 3. Faſc. 7.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis.. Abbati & Conventui de Rameſia Ordinis Sancti Benedicti Lincolnien. Dioc. (b); Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1241.

ETſi vos deceat ex reverentia, qua nobis, & Apoſtolicæ Sedi tenemini filiali, beneplacitis noſtris in omnibus humiliter obedire, ac preces noſtras efficaciter adimplere; ad illas tamen exaudiendas animo promptiori debetis facilem adhibere conſenſum, quibus fere non minus veſtrum, quam alienum paternâ providentia procuramus commodum, & profectum; Ideoque ſinceritatem veſtram, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, rogandam duximus attentius, & monendam, paterno poſtulantes affectu, quatinus iuſpatronatus alicujus Eeeleſiæ, cujus redditus, & proventus ſaltem centum Marcas Sterlingorum valeant annuatim, de illis Eccleſiis, in quibus hujuſmodi jus habetis, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, immo nobis in ipſa, ob reverentiam ejuſdem Principis Apoſtolicæ Sedis, & noſtram, per patentes literas veſtras, quas a vobis dilectis filiis Benedicto Clerico, & Joanni de Tibure devotis noſtris præſentium latoribus, quos ad hoc ſpecialiter deſtinamus, vel eorum alteri volumus aſſignari liberaliter, & libere conferatis; pro certo tenentes, quod ex conceſſione tali, nichil vobis, & Monaſterio veſtro deperire continget, ſed hoc ad augmentum, & honorem ipſius dante Domino redundabit. Ea vero, quæ præfati devoti, vel alter eorum vobis ex parte noſtra ſuper præmiſſis referent viva voce, indubitanter credatis, & efficere procuretis.

Beneficii conceſſionem ſuadent, Pontificis poſtulatio,

Baſilicæ Vaticanæ dignitas,

Concedentium utilitas.

Datum Laterani, Kalendis Februarii Pontificatus noſtri Anno quartodecimo.

INNO-

(a) De quibus vide pag. 99. not. b.

(b) Rameſienſe hoc Monaſterium in Anglia; inſtigante Oſvvaldo Vvigornienſi Epiſcopo, ab Ailvvino Comite poſt dimidium decimi Eccleſiæ ſeculi erectum, tradit Mabillon. Annal. Bened. Lib. 46. to. 3. pag. 561. & 616.

(a) Poſt

INNOCENTIUS IV.

In locum Cæleſtini IV. qui poſt Gregorium Nonum dies dumtaxat ſeptemdecim Eccleſiæ præfuit; Innocentius IV. Anno Domini 1243. ſufficitur die 24. Junii, ejuſdemque menſis die 29. coronatur: Sedit annos XI. menſes 5. dies 14. E vivis abit 7. Decembris Anno 1254.

Stephanum Card. S. Mariæ Transtiberim, & Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyterum, in iis quæ ad Archipresbyteratus Officium ſpectant, Apoſtolicæ auctoritatis robore ſuffulcit.

Ex Regeſt. I. Innocentii IV. Ep. 177. fol. 30. Ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Stephano Tituli Sanctæ Mariæ Tranſtyberim Presbitero Cardinali Baſilicæ Principis Apoſtolorum Archipresbitero (a)*; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

AN. CH. 1243.

UT commiſſum tibi Archipresbyteratus Officium eo utilius exercere valeas, quo magis ad id exequendum noſtræ fueris auctoritatis favore ſuffultus; providentiæ tuæ, ne aliquid tibi deſit quominus recta regas, & dirigas indirecta, committimus auctoritate prædicta plenarie vices noſtras, ut deſtruas & evellas, ædifices & plantes prout quoque tibi Dominus miniſtrabit: Contradictores, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Nos enim ſententiam quam rite tuleris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Datum Anagniæ VI. Idus Octobris Anno primo.

Vaticano S. Petri Capitulo indulget, ut per quaſcumque Apoſtolicæ Sedis, ſeu Legatorum ejus literas, niſi hæc de hujuſmodi Indulgentia mentionem fecerint, Canonicorum albo neminem adſcribere teneatur.

Ex Autogr. in Vat. Baſil. Tabular. Capſ. 7. Faſc. 13.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1250.

Nimius in Canonicorum numero exceſſus, Baſilicæ gravis.

CUM, ſicut ex tenore veſtræ petitionis accepimus, Baſilica veſtra ſit de mandato noſtro ſuper receptione plurium aggravata; Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut per litteras Apoſtolicæ Sedis, ſeu Legatorum ipſius impetratas, vel etiam impetrandas, cujuſcumque tenoris exiſtant, niſi de verbo ad verbum de indulgentia hujuſmodi fecerint mentionem, non teneamini aliquem in Canonicum recipere, vel portionem alicui non recepto de cetero exhibere. Decernentes irritas, & inanes interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, quæ propter hoc in vos, vel veſtrum aliquos ſunt forſitan promulgatæ, & quas in poſterum contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Ne alii recipiantur, præcipit.

Pœnas in contradictores irrogat.

Datum Lugduni iii. Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

Sacras

(a) Poſt obitum Guidonis de Papa Card. Præneſtini, Stephanus de filiis de Normandis Romanus, in Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyteratu ſubrogatur, qua dignitate, ac munere functus eſt annos 22. menſem 1. & dies aliquot. Ita habet noſter Jac. Grimald. in Lib. de Vatic. Baſ. Archipresb. pag. 42. quod Opus Ms. in Tabulario ejuſdem Baſilicæ aſſervatur.

(a) Ita

Sacras Ædes, & bona quamplura ad Monaſterium S. Mariæ de Capitolio ſpectantia, Scholæ Cantorum addicit; eorumdem Cantorum præfinit numerum, jura & onera deſignat; Cantorem vero qui ſecunda, quarta, & ſexta feria ad S. Petri Baſilicam tempore quadrageſimali non acceſſerit, pœnis percellit.

Ex Regeſt. II. Innocentii IV. Ep. 100. fol. 18. Ap. Archiv. Apoſt. Vatican.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Primicerio, & Cantoribus Scolæ Cantorum Urbis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1250.

Scholæ Cantorum nova addit emolumenta.

CUM Divinis deputati ſervitiis libentius eiſdem inſiſtant, cum eis ſic in bonis temporalibus providetur, quod ex eis ſibi neceſſaria valeant miniſtrari; Nos qui ad cultum Divini Nominis intendimus ampliandum; attendentes, quod hiis qui vobis incumbunt pro Divina laude, laboribus non reſpondent congrue facultates, de Fratrum noſtrorum conſilio diligenti deliberatione præhabita, omnes Eccleſias, ſeu Cappellas, poſſeſſiones, domos, cenſuales, redditus, decimas, penſiones, & omnia alia jura ubicumque ſpectantia ad Monaſterium Sanctæ Mariæ de Capitolio (*a*) in Urbe, cum in illud Fratrum Minorum Ordo de noſtra providentia ex cauſa neceſſaria ſit inductus, Monaſterio ipſo cum ortis, & ejus ſeptis necnon aliis appenditiis juxta illud exceptis; vobis veſtriſque ſucceſſoribus duximus concedenda cum ordinationibus, & oneribus inſraſcriptis. In primis ſane ſtatuimus, ut Scola Cantorum Urbis octonario Cantorum numero, excepto Primicerio, ſalva auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſit contenta; & ut Primicerius una cum uno vel duobus Cantoribus, annuatim a conſociis communiter eligendis, curam poſſeſſionum habeat & omnium prædictorum, ſuper quibus ſervandis & excolendis & colligendis, ex ipſis fructibus tam te, fili Primicerie, quam ſucceſſores tuos in ſuæ promotionis principio, & eligendos ad hoc Cantores, volumus juramento teneri, & de hiis plenam quater in anno reddere Sociis rationem. In negotiis autem communibus ingruentibus circa prædicta requiratur conſenſus aliorum Cantorum, ſicut in Conventualibus Eccleſiis Urbis fieri conſuevit, ſalva cura prædicta. Item in qualibet Statione Urbis, Stationibus Patriarcharum Eccleſiarum exceptis, Primicerio duo ſolidi denariorum Senatus, & Cantorum cuilibet duodecim denarii conferantur. In Patriarchalibus vero, & ubi Romanus Pontifex celebraverit, duplicentur tam Primicerio quam Cantori. Inter has Stationes Patriarchales Sanctæ Crucis, & Beatæ Agnetis Stationibus computatis. Alii vero denarii, qui ab Eccleſiis dantur in Stationibus, more ſolito dividantur. Item Cantor, qui ad Officium ante Gloriam de Introitu Miſſæ non venerit, & qui in Officio uſque in fine poſt communionis non permanſerit, niſi neceſſitate urgente licentiatus a Primicerio vel Priore Cantorum, ſi Primicerium abeſſe contigerit, de Officio recedere compellatur; ſicut eſſe dicitur conſuetum, debita ſibi tunc diſtributione privetur, diſtribuenda proportionaliter inter Primicerium, & Cantores. Item Primicerius habeat duos equos, unum pro ſe duodecim libras dictorum denariorum; & alium pro ſerviente, ſeptem libras valentem: Quod ſi in ambobus equis, vel in uno defecerit, tamdiu proportionaliter debita ſibi portione, inter Cantores diſtribuenda, privetur, donec duos equos habeat, ut ſuperius eſt expreſſum. Similiter & Cantor unum equum habeat proprium octo libras valentem; Alioquin tamdiu ſua portione careat, donec habuerit ipſum: interim autem inter Primicerium, & Cantores ejus portio dividatur. Item Cantor qui ſecunda, quarta, & ſexta feria ad Baſilicam Principis Apoſtolorum, tempore quadrageſimali (*b*) non iverit, ſuam tunc diſtributionem ammittat, & alias puniatur, ſicut puniri hactenus conſuevit; & dividatur ejus

Cantorum numerum definit, ac Primicerium deſignat.

Primicerii munus, ac cura.

Quæ merces Cantoribus qui Stationibus interſunt, præſtanda ſit, definit.

Pœnas in Cantores deſides ac negligentes ſtatuit.

Alia a Primicerio & Cantoribus ſervanda præſcribit.

Statis quadrageſimæ diebus ad S. Petri Baſilicam tenentur accedere.

(*a*) Ita olim dicebatur Eccleſia S. Mariæ in Aracæli, cujus hiſtorica Monumenta typis edi curavit erudiciſſimus P. Caſimirus a Roma, Ordinis Minorum, qui *Obſervantes* nuncupantur.

(*b*) Notandum hoc loco ſuccurrit, quod Petrus Mallius in Opuſc. de Vat. Baſ. num. 118. ap. Bolland. to. 7. Jun. literis conſignavit: *Crux*, inquit, *Dominica quadrageſimali videlicet tempore* (præſertim feria ſecunda, quarta, & ſexta) *ſumitur de Sanctiſſimo S. Petri Altari, quæ præcedat Populum pœnitentem per totam Quadrageſimam ad Stationes euntem de inſtitutione Sanctorum Patrum. Quæ nimirum Crux Stationalis ob Chriſti & Apoſtolorum ejus reverentiam in tanta veneratione a cunctis eſt habita, quod, ſicut Cantores Regionarii aſſerunt, hac Cruce non delata, immunes a ſtatione recedant.* Idipſum habet Maph. Vegius.

(*a*) Scho-

Alia, quæ ad Primicerii & Cantorum diſciplinam pertinent, ſubjicit.

ejus diſtributio inter Primicerium & Cantores. Item ſi prædictorum Cantorum aliquis in Patriarchalibus Eccleſiis prout conſuetum eſt, omiſerit pernoctare (*a*), privetur eo, quod provenire ſibi ex hujuſmodi pernoctatione ſolebat, & etiam diſtributionibus omnibus, quæ adduntur in Miſſa. Item pro pernoctatione qualibet habeat Cantor ſex denarios, Primicerius vero duplum. Item utantur Cantores in Officio Cappis nigris tempore yemali, & Superpelliceis in æſtivo. Item ſi Primicerius, qui cum Scolæ caput exiſtat, in continuatione Stationum debet aliis eſſe forma; Stationibus (*b*) Patriarchalium Eccleſiarum omiſerit intereſſe, puniatur, prout dictum eſt ſuperius de Cantore. Si vero Primicerius in aliis Stationibus abſens fuerit pro viginti vicibus in anno, licet per ſuperiorem argui & corrigi poſſit inde, debitis tamen ſibi diſtributionibus non privetur: Sed de prædictis pœnis Cantorum, ſi in hiis viginti vicibus ipſe Primicerius ex neceſſitate abſens fuerit, in aliis vero præſens, duas habeat portiones. Reverentiam vero & ſervitium Primicerio in officiis, & aliis locis a Cantoribus debita, rationes alias, conſuetudines, & ordinationes, quæ in officio ad Primicerium ipſum ſpectant; diſtricte volumus obſervari. Sed correctio Primicerii, & Cantorum fiat, ſicut hactenus fieri conſuevit. Hæc autem noſtra ſuper præmiſſis proviſio tamdiu rata permaneat, donec de prædicta Scola per Sedem Apoſtolicam; dante Domino, in melius ordinetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Primicerio Cantores obediant.

Pœna in refractarios ſtatuuntur.

Datum Lugduni Kalendas Octobris Anno Octavo.

Eccleſiam S. Cornelii ad Monaſterium de Farneta ſpectantem, Baſilicæ Vaticanæ conferri mandat.

Ex Autogr. (*c*) in Baſil. Vatic. Tabular. Capſ. 3. Faſ. 8.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio S. Tituli Sanctæ Mariæ Tranſtiberim Presbytero Cardinali Vicario noſtro in Urbe (*d*); *Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

Baſilicæ redditus temporum injuria imminuti.

EX ſuſcepto Apoſtolatus Officio Eccleſiarum omnium utilitatibus nos intendere convenit, ſed eo ſollicitius Baſilicæ Principis Apoſtolorum commoda procurare tenemur, quo venerabilior ob ipſius reverentiam Principis eſſe dinoſcitur, & ſpecialius ad nos ſpectat. Hinc eſt, quod cum eidem Baſilicæ redditus, & proventus temporis excreſcente malitia ſint, ut accepimus, plurimum diminuti; Nos Miniſtrorum ipſius indigentiæ debito compatientes affectu, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus Dilectos Filios Abbatem, & Conventum Monaſterii de Farneta (*e*) ex parte noſtra moneas efficaciter, & inducas, eiſque præcipias, ut Eccleſiam Sancti Cornelii ad Monaſterium ipſum ſpectantem cum ſuis pertinentiis præfatæ Baſilicæ, præſertim, cum

Hortatur ac præcipit, Eccleſiam S. Cornelii Baſilicæ S. Petri uniri.

(*a*) Scholæ ſive Collegio Cantorum D. Gregorium hujus nominis Primum domicilia duo, aliud nempe ſub Vaticanæ Baſilicæ gradibus, aliud ad Lateranenſem Eccleſiam conſtituiſſe, Jo: Diac., ut vidimus pag. 25. not. *p* teſtatur. Concinit, quoad S. Petri Templum, noſter Mallius, cujus verba apud Martinell. Rom. Sacr. pag. 375. ſunt hujuſmodi: *Fecit Xenodochium B. Gregorius juxta gradus B. Petri, & conſtituit ibi tres Cantores cum Primicerio, qui jugiter officiarent Miſſam ad Altare B. Petri &c.* Cantores igitur, quibus & duas ſaculas, & ſextam partem Oblatorum ad Altare S. Petri, ut Canonic. Romanus ſcribit tit. 43, Hebdomadarii tribuebant; ex Schola, ſive Collegio, de quo agimus, ſelectos arbitramur. Hioc verbum *pernoctare*, in Diplomate uſurpatum, perinde ſonare conjicimus, ac vigiliis nocturnis intereſſe: quod magis innuere videtur ſex denariorum diſtributio, uti mox Bulla ſubjicit, *pernoctantibus* facienda.

(*b*) Stationum numero Vaticana S. Petri Baſilica ceteras Urbis Eccleſias longe præſtat, uti ex vetuſtiſſimis Rom. Eccl. Ritualibus Libris compertum eſt. Hiſce Monumentis edoctus Jo: Mabillon. cap. 5. comment. in Ord. Romanum, viginti enumerat, pleraſque ſane antiquiſſimas. Index ſolemnium Collectar. & Station. tom. 2. Muſ. Ital. Mabill., vetera Calendaria, ſeu Capitularia a Jo: Front., Ven. Card. Thomaſ., ac V. Cl. Dom. Georgi tom. 3. Liturg. Rom. Pont. edita rem ſatis declarant. Conſulatur hujus Oper. pag. 2. & 21. not. *e*.

(*c*) Quod cum in extrema ſui parte truncatum ſit, unum & alterum vocabulum ſupplevimus ex authentico Tranſumptorum Libro Ludov. Cecii apud Archiv. noſtrum ſign. lit. B. pag. 112. Quæ autem hoc Authore proferimus, ea charactere, ut ajunt, *corſivo* exprimi curavimus.

(*d*) Quid hic ſonet Vicarius Romani Pontificis, ſupra diximus pag. 79. not. *e*.

(*e*) Abbatia S. Mariæ de Farneta ſive Ferniti, aut de Farneta nuncupata Ord. S. Benedicti, uti apud Auguſt. Lubinum in lib. de Abbat. Ital. pag. 128. legimus, quatuor paſſuum millibus diſtat Peruſio ad Boream, a fluvio Tiberis milliario & medio, in diſtrictu Caſtelli de *Colamello*, alias *Colomella*: ipſa idcirco ponitur in Diœceſi Peruſina, quamvis ex Codice Taxarum Cameræ Apoſtolicæ in Diœceſi Cortonenſi deſcribatur.

(*a*) Mu-

cum oneroſa potius, quam fructuoſa eidem Monaſterio eſſe dicatur, conferant Menſæ Miniſtrorum ipſorum uſibus profuturam; exponens eiſdem, quod recompenſationem propter hoc eidem Monaſterio facere intendimus congruentem. *Quod ſi* ſorte ſe tardos exhibuerint vel difficiles in hac parte, ſtudeas ſuper his tractare ſollicite cum eiſdem, *notificaturus* nobis quicquid duxeris faciendum, ut ad hujuſmodi complementum negotii prout nobis reſcripſeris, *procedamus*.

Datum Lugduni vi. Idus Novembris, Pontificatus noſtri Anno (a).

In eos qui Bona Monaſterii S. Martini in Montibus aut injuſte occupant, aut oneribus gravant, excommunicationis ſententiam promulgari mandat. Nonnulla item in abſolutione a cenſuris ob violentam manuum injectionem ſervanda præſcribit.

Ex Autographo in Capſ. 13. Faſc. 289. Archiv. Baſil. Vatic.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, & Dilectis Filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Plebanis Archipresbyteris, & aliis Eccleſiarum Prælatis per Tuſciam, Maritimam, & Campaniam conſtitutis; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1252.

NON abſque dolore cordis, & plurima turbatione didicimus quod ita in plerîſque partibus Eccleſiaſtica cenſura diſſolvitur, & canonicæ ſententiæ ſeveritas enervatur, ut viri religioſi, & hii maxime qui per Sedis Apoſtolicæ privilegia majori donati ſunt libertate, paſſim a malefactoribus ſuis injurias ſuſtineant, & rapinas; dum vix invenitur qui congrua illis protectione ſubveniat, & pro ſovenda pauperum innocentia ſe murum defenſionis opponat. Specialiter autem dilecti Filii... Abbas, & Conventus Sancti Martini in Monte Ciſtercien. Ordinis, tam de frequentibus injuriis, quam de ipſo cotidiano defectu juſtitiæ conquerentes, univerſitatem veſtram litteris petierunt Apoſtolicis excitari; Ut ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate conſurgere, quod ab anguſtiis quas ſuſtinent, & preſſuris, veſtro poſſint præſidio reſpirare. Ideoque univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatinus illos qui poſſeſſiones, vel res, ſeu domos prædictorum Fratrum, vel hominum ſuorum irreverenter invaſerint, aut ea injuſte retinuerint, quæ prædictis Fratribus ex teſtamento decedentium relinquuntur, ſeu in ipſos Fratres contra Apoſtolicæ Sedis indulta ſententiam excommunicationis, aut Interdicti præſumpſerint promulgare, vel decimas laborum, ſeu nutrimentorum ipſorum, ſpretis Apoſtolicæ Sedis privilegiis, extorquere, monitione præmiſſa, ſi laici fuerint, publice candelis accenſis excommunicationis ſententia percellatis; Si vero Clerici, vel Canonici Regulares, ſeu Monachi fuerint, eos, appellatione remota, ab officio, & beneficio ſuſpendatis; neutram relaxaturi ſententiam, donec prædictis Fratribus plenarie ſatisfaciant. Et tam Laici, quam Clerici Seculares, qui pro violenta manuum injectione Anathematis Vinculo fuerint innodati, cum Dioceſani Epiſcopi litteris ad Sedem Apoſtolicam venientes, ab eodem vinculo mereantur abſolvi. De Monachis vero, & Canonicis regularibus id ſervetur; ut ſi ejuſdem Clauſtri Fratres manus in ſe injecerint violentas, per Abbatem proprium; ſi vero unius Clauſtri Frater in Fratrem alterius Clauſtri hujuſmodi præſumpſerit violentiam exercere per injuriam, paſſi & inferentis Abbates abſolutionis beneficium aſſequantur, etiamſi eorum aliqui prius quam habitum reciperent Regularem, tale aliquid commiſerunt, propter quod ipſo actu excommunicationis ſententiam incurriſſent; niſi exceſſus ipſorum eſſet difficilis, & enormis, utpote ſi eſſet ad mutilationem membri, vel ſanguinis effuſionem proceſſum, aut violenta manus in Epiſco-

Abſurdum, ut qui Deo vacant, jaceant indefenſi.

Mandat idcirco, ut ab alienis injuriis Monachi, impoſita excommunicationis, aut ſuſpenſionis pœna, eximantur.

Quiſquis Monachos percuſſerit, ſi Clericus ſit vel Laicus, a Sede Apoſtolica abſolvendus;

Si Monachus a proprio Abbate:

Ni gravior fuerit, vel enormis percuſſio.

(a) Mutilum eſt, ut præmonuimus, in extrema ſui parte hoc quod tractamus, Innocentii IV. Diploma: quo igitur anno illud Pontifex ediderit, definire nequimus. Cum vero Lugduni exaratum fuerit; ea temporis intercapedine, quæ ab an. Chriſti 1243. uſq. ad an. 1250. effluxit, proceſſum dicamus oportet: Quandoquidem, teſte Matthæo Pariſio, Innocentius IV. die 28. Junii an. 1244. clanculum in Gallias iter aggreſſus, ac per complures annos Lugduni moratus, nonniſi anno 1251. inde receſſit, & quidem ante vi. Idus Novembris, quæ dies Bullæ inſcribitur.

Epiſcopum, vel Abbatem injecta; aut exceſſus tales, & ſimiles ſine ſcandalo nequeant præteriri. Si vero in Clericos ſeculares manus injecerint, pro vitando ſcandalo mittantur ad Sedem Apoſtolicam abſolvendi. Villas autem in quibus bona prædictorum Fratrum, vel hominum ſuorum per violentiam detenta fuerint, quamdiu ibi ſunt, interdicti ſententiæ ſupponatis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Nonis Februarii, Pontificatus noſtri Anno IX.

Vaticanas Oblationes, quarta parte excepta, Fabricæ, luminibus Eccleſiæ, & neceſſitatibus pauperum eſſe addictas, Peregrinis declarat: idipſum præcipit ceteris manifeſtari (*a*).

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Tabular. Capſ. 2. Faſc. 255.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Beatorum Petri, & Pauli Limina viſitantibus; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1252.

Præcipua B. Petri ſiducia atque auctoritas commendatur.

GRadiente Domino ſuper aquas Petrus humanæ conditionis oblitus, ſibi dari viam in fluctibus & popoſcit, & meruit, tantaque fuit confidentia mentis ejus, ut crederet ſe poſſe per fidem, quod impoſſibile ſciebat homini per naturam. Unde propter conſtantiam ſuæ fidei, qui piſces capiebat in undis, piſcator eſt hominum conſtitutus in Terris; hamumque Doctrinæ miſit in ſeculo, ut appoſiti cibi dulcedine protrahat vagantes ex eo, quos ſuam offerat Salvatori capturam, in cujus verbo rete laxavit. Hic autem Paſtor Gregis Dominici, Piſcator hominum, Clavigerque Regni Cæleſtis, quos tabes peccati commaculat, in veræ fidei confeſſione detergit, & demerſos in pelago vitiorum, per cibum doctrinæ quem in ſuæ prædicationis hamo ſuſpendit, ab infimis educit ad altum, Januam eis Regni Cæleſtis aperiens, cujus a Domino claves accepit. Cum igitur vos huc merita ejus attraxerint, ut cibo ſuorum paſcamini meritorum, ad inſtar felicis recordationis Innocentii Papæ Prædeceſſoris noſtri, præſenti vobis pagina declaramus, omnes Oblationes, quæ ſunt in hoc Altari Majori, & in Arca etiam ſub Altare, præter quartam partem Canonicorum, Fabricæ, ac luminaribus hujus Eccleſiæ, necnon, & neceſſitatibus eſſe Pauperum deputatas. Unde hiis, qui vobis aliter forte ſuggererent, non credentes, meliores oblationes veſtras, & alias, quas portatis de veſtris partibus Beato Petro tranſmiſſas in Altari Majori deponatis, & Arca, quæ ſub Altare conſiſtit; nec eas pravis ſuggeſtionibus aliquorum offerre, vel deponere alibi præſumatis. Quocirca Univerſitatem veſtram monemus attentius, & in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, quatinus hoc publice in veſtra Patria prædicetis, & intimetis etiam omnibus Peregrinis, quibus in ſtrata obviaveritis redeuntes. Ne igitur quiſquam præſumat ſuper hoc pervertere veritatem; quicumque aliter, quam in iſtis literis continetur, vobis Peregrinis præſumpſerit affirmare, reum ſe de tanto mendacio apud diſtrictum Judicem recognoſcat.

Oblationum uſum declarat.

Ne quis forte aliis imponat, cui bono oblationes inſerviant, evulgari mandat.

Datum Peruſii IIII. Idus Februarii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Canonicorum qui Vaticanæ Baſilicæ inſerviunt, ac de ejuſdem reditibus ſunt participes, numerum præfinit ad viginti quinque.

Ex Autogr. in Vat. Baſil. Tabular. Capſ. 7. Faſc. 13.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis S. Tituli Sanctæ Mariæ Tranſtyberim Presbytero Cardinali, Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1254.

APoſtolici culminis Principatum tenentes in terris, licet immeritos, digne vigilantia nos ſpecialis ſollicitat, ut circa Eccleſiæ veſtræ ſtatum, & ad decorem ipſius præcipue intendamus, quæ inter cunctas Orbis Eccleſias dignitatis conſpicuæ fulget honore; Apoſtolorum quidem Principis inſignita vocabulo, ſuiſque præcelſis

Decus Vaticanæ Baſilicæ ceteris Orbis præſtat Eccleſiis.

(*a*) Ejuſdem plane generis Diploma ab Innocentio III. procuſum, dedimus pag. 96.

(*a*) De

Quouſque Canonicorum numerus excreverit.

celſis meritis decorata. Cum igitur, ſicut Nobis curaviſtis exponere, nullus in dicta Baſilica certus portionum numerus habeatur, & triginta ſex Canonicis ipſius Baſilicæ oporteret nunc, ſi præſentes exiſterent, totidem miniſtrari de ipſius proventibus portiones; poſtulaſtis ſuppliciter ſuper hoc vobis paterna

Canonicorum numerum definit.

ſollicitudine provideri. Nos itaque, ſicut convenit, attendentes, quod ad grandem multitudinem portionum nequaquam ipſius Baſilicæ ſufficiant facultates; veſtris ſupplicationibus inclinati, penſatis eiſdem facultatibus diligenter, vicenarium, quinarium portionum numerum in Baſilica ipſa taxamus, de cetero inibi obſervandum; & Apoſtolicâ auctoritate ſtatuimus, ut eadem hujuſmodi numero, computatis in eo Archipresbyteri, Metæ (*a*), & Cameræ (*b*) portionibus, amodo ſit contenta, Canonicis ipſius, qui in poſſeſſione, vel quaſi percipiendi portiones ſunt, vel fuerunt, ſuas nihilominus retinentibus portiones, quouſque Baſilica ipſa redacta fuerit ad numerum prætaxatum.

Ne alii recipiantur cavet.

Inſuper quoque vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut nullis receptis in dicta Baſilica, qui nondum portionem receperunt in ipſa, vel in poſterum recipiendis de portione aliqua providere, nec eos admittere ad communes tractatus Capituli, ſeu ad reſidendum in ipſa Baſilica, priuſquam ad prædictum numerum eadem redigatur Baſilica, & aliquis de numero ipſo deſit, aliquatenus teneamini, neque ad id compelli poſſitis per litteras Sedis ejuſdem, ſeu Legatorum, vel Vicariorum ipſius impetratas, vel etiam impetrandas, cujuſcunque tenoris exiſtant. Diſtrictius inhibentes, ne quidquam contra prædictorum Statuti, & Indulti tenorem ſuper præmiſſis aliquatenus attemptetur.

Si quid Bulle contrarium moliri quis audeat irritum declarat.

Nos enim decernimus irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hiis fuerit attemptatum, ac nullius prorſus eſſe valoris litteras prædictæ Sedis, ſeu Vicariorum, vel Legatorum ipſius, ſi quæ ſunt, vel erunt deinceps ſuper præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum obtentæ, ac proceſſus, ſi qui ſunt, vel fuerint habiti per eaſdem, & interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas auctoritate ipſarum contra vos communiter, vel diviſim contigerit promulgari.

Clauſulam pœnalem apponit.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ taxationis, conſtitutionis, conceſſionis, inhibitionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani xv. Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno XI.

ALEXAN-

(*a*) De veteri marmoreo ædificio, quod *Meta* dicebatur, pauca prænotavimus fol. 27. not. *b*. Militibus aliquot Metam ipſam cuſtodientibus, unam ex portionibus Canonicalibus pro ſtipendio fuiſſe deſtinatam, cum Antonius Petri in ſuo Ms. Diario ab anno 1404. ad 1417. affirmat, tum complura Diplomata inferius promenda ſatis innuunt.

(*b*) *Cameræ portio mortua ad expenſas faciendas pro Baſilicæ negotiis .... viget etiam hodie; nullum tamen habet nomen, cum Baſilica hujuſmodi onera ex communi Maſſa ſuſtineat.* Ita in Lib. de Veron. pag. 41. ſcribit noſter Jac. Grimald., qui Paulo Quinto Pontifice floruit.

ALEXANDER IV.

Alexander IV. die 21. (*a*) Decembris anno 1254. ad Summi Pontificatus dignitatem evectus eſt, ac die 25. ejuſdem menſis coronatus: Anno 1261. e vivis abiit 8. Kal. Junii, poſtquam ſexennium, menſes 5. ac dies tredecim Eccleſiam adminiſtraſſet.

Quæ ſui Prædeceſſores de Statione ad S. Mariæ in Saxia quotannis celebranda, & Vultus Sancti delatione per Canonicos habenda decreverant, novo firmat Diplomate; eiſdem Sancti Petri Canonicis præmium adauget (*b*).

Ex Regeſt. 1. Alexandri IV. Epiſt. 189. fol. 22. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Accurimbono Rectori, & Fratribus Hoſpitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1255.

Inſtitutæ Stationis ratio ac congruentia a morali ſenſu petita.

AD commemorandas nuptias ſalutares, quæ in converſione peccatoris moraliter celebrantur inter Spiritum hominis & Gratiam Conditoris, ex quibus affectus & actiones tanquam filii ac filiæ generantur, fel: rec: Innocentius Papa Prædeceſſor noſter, Dominica prima poſt Octavam Epiphaniæ, quando illud legitur Euangelium, quod Jeſus cum Diſcipulis ſuis in Cana Galilææ, ubi Mater ipſius erat, invitatus ad nuptias aquam convertit in vinum, ſolemnem apud Hoſpitale veſtrum inſtituit Stationem, in quo vos ex inſtitutione Apoſtolica divino eſtis obſequio mancipati, ea potiſſimum ratione, quod in illis nuptiis ſex hidriæ ſecundum purificationem Judæorum fuiſſe narrantur. Et quidem in hoc Hoſpitali, tamquam in Cana Galilææ, loco videlicet, ubi zelus eſt tranſmigrandi de vitiis ad virtutes, poſitæ ſunt ſex hidriæ, ideſt ſex opera miſericordiæ inſtituta, quæ ſunt paſcere eſurientem, potare ſitientem, colligere hoſpitem, veſtire nudum, viſitare infirmum, & incarceratum adire; ad purificationem utique Judæorum, ut per illa videlicet confitentes, a vitiis expientur. Illæ vero ſex hidriæ, uſque ad ſummum implentur, quando illa ſex opera miſericordiæ ad perfectum uſque geruntur; & ex aqua fit vinum, cum ex merito eleemoſynæ vis attenditur* caritatis: quia vero Jeſus cum Diſcipulis ſuis ad has nuptias in Cana Galilææ, ubi Mater ejus erat, legitur invitatus, idcirco rationabiliter idem Prædeceſſor noſter inſtituit, ut Effigies Jeſu Chriſti a Beati Petri Baſilica per ejuſdem Canonicos ad dictum Hoſpitale, ubi memoria Glorioſiſſimæ Matris ejus recolitur; infra capſam ex auro & argento & lapidibus pretioſis ad hoc ſpecialiter fabricatam venerabiliter deportare; fidelibus populis, qui ad has Nuptias celebrandas, devote convenerint, deſiderabiliter oſtendenda. Nos autem tam prædicti Innocentii qui Domino revelante, venerandum aliis aperuit ſacramentum, eo etiam inſpirante imitandum aliis præbens exemplum; quam bonæ memoriæ Honorii, Gregorii, & Innocentii prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes concedimus, ſtatuimus, & jubemus, ut pro mille pauperibus extrinſecus adventantibus, & trecentis perſonis intus degentibus decem & ſeptem libræ uſualis monetæ, ut ſinguli accipiant tres denarios, unum pro pane, alterum pro vino, alterumque pro carne ab Elemoſinario Summi Pontificis, annuatim vobis in perpetuum tribuantur. Et Canonicis ſupradictis, qui præſcriptam Effigiem Salvatoris proceſſionaliter deportabunt, ſingulis duodecim nummi, & cereus unius libræ, qui deferatur accenſus, de Oblationibus Confeſſionis Beati Petri præſtentur; necnon de eiſdem Oblationibus centum ſolidi ejuſdem monetæ per dictum Elemoſinarium pro eorumdem Canonicorum, Effigiem ipſam

Prædeceſſorum exempla ſequutus, certam eleemoſynæ quotam diſtribui mandat.

Canonicis etiam honorarium aſſignat.

* *Leg.* accenditur.

Cur Veronica a Canonicis S. Petri deferenda?

(*a*) Ita Raynaldus, cui Scriptores plurimi concinunt; ejuſque ſententiam haud ſpernendis rationibus confirmavit Clar. Auctor, qui Bullarium Romanum noviſſime excuſum adnotationibus illuſtravit: tametſi non omnino inprobanda videatur illorum opinio, qui ex Nicolao de Curbio in Vit. Innocentii IV. cap. 4. tom. 3. Script. Rer. Italic., Alexandrum IV. pridie Idus Decembris Summum Pontificem electum fuiſſe autumant.

(*b*) Conſulatur Innocentii III. Conſtitutio pag. 89. & ſeq. ubi de hoc argumento agitur.

(*a*) Sa-

Sacras Indulgentias elargitur.

ipſam portantium refectione (*a*) ſumantur. Quia vero non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei, debet huic Stationi Romanus Pootifex cum ſuis Cardinalibus intereſſe, ut Miſſarum ſolemnia celebret ibi, & exhortatorium ſaciat de hac celebritate ſermooem: Neve fidelis populus, ſamelicus ab iis nuptiis revertatur, præter materialem & doctrinalem, ſpiritualem quoque ſibi cibum impeodat, remiſſione uoius anni de injunctis ſibi pœnitentiis indulgendo. Monemus igitur & obſecramus Succeſſores noſtros per Chriſtum Jeſum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, ut hanc Inſtitutionem, quæ de pietatis fonte noſcitur proceſſiſſe, faciant inviolabiliter obſervari, ſub obteſtatione divini judicii prohibentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ coóceſſionis, conſtitutionis & juſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Ritum perpetuo ſervandum præcipit, pœnis etiam interpoſitis.

Datum Neapoli Kalendis Martii, Anno Primo.

Priorem & Capitulum Eccleſiæ Sancti Quirici* ſententiis excommunicationum, aliiſque moleſtiis per Claudium Vaticanæ Baſilicæ Canonicum, ac nonnullos Clericos vexatum, eximi jubet & abſolvi.

Ex Regeſt. 1. Epiſt. Alexandri IV. Anni 1. Epiſt. 195. fol. 24. apud Archiv. Apoſt. Vat.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Joanni Guerrerii Canonico Eccleſiæ Sanctorum Coſmæ & Damiani de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1255.

Facti ſeries.

SIgnificarunt nobis Dilecti Filii Prior, & Capitulum Eccleſiæ Sancti Quirici de Urbe, quod licet duo recepti in Clericos ejuſdem Eccleſiæ ultra taxatum numerum ſervitorum ejuſdem per Sedem Apoſtolicam confirmatum, nondum ſint aſſecuti portiones ibidem; nihilominus tamen Claudius Canooicus Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Archipresbyter Sanctæ Mariæ in Aquiro de Urbe ſuper cooferendo ſibi Archipresbyteratu, quem in eadem Eccleſia Sancti Quirici falſo eſſe proponit, ac tres alii Clerici dictæ Urbis ſuper receptione ac promiſſione ſua in Eccleſia ipſa Sancti Quirici, per litteras geoerales a ſelicis recordationis Innocentii Papæ prædeceſſoris noſtri ad diverſos executores obtentas, eos multipliciter moleſtantes, aliqui eorum fecerunt in dictos Priorem, & Capitulum diverſas excommunicationum ſententias promulgari. Quia vero pro parte ipſorum Prioris, & Capituli ad providentiam Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc habitus eſt recurſus: Nos eorum gravaminibus occurrere ſolicitudine paterna volentes mandamus, quatenus, ſi eſt ita, ſententias ipſas juxta formam Eccleſiæ relaxans, Claudio, & Clericis ſupradictis perpetuum ſuper præmiſſis imponas ſilentium, nec præfatos Priorem, & Capitulum permittas ab eis ſuper hiis de cetero indebite moleſtari. Contradictores, & moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod ſuſpendi vel interdici aut excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, niſi de Indulto hujuſmodi plena, & expreſſa in eis mentio habeatur..

Cenſuræ promulgatæ relaxantur, ac ſilentium imponitur.

Contradictores coercentur.

Datum Neapoli iii. Nonas Martii, Anno Primo.

Quæ

(*a*) Sacris expletis functionibus, ſobriam corporis refectionem apud Majores noſtros aliquando uſitatam, plurimis exemplis oſtendere fas eſt. Externa præterimus, domeſtica tantum indigitamus, quæ præſto ſunt conſulentibus pag. 41. not. *g*, pag. 69. not. *b*, & pag. 77. not. *c*.

(*a*) Ha-

Quæ Prædeceſſores ſuper Eccleſia de Holcham Monaſterio Sancti Martini conceſſa, in vim Privilegiorum Regum Angliæ, Epiſcopi, atque Capituli Norvvincenſis decreverant, confirmantur.

Ex Regeſt. 1. Alexandri IV. Ep. 487. fol. 210. apud Archiv. Apoſtol. Vatican.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati, & Conventui Monaſterii Sancti Martini Viterbien. Ciſtercien. Ordinis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1256.

CUM a nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Significaſtis ſiquidem nobis, quod cariſſimus in Chriſto Filius noſter Henricus Illuſtris Rex Angliæ, jus patronatus quod ſpectabat ad ipſum in medietate Eccleſiæ de Holcham Norvvincen. Dioeceſis vobis in eleemoſinam contuliſſet; bonæ memoriæ Pandulphus Norvvincen. Epiſcopus tunc electus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, fui Conventus accedente conſenſu, medietatem ipſius Eccleſiæ cum pertinentiis ſuis, conſiderata paupertate Monaſterii veſtri, vobis in uſus proprios duxit liberaliter concedendam, perpetuo Vicario, qui pro tempore ſervierit in eadem, portione decem Marcarum de ipſius proventibus reſervata, prout in litteris Regis, Epiſcopi, & Conventus prædictorum plenius continetur. Nos igitur veſtris precibus inclinati, ad inſtar felicis recordationis Gregorii, & Innocentii Prædeceſſorum Noſtrorum Romanorum Pontificum, tam donationem Regiam, quam conceſſionem dicti Epiſcopi, ſicut pie ac provide factæ ſunt, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ad majorem rei evidentiam tenores litterarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt: Henricus Dei gratia Rex Angliæ &c. (a) Univerſis Chriſtifidelibus ad quos litteræ iſtæ pervenerint Pandulphus Dei gratia Norvvincen. Electus &c. (b) Omnibus ad quos litteræ iſtæ pervenerint Willelmus Prior Norvvincen. & Conventus ejuſdem loci ſalutem in Domino. Noverit &c. (c) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Juris patronatus conceſſionem, & confirmationem præmittit.

Conceſſionem confirmat.

Diplomatum tenorem inſerit.

Bullæ firmitatem conciliat.

Datum Laterani IIII. Nonas Maji, Anno Secundo.

Vaticani Templi Ædificia reparanda, necnon ſarta tectaque ſervanda curat ex ejuſdem Eccleſiæ Oblationibus, quarum uſus deſignat.

Ex Vat. Baſil. Tabul. in Lib. Tranſumptor. ſign. lit. A. fol. 1. (d).

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipreſbitero, & Canonicis Sancti Petri; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

SI diffuſis per Orbem terrarum Eccleſiis ex injuncto Nobis a Deo Apoſtolatus officio, ſalubriter providere tenemur, curam Eccleſiarum Urbis, & præſertim Eccleſiæ B. Petri Apoſtoli, per quem ad Nos ſuſceptæ adminiſtrationis auctoritas, Domino Jeſu Chriſto committente, pervenit, tanto ſollicitius habere nos convenit, quanto ſpecialius hoc Nobis, ſicut proprio earum Antiſtiti, non eſt dubium imminere. Proin-

Baſilica S. Petri curam exigit peculiarem.

(a) Harum literarum tenorem videſis ſupra in Bulla Gregorii IX. pag. 118.

(b) Conſulatur Gregoriana Bulla fol. 119.

(c) Repetendus literarum tenor ex præcitato Diplomate Gregorii IX. pag. 119.

(d) Hujuſce Diplomatis Autographum in Baſilicæ noſtræ Archivo aliquando extitiſſe, colligimus ex Indice Bullarum ejuſdem Tabularii. Quamvis autem diligenter quæſitum, nondum tamen datum eſt reperire.

(a) Re-

Proinde neceſſitatem ipſius Eccleſiæ in conſervandis, & reparandis ædificiis attendentes, & timentes, ne pro expenſarum defectu aliquid in ea depereat, per Oblationes, quæ in eadem Eccleſia Domino pia devotione Fidelium offeruntur, de communi conſenſu, & conſilio Fratrum noſtrorum in hac parte duximus providendum (*a*). Statuimus igitur, ut ſalva quarta parte Canonicis ipſius Eccleſiæ, ſicut Sanctæ memoriæ Pater, & Prædeceſſor noſter Eugenius Papa conſtituit (*b*), ſalvis etiam conſuetudinibus, quæ Nobis, & curæ noſtræ (*c*), ſeu etiam Cardinalibus (*d*), & aliis Eccleſiis (*e*), & Eccleſiaſticis Perſonis (*f*) de antiquitate debentur, quarta Oblationum portio Pauperibus per eorum proviſionem, qui a Nobis ad hoc deputati fuerint, fideliter erogetur (*g*). Nobis autem de hac luce migrantibus, in libera Succeſſoris noſtri remaneat voluntate, & ipſius providentia, ſicut ſibi placuerit, diſponat; ſic tamen, ut ſi tranſitus noſter infra præſentem annum evenerit, Conſtitutio tamen iſta per totum anni circulum obſervetur. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis infringere &c. Si quis &c.

Quota oblationum portio pauperibus eroganda ſit; & quæ namex oblationibus dedncenda.

Conſtitutionis robur ad vitam Legiſlatoris protenditur.

Datum Laterani vi. Kalend. Junii (*h*).

Monaſterio S. Martini in Monte jus tribuit ſucceſſionis in iis Bonis, quæ Monachi, ſecluſa Profeſſione, eſſent conſequuturi.

In Capſ. 13. Faſc. 62. Archiv. Baſilic. Vatican. proſtat Originale.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii Sancti Martini in Monte Viterbien. Ciſtercien. Ordinis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1256.

DEvotionis veſtræ precibus inclinati, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut poſſeſſiones, & alia bona tam mobilia, quam immobilia, quæ perſonis Fratrum veſtrorum, relicta mundi vanitate ad Monaſterium veſtrum convolantium, & profeſſionem facientium in eodem, jure ſucceſſionis, vel alio juſto titulo, ſi remanſiſſent in ſeculo, contigiſſent, & ipſi potuiſſent libere aliis erogare, feudalibus rebus dumtaxat exceptis, valeatis exigere, petere, ac habere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit; indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum e,us ſe noverit incurſurum.

Datum Anagniæ IIII. Non. Octobris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Mona-

(*a*) Reſtaurandæ Baſilicæ S. Petri, cum quid dirutum eſſet, neceſſariam ſibi curam ſingulari quadam Oblatione Romanos Pontifices indixiſſe, tradit Maph. Vegius lib. 3. num. 101. Oper. de Reb. Memorab. Baſil. S. Petri apud Patres Bollandian. to. 7. Junii. Vegii dicta confirmant (præter Innocentii III. Bullam fol. 96, aliaſque geminas ſucceſſorum ejuſdem) S. Leonis IX. Diploma pag. 35. percurrendum, & Hadriani I. Literæ pag. 13, & 14.

(*b*) Quemadmodum vidimus pag. 51. Attamen meminiſſe opus eſt, ſplendidum Eugenii III. donum ſic ab Innocentio III. & Gregorio IX. geminatum fuiſſe (quod liquet pag. 77. & 111.) ut Oblationum medietatem Canonici potirentur.

(*c*) Vide quæ adnotavimus pag. 72. not. c.

(*d*) Ex Oblatis ad Altare S. Petri, Cardinalem Epiſcopum Silvæ Candidæ, ac deinde Portuenſem fuiſſe participem, evincunt prællatæ Joannis XIX., Benedicti IX., & Victoris II. Conſtitutiones. Quidnam vero perciperent Cardinales Hebdomadarii S. Petri, animadvertimus pag. 123. not. *b*. Camerarius & Cancellarius inter participantes procul dubio locum obtinebant, teſte Cencio tit. 11. 43. & 47. ſui Rom. Ordinis. Univerſo denique Cardinalium Cœtui portionem ex eiſdem Oblatis attributam, laudatus Cencius tit. 39. Canonic. Roman. tit. 41. ac Benedictus num. 7. Rom. Ord. perſpicue declarant.

(*e*) Quin memorem Urbis Eccleſias a prædicto Cencio Camerario tit. 17. & 39. recenſitas, ac die Beato Marco ſacra largitionibus ex D. Petri Altari deſumptis, pro ſua quaſque dignitate donatas; una præ ceteris ſeſe mihi offert Liberiana Baſilica, cujus Archipresbyterum, ejuſque Fratres nempe Canonicos alloquens Innocentius IV. in Diplomate quod anno I. Pontific. edidit, quodve ex parte retulit V. Cl. Morett. Op. de Presbyt. part. 1. ſect. 3. n. 8. & ſect. 8. n. 2, hæc habet: *Quia fel. rec. Clemens* (III.) *PP. noſter Prædeceſſor, dum in minori officio conſtitutus Præneſtinæ Eccleſiæ pie ſederet, in Eccleſia veſtra Palatium de proprio fecerit fabricari Præneſtino Epiſcopo.... Addens præterea, qualiter apud Eccleſiam veſtram a pueritia educatus fuerit, plurimum in venerationem locum ipſum habens; quum fel. rec. Eugenius PP. III. de xii. unciis Oblationum B. Petri, & Miniſterium* (fort. *Miniſteriorum*) *tres uncias Eccleſiæ B. Petri conceſſerit, ipſe de conſilio Fratrum ſuorum de ix. unciis earumdem Oblationum, quæ Sedi Apoſtolicæ remanſerant, vobis & per vos Eccleſiæ ſupradictæ* (S. Mariæ Majoris) *unam unciam dedit, conceſſit in perpetuum & firmavit, detractis tamen conſuetis expenſis, quas fieri oportebit pro ipſius modulo quantitatis: Nos vero eorumdem Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes.... donationem unciæ ipſius ratam habemus, & eam futuris temporibus illibatam permanere ſancimus.*

(*f*) Puta Acolythis S. R. E., Capellanis Summi Pontificis, & aliis, de quibus multa congerit prælaud. Morettus part. 1. Lucubrat. de Presbyt. Quoad Cantorum Scholam, videſis Honorii III. Diploma pag. 105. ſuperius allatum.

(*g*) Oblatorum ad Altare S. Petri, portionem quamdam pauperibus addictam; ſæpe, ut vidimus, Summi Pontifices declararunt.

(*h*) Pontificatus annum ſilet exemplum illud ſeu copia, ex cujus fide hanc Alexandri IV. Bullam publica luce donamus. Anno ſui regiminis II. ſive æræ Chriſtianæ 1256. a Summo Pontifice conſtitutionem ipſam fuiſſe procuſam, dies qua conſignata eſt, nimirum 6. Kal. Junii, & locus unde prodiit, nempe Lateranum in Urbe, ſatis innuere videntur. Diem quippe Maji viceſimam ſeptimam nonniſi anno ſui Pontificatus ſecundo, Incarnationis 1256 Romæ Alexander IV., uti arbitramur, exegit; cui quidem opinioni ſeries quamplurium Diplomatum to. 1. Bullarii Ord. Prædicat. a doctiſſimo P. Bremond coordinati ſuffragatur.

(*a*) Hoc

Monaſterium S. Martini in Montibus, a Procurationibus, quæ Legatis ac Nunciis Apoſtolicis præſtandæ erant, abſolvit.

Ex Autog. In Capſ. 13. Faſc. 62. Tabularii Baſil. Vatican.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Viterbien. (a); Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1257.

Privilegium Ciſtercienſibus generatim conceſſum, commemorat.

CUM univerſis Ciſtercien. Ordinis a Sede Apoſtolica ſit indultum, ut ad contribuendum aliquid in procurationibus Legatorum, & Nuntiorum ejuſdem Sedis, niſi Legati hujuſmodi ad Monaſteria, vel Grangias ipſorum declinent, & tunc ſine eſu carnium ſint eorum cibis contenti, aut de ipſorum ordine plena eſſet in eorum Literis mentio, non poſſint alicujus auctoritate compelli; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dilectos filios Abbatem, & Conventum Monaſterii Sancti Martini in Monte Viterbien. ejuſdem Ordinis, contra Indultum hujuſmodi, per te, vel per alios nullatenus inquietes: Nos enim irritum, & inane decernimus, ſi quid contra prohibitionem hujuſmodi contigerit temere attemptari.

Idem Privilegium Monaſterio S. Martini communicat.

Datum Lateran. VIII. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Ut Ædificium Monaſterii Sancti Martini in Montibus, quod Ægidius Cardinalis nondum compleverat, perficiatur, ad Caſtellæ Regem dat literas.

Ex Autograph. in Capſ. 13. Faſc. 287. Tabularii Baſil. S. Petri.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Cariſſimo in Chriſto Filio Illuſtri Regi Caſtellæ (b); Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1257.

* Ægidius.

INter alia opera pietatis, quibus bonæ memoriæ E. * Sanctorum Coſmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis (c), dum vitæ mortalis curſum perageret, claruit, pium & ſumptuoſum Opus fabricæ Monaſterii Sancti Martini in Monte Viterbien. Ciſtercien. Ordinis de bonis ſuis pro remedio animæ ſuæ proſequendum incepit, & ardenti animo conſiderabat inceptum, perducere ad effectum. Sed quia ipſe Cardinalis ſuum circa hoc deſiderium vivens complere non potuit, voluit illud de bonis propriis etiam moriens conſumari, mandans inter cetera in ultimo ſuæ voluntatis eulogio, tam ea in quibus erat in Toletan. Eccleſia obligata, quam quædam alia ſibi debita, conſumationi ejuſdem Operis deputari; cujus ultimam voluntatem dilectus filius noſter I. * S.Nicolai in Carcere Tullian. Diaconus Cardinalis (d) exequendam pia caritate ſuſcepit. Cum igitur voluntatem ipſius E. Cardinalis tam piam noſtro deceat ſtudio adimpleri, Dilecto Filio Electo Toletan. damus noſtris litteris in mandatis, ut univerſam pecuniam in qua commiſſa ſibi Eccleſia eidem Cardinali E. dum viveret tenebatur, operi

* Joannes.

(a) Hoc anno Viterbienſi Eccleſiæ præerat Alpherius, ex Aliphano Epiſcopatu Viterbium tranſlatus. Ita Buſſius hiſtoricus in Viterbienſium Epiſcoporum Chronologia, fol. 363., qui in appendice ſub pag. 443. Innocentii IV. Diploma producit.

(b) Alphonſum alloquitur Ferdinandi Regis Primogenitum: Hic namque Alexandri IV. ætate, quod ex Hiſtoria compertum eſt, inter Caſtellæ Reges adnumeratur.

(c) Sive nomen, ſive dignitatem, ſive temporum rationem inſpicias, hic eſt Ægidius Hiſpanus Toletanus Archiepiſcopus, quem Honorius III. Diaconum Cardinalem elegit, atque SS. Coſmæ & Damiani Titulo decoravit. Conſulendus Ciacconius ad an. 1216. column. 59. Vitam produxit uſque ad Innocent. IV. Alexandri Prædeceſſorem; Hinc, quum morte præreptus, Monaſterii S. Martini nobile ædificium perficere non potuerit, eam, quæ ex Eccleſiæ Toletanæ redditibus illi ſuperfuerat, pecuniam legavit in Operis implementum.

Poſſet hic dubium fortaſſe ſuboriri, cur opus Fabricæ Monaſterii S. Martini, Ægidii Cardinalis munificentiæ tribuatur, cum aliunde conſtet Raynerium Capoccia Viterbii Civem, ac Patriæ ſuæ Epiſcopum Cardinalem, huic operi conſilium ac ſumptus adjeciſſe. Tum maxime, quod ſatis conſtat ex conſenſione Hiſtoricorum, quibus accenſendus P. Buſſius in Epiſcoporum Viterbienſium Chronologia, Raynerium non longe ante Alex. IV. ætatem, hoc eſt an. 1243. claruiſſe. Nodus tamen facile ſolvitur, ſi temporum ſeriem, atque ædificii molem ſecernamus. Cardinalis uterque in Monaſterium munificus, de Operis ſtructura ſolicitus, aliquid magnum atque eximium aggreſſus eſt. Raynerius Eccleſiæ nobiliori conſtruendæ incubuit: Ægidius Monaſterio ædificando pecunias ſuppeditavit. *Erexit*, ita de Raynerio legimus apud Ciaccon. tom. 2. col. 34. *in Viterbienſi Diœceſi Eccleſias S. Petri de Caſtaneo, S. Mariæ de Paradiſo* (alias ad Gradus) *& S. Martini in Montibus, quarum primam & ultimam Monachis Ciſtercienſibus conceſſit.*

(d) En Joannem Cajetanum Urſinum, qui ab Innoc. IV. Cardinalis eſt renunciatus, atque a Joan. XXI. in Archipresbyterum Vaticanæ Baſilicæ electus, tandem aſſumpto Nicolai III. nomine, ſedit in Petri Cathedra.

(a) Ex-

operi dictæ fabricæ deputatam, prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri; dilectis Filiis Abbati, & Conventui ejuſdem Monaſterii, aut ipſorum legitimo procuratori eorum nomine, ad conſumationem dicti operis ſine difficultate qualibet exhibere procuret. Quocirca Serenitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatinus divinæ pietatis intuitu, & ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, ac noſtram apud eumdem Electum, quod dictam pecuniam memoratæ fabricæ deputatam exſolvat, interponat ſollicite, prout plenius, & honeſtius poteris, partes tuas. Ita quod tu exinde divinam, & humanam gratiam uberius merearis.

Regem hortatur ut pecuniam ſolvendam curet.

Datum Lateran. II. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno tertio.

Eccleſiæ S. Mariæ Tiburtinæ Bona ac jura univerſa Vaticano S. Petri Capitulo addicit.

Ex Autogr. in Vat. Baſil. Arch. Capſ. 29. Faſc. 119. (*a*).

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1257.

B. Petri Baſilica ſpeciali amore digna.

Ille ſpecialis affectus, illaque caritas ſingularis, quibus Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe ob ipſius Principis reverentiam, cujus fidei firmitatem Chriſtus fundamentum Eccleſiæ ſtabilivit, cujus vigili curæ ſuas oves ſub trina paſcendi eas juſſione commiſit, cujuſque eximiæ providentiæ Claves Regni Cælorum tradidit, nt per eum ipſius Regni clauderetur Janua, & pateret, indeſinenter proſequimur; propenſiori nos cura ſollicitant, ut de vobis, tamquam de præcipuis filiis ſpecialiter cogitantes, Apoſtolicæ ſinum gratiæ manu vobis munifica explicemus. Decet namque, ut vos, qui prædictæ Baſilicæ, quinimo illius Principis eſtis deputati obſequiis ſuper quem Eccleſiaſtici ſtructura ædificii firma manet, & per quem totus Grex Dominicus ſalubribus reficitur paſcuis, & in viam vitæ dirigitur, per quem etiam in æterni Regis Palatium introitur; & præcipuis attollamus favoribus, & condignis gratiarum titulis exaltemus, quatenus eo ſerventius, & devotius hujuſmodi obſequiis inſiſtatis, quo amplius, & liberalius per Apoſtolicam providentiam vos ſenſeritis honorari. Cum igitur Eccleſiam Sanctæ Mariæ Tiburtinæ (*b*) olim Fratribus Ordinis Minorum duxerimus concedendam (*c*); Nos attendentes, quod ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones, eiſdem Fratribus habere non licet, ac vobis de illis gratificari volentes, veſtris ſupplicationibus inclinati, poſſeſſiones hujuſmodi, videlicet, domos, vineas, terras cultas, & incultas, molendina, caſalina, oliveta, ortos, canapinas, ac cetera bona, & jura prædictæ Eccleſiæ, cum omnibus fructibus, redditibus, penſionibus, & proventibus eorumdem, vobis, & per vos memoratæ Baſilicæ de gratia conferimus ſpeciali, communis Menſæ veſtræ uſibus perpetuis temporibus applicanda. Ita quod nullo unquam tempore vobis, vel ſucceſſoribus veſtris præmiſſa omnia, vel ipſorum aliqua vendere, vel donare, ſeu pignori obligare, aut quomodolibet alienare, ſeu in alios uſus convertere liceat; & ſi ſecus præſumpſeritis, eo ipſo a prædictorum jure cadatis. Volumus autem, ut dilectis filiis, Abbati, & Fratribus Angelo, & Blaſio quondam Monachis ejuſdem Eccleſiæ, quamdiu vixerint, de prædictis redditibus, fructibus, & proventibus, vitæ neceſſaria miniſtretis, ac teneamini miniſtrare, quibus cedentibus, vel decedentibus, iidem fructus, redditus, & proventus integre revertantur ad Menſam prædictam, & in ejuſdem Menſæ uſus totaliter convertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ collationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Ejuſdem Baſilicæ Miniſtros præcipua quadam beneficentia proſequitur.

Quibus idcirco Tiburtinam Eccleſiam ejuſque bona perpetuo addicit.

Ea tamen lege ut regularibus aliquot, quamdiu vixerint, neceſſaria miniſtrentur.

Bulla violatores pœnis afficit.

Datum Viterbii III. Idus Novembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

Philippo

(*a*) Extat & in Regeſto 2. Alexandri IV. Epiſt. 705. fol. 93. apud Arch. Apoſt. Vatic.

(*b*) Tibure adhuc proſtat Eccleſia iſthæc S. Mariæ Majoris nuncupata: Monachis D. Benedicti ſubdita erat, antequam Fratribus Minoribus S. Franciſci adminiſtranda traderetur.

(*c*) Hujus conceſſionis Bullam in Opere, cui titulus: *Memorie Iſtoriche delle Chieſe e de' Conventi de' Frati Minori &c.* pag. 337. refert Clar. P. Caſimirus a Roma ejuſdem Ordinis.

Philippo Liberianæ Baſilicæ Canonico demandat, ut in poſſeſſionem Bonorum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Tiburtinæ Vaticanum Sancti Petri Capitulum inducat, & inductum tueatur.

Ex Reg. 2. Alexandri IV. ſub Epiſt. 705. fol. 93. Ap. Archiv. Apoſt. Vat. (a).

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Philippo Canonico Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1257.

Cur Baſilicam S. Petri præcipuo amore ac beneficentia proſequatur, declarat.

ILle ſpecialis affectus, illaque caritas ſingularis, quibus Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe ob ipſius Principis reverentiam, cujus fidei firmitatem Chriſtus fundamentum Eccleſiæ ſtabilivit, cujus vigili Curæ ſuas oves ſub trina paſcendi eas juſſione commiſit, cujuſque eximiæ providentiæ claves Regni Cælorum tradidit, ut per eum ipſius Regni clauderetur Janua, & pateret indeſinenter, proſequimur; propenſiori nos cura ſolicitant, ut de Dilectis Filiis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum ſpecialiter cogitantes, Apoſtolicæ ſinum gratiæ manu ipſis munifica explicemus. Decet namque, ut ipſos qui prædictæ Baſilicæ, quinimmo illius Principis ſunt deputati obſequiis, ſuper quem Eccleſiaſtici ſtructura ædificii firma manet, & per quem totus Grex Dominicus ſalubribus reficitur paſcuis, & in viam vitæ dirigitur, per quem etiam in æterni Regis Palatium introitur, & præcipuis attollamus ſavoribus, & condignis gratiarum titulis exaltemus; quatenus eo ferventius, & devotius hujuſmodi obſequiis inſiſtant, quo amplius, & liberalius per Apoſtolicam providentiam ipſos ſenſerint honorari. Cum igitur Eccleſiam Sanctæ Mariæ Tiburtin. olim Fratribus Ordinis Minorum duxerimus concedendam; Nos attendentes, quod ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones eiſdem Fratribus habere non licet, ac ipſis de illis gratificari volentes, ipſorum ſupplicationibus inclinati, poſſeſſiones hujuſmodi, videlicet domos, vineas, terras cultas & incultas, molendina, caſalina, oliveta, ortos, canapinas, ac cetera bona, & jura prædictæ Eccleſiæ cum omnibus fructibus, redditibus, Penſionibus, & proventibus eorundem ipſis, & per ipſos memoratæ Baſilicæ de gratia contulimus ſpeciali, communis Menſæ ipſorum uſibus perpetuis temporibus applicanda; ita quod nullo unquam tempore ipſis, vel ſucceſſoribus ſuis præmiſſa omnia, vel ipſorum aliqua vendere, vel donare, ſeu pignori obligare, aut quomodolibet alienare, ſeu in alios uſus convertere liceat; & ſi ſecus præſumpſerint, eo ipſo a prædictorum jure cadant. Volumus autem, ut dilectis Filiis Abbati, & Fratribus Angelo, & Blaſio quondam Monachis ejuſdem Eccleſiæ, quamdiu vixerint, de prædictis redditibus, fructibus, & proventibus vitæ neceſſaria miniſtrent, ac teneantur miniſtrare; quibus cedentibus vel decedentibus, iidem fructus, redditus, & proventus integre revertantur ad Menſam prædictam, & in ejuſdem Menſæ uſus totaliter convertantur. Quocirca mandamus, quatenus prædictos Archipresbyterum, & Capitulum, vel Procuratorem ipſorum, aut alium eorum nomine in corporalem prædictorum omnium poſſeſſionem per te, vel per alium inducas, & tuearis inductos. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo: Invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio Brachii ſecularis.

Quæ in ſuperiori Bulla decreverat, repetit.

Bullæ exequtionem demandat.

Datum Viterbii iii. Idus Novembris, Anno Tertio.

Bona Monaſterii S. Martini in Montibus a decimarum onere eximit.

Ex Original. in Tabular. noſtri Capſ. 13. Faſc. 62.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati, & Conventui Monaſterii Sancti Martini de Monte Viterbien. Ciſtercien. Ordinis; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1258.

In Monachos vigiles, Pontifex beneficus.

SPeciali gratia, & favore vos, & alios veſtri Ordinis profeſſores, illa de cauſa dignos potiſſime reputamus, quia toto cordis affectu ad hoc ſemper intenditis, ut per ſanctæ converſationis, & vitæ ſtudium in conſpectu Dei, & hominum placeatis. Hinc

(a) Extat etiam in Vaticanæ Baſilicæ Tabulario Capſ. 29. Faſc. 119. hujuſce Bullæ Autographum, mutilum tamen & exeſum.

(a) Qui-

Eorum bona a decimis liberat.

Hinc eſt, quod nos intuitu ſinceræ devotionis veſtræ neceſſitates Monaſterii veſtri ſollicite attendentes, ſuper quibus noſtræ proviſionis auxilium ſuppliciter imploraſtis, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut de terris cultis, & incultis ad Monaſterium ipſum ſpectantibus, quas nunc aliis conceditis, vel concedetis in poſterum excolendas, de quibus tamen adhuc decimas aliquas non percepit; nullus a vobis ſeu cultoribus terrarum ipſarum, aut quibuſcumque aliis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Nos enim nihilominus irritum ex nunc decernimus, & inane quicquid contra tenorem Indulgentiæ hujuſmodi fuerit attemptatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Si quid contra eos quis aggrediatur, irritum declarat.

Datum Viterbii ii. Id. Martii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Marchas argenti trecentas ex uſuris, furtis, aut votorum commutationibus collectas, in Ædificium Monaſterii Sancti Martini in Montibus conferri permittit.

Ex Autog. in Capſ. 13. Faſc. 62. Tabular. Baſil. Vatic.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati; & Conventui Monaſterii Sancti Martini de Monte Viterbien. Ciſtercien. Ordinis; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1258.

Male acquiſita, quorum Dominus ignoratur, Monaſterii fabricæ addicit.

.... dudum opere ſumptuoſo abſque Fidelium ſubſidio, nequeat conſumari, nos vobis per hoc volentes facere gratiam ſpecialem, quod de uſuris, rapinis, & alias male ablatis, & illicite acquiſitis, dummodo hii quibus ipſorum reſtitutio fieri debeat omnino inveniri, & ſciri non poſſint, necnon de redemptionibus votorum auctoritate Dioceſanorum prius factis, Jeroſolimitan. dumtaxat excepto, uſque ad ſummam trecentarum marcarum argenti recipere valeatis, vobis auctoritate præſentium duximus concedendum; ſi pro ſimilium receptione alias non ſitis a nobis hujuſmodi gratiam conſecuti; ita quod ſi aliquid de Marcis ipſis dimiſeritis, vel reſtitueritis, aut dederitis illis a quibus eas receperitis, hujuſmodi dimiſſum, vel reſtitutum, ſeu datum nihil ad liberationem eorum proſit, nec quantum ad illud habeantur aliquatenus abſoluti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Fraudibus, et colluſionibus aditum præcludit.

Clauſulam pœnalem apponit.

Datum Viterbii Id. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Vaticanas Oblationes, quarta parte excepta, Fabricæ, luminibus Eccleſiæ, & neceſſitatibus pauperum eſſe addictas, Peregrinis declarat: idipſum præcipit ceteris manifeſtari.

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Tabular. Capſ. 2. Faſc. 255.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Limina viſitantibus; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1259.

In B. Petro fidei meritum ac præmium commendat.

Gradiente Domino ſuper aquas, Petrus humanæ conditionis oblitus, ſibi dari viam in fluctibus, & popoſcit, & meruit, tantaque fuit confidentia mentis ejus, ut crederet ſe poſſe per fidem, quod impoſſibile ſciebat homini per naturam; Unde propter conſtantiam ſuæ fidei, qui piſces capiebat in undis Piſcator eſt hominum conſtitutus in Terris; hamumque doctrinæ miſit in ſeculo, ut appoſiti cibi dulcedine, pertrahat vagantes ex eo, quos ſuam offerat Salvatori capturam, in cujus verbo rete laxavit. Hic autem Paſtor Gregis Dominici, piſcator hominum, clavigerque Regni Cæleſtis, quos tabes peccati commaculat, in veræ fidei confeſſione detergit, & demerſos in pelago vitiorum, per cibum doctrinamque in ſuæ prædicationis hamo ſuſpendi ab

infimis educit ad altum, januam eis Regni Cæleſtis aperiens, cujus a Domino claves accepit. Cum igitur vos huc merita ejus attraxerint, ut cibo ſuorum paſcamini meritorum, adinſtar felicis recordationis Innocentii PP. (*a*) Prædeceſſoris noſtri, præſenti vobis pagina declaramus, omnes Oblationes, quæ fiunt in hoc Altari Majori, & in Arca etiam ſub Altare, præter quartam partem Canonicorum, fabricæ, ac luminaribus hujus Eccleſiæ, necnon & neceſſitatibus eſſe pauperum deputatas (*b*). Unde hiis, qui vobis aliter forte ſuggererent non credentes, meliores Oblationes veſtras, & alias quas portatis de veſtris Partibus, B. Petro tranſmiſſas, in Altari Majori deponatis, & Arca quæ ſub Altare conſiſtit, nec eas pravis ſuggeſtionibus aliquorum offerre, vel deponere alibi præſumatis. Quocirca Univerſitatem veſtram monemus attentius, & in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, quatinus hoc publice in veſtra patria prædicetis, & intimetis etiam omnibus Peregrinis, quibus in ſtrata obviaveritis redeuntes. Ne igitur quiſquam præſumat ſuper hoc pervertere veritatem; quicunque aliter quam in iſtis litteris continetur, vobis Peregrinis præſumſerit affirmare, reum ſe de tanto mendacio apud diſtrictum Judicem recognoſcat.

Oblationum quæ in Altari, & Arca fiunt, uſum declarat.

Uſus iſte palam evulgandus.

Datum Anagniæ ii. Kal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Decernit, ut in ſolemni ſupplicatione 7. Kal. Maji haberi ſolita, uterque Clerus cum Secularis, tum Regularis ad S. Petri Baſilicam cum Crucibus & inſigniis accedant; ac ii, quibus dari conſuevit, ſalarium ſeu Presbyterium accipiant: Contumaces anathemate plectit.

Ex Autogr. in Vat. Baſil. Tabul. Capſ. 5. Faſc. 10.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1260.

Jurgia ac lites Clericis vetita;

JUrgia litium, quibus turbatur in Clero nonnumquam unanimitas Eccleſiaſticæ unitatis, libenter Apoſtolicæ Sedis cura ſtudioſa diſſolvit; eaque veluti peſtiferos caritatis fraternæ languores, ſanæ pacis conſilio medicatur, ut in obſequiis munerum divinorum, quæ oportet ordinabiliter, ſuaviterque diſponi, contentionis zelus ſinceritatem non inficiat Miniſtrorum, & Miniſterii ordinem diſſentionis tumultuatio non corrumpat. Ubique ſane ſuper boc vigilantiæ noſtræ deſudare debet attentio, & quantum poſſe ſinit humana fragilitas, procurare, ut in tranquillitate concordiæ Patri luminum devota Sacerdotalis militiæ agmina famulentur. Super vos autem tanto inſtantius hæc ſollicitudo nos urget, quanto propinquius vos affectioni noſtræ curæque ſubnectit injunctum nobis Officium Apoſtolicæ ſervitutis, quantoque ſingularius Eccleſiæ oculi ex omnibus partibus ſuis deberent mores veſtros, velut quædam ſalutaris eruditionis exemplaria intueri. Sane dudum inter vos ex parte una, & dilectos Filios Rectores Romanæ Fraternitatis (*c*), & Clerum Urbis ex altera, ſuper crucibus, inſigniis, & vexillis portandis ad veſtram Baſilicam in Proceſſione, quæ in Feſto Sancti Marci fieri conſuevit (*d*), & denariis, qui Eccleſiis, Monaſteriis, & Cappellis ipſorum pro ſalario, quod Presbyterium vulgariter dicitur, exhibentur, quæſtione ſuborta, & ſuper hoc nonnullis Teſtibus hinc inde coram deputato a nobis Auditore productis,

Clero potiſſimum Vaticanæ Baſilicæ repugnans.

Controverſia ſtatus.

(*a*) Cui bono inſervirent Oblata ad S. Petri Baſilicam, Innocentius III. primum ut vidimus pag. 96., ac deinde alter Innocentius hujus nominis IIII., ſpeciali Diplomate Peregrinis Apoſtolica Limina viſitantibus inſcripto, declararunt.

(*b*) Innocentium III. *ab initio promotionis ſuæ ad eleemoſynas deputaſſe univerſos proventus ad ſe pertinentes de Oblationibus Baſilicæ S. Petri* compertum habemus ex ejuſdem Pontificis Vita a coævo auctore conſcripta apud Balut. pag. 38. to. 2. Epiſtol. Innoc. III.

(*c*) Quinam *Rectores Romanæ Fraternitatis*? Inſigne fuiſſe Collegium e ſelectis viris, quibus animarum cura incumbebat, compoſitum; exiſtimat doctiſſimus Canonic. P. Morettus Append. 2. ad Lucubrat. de Presbyterio. Nobili Synedrio (ut idem Auctor ex veteribus Inſtrumentis evincit) is præerat veluti omnium Princeps, quem *Cleri Camerarium* dicebant; eique aderant *Conſiliarii*, tum *Procuratores Cleri*, & *Syndici*. Ampliſſima vero *Rectores* iſti pollebant auctoritate, præſertim in iis quæ Clero obſervanda forent, deliberandis; ac litibus & controverſiis, ſi quas in eodem Clero ſuboriri contigiſſet, dirimendis. Cum autem eo jure, nonniſi intra Cleri confinia, potirentur; hinc ipſis *Rectoribus* notam *Fraternitatis* (quæ vox hoc in loco veroſimiliter *Clerum* ſonat) adjunctam fuiſſe ſæpe laudatus Morettus egregie conjicit.

(*d*) Qua de re fuſiori calamo, ac plurima eruditione tractavit idem Canon. Morett. in cit. Opere Lucubr. de Presb.

(*a*) In

Diſſidium provido potius conſilio, quam judiciali ſtrepitu dirimendum.

ductis, per depoſitiones eorumdem Teſtium non potuit plene de partium intentione liquere. Verum quia hujuſmodi controverſia, quæ aliis ponere ſcandalum, & diſceptantium lædere poterat caritatem, eſt potius, prout nobis videtur, providentiæ conſilio, quam judicio dirimenda; dignum fuit, & congruum, ut de Sede Apoſtolica pro cauſa, quæ quodammodo reſpicit Apoſtolorum Principis Regni Cæleſtis Clavigeri intereſſe, poteſtativus reconciliationis ſermo in medias partes veſtri diſſidii proſiliret, & per eum concertationis veſtræ murmura perpetuæ pacis ſilentio premerentur. Provida igitur deliberatione decernimus, & irrefragabili conſtitutione ſancimus, ut Canonici, tam ſeculares, quam regulares, & Monachi omnium Patriarchalium Eccleſiarum, cum crucibus, & aliis inſigniis conſuetis, Eccleſiarum vero Presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium, & Monaſteriorum, cum crucibus propriis, & vexillis, Archipresbyteralium autem Eccleſiarum, Prioratuum, & Cappellarum exemptarum, & omnium aliarum, quæ duodecim denarios, vel plures pro hujuſmodi ſalario recipiunt, cum propriis omnino crucibus argenteis, aureis, vel aliis, quas habent, & cum vexillis ſi habent, & portare conſueverunt: Clerici quoque aliarum Cappellarum quarum ſingulæ tantum octo denarios pro eodem ſalario recipiunt, vel cum propriis crucibus, & vexillis, vel cum alienis etiam, ſicut fuit hactenus conſuetum, induti veſtimentis ſericis (*a*), aut ſuperpelliceis, ſive coctis, in eodem Feſto veniant proceſſionaliter annuatim ad Baſilicam ſupradictam recepturi ſalarium, vel Presbyterium conſuetum, quod eis per vos, & unum de familiaribus noſtris volumus exhiberi. Alii autem Monachi, Fratres Minores, Prædicatores, & Heremitæ, ac Religioſi alii cujuſcumque Ordinis, cum crucibus in eodem Feſto proceſſionaliter veniant ad Baſilicam memoratam. Quicumque vero fraude, ſeu malitia contra hujuſmodi noſtram Conſtitutionem venire, aut facere, ſeu ipſam violare præſumpſerit, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrat, a qua nonniſi per Romanum Pontificem, vel eum, cui hoc ſpecialiter commiſerit, abſolvatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri Decreti, noſtræque Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Utrumque Clerum ad Baſilicam occaſione Proceſſionis accedentem, Cruces ac inſignia deferre decernit.

Presbyterium ſolvendum taxat.

Contradictores excommunicationis pœna coercet.

Datum Anagniæ xii. Kalendas Maji, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Vaticanam D. Petri Baſilicam die feſto S. Marci viſitantibus, duos annos, ac totidem quadragenas Indulgentiarum perpetuo elargitur.

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Archiv. Capſ. 1. Faſc. 1.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1260.

Sanctorum meritis inclita gaudia fideles Chriſti aſſequi, minime dubitamus, qui eorum patrocinia per condignæ devotionis obſequia promerentur; illumque venerantur in ipſis, quorum gloria ipſe eſt, & retributio meritorum. Nos igitur ad conſequenda prædicta gaudia, cauſam dare fidelibus Populis cupientes, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Baſilicam veſtram in Feſto S. Marci, & Litaniis Majoribus devote ac venerabiliter viſitaverint; annuatim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ejus auctoritate confiſi, duos annos, & duas quadragenas de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus.

Datum Anagniæ decimo Kalendas Maji, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Editæ

(*a*) In ſolemni ſupplicatione, die Beato Marco ſacra, *Vicarios* Eccleſiarum proceſſiſſe *in Pontificalibus* eorumque *Aſſiſtentes* cum pluvialibus, itidem cum pluvialibus *Archipresbyteros* omnes Collegiatarum; ex Diar. Patid. de Craſſis ad an. 1504. obſervat toties laud. Morett. part. 2. ſect. 5. n. 2. not. *a.* ubi hæc ſubjicit: *Nec fortaſſe deerant alii ſic amicti Clerici. Quod mihi compertum, præter Archipresbyterum ſuum, ſeu Priorem Canonicorum, præter Vicarium cum Aſſiſtentibus ſericis ornatus, ad ſupplicationem mittebat Baſilica S. M. Transtib. Sacrario Præfectum amphibalo ſerico circumvolutum, de quo &c.*

(*a*) Nempe

Editæ ab ſe de ſolemni Supplicatione ſeptimo Kal. Maji habenda, Sanctionis violatores nonnullos e Chriſtianorum cœtu excluſos nominatim & publice declarari mandat, eoſdemque ad ſe accedere jubet.

Ex Autogr. in Vat. Baſil. Tabular. Capſ. 5. Faſc. 10.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Rectoribus Urbis; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1260.

Præterita quæſtionis ſtatum, de inſigniis in Proceſſionibus deferendis, ac Presbyterio recipiendo, commemorat.

SUper orta olim inter Dilectos Filios Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ex parte una, & Clerum Urbis ex altera quæſtione ſuper eo, quod in Proceſſione, quæ in Feſto Sancti Marci, ad ipſam Baſilicam fieri conſuevit, cum Crucibus, aliiſque Eccleſiarum inſigniis, & vexillis, idem Clerus, prout moris eſt ad eamdem veſtram Baſilicam contendebant, & ſuper ſalario Eccleſiis, Monaſteriis, & Cappellis Urbis, propter hoc debito, quod Presbyterium vulgariter dicitur, cum fuiſſet hinc inde aliquamdiu a Partibus litigatum, nec per depoſitiones Teſtium productorum coram Auditore ſuper hoc deputato a nobis, nec per alia utrinque propoſita plene potuiſſet ſuper præmiſſis de Partium intentione liquere; alias quoque hujuſmodi controverſia pluribus eſſet in ſcandalum, & providentiæ ipſa conſilio potius, quam judiciali calculo indigeret; ad hujuſmodi contentionis, & quæſtionis perpetuo amputandam materiam, & ſoliti prærogativam honoris in Feſto prædictæ * Eccleſiæ tanti Principis conſervandam, ſuper hiis per perenne ſtatutum, prout in literis noſtris apparet, de Apoſtolicæ providimus plenitudine poteſtatis; credentes, cuilibet quæſtioni, altercationi, vel contentioni ſubortæ, vel quæ ſuboriri circa præmiſſa, vel recidivum incurrere poſſet impoſterum proviſionis noſtræ remedium, aditum concluſiſſe. Sed licet ad robur ipſius ſtatuti, contra quoslibet tranſgreſſores ejuſdem duxerimus decernendum, quod quiſquis fraude, ſeu malitia venire, aut facere contra ipſius noſtræ Conſtitutionis tenorem, aut ipſam violare quovis modo auderet, ſententiam excommunicationis incurreret ipſo facto, a nemine niſi per Summum Pontificem, vel ab eo, cui ſuper hoc vices ſuas committeret relaxandam: Nuper tamen, ſicut accepimus, & turbamur, quidam de Canonicis Sanctæ Mariæ Majoris, videlicet, Philippus Paparonis, Joannes Caputii Presbyter Romanus, Archipresbyteri Andreas Bucabelle, Laurentius Leonardus de Gualguanis, Paulus Pertimedalla, & Jacobus Azonis, facti inobedientiæ filii, & diſcordiæ zelatores, non ſolum in Proceſſione primo, & proximo Feſti præteriti Sancti Marci contempſerunt accedere; ſed impedire nequiter præſumpſerunt, ne Crucem, quæ deferri in Proceſſione hujuſmodi conſueverat, alii Canonici, qui in ejuſdem ſollempnitate Proceſſionis reverenter accedebant, cum aliis Clericis deportarent. At cum ipſi pœnitudine nulla ſuper tantæ præſumptionis exceſſu ducantur, & obnoxii prædictæ excommunicationis ſententiæ, quam ex noſtri Decreto mandati ſic delinquentes incurriſſe noſcuntur, Divina celebrare, imo potius, quantum in eis eſt prophanare præſumant in ſalutis ſuæ diſpendium, & ſcandalum plurimorum; nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut adverſus tantæ præſumptionis reatum providere, ſicut convenit, curaremus. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatinus Philippum Paparonis, & ceteros ſupradictos, quos ex nunc offitio, benefitioque ſuſpenſos eſſe decernimus, diebus Dominicis, & Feſtivis excommunicatos publice denuncietis, & faciatis ab aliis in locis, in quibus expedire videritis publice nuntiari, & ab omnibus artius evitari: Aliis ejuſdem Eccleſiæ Canonicis, qui ordinationi noſtræ obedientes fuerunt, in eadem Eccleſia remanentibus pro Divinis Offitiis celebrandis. Nihilominus citantes excommunicatos eoſdem, ut infra decem dies poſt citationem veſtram perſonaliter compareant coram nobis, de tantæ temeritatis exceſſu pro meritis recepturi. Diem vero citationis, & quicquid inde feceritis, nobis per veſtras patentes literas harum ſeriem continentes, ſtudeatis fideliter intimare.

Pontificis providentia ad lites tollendas.

* Leg. prædicto.

Aliquorum, quos nominat, inobedientia,

Major item audacia,

Ac cenſurarum contemptus:

Contumaces illos publice excommunicatos denuntiari mandat:

Item præcipit ut ad Sedem Apoſtolicam ſeſe perſonaliter conferant.

Datum Anagniæ Secundo Nonas Junii, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

URBA-

URBANUS IV.

Urbanus IV. anno 1261. die 29. Auguſti electus Summus Eccleſiæ Pontifex, coronatuſque die 4. Septembris, ſedit annos tres, menſem 1. dies 4. Mortem oppetit 6. Nonas Octobr. anno 1264.

Quas Gregorius IX. Baſilicam Vaticanam viſitantibus Indulgentias impertiit, ad Feſtum uſque Sancti Petri ad Vincula perpetuo prorogat.

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Tabul. Capſ. 1. Faſc. 1.

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis R. (a) Sancti Angeli Diacono Cardinali Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1263.

Vaticana Baſilica ceteris Urbis et Orbis Eccleſiis dignitate ſuper eminet.

QUanto Baſilica Apoſtolorum Principis Cæleſtis Regni clavigeri alias Urbis, & Orbis Eccleſias ſpecialis dignitatis Privilegio antecellit, tanto a nobis, utpote Eccleſiarum caput, & Mater, ac Sedes propria Apoſtolicæ dignitatis, Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentibus debet ſingularis prærogativa excellentiæ honorari, quæ velut ſingulare jubar, & ſpeculum in Orbis capite conſtituta, ab innumera multitudine Chriſti Fidelium frequentata viſitatione devota, convenit, ut viſitatoribus ſuis Cæleſtium Theſaurorum copioſæ multitudinis exhibeat largitatem. Hanc itaque Sacroſanctam Baſilicam felicis recordationis Gregorius Papa Nonus Prædeceſſor noſter cupiens congruis honoribus frequentari, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad eandem ſingulis diebus a Feſto Pentecoſtes uſque ad Octavas Feſti ipſius Principis, & Beati Pauli Apoſtolorum, cauſa devotionis acceſſerint, annuatim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Apoſtolorum ipſorum auctoritate confiſus, tres Annos, & totidem quadragenas de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxavit. Ut igitur Populus ad prælibatam Baſilicam confluens devotionis zelo ſuccenſus, acceptabilior reddatur Domino, Indulgentiam hujuſmodi uſque ad Feſtum B. Petri ad Vincula annis ſingulis prorogamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prorogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Quam Indulgentiam, Baſilicam viſitantibus Gregorius conceſſerat, confirmat, & extendit.

Datum apud Urbemveterem vii. Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

In eos qui Baſilicæ Vaticanæ Bona temere occultant aut clam detinent, poſt prævias admonitiones, pœnas indici demandat.

Ex Autogr. in Baſil. Vat. Tabul. Capſ. 8. Faſc. 14.

Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Archiepiſcopo Meſſanen. in Urbe commoranti; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1263.

SIgnificarunt nobis dilecti Filii Prior, & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorſus ignorant, diverſos redditus, decimas, cenſus, domos, terras, vineas, poſſeſſiones, libros, Apoſtolica privilegia, inſtrumenta publica, & quædam alia Bona ad dictam Baſilicam pertinentia temere occultare, & occulte detinere præſumunt in animarum ſuarum periculum, & dictæ Baſilicæ,

Gravia Vaticanæ Baſilicæ ex aliena iniquitate detrimenta.

(a) Nempe Riccardo Hannibaldenſi de Molaria, S. Angeli Diacono Cardinali, cui Alexander IV. an. 1254. Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyteratum detulit; quod tradit Jac. Grimald. in cit. Ms. Lib. de Archipresb. pag. 45. ubi & eumdem Riccardum annos XX. Archipresbyteratum tenuiſſe, declarat.

(a) Li-

Qui bona occulte detinent, aut revelare detrectant, publice monendi.

ſilicæ, non modicam læſionem. Quare iidem Prior, & Capitulum nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ſuper hoc paterna ſollicitudine ipſi Baſilicæ curaremus. Ideoque fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes hujuſmodi occultos detentores omnium prædictorum publice in Eccleſiis coram populo per te, vel per alium moneas, ut infra competentem terminum a te præfigendum eiſdem, ea dicta Priori, & Capitulo a ſe debita manifeſtent, & eis plenam, & debitam de hiis ſatisfactionem impendant. Alioquin in eos ſi poſt alium terminum peremptorium competentem, quem eis ad hoc duxeris præfigendum, monitis tuis in hac parte parere contempſerint, generalem excommunicationis ſententiam proferas, & eam facias ubi, & quando expedire videris uſque ad ſatisfactionem condignam ſollemniter publicari.

Monitionis termino expleto, excommunicati publice denuncientur.

Datum apud Urbem veterem iiii. Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

CLEMENS IV.

Ad Summum Pontificatum die 5. Febr. anno 1265. provectus eſt Clemens IV., ac die 22. ejuſdem menſis & anni coronatus. Eccleſiam adminiſtravit annos 3. menſ. 9. dies 25. Deceſſit 3. Kalend. Novembris anno 1268.

Super obligandis pro Carolo Siciliæ Rege Poſſeſſionibus Eccleſiarum; exceptis tamen Lateranenſi, Vaticana, aliiſque nonnullis Baſilicis; conſilium enixe poſtulat.

Ex Autog. in Vat. Baſil. Tabular. Capſ. 9. Faſc. 15.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis J. (a) Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, & M. (b) Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconis Cardinalibus; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1265.

Poſſeſſiones Eccleſiarum Urbis, pro gravi pecuniæ ſumma a Siciliæ Rege mutuo accipienda, obligantur.

POſt receſſum Venerabilis Fratris noſtri Avinionen. Epiſcopi, quem ad cariſſimum in Chriſto filium noſtrum C. (c) Illuſtrem Siciliæ Regem præmiſimus, conſilium cum Fratribus noſtris ac veſtris habuimus ſuper Eccleſiarum Urbis poſſeſſionibus obligandis pro mutuo, quod ſic, & non aliter Rex prædictus in Urbe poterat invenire (d); & ut ad finem conſilii veniamus, non ſine cordis amaritudine conceſſerunt, quod ſi ſcimus, aut firmiter credimus, quod dictum mutuum infra terminum de Decima ſolvi poſſit, obligemus pro Rege uſque ad centum milia librarum proven. (e) Eccleſiarum poſſeſſiones, exceptis Eccleſiis Lateran., & Sancti Petri, & Eccleſiis Cardinalium, & manualibus eorumdem, & Eccleſia Sancti Gregorii, & Hoſpitalibus. Set & in poſſeſſionibus Eccleſiarum aliarum, quas obligari promittunt, Caſtra earum non intelligunt, nec ipſas Eccleſias, nec domos earum, in quibus earum habitant ſervitores; expreſſe etiam caveatur, quod poſſeſſiones occaſione hujus mutui obligandæ pro nullo alio debito poſſint

Quæ nam Eccleſiæ excipiantur; & quæ obligationis conditiones.

(a) Litera ſingularis J. proculdubio ſignat Joannem Cajetanum Urſinum, S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconum Cardinalem ab Innocentio IV. renunciatum, & poſt obitum Joannis XX. alias XXI. qui Archipresbyteratum in Vaticana Baſilica ipſi detulerat; ad Summi Pontificatus Cathedram evectum ſub Nicolai III. nomine.

(b) Matthæum Rubeum Urſinum excipe, qui ab Urbano IV. in ſacrum Cardinalium Collegium adſcitus, & a Patruo ſuo Nicolao Tertio Archipresbyter S. Petri in Vaticano renunciatus, juxta Ciaconium to.2. col.164., an. Chriſti 1306. diem clauſit extremum.

(c) Nempe Carolum Andegavenſem, Siciliæ Regem hujus nominis Primum.

(d) Ducendi in Siciliæ Regnum exercitus, ad illud a Manfredi manibus vindicandum, Carolo Andegavenſi Clemens IV. poteſtatem fecit. Cum igitur novum ac legitimum Regem adverſus ſuam tyrannidem aſſurgere videret Manfredus, in ſummas anguſtias Eccleſiam redegit. Exhauſtum erat Pontificium ærarium, conſumptum bellis præteritis, tantumque etiam alieni æris ſuſceptum, ut ipſarum quoque Urbis Eccleſiarum poſſeſſiones pignori etiam ſubjicerentur: *Ecce*, inquit Pontifex in literis ad Simonem Tit. S. Cæciliæ Presbyt. Cardinalem, *pro ipſo Rege Siciliæ poſſeſſiones Eccleſiarum Urbis, exceptis S. Petri & S. Joannis Laterani, & Cardinalium Eccleſiis, & Hoſpitalium & Monialium, obligavimus uſque ad centum millia librarum proventum* (legen. *provenientium*) *ſi ea poterimus invenire, & exponemus Eccleſias magno periculo &c.* Adeas Raynaldum ad an. Chr. 1265. num. 21. & 22. unde iſta hauſimus.

(e) *Libram provenientem Senatus* in Ms. Oper. de Veron. pag. 155. noſter Jac. Grimald. commemorat, ejuſque valorem taxat ad ſcuta duo & obolos, alias *baj.* 50. Si ita eſt, ac tales eſſe cenſeantur libræ, de quibus hocce Diploma loquitur; facili negotio calculus ducitur, nimirum, centum millia librarum provenientium ſcutis Romanis argenteis 250000. ad amuſſim reſpondent.

(e) Nunc

poſſint a creditoribus retineri, ſive ab ipſo Rege, ſive a Romana Eccleſia aliquid aliud debeatur eiſdem; immo ſoluto hoc debito præciſè, & abſque omni dilatione, & diſfugio ipſi creditores eas reddere teneantur, & ſit licitum ipſis Eccleſiis, ſen earum Ychonomis auctoritate propria poſſeſſionem recuperare ipſarum, & ipſe Rex, & ejus Curia ad juvandas Eccleſias teneantur. Immo ad omnem poſſeſſorem alium ſine omni juris ordine ammovendum, & in hoc caſu adicitur, quod a Rege fiat omnis cautio, quæ convenienter poterit exigi ab eodem, quod poſſeſſiones ipſas liberet infra terminum, & hæc omnia ſuo juramento confirmet; & ſi, quod abſit, hoc juramentum ad quod præciſe tenebitur, non impleret, & ob hoc dictas poſſeſſiones, vel aliquam earum contingeret a creditoribus occupari, teneatur nihilominus dictas Eccleſias ſervare indempnes in omnibus, & eaſdem poſſeſſiones ipſis Eccleſiis reddere liberatas, & in poſſeſſionem vacuam eas reducere earumdem, & defendere reductas in ipſam. Quod ſi nulla nobis eſt ſpes, quod infra terminum dictum mutuum ſolvi debeat, & ſic omnino per conſequens poſſeſſiones ipſas ad manus pervenire oporteat Romanorum, ſunt qui non conſulunt, & ſunt qui conſulunt obligari; & qui non conſulunt, dicunt ita: Si Romani poſſeſſiones occupant, recuperandi imminet difficultas: Eccleſiæ deſertæ remanent, Clericis vel Monachis proventus ſolitos non habentibus; orietur commune ſcandalum: Ad Papam current miſeri, ut ab eo paſcantur. Dicunt iterum: Si procedit hoc mutuum, non diu durare poterit, nec per iſtud Regis poteſt ſatisfieri indigentiæ: Cum ergo conſumptum fuerit, eadem erit Regis neceſſitas, nec quicquam ei credent Romani, niſi eis Eccleſiarum arces immo, & noſtræ propriæ obligentur; & quicquid nunc poteſt, tunc poterit perdurante neceſſitatis articulo allegare; ſicque nunquam pacem habebit Eccleſia, quæ idcirco providit de decima, ut poſſet expenſarum honera evitare. Qui vero conſulunt ſimpliciter obligari, ſalva tamen reſtrictione prædicta dicunt, quod in neceſſitate hujuſmodi excedendus eſt omnis modus, & ſic providendum eſt Regi, ut venturus eventus ſoli Domino reſervetur; & ſi quid obicitur in contrarium, non ſolvunt aliter, niſi quod tanta neceſſitas lege caret, in qua modus eſt, modum penitus non ſervare. Alioquin cadit negocium, ruit Rex inclitus, & Romanam Eccleſiam in præcipitium ſecum trahit; vivendum eſt igitur quantum licebit vivere, & futuris temporibus Dñus providebit. Inter hæc angimnr, nec videmus conſilium utile, cum ex omni latere ſint anguſtiæ; quamquam ſit multis facile dicere, fiat fiat, & Papam ſolum ſequatur exitus difficultas, & præter periculum conſcientiæ, perpetua committetur infamia, quod ſit Eccleſiæ diſſipator. Vos igitur cariſſimi filii, quibus Deus omnipotens, & Pater Luminum intellectum tribuit luminoſum, veſtrum date conſilium; quod & Fratres veſtri nobiſcum expectant. Vidiſtis enim litteram Legati Franciæ Fratris veſtri, qui cum nos certos reddiderit, quod in tempus longum nil poteſt Regi mittere pro expenſis ſiquid ei ſolvendum imponimns, ſufficienter remanet excuſatus. Demum licet diſcretus ſit nuntius, quem tranſmittimus, quia tamen verba ſunt immobilia, quæ litteris commendantur, planum, & plenum veſtrum conſilium nobis reſcribere nullatenus ommittatis.

Cautio a Rege præſtanda.

Eorum qui contractum improbant,

Aliorum, qui probant, rationes.

In re ancipiti Fratrum conſilium poſtulat, atque expectat.

Datum Peruſii iii. Nonas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Nonnullas poſſeſſiones vendendi, ut inde quamdam Domum emere liceat, facultatem Vaticano Capitulo impertitur.

Ex Autogr. in Vat. Baſil. Tabulario Capſ. 12. Faſc. 20.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1266.

Tenor ſupplicationis a Capitulo S. Petri porrectæ.

Ex parte veſtra fuit nobis cum inſtantia ſupplicatum, ut vendendi quaſdam poſſeſſiones veſtras minus utiles, poſitas juxta Montem malum (a), quæ ſexdecim rubrorum ad plus ſeminis recipiunt quantitatem, & de pretio ipſarum emendi quamdam domum ſitam in Porticu Sancti Petri Baſilicæ veſtræ magis accomodam, licentiam vobis concedere curaremus. Cum autem venerabilis Frater noſter Epiſcopus Bethleemitan., cui duximus committendum ut veritatem inquireret, ſi hoc in ntilitatem ipſius

(a) Nunc *Monte Mario*, uti advertimus pag. 78. not. c.

Contractus utilitas.

ipſius Baſilicæ redundaret; invenerit, quod ex venditione, ac emptione hujuſmodi poteſt veriſimiliter utilitas eidem Baſilicæ provenire ſicut nobis retulit viva voce; nos ejuſdem relationi fidem plenariam adhibentes, ac volentes per hoc ejuſdem Baſilicæ commoditatibus provideri, veſtris ſupplicationibus inclinati, vendendi prædictas poſſeſſiones, & in emptionem dictæ domus ipſarum pretium convertendi, aliquo memoratæ Baſilicæ non obſtante ſtatuto, juramento, ſeu confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate vallato, plenam vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem; diſtrictius inhibentes, ne in aliquem alium uſum hujuſmodi prædictarum poſſeſſionum pretium convertatis. In noſtram enim offenſam cederet, ſi ſecus contingeret attemptari.

Annuit Pontifex, certis tamen ſub conditionibus.

Datum apud Urbemveterem vii. Kal. Maji, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Illicitas Bonorum vel jurium Monaſterii Sancti Martini in Montibus alienationes revocari mandat; Literis, Inſtrumentis, ac Beneplacito Apoſtolico nequaquam obſtantibus.

Ex Original. in Capſ. 13. Faſc. 288. Archiv. Baſilicæ Vaticanæ.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Abbati Monaſterii S. Siverii Urbevetan.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1266.

Jurium ac Bonorum Monaſterii multiplex alienatio Monaſterio noxia.

AD audientiam noſtram pervenit, quod tam Dilecti Filii Petrus Abbas, & Conventus Monaſterii Sancti Martini in Montibus prope Viterbium Ordinis Ciſtercien., quam Prædeceſſores eorum, decimas, terras, domos, poſſeſſiones, vineas, Prata, Paſcua, nemora, Molendina, redditus, jura, juriſdictiones, & quædam alia bona ipſius Monaſterii, datis ſuper hoc litteris, confectis exinde publicis inſtrumentis, interpoſitis juramentis, factis renuntiationibus, & pœnis adjectis, in gravem ejuſdem Monaſterii læſionem, nonnullis Clericis, & Laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad vitam, vel ſub cenſu annuo conceſſerunt; quorum aliqui ſuper hiis confirmationis litteras in forma communi a Sede Apoſtolica impetraſſe dicuntur. Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de oportuno remedio providere, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ea quæ de bonis ipſius Monaſterii per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite, vel diſtracta, non obſtantibus litteris, Inſtrumentis, juramentis, renunciationibus, pœnis, & confirmationibus ſupradictis, ad jus, & proprietatem ejuſdem Monaſterii legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

Alienationes revocari mandat.

Etiam adhibito cenſurarum remedio.

Datum Avinion. v. Id. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Berardum Vaticanæ Baſilicæ Canonicum, concordiæ ſequeſtrum conſtituit inter Senatum Populumque Romanum, & Carolum Siciliæ Regem.

Ex Reg. Primo Clementis IV. ſol. 62. apud Archiv. Apoſt. Vat.

*Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio, Nobili Viro Cicco (a) claræ memoriæ F.... * Regis Caſtellæ & Legionis Illuſtris, Urbis Senatori, Conſilio, & Communi Urbis ejuſdem; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.*

* Ferdinando.

AN. CH. 1267.

Maximum concordiæ bonum.

QUam ſit Urbi & Orbi utile, quam quod Deo pariter, & hominibus eſſe debeat & poſſit accepta, veſtra cum Cariſſimo in Chriſto Filio noſtro Carolo Illuſtri Regi Siciliæ firma concordia, perſuaſione non indiget, ut probetur: Ipſa enim ſerenitas exhibet, ipſa aperientibus oculos ſe oſtendit. Quo circa cum

aliqua

(a) Ita ſane habet harumce literarum exemplum, quod ex Archivo Apoſtolico Vaticano exhibitum nobis eſt. Verum pro *Cicco* legendum exiſtimamus *Henricum*, de quo Auctor Anonym. de Reb. Sicul. ap. Raynald. ad an. 1267. num. 16. ſic loquitur: *Concepit*

aliqua audiverimus, quæ inter vos, & ipſum poſſent non modicum ſcandalum ſuſcitare, quibus inter ipſa decet initia obviare; Dilectum Filium Berardum Canonicum Baſilicæ Sancti Petri, Cappellanum noſtrum (a) ad vos duximus deſtinandum, cui ſuper hiis, quæ vobis ex parte noſtra dixerit, indubitanter credatis; ſicque paternis beneplacitis coaptetis, quod pacis & concordiæ veri præbemini amatores, quibus nil Deo gratius, nihil ad Reipublicæ noſtræ Statum utilius eſſe poteſt.

Datum Viterbii vii. Kalendas Auguſti, Anno Tertio.

Sacras veſtes, & alia Bona Theſauri Vaticanæ Baſilicæ, oppignerari vel quovis pacto alienari prohibet.

Ex Vatic. Baſil. Tabular. Capſ. 8. Faſc. 14.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1267.

Immobilium Bonorum alienatio Baſilicæ noxia.

AD noſtrum pervenit auditum, quod veſtes ſacras, & alia bona caſſæ theſauri Baſilicæ veſtræ a vobis, vel aliquibus veſtrum ſæpe diſtrahi, obligari, vel alienari contingit in ipſius Baſilicæ non modicum detrimentum. Nos itaque debitum ſuper hiis remedium apponentes, vobis univerſis, & ſingulis ſub excommunicationis, & ſuſpenſionis portionum veſtrarum ejuſdem Baſilicæ pœnis, quas eo ipſo ex nunc illos incurrere volumus, qui ſecus attemptare præſumpſerint, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne de cetero aliquas de rebus dictæ caſſæ diſtrahere, obligare, vel in alium, ſeu alios transferre quovis alienationis genere aliquatenus attemptetis abſque ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de inhibitione hujuſmodi mentionem.

Ne in poſterum citra Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, quidquam diſtrahatur, prohibet, ac pœnas irrogat in refractarios.

Datum Viterbii Nonis Septembris, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Anathematis literas in Conradinum, Piſanos, Senenſes, eorumque fautores latas, ad S. Petri Baſilicæ, & aliarum Eccleſiarum januas promulgari demandat.

Ex Regeſt. 1. Clement. IV. fol. 69. ap. Archiv. Apoſt. Vatican.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Rectoribus Romanæ Fraternitatis (b); Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1267.

Excommunicationis ſententiam tranſmittit.

MIttimus vobis per latorem præſentium litteras, quas in octava Beati Martini tulimus contra Conradinum (c) quondam Frederici Romanorum Imperatoris Nepotem, Piſanos, & Senenſes, & fautores eorum: Diſcretioni veſtræ in virtute obedientiæ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus in Beati Petri, & aliis Urbis Eccleſiis, in januis in quibus hujuſmodi publicatio fieri conſuevit, per vos vel alios publicetis eaſdem; & quos per eas legavimus, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, pulſatis campanis & candelis extinctis, excommunicatos denuntietis, aut denuntiari publice faciatis.

Formam in ea promulganda ſervandam præſcribit.

Datum Viterbii vi. Kalendas Decembris, Anno Tertio.

In

concepit iſte (Henricus Urbis Senator) *ſimiliter odia contra prædictum* (Carolum) *Regem Siciliæ, cui gradu attinebat conſanguinitatis; & cum de Sicilia & ſuorum ſucceſſuum felicitate invideret, quærebat opportunitatem, ut eum per viam aliquam poſſet perenniter exterminare vel cædere, aut in regni poſſeſſione eundem Regem* (ſocium) *habere legitimum: & motum ſui animi fore juſtum* (putabat), *quando primum contra Manfredum inops, & jam ſubſtantia tenuis veniebat, aſſerebat, ſe non modicam pecuniæ quantitatem de proprio peculio mutuaſſe, quam dictus Rex ad fortunam veniens pinguiorem ſibi, ut bona fide ſpoponderat, reddere contemnebat.* Hæc libenter prænotari curavimus; cauſas enim diſcordiæ, quam Clementina Epiſtola commemorat, nedum aperiunt; verum etiam oſtendunt, tunc temporis Senatorem Urbis *Henricum*, non *Ciccum* fuiſſe appellatum; quod & alia præferunt documenta, præſertim ejuſdem Clementis IV. Epiſtola apud Raynaldum loco citato.

(a) *Capellanus* hoc in loco perinde eſt, ni fallimur, ac *Sacri Palatii*, ſeu *Rotæ Auditor*. Legeſis quæ prænotavimus pag. 105. not. *b*.

(b) De Rectoribus Romanæ Fraternitatis nonnulla præmonuimus ad Alexandri IV. Bullam Anagniæ editam 2. Non. Jun. Pontific. An. Sexto.

(c) Conradinum, quod Regis Siciliæ titulum uſurparet, a Clemente IV. fuiſſe anathemate innodatum, Eccleſiæ Annales declarant.

In eos, qui Bona Monaſterii Sancti Martini injuſte alienata detinent; ac in teſtes, qui veritatem fateri detrectant, excommunicationis ſententiam promulgari decernit.

Exſtat Originale in Archiv. Baſil. S. Petri Capſ. 13. Faſc. 288.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Priori Sancti Matthei de Suntia Viterbien.; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1268.

Bona Monaſterii illicite alienata, mandat reſtitui.

DIlectorum Filiorum Abbatis, & Conventus Monaſterii Sancti Martini in Monte Viterbien. Ciſtercien. Ordinis precibus inclinati, præſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea quæ de bonis ipſius Monaſterii alienata inveneris illicite, vel diſtracta, ad jus, & proprietatem ejuſdem Monaſterii legitime revocare procures: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

In contradictores, ac Teſtes, excommunicationis ſententiam decernit.

Datum Pictavis iv. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Caſalis de Florano venditionem Priori & Fratribus Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ de Urbe a Monaſterio S. Pauli factam, inſerto ejuſdem venditionis Inſtrumento, ratam habet & confirmat (a).

Ex Regeſt. III. Clementis IV. fol. 216. Ap. Archiv. Apoſt. Vat.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori & Fratribus Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ de Urbe, Ordinis Sancti Guillelmi; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1265.

Monaſterium S. Pauli partem Caſtri Rajani emit; ac loco pecuniæ, Caſale de Florano venditoribus tradit poſſidendum, conditione addita, ut niſi infra certum tempus redimatur, impune vendi poſſit.

CUM a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod dudum Dilecti Filii Abbas, & Conventus Monaſterii Sancti Pauli de Urbe, quandam partem Caſtri Rajani a quondam Petro Joannis Piczuti, & Jacobo de Capite, ac aliis de domo Vexoſorum, Civibus Romanis, quam iidem in ipſo Caſtro obtinebant, emerunt pro certa pecuniæ quantitate. Verum iidem pro ſolutione facienda dictis Civibus, hujuſmodi pecuniam non habentes, de licentia felicis recordationis Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri, Caſale de Florano (b) ad Monaſterium ipſum pertinens pro duobus milibus, & quingentis libris provenient., Civibus obligarunt eiſdem; ab eis ea conditione adjecta, quod niſi Caſale ipſum infra certum terminum iidem Abbas, & Conventus redimere procurarent, ex tunc liceret dictis Civibus dictum Caſale vendere pro ſuæ libito voluntatis. Porro præfati Abbas & Conventus, adveniente termino hujuſmodi, prædictis Civibus de præmiſſa quantitate pecuniæ ſatisfacere nequeuntes, piæ memoriæ Urbano Papæ prædeceſſori noſtro humiliter ſupplicarunt, ut vendendi vobis præfatum Caſale pro quatuor milibus libris provenient. (c), ſub certis pactis, & conditionibus eis concedere licentiam dignaretur. Dictus autem Urbanus prædeceſſor, eorundem Abbatis & Conventus precibus condeſcendens, hujuſmodi licentiam ſub certa forma per ſuas eis duxit litteras concedendam; quarum auctoritate Decanus dicti Monaſterii, & memorati Conventus, tam ſuo, quam ejuſdem Abbatis qui eis ſuper hiis totaliter commiſerat vices ſuas, ac ejuſdem Monaſterii nomine, ſæpedictum Caſale cum juribus, & pertinentiis

Conditione non impleta, Caſale venditur, prævio Apoſtolicæ Sedis beneplacito.

(a) Quod ex Caſalium diſtractione plura ſubierat incommoda Vaticanum S. Petri Capitulum, eidem Pius IV. Anno Domini 1564. univit Eccleſiam S. Balbinæ de Urbe, uti ex ejus Bulla ſuo loco producenda ſatis perſpicue conſtat. Mirum igitur non eſt, ſi præſens Clementis IV. Diploma huic operi inſerendum curavimus.

(b) Quo in loco poſitum Caſale iſtud, Inſtrumentum huic Bullæ aſſutum, infra deſignat.

(c) De Libris provenientibus, egimus ſupra.

(a) Caſa-

nentiis ſuis, vobis pro quatuor milibus libris provenientium vendiderunt, quibuſdam conditionibus interjectis, prout in Inſtrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos itaque veſtris, & Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Præneſtin., pro vobis in hac parte Apoſtolicæ Sedis gratiam implorantis, ſupplicationibus inclinati, venditionem hujuſmodi ratam, & gratam habentes, eam de certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem prædicti Inſtrumenti de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt. In nomine Domini Amen. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto indictione octava menſe Octobris die prima. Cum Abbas & Conventus Monaſterii Sancti Pauli de Urbe obligaverint Jacobo Capiti de Veczolis pro tertia parte; Joanni, Petro, Angelo, & Jacobino Fratribus, Filiis quondam Joannis Peccuti de Veczolis pro alia tertia parte; Petro, Andreæ, & Jannuccio Fratribus, filiis olim Semii de Veczolis, & legitimæ perſonæ ipſius Jannuccii pro eo pro alia tertia parte, ex auctoritate eiſdem Abbati, & Conventui conceſſa a Sanctiſſimo Patre Domino Alexandro olim Quarto Papa, totum & integrum Caſale de Florano, cum tenimento ſuo, & omnibus ſuis pertinentiis & utilitatibus, pro duobus milibus librarum, & quingentis librarum provenien., ſub ea, ab eis videlicet conditione adjecta, quod niſi hinc ad certum terminum in ipſo Inſtrumento expreſſum, dictis creditoribus ab ipſis Abbate, & Conventu prædicta pecunia ſoluta non eſſet; ex tunc liceret ipſis creditoribus Caſale ipſum vendere pro ſuo libito voluntatis, ut in Inſtrumento exinde confecto per Matthæum de Concha Scriniarium plenius continetur: & cum in feſto omnium Sanctorum vel circuitu proximo venturo hujuſmodi terminus compleretur, dictumque Caſale fere ſeptem milia librarum valeat, nec habeant unde illud poſſent redimere ſeu luere infra tam modici temporis brevitatem: Volentes ipſius Monaſterii utilitatibus providere, & futurum timentes periculum, ideoque in præſentia noſtri Joannis eorum Notarii & teſtium ſupraſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, Dominus Theodinus Decanus, & Monachus Venerabilis Monaſterii Sancti Pauli de Urbe, Dominus Joannes Romæ Camerarius, Dominus Albinus, Dominus Petrus, Dominus Franzonus Infirmarius, Dominus Theobaldus, Dominus Nicolaus, Dominus Egidius, Dominus Roffridus, Dominus Barnabas, Dominus Accurſus, Dominus Petrus Caſtelle, Dominus Petrus Tyburtinus, Dominus Jacobus de Prungia, Dominus Joannes Sanctæ Mariæ, Dominus Bartholomæus de Stampa, Dominus Paulus, Dominus Symeon Joannis, Dominus Raynaldus Buckimanni; Dominus Taddeus, Dominus Franciſcus, Dominus Joannes Paccus, Conventus & Monachi dicti Monaſterii, pro ipſo Monaſterio, & ejus nomine, & nomine Venerabilis Patris Domini Frederici, Abbatis præfati Monaſterii, qui vices ſuas commiſit Decano, & Conventui præfatis ipſius Monaſterii ſuper venditione Caſalis de Florano facienda Priori, & Conventui Sanctæ Balbinæ, ac etiam obliganda Bona ipſius Monaſterii S. Pauli, ut de ipſa commiſſione facta a dicto Domino Abbate prædictis Conventui, & Decano apparet publicum Inſtrumentum, ſcriptum per Guidonem Raynerii Tudini Notarium, de quo viſo & lecto mihi Notario conſtitit; promittentes dicti Decanus, Monachi, & Conventus Domino Bartholomæo Priori Sanctæ Balbinæ de Urbe, Ordinis Sancti Guillelmi, nomine ipſius Eccleſiæ S. Balbinæ, & pro ea ſe facturos & curaturos quod dictus Dñus Abbas nomine ipſius Monaſterii hunc contractum & omnia, & ſingula infraſcripta ratificabit, acceptabit, & confirmabit cum omnibus ſuis tenoribus, & cuncta faciet ſufficienter de jure ad ſenſum ſapientis dicti Prioris ex poteſtate & licentia, ipſis Abbati, & Conventui conceſſis a Sanctiſſimo Patre Domino Urbano Papa IV. ſuper venditione infraſcriptarum rerum facienda, ſicut in litteris ipſius Sanctiſſimi Patris Domini Urbani IV. Bulla ejus plumbea munitis, plenius continetur, quarum litterarum tenor inferius continetur: Præſente quoque Fratre Floraſio de Ordine Minorum, Domini Papæ Cappellano, cui adminiſtratio & cura ipſius Monaſterii gerenda, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ab ipſo Domino Papa eſt commiſſa, & præſtante etiam ipſo Fratre Floraſio ſuum aſſenſum in omnibus infraſcriptis, & ſingulis, & de ipſius Fratris Floraſii licentia atque verbo, quarum litterarum ab ipſo Domino Papa dicto Fratri Floraſio directarum tenor inferius deſignatur: eorum bona voluntate, & ex certa ſcientia vendiderunt, & venditionis titulo dederunt, & conceſſerunt prænominato Domino Bartholomæo Priori Sanctæ Balbinæ de Urbe, Ordinis S. Guillelmi, nomine ipſius Sanctæ Balbinæ, & ad ejus opus, & utilitatem, videlicet, unum Caſale quod vocatur Floranum cum Caſtello, Turri, Palatio, Domibus, Caſis, Ædificiis, Caſilinis (a), Caſſa-

Venditionem favore Monaſterii S. Balbinæ factam confirmat.

Tenor Inſtrumenti.

Quibuſnam, & pro qua pecuniæ ſumma, Caſale de Florano fuerit hypothecatum.

Quænam conditio fuerit apposita; quæ tamen non impletur.

Monachorum S. Pauli conſenſus pro Caſalis venditione.

Accedit Abbatis voluntas.

Fit mentio Apoſtolici beneplaciti.

Annuit Monaſterii adminiſtrator.

Venditio perficitur.

(a) Caſalinum, Du-Cangii judicio, eſt locus ubi caſæ ædificatæ fuerunt, aut ædificari poſſunt.

(a) Vox

Quidquid venditio prædio conjunctum eſt, comprehenditur.

Caſſaro (a) & quibuſcumque aliis Ædificiis ibidem poſitis, & ejus circuitu, & cum toto, & integro ſuo tenimento adjacenti ſeu pertinenti dicto Caſali, cum loco ſeu Caſali, quod dicitur Caſtilion., & cum omnibus Terris ſpectantibus ad ipſum Caſtellion., & cum terris cultis, & incultis, ſilvis, Sodis, Pratis, Pratarinis, Paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, cum arboribus fructiferis, & infructiferis, & introitibus, & exitibus eorum, & omnibus ſuis uſibus, utilitatibus, & pertinentiis ad prædicta. Quæ omnia poſita ſunt extra Portam Sancti Pauli, ſive Portam Appiam inter hos fines; a primo latere eſt tenimentum quod fuit Sancti Clementis, & tenimentum Hoſpitalis Lateranenſis, & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Novæ, & Palumbarium Sancti Gregorii media ſtrada; a ſecundo Eccleſia Sanctæ Mariæ Majoris, & filii Petri Bartholomæi, & Eccleſia Sancti Thomæ de Formis; a tertio eſt poſſeſſio Sancti Filiari, & Eccleſia Sanctæ Priſcæ, foſſato de Filiari medio, & dicta Eccleſia Sancti Thomæ; a quarto Dominus Joannes Caſtellanus, & Eccleſia Sancti Laurentii Paniſperne media ſtrada, & tenimentum Palumbariæ, vel ſi alii ſunt fines: & per Magiſtrum Joannem Romanuccii ſubſcriptum teſtem, & dictum Donnum Joannem Romæ, Camerarium, & per alterum eorum, ſive alios, quos & quemlibet eorum inſolidum ad hæc ſpecialiter Procuratores conſtituerunt, dictum Fratrem Bartholomæum Priorem nomine Eccleſiæ prælibatæ Sanctæ Balbinæ inveſtiri, & in corporalem poſſeſſionem induci juſſerunt de rebus prædictis venditis; & donec idem Prior nomine ipſius Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ, & Fratres ejuſdem Eccleſiæ pro ea dictarum rerum venditarum corporalem poſſeſſionem adepti fuerint, conſtituerunt ſe iidem Monachi, & Conventus, nomine dicti Prioris, & Fratrum Sanctæ Balbinæ pro ipſa Eccleſia, & ipſius Eccleſiæ nomine tenere & poſſidere, quarum rerum poſſeſſionem apprehendendi auctoritate propria eidem Priori pro dicta Eccleſia S. Balbioæ, liberam poteſtatem conceſſerunt, ſalvis pactis, tenoribus & conditionibus infraſcriptis. Et dederunt, conceſſerunt, ceſſerunt, & mandaverunt prædicti Decanus, & Conventus nomine dicti Monaſterii Sancti Pauli prædicto Priori nomine dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ omne jus, omnemque actionem, quod, & quam prædictum Monaſterium Sancti Pauli, & ipſi nomine ipſius Monaſterii habent, vel habere poſſent in prædictis, & pro prædictis rebus venditis, & earum occaſione contra quamcumque perſonam, & locum quocumque modo, jure, & cauſa, ſalvis tamen pactis, tenore, & conditionibus infraſcriptis. Et promiſerunt dicti Monachi & Conventus, nomine dicti Monaſterii, & pro eo Priori am dicto, nomine dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ, quod dictæ res venditæ nulli alii perſonæ, Univerſitati, vel loco ſunt datæ, conceſſæ aliquo modo, vel alienatæ, nec aliquis contractus, vel quaſi contractus de eis factus eſt in totum vel in partem, niſi obligatio facta Veczolis, ut ſuperius eſt narratum: Qui ſi apparuerint, & propterea, vel etiam propter dictam obligationem, vel ejus occaſiooe, vel quocumque alio modo de jure in damnum idem Prior pro dicta Eccleſia, & ipſa Eccleſia Sanctæ Balbinæ venerint, vel expenſas fecerint, ſeu dictæ res venditæ in totum, vel in partem evictæ fuerint, ſecundum quod in jure verbum evictionis ſonat; omne damnum eiſdem Priori pro dicta Eccleſia Sanctæ Balbinæ reddere & reſtituere, & omnes expenſas reſarcire, & reddere promiſerunt, etiam in ipſo litis initio, & ante cauſam inceptam, ſeu ſententiam latam, vel poſt ipſum judicium finitum, & in qualibet parte ipſius judicii; & ipſum Priorem pro ipſa Eccleſia Sanctæ Balbinæ indemnem conſervare: de quibus damnis, & expenſis fuit actum, & conventum inter partes ipſas, quod ſtari, & credi debeat ſimplici verbo Prioris, & Fratrum dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ, qui per tempora ibi erunt, ſine ſacramento, & alio onere probationis. Pro quibus omnibus prædictis, & infraſcriptis, & ſingulis obſervandis, & adimplendis prædicti Monachi, & Conventus pro Monaſterio jam dicto obligaverunt, & pignori poſuerunt præfato Priori pro dicta Eccleſia Sanctæ Balbinæ omnia bona dicti Monaſterii, habita & habenda, & ea per ipſum Priorem nomine ipſius Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ jure pignoris ſe conſtituerunt poſſidere, & precario recognoverunt ab eo. Quæ bona obligata, fuit actum, & conventum inter ipſas partes, quod liceret ipſi Priori pro dicta Eccleſia Sanctæ Balbinæ propria auctoritate, & ſine alicujus Curiæ proclamatione intrare, tenere, poſſidere, vendere, alienare quouſque de indemnitate damnorum, & expenſarum ac etiam ipſa evictione eſſet integre ſatisfactum. His pactis, tenoribus, & conditionibus in hoc contractu & traditione, de communi voluntate ipſarum partium incontinenti appoſitis & adjectis, videlicet quod

Fines deſignantur.

Liberum ſit Priori Monaſterii S. Balbinæ, poſſeſſionem Fundi pro libito adire.

Venditores ad evictionem, atque ad damna ſarcienda, ſeſe obſtringunt.

Conditiones contractui appoſitæ.

(a) Vox *Caſſarum* occurrit in Chronico Piſano Ughelliano, & in etruſco obtinet idiomate. Ejus notionem Academ. Cruſc. ita deſignat. *Recinto di mura interno alla Rocca, o nel più alto della Terra.*

(a) Quo-

quod ipſi Prior, & Fratres Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ, nomine ipſius Eccleſiæ teneantur ipſum Caſale Floranum cum omnibus prædictis rebus, & tenimentis vendere, & poſſeſſionem tradere Abbati, Conventui, & Monachis præfati Monaſterii Sancti Pauli pro ipſo Monaſterio, quandocumque Abbas, & Conventus ipſius Monaſterii S. Pauli cum effectu ſolverint Priori, & Fratribus Sanctæ Balbinæ, qui per tempora ibi fuerint, quatuor milia librarum provenien. Senatus, & quandocumque ſuper ipſa revenditione facienda prædictarum rerum ipſi Prior, & Fratres dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ fuerint requiſiti a prædictis Abbate, Conventu, & Monachis Monaſterii antedicti pro ipſo Monaſterio, ſeu a perſona legitima dicti Monaſterii. Quæ omnia prædicta, & infraſcripta dictus Prior nomine ſuo, & Fratrum dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ pro dicta Eccleſia S. Balbinæ promiſit antedictis Decano, Monachis, & Conventui pro dicto Monaſterio attendere, obſervare ac etiam adimplere, & etiam facere, & curare, quod Fratres dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ prædicta omnia, & etiam infraſcripta promittere, attendere, obſervare, adimplere, & rata & firma habere, & contra non venire, & promittent, quod tempore dictæ revenditionis Prior, & Fratres dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ, quod ipſas res in totum, vel in partem non alienarint, nec contractum, vel quaſi contractum cum aliqua perſona, univerſitate, vel loco fecerint, & curam inde de facto Prioris, & Fratrum ipſius Eccleſiæ, & facto ipſius Eccleſiæ tantum ſuper hiis facient de jure ſufficientem ad ſenſum ſapientis ipſius Monaſterii ſine malitia. Item fuit actum, & conventum inter dictas partes, quod ſexta pars poſſeſſionum ſeu proventuum dicti Caſalis de Florano, & dictarum rerum venditarum in ſignum dictæ conditionis reſervetur ſecundum Domini Papæ tenorem ſcriptarum litterarum Domini Papæ; quam ſextam partem poſſeſſionum ſive proventuum prædictarum rerum ipſi Decanus, Monachi, & Conventus pro ipſo Monaſterio, & ipſi Monaſterio reſervarunt in ipſa venditione, & tempore ipſius venditionis, ita quod per prædicta & infraſcripta, quantum ad ipſam ſextam partem, nullum ipſi Monaſterio præjudicium generetur, quod etiam ipſæ partes acceptaverunt, & voluerunt. Item fuit actum & conventum inter dictas partes in continenti, & in ipſo contractu, quod ſi Prior, & Fratres dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ requiſiti fuerint ab Abbate, Conventu, & Monachis dicti Monaſterii, vel legitima perſona ipſius Monaſterii pro eo, & nollent ipſam ſolutionem quatuor milia librarum provenien. recipere, & ipſam revenditionem facere, & Prior & Fratres ipſius Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ vocati coram judice Eccleſiaſtico, & compellati quod ipſam pecuniam tunc oblatam reciperent, & recipere nollent, expectati ſpatio duorum menſium a tempore dictæ compellationis, & de hiis appareat publicum inſtrumentum per bonum, & legalem Scriniarium ſcriptum; quod ex tunc, facta ipſius pecuniæ depoſitione, & conſignatione in ædem ſacram, liceat Abbati, & Conventui dicti Monaſterii pro ipſo Monaſterio eorum propria auctoritate, & ſine Curiæ proclamatione, & juris dicti Monaſterii læſione, poſſeſſionem & tenutam ipſarum rerum venditarum intrare, tenere, uti & frui, exceptione aliqua non obſtante, & de eis facere velle eorum. Et promiſerunt dicti Decanus, Monachi & Conventus nomine prælibati Monaſterii dicto Priori, nomine dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ, ſe facturum, & curaturum quod Capitoczius & Bartholomæus, filii olim Jacobi de Capite de Vexolis, ut Filii, & heredes dicti eorum Patris inſolidum; & Joannes, Petrus, Angelus, & Jacobinus, filii quondam Joannis Piczuti de Veczolis, Petrus, Andreas, & Jannutius, filii olim Semii de Veczolis, & legitima perſona dicti Jannutii, quibus ipſæ res obligatæ ſunt, pro certa pecuniæ quantitate ipſi venditioni conſentient, & renuntiabunt, & refutabunt omne jus, quod in ipſo Caſali, & rebus prædictis habent, vel habere poſſent quocumque modo, jure, vel cauſa, & ex quocumque contractu, & cavebunt de facto eorum, & ſuorum anteceſſorum, nulla eis facta reſervatio, & curam & cautelam facient de jure ſufficientem, & reddent etiam omnia inſtrumenta, & litteras Domini Papæ, quæ & quas ipſi Veczoli habent pro ipſis, & de ipſis rebus, & eorum occaſione. Et promiſerunt dicti Decanus, Monachi, & Conventus Monaſterii prælibati, nomine ipſius Monaſterii, Priori prædicto pro ipſa Eccleſia Sanctæ Balbinæ dare octo fidejuſſores vel decem, qui fidejuſſerint nomine, & animo donantum promittant ipſi Priori pro dicta Eccleſia Sanctæ Balbinæ ſe facturum & curaturum, quod Abbas, & Conventus jam dicti Monaſterii prædicta omnia & infraſcripta attendent, obſervabunt, adimplebunt, & contra non venient, ſalvis pactis & tenoribus ſupraſcriptis, & etiam ipſum Priorem pro dicta Eccleſia, & ipſam Eccleſiam indemnem & ſine expenſis conſervare de ipſa venditione, & ejus occaſione; & pro hiis etiam obligabunt bona eorum, & curam ſufficientem facient memorato Priori Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ pro ipſa Eccleſia de jure ſufficientem prædictam

Conditiones acceptantur.

Alia conditiones apponuntur, atque probantur.

Eorum qui in Bona vendita jus habent, accedat aſſenſus.

Contractus initus, Fidejuſſoribus firmatur.

dictam venditionem: & quæ dicta ſunt prædicti Decanus, Conventus & Monachi nomine Monaſterii prælibati, de licentia dicti Domini Abbatis, & de conſenſu & voluntate dicti Domini Fratris Floraſii fecerunt nominato Priori S. Balbinæ nomine ipſius Eccleſiæ pro pretio quatuor milium librarum provenien. Senatus, de quo pretio dictus Prior nomine ipſius Eccleſiæ S. Balbinæ promiſit Decano, Conventui & Monachis jam dictis pro Monaſterio antedicto ſolvere eis, vel alii perſonæ pro dicto Monaſterio duo milia librarum & quingentas libras provenien. Senatus tunc & eo tempore, quando ſolutio fiet prædictis Veczolis quibus ipſæ res venditæ obligatæ ſunt, vel quod ipſa quantitas duorum milium quingentarum librarum provenien. Senatus deponatur pro ſolutione facienda prædictis Veczolis creditoribus, in aliam cauſam expendi vel negari non poſſit, dum tamen ſi contigerit, ſolutionem de ipſa quantitate prænominatis Veczolis fieri, ut dictum eſt, tunc ipſi Veczoli renuntient & refutent omne jus eis competens in rebus prædictis venditis & conſentient ipſi venditioni, & de ſuorum facto & ſuorum anteceſſorum caveant & promittant. Et etiam promiſit dictus Prior Sanctæ Balbinæ prædicto Decano, Conventui & Monachis, nomine dicti Monaſterii, alias mille quingentas libras provenien., reſiduas de dicto pretio quatuor milium librarum provenien., Guardiano Fratrum Minorum de Urbe, & Priori Fratrum Prædicatorum de Urbe totaliter aſſignari pro ejuſdem recuperatione Caſalis, in aliquo tuto loco, de quo ipſis Guardiano, & Priori videbitur, fideliter deponendas, & Abbati, & Conventui prædicti Monaſterii nullo unquam tempore aſſignandas ſine mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali: Hiis pactis & tenoribus incontinenti de voluntate utriuſque partis appoſitis & addiectis; quod ſi dicta ſolutio, vel depoſitio duorum milium librarum, & quingentarum librarum provenien. & alia depoſitio mille quingentarum librarum provenien. fiet, ut dictum eſt, uſque in ſeptimo die futuri Menſis Novembris, prædicta venditio valeat & robur obtineat firmitatis; alioquin ipſæ res venditæ ſint inemptæ, & ad dictum Monaſterium Sancti Pauli libere revertantur, & ad ipſum Monaſterium remaneant pleno jure, prædictis & infraſcriptis nequaquam obſtantibus. Quam venditionem, & omnia & ſingula ſupradicta prælibati Decanus, Conventus & Monachi antedicti pro eis, & eorum ſucceſſoribus, & nomine dicti Abbatis pro memorato Monaſterio, & ejus nomine ſtipulatione ſolemni promiſerunt Priori ſæpedicto, nomine dictæ Eccleſiæ Sanctæ Balbinæ attendere, obſervare, defendere, & adimplere, rata & firma habere, & contra non venire, ſub obligatione bonorum dicti Monaſterii & ſub pœna dicti pretii dupli. Et dictus Prior pro ſe & Fratribus ipſius Eccleſiæ, eorumque in dicta Eccleſia ſucceſſoribus ſub obligatione bonorum ipſius Eccleſiæ promiſit nominatis Decano & Conventui nomine Monaſterii antedicti, & pro ipſo Monaſterio prædicta pacta & conventiones, tenores & alia ab ipſo Priore præmiſſa, & conventa dictis Decano & Conventui, nomine præfati Monaſterii omni tempore attendere, obſervare, adimplere, & contra non venire ſub pœna prædicta & pœna ſoluta vel non. Hæc cartula, & prædicta & ſingula in ſui firmitate permaneant. Tenor dictarum litterarum Domini Papæ talis eſt: Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati, & Conventui Monaſterii Sancti Pauli de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod vos olim a Petro Joannis Pizuti, & quondam Jacobo de Capite ac aliis de domo Veczoſorum civibus Romanis, partem quam iidem Cives habebant in Caſtro Rajani, emiſtis pro quadam pecuniæ quantitate; & cum non haberetis præ manibus, unde totam pecuniam hujuſmodi ſolveretis, tandem pro duobus milibus libris & quingentis libris provenien. Caſale de Florano ſitum in Territorio Urbis, ad veſtrum Monaſterium pertinens, de licentia felicis recordationis Alexandri Papæ Prædeceſſoris noſtri, dictis civibus obligaſtis ſub ea videlicet a vobis adjecta conditione, quod niſi uſque ad certum terminum in Inſtrumento ſuper hoc confecto expreſſum, prædictum Caſale redimeretur a vobis, ex tunc liceret eiſdem Civibus Caſale ipſum vendere pro ſuæ libito voluntatis. Unde nobis humiliter ſupplicaſtis, ut cum in Feſto omnium Sanctorum proximo venturo hujuſmodi terminus compleatur, dictumque Caſale fere ſeptem milia librarum provenien. valeat, nec habeatis unde illud poſſitis redimere infra tam modici temporis brevitatem; vobis vendendi Caſale ipſum cum juribus & pertinentiis ſuis pro pretio competenti Dilectis Filiis Priori, & Conventui Sanctæ Balbinæ de Urbe, Ordinis Sancti Guillelmi, præſertim cum inter vos, & eoſdem Priorem & Conventum expreſſe ſit actum, quod ipſi Caſale prædictum pro eodem pretio, quo illud emerint, vel quandocumque ipſos ſuper hoc requiſiveritis, vendere teneantur, & ſexta pars poſſeſſionum ſive proventuum dicti Caſalis in ſignum conditionis hujuſmodi referveṫur; cum etiam vos pro reſtitutione dicti pretii de Rajano, de Marcellin. de Sancta Maria Montis Dominici, de Curcorulo, de Paxarano,

Venditionis pretium taxatur.

Quo tempore, & quibus pecunia ſolvenda.

Solutionis conditionibus non purificatis, contractus diſſolvitur.

Reciproca contrahentium obligatio.

Literarum Apoſtolicarum tenor inſeritur.

Paxarano, & Sancto Victorino Caſtrorum fructus duxeritis deputandos, licentiam concedere dignaremur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, præmiſſis veris exiſtentibus, hujuſmodi licentiam tenore præſentium elargimur: Volentes, ut pecunia, quam ultra ſummam duorum dictorum milium & quingentarum librarum præfatos Priorem, & Conventum ſolvere pro hujuſmodi venditione continget, Dilectis Filiis Priori Fratrum Prædicatorum, & Guardiano Fratrum Minorum de Urbe totaliter aſſignetur pro ejuſdem recuperatione Caſalis, in aliquo tuto loco, de quo eis videbitur, fideliter deponenda, & vobis nullo unquam tempore aſſignanda ſine mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Datum apud Urbem veterem octavo Idus Septembris, Pontificatus noſtri Anno Quarto. Tenor litterarum Domini Papæ directarum Fratri Floraſio talis eſt: Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Fratri Floraſio Ordinis Minorum Cappellano noſtro; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum nuper contra Fredericum Abbatem Monaſterii Sancti Pauli de Urbe ſuper quibuſdam exceſſibus, de quibus infamia maniſeſta notatur, inquiſitionem ex officio noſtro fieri fecerimus diligentem; Nos indemnitati ejuſdem Monaſterii, ne pendente hujuſmodi inquiſitionis negotio Monaſterium ipſum in ſpiritualibus, vel temporalibus incurrere valeat detrimenta, providere volentes; quia de circumſpectione tua plenam in Domino fiduciam obtinemus, tibi curam & adminiſtrationem ipſius Monaſterii tam in ſpiritualibus quam in temporalibus præſentium auctoritate committimus gerendam a te uſque ad noſtræ beneplacitum voluntatis. Ideoque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad prædictum Monaſterium te perſonaliter conferens, curam & adminiſtrationem hujuſmodi prudenter geras, & ſalubriter ac efficaciter exequaris: Ita quod idem Monaſterium ſub tua vigilantia gratis, tribuente Domino, conſurgat augmentis. Nos enim ſententiam, quam rite tuleris in rebelles, de quo tibi plenam concedimus tenore præſentium poteſtatem, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatiſfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter obſervari. Datum apud Urbem veterem xvi. Kalend. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Tertio. Actum in Urbe apud Monaſterium Sancti Pauli. Dominus Thomas de Oderiſiis Judex Teſtis, Dominus Petrus Coſolini Judex Teſtis, Magiſter Joannes Rom. Domini Papæ ſcriptor teſtis, Gratianus ſcriniarius teſtis, Bonus de Vicentia Teſtis, Jannicellus de Apingia Teſtis, Jacobus Cocus teſtis. Ego Joannes Coni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Scriniarius prædictis interſui, & ea rogatu partium prædictarum in publicam formam ſcripſi & redegi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Aliæ inſeruntur Apoſtolicæ literæ, quibus Monaſterii S. Pauli Adminiſter deſignatur.

Teſtium, qui contractui interfuerunt, nomina.

Datum Viterbii ii. Kalendas Aprilis, Anno Quarto.

B. GREGORIUS X.

Anno æræ Chriſtianæ 1271. Kalendis Septembris B. Gregorius X. in Romanum Pontificem electus fuit; die vero 27. Martii inſequentis anni 1272. coronatus: Ad Superos evolavit 4. Idus Januarii anno 1276., poſtquam in Pontificatu annos 4. menſes 4. dies 10. a die electionis; a die ſuſcepti Apoſtolatus, qua ſcilicet aſſenſum electioni præbuit, annos 4. menſes 2. dies 14; a die autem conſecrationis, annos 3. menſes 9. dies 14. exegiſſet.

Jeſu Chriſti Imaginem, quæ Veronica dicitur, Verdæ Comitiſſæ de Lumello oſtendi mandat.

Ex Autogr. in Baſil. Vatic. Archivo Capſ. 5. Faſc. 10.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1272.

Venientia ex devotionis zelo vota ſalutaria dilectæ in Chriſto Filiæ, nobilis mulieris Verdæ Comitiſſæ de Lumello favore Apoſtolico proſequentes, univerſitati veſtræ præſentium tenore mandamus quatinus eidem Comitiſſæ ad Urbem perſonaliter

naliter accedenti, ac perſonis in ſocietate ſua exiſtentibus, Effigiei Sacræ Dominicæ Sudarium, quando inde fueritis requiſiti, cum ea qua decet reverentia liberaliter oſtendatis, ut ſua proinde devotio augeatur, & Dei beneplacitis ſtudeat promptius adhærere.

Datum apud Urbemveterem xiii. Kal. Novembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Privilegia & exemptiones, quas Romani Pontifices, Reges, ac Principes Monaſterio S. Martini de Monte pridem conceſſerant, innovat, & confirmat.

Extat Original. in Capſ. 13. Faſc. 288. Archiv. Baſilicæ S. Petri.

Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati, & Conventui Monaſterii Sancti Martini in Monte Viterbien. Ciſtercien. Ordinis; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1274. CUM a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris juſtis ſupplicationibus inclinati, omnes libertates, & immunitates a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus per privilegia ſeu alias indulgentias vobis, & Monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum, a Regibus, & Principibus (a), & aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis indultas, ſicut eas juſte, ac pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni xvi. Kal. Januarii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

JOANNES XX., *dictus* XXI.

Poſt obitum Innocentii V. & Hadriani itidem V., qui breviſſimum Pontificatum geſſerunt, die 16. Septembris anno 1276. Joannes XX. dictus XXI. ſufficitur, ac quatriduo poſt coronatur. Eccleſiæ præfuit menſes 8. Ex hac vita migravit die 16. Maji anno 1277.

Archipresbyteri dignitatem in Vaticana Divi Petri Baſilica Joanni Sancti Nicolai Diacono Cardinali defert, eumque privilegiis cumulat.

Ex Autogr. apud Archivum noſtrum Capſ. 7. Faſc. 12.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio I.. (b) S. Nicolai in Carcere Tullian. Diacono Cardinali Archipresbytero Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1276. INter Univerſas Orbis Eccleſias, quibus nos prætulit benigna clementia Salvatoris, Venerabilem Principis Apoſtolorum de Urbe Baſilicam, favoris prærogativa reſpicimus, & amoris proſequimur privilegio ſingularis, circa illam ſollicitæ conſiderationis intui-

(a) Quorumnam Regum vel Principum Diplomata Gregorius intelligat, ſi unum Othonis IV. Privilegium excipias, ignoramus. Satis vero ſplendidum eſt ac lucilentum Othonis monumentum, quod ejus Sigillo ceræ rubræ impreſſo munitum, in Tabularii noſtri Capſ. 11. Faſc. 18. ſervatur. Hæc Diplomatis ſumma: Monachos qui Monaſterium S. Martini inhabitabant, præcipuo Religionis excolendæ ſtudio commendatos, eorumque bona univerſa, cum præſentia, tum futura, mobilia ac immobilia, a gravaminibus ac moleſtiis eximit quibuſcumque. Prodiit Diploma Innocentii III. ætate, atque hac temporis nota appoſita, clauditur: *Actum anno Dominicæ Incarnationis* 1209. *Datum vero in Caſtris prope Inſulam, nonis Octobris, Indict. xiii.* Ex loci vicinia, ac belli circumſtantiis licet ſuſpicari, Othonem ad ipſum Monaſterii locum accedere potuiſſe. Quam enim nominat Inſulam, Farneſiam, quæ & hodie Inſulæ donatur nomine, poſſumus interpretari; cumque eo tempore quo bellum gerebat, Privilegium excuderit, non ſemel Viterbium acceſſerat, Urbem expugnaturus. Conſulenda Buſſii Hiſtoria part. 1. pag. 114. ad an. Chriſti 1210.

(b) Nimirum Joanni Cajetano Urſino, Matthæi Filio, qui

In Baſilica S. Petri, quæ ceteras majoritatis gradu antecedit Eccleſias, idoneus Archipresbyter deſignandus.

intuitum dirigentes, ut pacifici ſtatus & proſperi plenitudine gratuletur, divini cultus in illa exercitium ferveat, & ipſa miniſtrorum polleat honeſtate, ut quemadmodum majoritatis gradu ceteras antecedit, ſic decore virtutum, & ſanctitatis operibus antecellat; quod tunc efficacius poterit auctore Domino provenire, cum eamdem Baſilicam Rectoris ydonei providentia gubernabit. Attendentes itaque notæ nobis, non incognitæ Mundo tuæ magnitudinem bonitatis, quæ a teneris annis de virtutum creſcentium meritis continua famæ incrementa ſuſcepit, quodque Dator bonorum omnium te illius circumſpectionis eminentia inſignivit, quod noveris recenſere præterita, præſentia prudenter diſponere, ac futura conſultius prævidere; & propter hoc confidenter onus curæ ipſius Baſilicæ quæ tuo dinoſcitur indigere regimine, tuis robuſtis humeris grandiora perferre ſolitis imponentes, Archipresbiteratum ejuſdem Baſilicæ cum omnibus jurisdictionibus, juribus, & pertinentiis ſuis, qui nuper in eadem Baſilica per obitum bonæ memoriæ R. (a) Sancti Angeli Diaconi Cardinalis Archipresbiteri Baſilicæ ſupradictæ vacavit, tibi conferimus, & providemus etiam de eodem. Decernentes irritum, & inane, ſi ſecus de ipſo contigerit attemptari: Non obſtante, quod in Eboracen., Sueſſionen., & Laudunen. Eccleſiis Præbendas obtines, quodque Sanctorum Laurentii & Damaſi, & Sancti Criſogoni de Urbe Eccleſiæ, cum Capellis ſubjectis eiſdem, tuæ ſollicitudini ſunt commiſſæ. Ac nichilominus devotioni tuæ, ut ad ſuſceptionem Sacerdotalis Ordinis minime tenearis, quodque prædictum Archipresbiteratum una cum S. Nicolai in Carcere Tullian. ac ceteris Eccleſiis, Capellis, Præbendis, ſeu Beneficiis ſupradictis, quibus, vel quarum aliquibus cura forte imminet animarum, libere valeas retinere; generalis Concilii, & qualibet alia Conſtitutione contraria non obſtante, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ collationis, proviſionis, conſtitutionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Joannis Cardinalis Urſini egregias virtutes commendantur.

Hunc in Archipresbyterum eligit.

Ceteris, quas poſſidebat, Præbendis, Eccleſiis, ac Beneficiis nequaquam obſtantibus.

Bullæ adjicit firmitatem.

Datum Viterbii xv. Kalen. Novembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Joanni Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali, Archipresbyteratus dignitate in D. Petri Baſilica, atque amplioribus ſupra alios Archipresbyteros privilegiis aucto, obſequium & obedientiam a Canonicis impendi jubet.

Ex Autogr. in Baſilicæ noſtræ Tabular. Capſ. 6. Faſc. 12.

Johannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1276.

Idem, quod in ſuperiori Bulla præmiſerat, exordium repetit.

INter univerſas Orbis Eccleſias, quibus nos prætulit benigna clementia Salvatoris, Venerabilem Principis Apoſtolorum de Urbe Baſilicam favoris prærogativa reſpicimus, & amoris proſequimur privilegio ſingularis, circa illam ſollicitæ conſiderationis intuitum dirigentes, ut pacifici ſtatus, & proſperi plenitudine gratuletur, divini cultus in illa exercitium ferveat, & ipſa Miniſtrorum polleat honeſtate, ut quemadmodum majoritatis gradu ceteras antecedit, ſic decore virtutum, & Sanctitatis operibus antecellat; quod tunc efficacius poterit auctore Domino provenire, cum eandem Baſilicam Rectoris ydonei providentia gubernabit. Attendentes itaque notæ nobis, non incognitæ Mundo Dilecti Filii noſtri I. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, Archipresbiteri prædictæ Baſilicæ magnitudinem bonitatis, quæ a teneris annis de virtutum creſcentium meritis continua famæ incrementa ſuſcepit, quodque Dator bonorum omnium ipſum illius circumſpectionis eminentia inſignivit, quod noverit recenſere præterita, præſentia prudenter diſponere, ac futura conſultius prævidere; & propter hoc confidenter onus curæ ipſius Baſilicæ, quæ ſuo dinoſcitur indigere regimine, ipſius robuſtis humeris grandiora perferre ſolitis imponentes, eidem Cardinali, ut per ſe;

Inſtituti Archipresbyteri virtutes commemorat.

qui plurima in rebus gerendis ſapientia præditus, poſt Joannis XX. alias XXI. deceſſum in Beati Petri Cathedra ſedit, Nicolaus III. appellatus.

(a) Riccardum de Annibalis, ſeu Hannibaldenſem de Molaria commemoravimus ſupra.

Authoritatem confirmat.

ſe, vel per alium, ſeu alios in ipſa Baſilica, necnon & Eccleſiis Collegiatis, & aliis, ac Monaſteriis, & Prioratibus Baſilicæ prædictæ ſubjectis, evellat, deſtruat, diſſipet, & diſperdat, hedificet, & plantet, ordinet, corrigat, reformet, ſtatuat, & diſponat, prout, & quando, & quotiens viderit expedire. Contradictores quoque & rebelles quoſlibet per cenſuram Eccleſiaſticam, necnon & per pœnas tam ſpirituales, quam temporales, & alias prout expedire viderit, appellatione remota, compeſcat; In præmiſſis & aliis hujuſmodi, quæ ad proſperum ſtatum ipſius Baſilicæ, ac ſalutem animarum putaverit expedire, juriſdictionem ordinariam, quam ex tunc ſibi contulimus habiturus. Non obſtantibus ſi aliquibus quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, a Sede Apoſtolica ſit indultum, & quibuſcumque privilegiis, ſeu indulgentiis Apoſtolicis quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ effectus litterarum noſtrarum impediri valeat, vel differri, & de quibus in eis de verbo ad verbum ſpecialem oporteret fieri mentionem, plenam, & liberam per noſtras litteras conceſſimus facultatem. Noluimus autem, quod præmiſſa, quæ perſonaliter ſibi conceſſimus, ad Succeſſores ſuos ejuſdem Baſilicæ Archipresbiteros, qui erunt pro tempore, aliquatenus extendantur; ſet ipſi auctoritate, juriſdictione, ac aliis juribus, quæ ad eoſdem Archipresbiteros pertinent de jure vel conſuetudine ſint contenti. Quocirca Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eundem Cardinalem, vel procuratorem ſuum pro eo, in veſtrum, & ipſius Baſilicæ Archipresbiterum admittentes, & ei tamquam veſtro Archipresbitero plene ac humiliter intendentes, obedientiam & reverentiam ſibi debitam impendatis. Alioquin ſententias, ſive pœnas, & quidquid per ſe vel per alium ſeu alios commiſſa ſibi ut præmittitur auctoritate ordinaverit, vel ſtatuerit, temporaliter, ſeu ſpiritualiter in rebelles, rata habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter obſervari.

Qua contra objici poſſent, expungit.

Cavet, ne perſonalia Archipresbyteri Privilegia ad Succeſſores extendantur.

Obſequium ac obedientia Archipresbytero præſtanda.

Datum Viterbii xv. Kalend. Novembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Ob auctum Vaticanæ Baſilicæ inſervientium numerum, ejuſdem Eccleſiæ Archipresbytero & Capitulo centum libras proviſinorum Senatus de portione Oblationum Altaris Majoris percipiendas, ad viginti annos elargitur.

Ex Regeſt. unico Ioannis XXI. Epiſt. 132. fol. 30. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Joanni S. Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali, Archipresbytero & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1277.

Baſilica Vaticana, quæ majori præſtat dignitate, potioribus digna beneficiis.

SI ad ſolicitudinem omnium Eccleſiarum cotidiana nos urget inſtantia, ſi Cura paſtoralis officii oculis noſtris pro ipſorum commodis procurandis vigilantiam intentæ ſpeculationis indicit; hiis quæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe depoſcit utilitas vel ſuadet honeſtas, tanto propenſius nos convenit proviſionis noſtræ diligentiam adhibere, ipſamque ſpecialibus beneficiis & gratiis exaltare, quanto arctius eandem Baſilicam inter alias Urbis, & Orbis Eccleſias dignitatis, & celebritatis prærogativa fulgentem neceſſitudo caritatis nobis aſtringit, qui ejuſdem Principis Sedi, licet immeriti, diſponente Domino præſidemus. Cum igitur tu, fili Cardinalis, ad ampliandum divinum cultum in dicta Baſilica, qui propter paucitatem inibi reſidentium diminutus erat, diligenter intendens de noſtro ſpeciali mandato ac auctoritate, ſervitorum numerum augmentaveris in eadem (a); Nos quod per te factum eſt in hac parte, plurimum in Domino commendantes, dignum extimamus & pium, ut Canonicis & aliis Miniſtris ipſius Baſilicæ per Sedem Apoſtolicam aliquod impendatur ſubſidium, per quod onera expenſarum, quæ dictæ Baſilicæ iminent, ex eorumdem ſervitorum augmento levius valeant ſupportari. De tuo itaque, fili Cardinalis, & aliorum Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, tibi Archipresbytero, ac aliis qui in eodem Archipresbyteratu

Aucto Miniſtrorum numero, nova concedit emolumenta.

(a) Quo uſque auctus fuerit in Vaticana Baſilica miniſtrantium numerus, ea quæ proxime ſequitur Joannis XX. al. XXI. Bulla, accurate deſignat.

(a) Libras

Certam pecuniæ ſummam ex Oblationibus detrahendam aſſignat ad certum tempus, hoc eſt ad annos viginti. * *Leg.* Confeſſionis.

ratu durante tempore noſtræ gratiæ tibi ſuccedent, & Capitulo ſæpedictæ Baſilicæ, Centum librarum provefinorum Senatus (*a*) de portione Oblationum Majoris Altaris, & conceſſionis * ejuſdem, Sedem contingente prædictam percipiendas propter hoc a vobis uſque ad viginti annos venturos proximo annuatim, auctoritate præſentium donamus, & concedimus de gratia ſpeciali. Volentes ac ſtatuentes expreſſe, ut hujuſmodi centum libræ vobis per Cuſtodem (*b*) memoratæ Baſilicæ qui nunc eſt, & ſucceſſores ipſius qui pro tempore fuerint, abſque difficultate qualibet per dictos viginti annos, alia ſolvendi non expectata licentia vel mandato, integraliter annis ſingulis perſolvantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ donationis, conceſſionis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Conſuetam in Bullæ violatores ſubjicit clauſulam.

Datum Viterbii per manum Magiſtri Petri de Mediolano Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii, ii. Nonas Martii Indict. v. Incarnationis Dominicæ anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto (*c*), Pontificatus vero Domini Joannis Papæ xxi. Anno Primo.

Quæ de Inſervientium Vaticanæ Baſilicæ numero augendo, & de congruo ſtipendio eis aſſignando; de Officiis Divinis rite perſolvendis, ac Bonis ipſius Baſilicæ recte adminiſtrandis, a Joanne Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Card., & Archipresbytero Eccleſiæ D. Petri ſancita fuerunt; eadem inſerit, rata omnino habet, & confirmat, perpetuo atque inviolate obſervari mandat (*d*).

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Tabular. Capſ. 7. Faſc. 13. (*e*).

Johannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Johanni Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1277.

Eccleſiarum omnium cura urget Pontificem.

Vineam Domini Sabaoth, cui nos præpoſuit miſeratio Divina cuſtodem; intentæ mentis oculis, quantum nobis ex alto permittitur, contemplamur; & dum onus tantæ cuſtodiæ viribus noſtris impar aſpicimus, aſſiduis ſuper ea meditationibus occupamur. Sed inter ceteras ſollicitudinis noſtræ curas illa nos quotidiana pulſat inſtantia, ſollicitudo omnium Eccleſiarum humeris noſtris incumbens, hæc inſtanter inſtat, inſtantius ſollicitatque ſollicite, ut in eis fructum reddere poſſimus in odorem ſuavitatis acceptum. Arctant nos ſingulæ, movemur ad ſingulas, ſet inter omnes ſpetialiter Principis Apoſtolorum nos angit cura Baſilicæ, ſicut illa, quæ nobis ſpetialius eſt conjuncta. Hæc quaſi continue noſtris ſubjacet oculis; Hæc cunctorum Fidelium ipſam devote viſitantium patet aſpectibus; Hæc quaſi omnium Eccleſiarum præcipua ſingulis eſſe debet ſpeculum, & exemplar. Conſpicientes igitur poſtquam fuimus, licet immeriti, ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumpti, Baſilicam ipſam in ſpiritualibus, præſertim quoad cultus Divini diminutionem, notabiliter fore collapſam; Te fili Cardinalis, ipſi Baſilicæ in Archipresbyterum præfecimus, illa de tua experta nobis ſollertia concepta fidu-

Potior vero circa S. Petri Baſilicam, omnium Eccleſiarum præcipuam, verſatur ſolicitudo.

(*a*) *Libram provenientem* (alias *provenientium*) Senatus a *Libra proviſinorum Senatus*, in Opere de Veron. toties laudatus Grimaldus noſter ſecernit. Priorem, ut vidimus, exiſtimat ſcuta duo argentea, & *baj.* 50. Poſteriorem vero, nempe *libram proviſinorum Senatus*, bolenis ideſt *baj.* quindecim reſpondere autumat. Virum hunc, qui plurima inſpexit vetera monumenta, & in iis quoad rem monetariam attinet, multa ſeſe obſervaſſe fatetur; non ita facile deceptum crediderim. Igitur juxta hanc exiſtimationem deducto calculo, *centum libræ proviſinorum Senatus* ſunt ſcuta argentea Romana quindecim. Principis ac Summi Pontificis munificentiæ minus congruum (non inficiamur) donum hoc fortaſſis videri poterit; Verum ſi ejus temporis conditio expendatur, rem facili negotio componimus: Tametſi mendum in Bullam irrepſiſſe; ut *provenientium*, non *proviſinorum* legendum ſit, ſuſpicamur.

(*b*) Cuſtodem Vaticanis Oblationibus deſtinatum, ſupra vidimus. Quem hic Bulla commemorat, *Altararium* inſequutis temporibus fuiſſe appellatum, ex promendis infra Diplomatibus colligere fas eſt.

(*c*) Stilo Bullarum; ſed ſtilo communi, 1277.

(*d*) Plura quidem ad hujuſmodi Conſtitutionem obſervanda forent: Cum vero eadem ipſa occurrant in Conſiſtoriali Diplomate Nicolai III. ſub dat. iii. Nonas Febr. Pontific. anno ſecundo; eo Lectorem amandamus.

(*e*) Mutilum eſt & exeſum hujus Bullæ Autographum in Baſilicæ noſtræ Tabulario aſſervatum: Ipſum idcirco ſupplendum curavimus ex alio Originali quod apud Archivum Apoſtol. Vatic. legitur in Regeſto unico Joannis Papæ XXI. Epiſtola 154. a pag. 36. ad 47.

(*a*) Quæ

fiducia, ut eadem Baſilica tuis cum maturitate ſolita ſtudioſis operibus relevaretur a noxiis, ad ſalutaria traheretur, reformaretur in ſpiritualibus, & in temporalibus ſalvaretur: Hæc tibi per noſtras ſpeciales literas, & vivæ vocis oraculo committendo. Reficimur autem ingenti lætitia, & plenis in Domino gaudiis exultamus, quod ea per te, Cardinalis prædicte, ſuper ſtatu ejuſdem Baſilicæ ſtatuta perſpicimus, illa ordinata comperimus, in quibus noſtra ſollicitudo quieſcit, noſtra admodum placatur intentio, & ipſius Baſilicæ miſerando ſtatui plenarie providetur. Decet ergo labores tam utiles attollere laudibus, ſic ſtatuta ſalubria fulcire favoribus, ordinationem tam celebrem firmitatibus munire tutiſſimis, ut illa tamquam utiliſſima, immo neceſſaria, perpetuo perſeverent. Cum itaque tu, Fili Cardinalis, tam auctoritate prædictarum literarum, quam alias noſtræ conſcius voluntatis, ex his quæ, ut præmittitur expreſſimus, ac exprimenda commiſimus tibi oraculo vivæ vocis, tamquam vir fidelis, & doctus in Agro Domini conſtitutus ad hoc ſemper argumentoſus intendens, ut exiſtas ubilibet per opera utilia & exempla laudabilia fructuoſus ac ut illa quæ tuis exercenda ſunt ſtudiis ſub virtutum puritate proficiant & reddantur vitiis expiata, veſtro, filii Capitulum, approbante conſenſu, quædam ſalubria circa reformationem ſtatus ipſius Baſilicæ & in augmentatione cultus divini nominis in eadem, deliberatione provida feceris, ſtatueris, ac etiam ordinaveris. At nihilominus ad abundatiorem cautelam, vos prædicti Archipresbyter, & Capitulum eadem feceritis, ſtatueritis, & communiter ordinaveritis, volentes illa in dicta Baſilica inviolabiliter obſervari, prout in literis inde confectis veſtris ſignatis ſigillis plenius continetur. Nos intendentes, ut prædicta ſtatuta, & ordinatio, acſi per nos facta & ordinata præſentialiter extitiſſent, robur obtineant perpetuæ firmitatis, & quod nullo unquam tempore poſſint alicujus varietatis ſcrupulo vacillare; ac ſupplentes omnem defectum, ſi quis in eis ex quacumque cauſa extitit, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, decernentes quoque ſtatuta & ordinationem prædicta perpetuo valitura, & juxta formam, & & modum contentos in eiſdem Ordinationibus & ſtatutis, inviolabiliter obſervanda. Illa nihilominus auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Conſuetudinum, & ſtatutorum, ac alia quæcumque obſtacula, per quæ dictis ſtatutis & ordinationi veſtris poſſet in aliquo derogari, etiam ſi ſint juramentis a vobis, prædicti Capitulum ſeu

Ejuſdem Archipresbyteri labores ac ſolicitudinem commendat.

Quæ ad Baſilicæ reformationem, & Divini cultus augmentum, accedente Capituli conſenſu, edita fuerant Statuta, commemorat.

Atque Apoſtolica authoritate confirmat.

Canonici ejuſdem Baſilicæ, præſtitis, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate vallata; quæ omnia, quo ad ea, quæ continentur in ſtatutis, & ordinatione prædictis, relaxamus expreſſe, ac in nullo penitus obſervari volumus; omnimode ſubmovendo. Tenor autem prædictarum literarum talis eſt. Nos Johannes miſeratione divina Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis, Archipresbyter Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe. Notum eſſe volumus univerſis, tam præſentibus, quam futuris, quod Sanctiſſimus Pater, & Dominus noſter Dominus Johannes XXI. divina providentia Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summus Pontifex, qui nuper in dicta Baſilica in Archipresbyterum licet immeritos nos præfecit; ejuſdem Baſilicæ ſtatum, qui collapſus tam quo ad diminutionem divini cultus, & numeri deſervientium in eadem, quam quo ad nonnulla alia multipliciter videbatur, ſollicitudine Paterna conſiderans; fervore charitatis accenſus, velut ille quem zelus comedit Domus Dei, per Apoſtolicos nobis inter cetera commiſit apices, ut in ipſa Baſilica evelleremus, deſtrueremus, diſſiparemus, & diſperderemus, ædificaremus, & plantaremus, ordinaremus, corrigeremus, reformaremus, ſtatueremus & diſponeremus, prout & quando & quotiens nobis expediens videretur; contradictores quoque, & rebelles quoſlibet per cenſuram Eccleſiaſticam, nec non, & per pœnas, tam ſpirituales, quam temporales & alias prout expediens videremus, compeſcentes, appellatione remota in præmiſſis, & aliis hujuſmodi, quæ ad proſperum ſtatum ipſius Eccleſiæ, & ſalutem animarum putaremus expedire, jurisdictionem ordinariam, quam ex tunc nobis contulit habituri. Idem quoque Dominus præter ea, quæ ſuæ literæ continebant, intimæ devotionis affectum, quem ad reformationem dictæ Baſilicæ & perſonarum degentium in eadem pio gerebat in pectore, ut nos ad ea quæ Dei ſunt, ferventius animaret, nobis expreſſit oraculo vivæ vocis, committens nobis, & plenam tribuens poteſtatem, ut non obſtantibus quibuſlibet juramentis a Capitulo ſeu Canonicis ejuſdem Baſilicæ præſtitis ſuper obſervandis quibuſcumque ipſius Eccleſiæ conſuetudinibus, ordinationibus ſeu ſtatutis, ad ordinanda, reformanda, ſtatuenda in ea, quæ ſecundum Deum nobis utilia viderentur, poſſemus procedere libere, hujuſmodi vinculis penitus relaxatis, nullumque impedimentum præſtantibus, quo ad ea, quæ per nos ſtatui, vel ordinari contigerit, & ad quæ ſe noſtræ ordinationes extenderentur vel ſtatuta. Attendentes itaque, quod eo ipſo proceſſus noſter in hiis quæ ad ordina-

Statutorum tenor inſeritur.

Omnimoda Archipresbyteri authoritas in Baſilicam Vaticanam, ex Pontificis delegatione.

ordinationem & reformationem dictæ Baſilicæ pertinent, efficacior & conſolabilior haberetur, quo Capituli dictæ Baſilicæ conſenſu foret, & approbatione ſuffultus, Capitulum ipſum, quibuſdam paucis Canonicis pro divinis officiis, & aliis emergentibus in Baſilica prædicta relictis, aliis tamen uni vel pluribus Canonicis ſuis committentibus in hac parte plenarie vices ſuas, ad noſtram præſentiam evocandum duximus; cum hiis temporibus in eadem Baſilica præſentialiter commode non poſſemus adeſſe. Sane providis viris Capitulo, & Canonicis Baſilicæ ſupradictæ ſcilicet Petro Magiſtri Henrici Priore, Paulo Romani, Jordano, Pandulpho de Suburra, qui una cum infraſcripto Petro Sarraceno hoc tempore non reſidet in Baſilica ſupradicta, Jacobo de Toſtis, Petro Sarraceno, Magiſtro Paulo de Pennis, Matthia, Magiſtro Alberto pro ſe & pro Angelo Romani, Petro de Candulphis, & Bobone de Arſulis plenum pro eis ad omnia infraſcripta mandatum habente, tam ad conſentiendum, quam etiam ad jurandum; qui totum ejuſdem Baſilicæ repræſentant Capitulum, ipſumque Capitulum vere cenſentur, in noſtra præſentia conſtitutis; diſcuſſione, ac indagine cum eiſdem ſuper ſtatu, & numero perſonarum deſervientium in Eccleſia ſupradicta, & hiis quæ ad cultum divinum pertinent, nec non & nonnullis aliis ad honeſtatem, & decentiam ipſius Baſilicæ pertinentibus, habita diligenti: Poteſtati, auctoritati nobis ſuper præmiſſis, & aliis quibuſcumque conceſſis a prænominato Domino noſtro Summo Pontifice, in nullo, ex præſentia, conſilio, & conſenſu, ſeu approbatione memorati Capituli derogari volentes, eaſdem poteſtatem & auctoritatem nobis expreſſe in omnibus illibatas & integras reſervamus, ut ſcilicet quicquid perſonæ noſtræ tantum abſque prædicto Capitulo ex eis poſſet de jure competere, idem per omnia competat; non obſtante quod pro tutiori Fratrum & Concanonicorum noſtrorum conſolatione ac utilitate negotii, de ipſorum in præſenti ordinatione procedimus approbatione, conſilio & aſſenſu. Et quidem de gratia, benevolentia & munificentia præfati Domini noſtri, qui hujus Sanctæ Ordinationis poſt Deum principalis & præcipuus eſt promotor, & auctor, ſpem & fiduciam obtinentes, quod ea, quæ in ipſa ordinatione, prout dicetur inferius, ordinantur, auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmabit, ſupplebitque de plenitudine poteſtatis omnem defectum, ſi quis haberetur in ea, dando ſibi robur perpetuæ firmitatis, ſupradicta juramenta relaxantes omnino, ipſiſque non obſtantibus, juxta traditam nobis expreſſim ſuperius a

Adhibito Capituli conſilio et aſſenſu, non ex neceſſitate, ſed potius ex æquitate, Statuta excuduntur.

præfato Summo Pontifice poteſtatem, de memorati Capituli, in noſtra ut dictum eſt congregati præſentia, approbatione, conſilio & aſſenſu, nec non & voto unanimi & concordi. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Ad honorem glorioſæ Beatæ Mariæ Virginis, & Principis Apoſtolorum Regni Cælorum Clavigeri, nec non & ſæpefati Domini noſtri Summi Pontificis, & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ad infraſcripta omnia ſtatuenda, decernenda, ordinanda, ac diſponenda procedimus, juxta modum inferius adnotatum. Licet igitur in ſupradicta Baſilica non ſit certus numerus Canonicorum inſtitutus, quanquam per felicis recordationis Dominum Innocentium Papam Quartum vicenarius quintus numerus portionum, portione Archipresbyteri, & portione Cameræ, nec non & portione quæ ad Metæ cuſtodiam deputatur, in prædicto vicenario quinario numero computatis, in ea ſtatutus fuerit & taxatus, prout in Privilegio vel Indulgentia ſuper hoc a dicto Domino Innocentio conceſſis plenius continetur: quia tamen ad tantam paucitatem reſidentium Canonicorum in ipſa Baſilica numerus eſt redactus, quod non ultra, quam decem Canonici inter ſanos, debiles, & infirmos reſident in eadem; volumus, & ordinamus in primis, ut tot Canonici ad præſens inſtituantur in ea, quod juxta dictarum viginti quinque Portionum numerum, portio nulla vacet, quem pro iſto tempore acceptamus, & admittimus, nullo unquam tempore minuendum, nec etiam augmentandum, præterquam in caſu augmenti inferius exprimendo: Ita tamen, quod ſicut infra dicetur, aliqua portio valorem ſexaginta librarum provenientium, computatis omnibus, quibuſdam exceptis, annis ſingulis non excedat. Et ut ad infraſcripta efficaciter exequenda via commodior & habilior habeatur; ſtatuimus & ordinamus, quod dicti Canonici ad præſens in præfata Baſilica inſtituendi, nec non & qui deinceps in perpetuum futuris ibidem inſtituentur temporibus, portiones non recipiant, nec admittantur ad eas, etiamſi alias eis de jure, juxta ſuæ inſtitutionis ordinem deberentur, niſi fuerint in ipſa Eccleſia reſidentes, & in Sacris Ordinibus conſtituti: Et tunc etiam in primo anno ſuæ reſidentiæ non recipiant, niſi dimidias portiones de omnibus, quæ in diviſionem veniunt, ut infra dicitur, ſingulis duobus menſibus faciendam; nec non & omnibus cottidianis diſtributionibus, tam in diebus ferialibus quam in Feſtis, & in Anniverſariis Defunctorum, præterquam quando diſtribuitur denarius unus ſolus quem dividi nolumus; reliquis dimidiis portionibus primi anni in commune deducendis, & in utilitatem, ut

Incipiunt Statuta.

I. Canonicorum numerus figitur, ita ut duo ſupra viginti perpetuo inſerviant.

Portionem a Canonicis quotannis percipiendam taxat.

Nonniſi Canonicis reſidentibus, ac in Sacris ordinibus conſtitutis, portio integra ſolvenda; excepto primo anno, quo medietas dumtaxat conceditur.

Digitized by Google

ut infra dicetur, ejuſdem Baſilicæ convertendis: De ceteris tamen integram habeant portionem. Si tamen Canonicus aliquis oon exiſteos in Sacris, cui de jure portio debetur, reſidere vellet, & in eadem Baſilica deſervire, libere poſſit hoc facere; & tunc, ſicut ceteri, cottidianas dumtaxat diſtributiones recipiat, & ad eas libere admittatur; noo tamen ſtallum in Choro, nec in Capitulo vocem habeat, ſive locum, neque ad ipſius admittatur tractatus, quouſque ad Sacros Ordines ſit promotus, & tunc primo anno ſuæ reſideotiæ inchoandæ poſtquam in Sacris fuerit, cootentus ſit, ut dictum eſt, dimidia portione, ad Stallum in Choro, & locum in Capitulo, & tractatus Capituli admittendus; noo tameo vocem habeat, ſeu reſpoodeat infra annum, oiſi ab Archipreſbytero vel Capitulo, abſeote Archipreſbytero, ſibi ſuper hoc gratia facta fuerit ſpetialis; quod in omnibus ad portionem admittendis ulterius obſervetur: Nam, & noonulla de præmiſſis in eadem Baſilica ſtatuta fuerunt hactenus, & ſervata. Quia vero, etiamſi ad præſens inſtituantur Canonici ſupradicti, tam veneranda & tam ſollempois Eccleſia ſufficientem Miniſtrorum numerum non haberet ad Divina Officia & Miniſteria ibidem ſollempniter, ut condecet, peragenda; ad præſens duximus ordinandum, ut numerus dictarum vigintiquinque portionum proceſſu temporis facultatibus ſuper excreſcentibus, ut infra dicitur, augmeotetur uſque ad triceoarium tertium incluſive: Ita quod præter dictas tres portiones, ſcilicet Archipreſbyteri, Cameræ, atque Metæ, triginta ſint in univerſo portiones in ipſa Baſilica proceſſu temporis, dante Domino, triginta Canooicis aſſignandæ. Verum quia propter tenuitatem & exilitatem reddituum dictæ Baſilicæ, octo portiooum ad uogendarum dictis vigintiquinque non ſic cito, ut vellemus, forſan proveniret augmentum, coofiderantes viginti duorum Canonicorum oumerum tantæ Baſilicæ non ſufficere, ut eſt dictum; cum etiam vix, aut ounquam accideret, quin multi ex eis diverſis ex cauſis abeſſent; aciem noſtrorum oculorum direximus, ut ex noſtra præſenti ordinatione aliqui Clerici, uſque ad vigintiquatuor incluſive, perpetuo beneficientur in ea; qui noo ſint Canonici, ſed in ipſa Baſilica ſint Beneficiati perpetuo; quorum ſinguli ſint de Camera ejuſdem Baſilicæ, ſeu Archipreſbyteri, & Capituli uſque ad vigintiquinque, vel viginti ad minus libras proven. Senatus pro ſuis Beneficiis ſub certo modo, ac ordinatione, ut infra dicetur, anois ſingulis percepturi; quorum etiam numerum uſque ad ſex incluſive ad præſens ordinamus & providemus augmeotandum impoſterum, ſtipendia percepturos, ut ceteri, quam primo Dominus dederit excreſcere ipſius Baſilicæ facultates, & tunc io ea eſſent Beneficiati triginta. Set quooiam per exuberantiam, & excreſcentiam facultatum, augmentum numeri portionum aſſignandarum Canonicis propter ipſarum portionum majorem ubertatem & pinguedinem, ſicut decet, non poteſt ſic facile provenire, ſicut augmentum numeri Beneficiorum deputandorum ſex Beneficiatis prædictis; & per iſta minora Beneficia facilius poteſt ſervientium numerus augmentari, quam per illas portiones majores: Volumus ac etiam ordinamus, quod priuſquam ad augmentum numeri dictarum portionum aliquatenus procedatur, dictorum triginta Beneficiatorum numerus compleatur. Quo facto, quod oon multo tempore poſt, propitiante Divina clemeotia, ſub inconcuſſa præſeotis ordinationis obſervaotia provenire poſſe credimus & ſperamus; ex tunc, prout Dominus dederit, poteruot ordinari, quæ circa augmentationem oumeri Canonicorum, & portionum, & impinguationem, ac majorem ubertatem earum, necnon & augmentum numeri Beneficiatorum & ſtipeodiorum ſuorum ad decorem Domus Dei, & cultus Divini dilatationem diſponenda ac ordinanda utiliter videbuntur. Ad quod etiam poſtquam pervenire contigerit, oihilominus præſens ordinatio in abolitionem ſeu oblivionem nullo tempore veniat, propter nonnulla, quæ in ipſa ſunt ſalubriter inſtituta impoſterum obſervanda, & ſpetialiter, ut in perpetuum ſciri poſſit, quam ſtabilita, & ſirmiter radicata ſit in noſtra Baſilica dictorum Beneficiatorum novella plantatio, in ea perpetuis temporibus duratura. Hæc itaque ordinatio ſic illibata, & iocoocuſſa permaneat, & irrefragabiliter obſervetur, quod oec dictarum portionum, aut Canooicorum, quibus aſſignandæ fuerint, oec Beneficiatorum numerus minuatur, oec ſtipendiorum ipſis Beneficiatis debitorum quantitas io hac ordinatioοe taxata diminutionem recipiat aliquam, præterquam in caſibus inferius adnotatis. Porro dictæ portiooes Canonicis debitæ, quibus propter incertitudinem, & teouitatem reddituum, & obventionum dictæ Baſilicæ facile noo potuit decens quantitas certa, & indubitata taxari, quam ſcilicet certitudinaliter eſſet unuſquiſque Canonicorum, portionem habens, annis ſingulis percepturus; Set ut via pararetur in poſterum ad redditus, & proveotus ejuſdem Baſilicæ augmentandos ex quibus & prædictorum octo Canonicorum & ſex Beneficiatorum numerus augeretur, certa quantitas, ut ſupra dicitur, pro unaquaque portione taxatur, noo ut

Canonicis vero reſidentibus, ad Sacros Ordines nondum promotis, ſolæ Diſtributiones quotidianæ aſſignantur.

Promotis, Stallum in Choro, non etiam vocem in Capitulo concedit, niſi poſt annum a Sacra ordinatione.

Canonicorum numerus, ad tricenarium uſque, ſucceſſu temporis, extendatur.

II. Præter Canonicos, etiam vigintiquinque perpetuos Beneficiatos instituit, certa quota iis aſſignata; ea lege tamen ut in poſterum tricenarium numerum explere poſſint.

Beneficiatorum numerus, antequam alii ſuperaddantur Canonici, augeatur.

Cavet ne ſtatuta Portionum quantitas augeatur.

ut minor eſſe non poſſit, ſed ne valeat aliquo caſu tranſcendi; volumus, & irrefragabiliter ordinamus, ut ipſa quantitas, ſcilicet ſexaginta librarum aliquatenus tranſcendi nequeat, & nihil ultra quantitatem ipſam Archipresbyter, & Canonici de Bonis ipſius Eccleſiæ, ut infra dicetur, percipere valeant; quouſque poſtquam ad ſtatum prædictum triginta Canonicorum, & triginta Beneficiatorum perventum fuerit, aliud quoad impinguationem ſeu majoritatem portionum ſeu ſtipendiorum vel augmentationem numeri Canonicorum ſeu Beneficiatorum vel utrorumque, ut dictum eſt, ordinetur utiliter & per Sedem Apoſtolicam ex certa ſcientia confirmetur. Ceterum ſtatuimus, decernimus, & ordinamus in dicta Baſilica perpetuis temporibus obſervandum, unamquamque dictarum triginta portionum aſſignandarum Canonicis, ut eſt dictum, infra ſex menſes, juxta ſtatuta Lateranenſis Concilii * Perſonæ idoneæ conferendam, aut etiam aſſignandam, ut ipſarum portionum numerus, Canonicorum numerum aliquatenus non excedat. Quod ſi contigeret aliquando auctoritate Apoſtolica, ſeu quovis modo Canonicorum numerum excedere numerum portionum; recepti ſeu jus Canoniæ babentes, quibus nondum eſſet portio aſſignata, nihil de bonis ipſius Baſilicæ poſſint percipere, vel babere, ſeu petere quod novæ portiones pro ipſis in eadem Baſilica ſtatuantur; ſet teneantur abſque perceptione aliquorum proventuum expectare quouſque portiones eis de jure debitas vacare, vel forſitan excreſcere contigerit, ſibi, prout juſtum fuerit, aſſignandas. Sed & nec eis portiones abſentium quouſque abſentes fuerint, vel proventus aliqui provenientes ex abſentia Canonicorum ab Eccleſia vel ab horis, nec provenientes ex medietatibus portionum reſidentium primo anno, ſeu quæcumque alia ad Commune ſeu Cameram Eccleſiæ provenientia aliquatenus aſſignentur: Cum de his omnibus, ut infra dicetur, poſſeſſiones, & bona immobilia ſunt emenda, ex quibus Canonicis, & Beneficiatis valeat provideri. Et ut ad emptionem bujuſmodi immobilium poſſit citius & facilius perveniri; ſtatuimus, quod de redditibus, fructibus, proventibus, oblationibus, donationibus, ſeu legatis, cenſibus, & quibuſcumque obventionibus undecumque & qualitercumque ad dictam Baſilicam provenientibus, exceptis quibuſdam minutis obventionibus inferius exprimendis, ſingulis annis vigintiquinque dumtaxat, & non plures nec pauciores, fiant portiones æquales, niſi forſan juxta formam in præſenti ordinatione contentam angmentari contingat numerum portionum: In quo caſu, juxta quod augmentabitur numerus portionum, ſecundum augmentum fiant æquales & ſimiles portiones; ut ſcilicet cum facultates Eccleſiæ ſic excreverint, quod una portio, ultra dictas vigintiquinque, ſtatui debeat & fundari; tunc fiant portiones vigintiſex æquales omnino, & deinde viciſſim per ordinem quouſque tricenarius tertius portionum numerus ſit completus. Minutæ autem obventiones quæ excipiuntur. & in prædictis portionibus minime computantur, ſunt heæ: In primis denarii, qui diſtribuuntur in Choro in Anniverſariis Defunctorum præteritis & futuris, tam in Veſperis & Vigiliis, quam in Miſſa infraſcriptis modo & forma ſervatis: Item denarii, qui die aliquo ex devotione Fidelium ad ipſam Baſilicam mitterentur pro decantandis ſemel, ſeu diebus aliquibus, vigiliis vel officiis pro Defunctis, ſeu pro ſpeciali reverentia aliis Divinis Officiis quibuſcumque: Item denarii, quos perciperent de aliquibus denariis, datis Beneficiatis quaſi in communi, ut debentibus aliquod divinum Officium celebrare: De Anniverſariis autem & aliis ſupradictis infra dicitur, & diſtributionis præfigitur certa forma de cetero obſervanda: Item infraſcripta excipiuntur, & in prædictis portionibus minime computantur, & dividantur, fiatque de eis, quod & ſicut hactenus fieri conſuevit; videlicet quicquid obveniet de Oblationibus Majoris Altaris, & omnium aliorum in filis, candelis, thure, & faculis, & torticiis: Denarii, Candelæ, & faculæ, qui obvenirent Canonicis de elemoſina, quæ fit in die depoſitionis Defuncti præſentibus Clericis: Denarii, qui dantur pro Jaconia ſeu Diaconia Defunctorum: Ea quæ in pane, vino, carnibus, piſcibus & aliis comeſtibilibus pro ſeptima, triceſima, ac etiam annuali, Capitulo ſeu Canonicis tranſmittuntur: Set ſi quid in denariis mitteretur, id Cameræ applicetur: Illa, quæ aliquando non ex debito ſive jure, ſed ex mera & pura liberalitate ſeu curialitate mittentium, in croco & aliis commeſtibilibus ipſi Capitulo deſtinantur: Denarii, qui de obventionibus Majoris Altaris in Matutinis quarumdam Feſtivitatum tantum, Canonicis Cantoribus tunc præſentibus largiuntur: Denarii, qui tribuuntur Canonicis præſentibus illis horis, quas Canonicorum aliquis, ſeu quivis alius propter alicujus Sancti reverentiam, non ex ordinatione vel obligatione perpetua vel in longum; ſed pro ſuæ devotionis arbitrio interdum faceret in ipſa Baſilica decantari: Gallinæ, quas illi de Bucceja Capitulo in Carniſprivio quolibet anno mittunt: Singuli duo ſolidi, quos duo habeant Sacerdotes, qui in Feſto omnium Sanctorum, & die ſequenti, ſedent ad valvas

Sed neque Canonicorum numerus, ultra triceſimum, excreſcat; ſecus, qui fuerint ſuperadditi, quamdiu extra numerum fuerint, nihil percipiant omnino.

* Concil. Lateran. III. tit. 8.

III. Ex fructibus, ſive obventionibus quæ ad Baſilicam quocunque ex titulo perveniunt, deducantur Portiones Canonicis, Archipreſbytero, Cameræ, & metæ aſſignandæ.

Excipiuntur tamen, exigua quædam emolumenta, quæ ſupra definitam Portionum menſuram, poſſunt diſtribui. Iſthæc excepta enumerantur.

vas Eccleſiæ, vel alibi ad recipiendas elemoſinas, quæ tunc dantur pro memoriis Defunctorum: Quicquid vero, deductis quatuor ſolidis ſupradictis, de elemoſinis ipſis ſupereſſe continget, ad communem Cameram ſupradictæ Baſilicæ deducatur: Prandium, ſive pabulum caritatis, quod fieret per aliquem in Canonicum receptum, & poſt ſuæ portionis poſſeſſionem adeptam, ex mero arbitrio & libera voluntate: Si quid vero in pecunia abſolute & liberaliter ab ipſis Canonicis fuerit elargitum, illud communi Cameræ applicetur: Procurationes, ſeu commeſtiones, quas Canonici prælibati recipiunt, ad Feſtum alicujus Cappellæ, ipſi ſubjectæ Baſilicæ, accedentes: Faculæ, & duodecim denarii, quos quando vadunt ad Hoſpitale Sancti Spiritus cum Effigie Jeſu Chriſti, ſunt ſinguli Canonici percepturi: De centum vero ſolidis, qui a Præceptore, & Fratribus Hoſpitalis ipſius dantur, fiat per omnia, quod infra de Anniverſariis ordinatur: Procurationes, quæ Canonicis, tam pro Perſonis ſuis quam equorum vecturis, & expenſis aliis, juxta Baſilicæ prædictæ jura, vel conſuetudines antiquas debentur illis ſcilicet, qui ad viſitandum loca aliqua, vel alias de beneplacito & mandato Archipresbyteri vel ejus Vicarii & Capituli, vel ſolius Capituli in ipſorum Archipresbyteri & Vicarii abſentia, mitterentur: Denarii, qui dabuntur Canonicis præſentibus in computis faciendis: Denarii quos Canonici percipient, qui in Quadrageſima, & Adventu, præſentis ordinationis intererunt lectioni: Denarii, qui dantur Canonicis portantibus ad Altare, & reportantibus Cathedram S. Petri: Denarii, qui conſueverunt dari Canonicis numeratoribus, vel electoribus monetarum: Caniſtra peponum, uvarum, & aliorum fructuum arborum, ſeu hortorum, & alia his ſimilia, quæ Capitulo ſeu Canonicis contingeret provenire: Reſiduum facularum, quas minores hactenus perceperunt: Denarii, quos de Oblationibus Altaris S. Mariæ de Cancellis perceperunt hactenus, cum ipſi Altari in Miſſa deſerviunt Presbyter, & Miniſtri: Item octo ſolidi qui in hac ordinatione unicuique Camerariorum, ut infra dicitur, conceduntur: non teneantur tam Sacerdotes, quam inferioris gradus Canonici, deducere in commune, vel Cameræ applicare, quæ non Capitulo vel Canonicis in communi, ſet alicui Canonico ſpecialiter dantur in elemoſinam, vel ut pro vivis ſeu Defunctis, Miſſarum ſeu Officiorum Divinorum vel orationum ſuffragia impetrentur: Quod & generaliter intelligatur de omnibus, quæ Canonico alicui dignoſcentur perſonaliter obvenire. Unaquæque autem dictarum portionum, in ea computatis vigintiquatuor libris proven. pro cottidianis diſtributionibus Canonico deſervienti per totum annum in ſingulis horis Canonicis, prout infra dicitur, deputatis, etiamſi in toto vel in parte ipſas vigintiquatuor libras a Canonico recipi non contingat, quia ab horis omnibus vel aliquibus forſan abeſſet, valorem ſexaginta librarum Provenientium annis ſingulis aliquatenus non excedat; quantumcumque aliquo forſan anno obventiones ſeu facultates ipſius Baſilicæ excreſcerent, vel eas contingeret ampliari.

Etiamſi Baſilicæ reditus excreſcant Portionum menſura ultra ſexaginta libr. provenien., computatis Diſtributionibus quotidianis, non aſcendat.

Sed ſi deductis ſingulis viginti libris, ſingulis Beneficiatis debitis, & eis, quæ pro Camera ad expedienda communia negotia ipſius Baſilicæ fuerint opportuna; proventus & obventiones ipſius ad tantum poſſent aſcendere, quod unaquæque portio computatis omnibus, quibuſdam exceptis, ut dictum eſt, ſexaginta libras proven. valere poſſit in anno abſque diminutione, unaquæque portio illo anno ſexaginta librarum proven. ſit valoris: Ita quod præter dictas viginti quatuor libras unicuique præſenti Canonico pro cottidianis diſtributionibus diſtribuendas in horis, triginta ſex libras proven. percipiat unuſquiſque Canonicus reſidens in ipſa Eccleſia juxta formam inferius adnotatam.

Quæ Baſilicæ obveniunt immobilia bona, diſtrahi nequeunt, ut hoc remedio reditus augeantur.

Quæcumque tamen bona immobilia, ſeu pro immobilibus bonis emendis, & quæ in paramentis, vaſis argenteis & aureis, & ceteris ad ornatum Altaris, & Miniſtrorum ejus pro cultu Divino eidem Eccleſiæ obvenirent, pro portionibus, & Benefitiatorum ſtipendiis deducendis ad quamcumque ſummam, ſeu quantitatem in hac ordinatione taxatam, nullatenus diſtrahantur; ſed remaneant in communi. Expedit ſiquidem, ut in omnem eventum, ſive Canonici omnes reſideant, ſive non, ut vigintiquinque portiones ſingulis annis fiant, & plures, cum juxta hanc ordinationem plures fuerint ſtabilitæ, valoris æqualis, ut ex hoc & via paretur facilior ad poſſeſſiones emendas & ea poſſint fieri, quæ in hac ordinatione & in aliquibus caſibus facienda ſunt juxta conſiderationem quantitatis ac numeri portionum, puta ubi agitur de augmentandis viginti libris Beneficiatorum, & quid ſit agendum ſi minus valeret portio quinquaginta libris, & etiam minus quadraginta libris in anno.

Si Portionum menſura decreſcat, unde ſupplementum peti debeat.

Si enim aliquo anno, quod abſit, proventus & obventiones omnes diminuti ſic eſſent, quod unaquæque portio ad ſummam quinquaginta librarum proven. nequiret aſcendere, in eo caſu dumtaxat, & non in alio habeatur recurſus ad ea, ſi qua de portionibus Cameræ & Metæ forſitan remanſiſſent, & ad illa quæ de Portionibus Canonicorum abſentium, partibus Anniverſariorum

riorum Cameræ applicatis,medietatibus portionum reſidentium primo anno; necnon & ad ea, quæ ex defectibus, tam horarum, quam reſidentiarum Canonicorum & Beneficiatorum ad Cameram deveniſſent, & in ipſa Camera ſupereſſent. Et tunc de biis omnibus provideatur portionibus debitis Canonicis reſidentibus, & ipſarum, ſi fieri poteſt, ſuppleatur defectus, ut unaquæque portio ad quinquaginta librarum provenien. præter ſupraſcripta excepta valorem aſcendat. Non enim volumus, quod annis ſingulis, quibus aliqua de obventionibus ipſius Baſilicæ qualitercunque provenientibus in Camera ſupereſſent, ſi fieri poteſt, minus quinquaginta librarum Canonici portionem, viginti quatuor libris pro quotidianis diſtributionibus computatis in ea; & minus viginti libris ſtipendium Beneficiatis valere. Si tamen de omnibus ſupradictis dictarum quinquaginta librarum nequiret fieri plenum & integrum ſupplementum, in quanto plus fieri poteſt, fiat; hoc ſemper ſalvo, quod Beneficiatorum ſtipendia viginti librarum in nullo diminuantur, ſeu defalcentur eventu, niſi in caſu quo portio Canonici reſidentis quadraginta librarum provenientium non attingeret quantitatem. Et ut iſtud inviolabiliter obſervetur, univerſa & ſingula, quæ in aliis quam in pecunia fuerint ſingulis diſtribuenda portionibus, taxentur fideliter, & cum multa diligentia extimentur, ut ſcilicet prædictam ſummam ſexaginta librarum, portio nulla tranſcendat. Denique ſi portio Cameræ deputata ad expenſas faciendas pro ipſius Baſilicæ negotiis & neceſſitatibus, puta Domorum refectionibus, vel conſtructionibus, cauſis, ſeu litibus, & aliis quibuſcumque neceſſariis, vel utilibus caſibus emergentibus, non ſufficere videretur; de omnibus communibus proventibus ipſius Baſilicæ, tantum ad arbitrium Archipresbyteri & Capituli aſſumatur, quantum ſufficere viderint ad ipſius Baſilicæ communia negotia procuranda, & utiliter exequenda. Ad hæc ſtatuimus, & ordinamus, in ſupradicta Baſilica perpetuis temporibus obſervandum, quod ſupradicti viginti quatuor Clerici ad præſens in eadem inſtituendi & beneficiandi, & ceteri quos ultra dictum numerum, ut dictum eſt, de cetero contingeret inſtitui in eadem, & ſucceſſores eorum vocentur & appellentur Beneficiati Chori Baſilicæ Sancti Petri. Qui nullum jus habeant Canoniæ, nec ad tractatus Capituli admittantur, nec vocem in Capitulo, neque poteſtatem aliquam de juribus, Bonis, ſeu quibuſcumque negotiis ad ipſam Baſilicam pertinentibus diſpenendi; nec ſint Collegium, Capitulum, Univerſitas, ſive Corpus; nec Prælatum, ſeu Rectorem ſibi poſſint conſtituere, vel habere, ſed ſubſint Archipresbytero & Capitulo, ſecundum quod inferius continetur. Cum tamen inſtituuntur, eis ſtallum in Choro Beati Petri cui deſerviunt, poſt Canonicos vel ſub Canonicis aſſignetur. Prædictorum quoque Beneficiatorum inſtitutio, & deſtitutio, ſcilicet perpetua amotio a ſuo Benefitio & Baſilica ſupradicta, ad Arcbipresbyterum & Capitulum ipſius Baſilicæ pertineat pleno jure. Correctio vero, reformatio, privatio ſuorum ſtipendiorum ſeu Benefitiorum ad tempus, vel ſuſpenſio ab eiſdem, & omnis juriſdictio, & cenſura, necnon omnis ordinatio & diſpoſitio ſtatus eorum, præter dictas inſtitutionem & deſtitutionem, ſeu amotionem perpetuam, ad præfatum Archipresbyterum pertineant per ſe, vel ſuum Vicarium exercendæ. Sed & quæſtiones omnes, controverſiæ, diſcordiæ, ſive lites, quas inter dictos Beneficiatos inter ſe oriri contigerit, vel inter ipſos Beneficiatos, ſeu eorum aliquem ex una parte, & prædictum Capitulum, vel aliquem de Capitulo ex altera, per Archipresbyterum, vel ejus Vicarium terminentur. Eo tamen tempore, quo Baſilica prædicta Arcbipresbyterum non haberet, vel quo idem Archipresbyter ageret in remotis, nullo pro ſe dimiſſo Vicario, præmiſſa omnia ad Capitulum ipſum pertineant; illo caſu dumtaxat excepto, in quo Capitulum in defendendo partem faceret, vel agendo: In eo namque caſu adiri alius competens Judex poſſit. Nullus etiam Canonicus per ſe juriſdictionem, ſeu imperium, vel dominationem, ſeu auctoritatem quamcumque exercere poſſit in aliquem de Beneficiatis eiſdem: Quamquam ipſi Beneficiati univerſos & ſingulos Canonicos tamquam majores honorare ac revereri debeant ſicut decet. Præterea de communibus proventibus ipſius Baſilicæ ſeu de Camera communi ſingulis annis abſque omni diminutione ſingulis prædictorum Beneficiatorum diſtribuantur & ſolvantur in horis Canonicis, prout inferius diſtinguetur, ſingulæ viginti libræ proven. Senatus ad minus, niſi forſan aliquo anno ad tantam tenuitatem ſeu exilitatem, quod abſit, portiones Canonicis reſidentibus debitæ, & in omnibus horis Canonicis per totum annum deſervientibus devenirent, quod quadraginta librarum proven. computatis omnibus juxta præſentem ordinationem in ipſis portionibus computandis non attingerent quantitatem. In quo caſu illo anno, ſi placeret Capitulo, diminutio dictarum viginti librarum, in ea dumtaxat poſſet fieri quantitate pro rata, quod ſinguli Canonici reſidentes, & coti-

Nec Canonicis Portio infra libras quinquaginta, nec Beneficiatis infra viginti aſſignetur.

Si Portio Cameræ aſſignata non ſufficiat, ex communibus proventibus, quod neceſſarium eſt, percipiatur.

IV. Perpetui Beneficiati a juribus Capitularibus excludantur.

Ad quos pertineat Beneficiatorum inſtitutio, deſtitutio, & correctio.

Controverſiæ ac lites ab Archipresbytero, aut eo deficiente, a Capitulo dirimantur; niſi forte cum ipſo met Capitulo lis agatur.

Nullum Canonicis in Beneficiatos competit imperium.

Quo in caſu Portio Beneficiatorum libris viginti minor eſſe poſſit.

dianas diſtributiones recipientes horarum, Beneficiatis prædictis per ſupletionem eis faciendam de dictis viginti libris ſingulorum Beneficiatorum duplo majorem, quam ipſi Beneficiati reciperent portionem. Omnibus autem annis, quibus proventus & obventiones dictæ Baſilicæ ad tantum aſcenderint, quod ut dictum eſt, ſingulæ portiones eſſent valoris ſexaginta librarum, & Beneficiatorum ſingula ſtipendia viginti, & Cameræ in caſibus emergentibus proviſum eſſet, & adhuc aliquid ſupereſſet de eis; ſingulæ viginti libræ Beneficiatis debitæ augmententur uſque ad ſingulos centum ſolidos proven. incluſive dumtaxat unicuique ſi fieri poterit Beneficiato addendos. Et ſi dicti proventus & obventiones, qui ſupereſſent, non aſcenderint ad tantum, quod ſinguli centum ſolidi ſingulis Beneficiatis poſſent integre provenire; tunc infra ipſos centum ſolidos viginti librarum ſtipendia pro rata uniuſcujuſque, ſecundum quod ad plus fieri poterit, augmententur. Iſtud autem augmentum, qui præſentes fuerint in Feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, ſeu qui pro præſentibus ſunt habendi, illi ſoli percipiant, qui per totum annum præcedentem ſunt reſidentes, & deſervientes in ipſa Eccleſia reputandi. Non enim ſi forſan interdum a Choro abeſſent, cum tunc Chori diſtributione priventur, iſto deberent augmento privari; ſed illi ſoli eo, ſicut rationabile videbitur, in toto vel in parte priventur, qui judicandi eſſent merito in Chori ſervitio notabiliter negligentes. Rurſus ſtatuimus, & ordinamus, & inviolabiliter volumus obſervari, ut de omni eo, quod quolibet anno finito in Camera ſupererit ex omnibus obventionibus, & cunctis, quæ ad Cameram ex Canonicorum, ſeu Beneficiatorum abſentiis, vel quomodolibet deveniſſent, exceptis Vaſis, & aliquibus, quæ pro cultu Divino viderentur Archipresbytero & Capitulo retinenda; deductis & ſolutis ſexaginta libris proven. pro ſingulis portionibus, & viginti quinque libris proven. pro ſingulis Beneficiatorum ſtipendiis; eo anno, quo juxta præmiſſam ordinationem hoc fieri poterit; eo vero anno, quo juxta formam præmiſſam fieri hoc non poſſet, deductis quinquaginta libris pro ſingulis portionibus, & viginti libris pro ſingulis Beneficiatorum ſtipendiis, nec non & expenſis Cameræ pro neceſſitatibus ejuſdem, prout ſuperius eſt expreſſum, Poſſeſſiones, & alia immobilia Bona emantur, ex quibus poſſint proventus, & ipſius Baſilicæ redditus augmentari. Ut hæc ſalubris ordinatio, in qua provide agitur, ut ad trigeſimum Canonicorum, & trigeſimum Beneficiatorum numerum, non

Quouſque Beneficiatorum Portiones poſſint excreſcere.

Quibuſnam, & quo tempore auctarium ſit diſpenſandum.

Ex iis qui ſuperſunt fructibus ac proventibus, poſſeſſiones emantur.

multo poſt tempore, dante Domino, valeat perveniri, citius & celerius ad finem debitum deducatur; propter quod interdicimus, & diſtrictiſſime prohibemus, ut nihil de eo, quod remanſerit de omnibus obventionibus factis deductionibus, ut ſupra proxime eſt expreſſum, inter Canonicos dividatur omnino, ſeu uſibus aliis deputetur. In cottidianis autem diſtributionibus inter Canonicos diſtribuendis in horis, hanc formam & modum ſtatuimus, & volumus obſervari, ut ſcilicet exceptis caſibus infraſcriptis, nullus eas percipiat, neque alicui concedantur, niſi præſens in Choro fuerit, & horæ interſit, in qua diſtributio fuerit facienda. Non reputabitur autem præſens, niſi Chorum intraverit in Matutinis ante finitum Gloria Patri primi Pſalmi, qui dicitur poſt Venite; & in Miſſa ante finitum ultimum Kirie eleiſon: in omnibus autem aliis horis ante finitum Gloria primi Pſalmi, qui in ipſa hora cantatur, & præſens fuerit, quando circa finem Miſſæ, & horæ fuerit denariorum diſtributio facienda. Caveat autem ſibi, quod abſque cauſa neceſſaria, vel evidenter utili, Chorum non exeat, neque Divinum officium intermittat. Si quis autem de hoc vitioſus fuerit, prout ſua mala conſuetudo meruerit, corrigatur. Illi autem, qui de mandato Archipresbyteri, vel ejus Vicarii, & Capituli, ſeu ſolius Capituli; abſentibus ab Eccleſia Archipresbytero & ejus Vicario, ſi abſentes ab Eccleſia fuerint, vel ab horis propter ſervitia, aut negotia Eccleſiæ procuranda; quando ſic abſentes fuerint, percipiant diſtributiones horarum, & portionem ſuam integre, ſicut ceteri reſidentes, & in hiis pro reſidentibus habeantur. Propter perceptionem tamen hujuſmodi, majus temperamentum, & moderamen poterit adhiberi circa expenſas eorum de proventibus Eccleſiæ, ſeu Cameræ faciendas. Si qui autem de reſidentibus Canonicis ſic infirmati vel debilitati fuerint, eo ſcilicet tempore, quo in ipſa Eccleſia reſident, vel pro reſidentibus ſunt habendi, tantaque ſeu talis eſſet ipſorum infirmitas ſeu debilitas, quod abſque periculo proprii Corporis, vel multum notabili & magna indecentia, quæ poſſet horrorem vel ſcandalum generare, ſcilicet ex ligaturis, vel emplaſtris in locis patentibus vel hujuſmodi, horis intereſſe non poſſint; non excludantur a diſtributionibus ſupradictis; ſed ipſas percipiant, durantibus ipſis infirmitatibus & debilitatibus & indecentiis, quas percipiunt medicinati ſemel in anno diebus quatuor, & minuti ſex vicibus in anno diebus duobus in unaquaque minutione; dummodo prædicti in ipſa Eccleſia fuerint reſidentes, vel in Urbe, de licentia

tamen

V. Quotidianæ diſtributiones nonniſi præſentibus cedunt.

Quinam præſentes habendi?

Abſentes pro Eccleſiæ ſervitio, præſentibus accenſentur.

Infirmis, modo in Eccleſia reſideant, diſtributiones quotidianæ non denegantur.

Idem de medicinatis, ac minutis ſervandum præcipitur.

Ille cujus ſuſpecta eſt infirmitas, medietatem diſtributionum percipiat, donec de rei veritate conſtet.

tamen Archipresbyteri, vel ejus Vicarii & Capituli, vel ſolius Capituli, abſentibus ab Eccleſia Archipresbytero & ejus Vicario, commorentur. Si quis autem ab Archipresbytero, vel ejus Vicario & Capitulo, ſeu ſolo Archipresbytero, vel ſolo Capitulo in ipſius abſentia, vel ſolis etiam Camerariis haberetur ſuſpectus, quod infirmitatem, vel debilitatem, ſeu indecentiam non haberet, quæ ipſum propter periculum, vel indecentiam, juxta quod dictum eſt, a Chori vel horarum ſervitio merito redderet excuſatum; hujuſmodi ſuſpicione durante, ſibi diſtributionum medietas ſubtrahatur, quouſque rationabiliter oſtenderit, ſe nihil agere ſimulate, & ſibi non eſſe, juxta hanc ordinationem diſtributiones hujuſmodi ſubtrahendas, vel evidenter appareret ipſum eas percipere non debere. In quo caſu ſicut privandus eſt omnibus, ſic & in alio ſibi debent diſtributiones integre miniſtrari: ſuſpicionis tamen tempore, medietatem tantum recipiat, ut eſt dictum.

Etſi Canonicus Portione careat, diſtributionibus, modo præſens ſit, non privatur.

Ab hac etiam cottidiana diſtributione nullus Canonicorum portionem habens, vel ad portionem admiſſus, ſeu cujus portio debita ſibi vacet, licet efficaciter non ſit admiſſus ad eam, quia non eſt promotus ad Socios, aliquatenus excludatur; etiamſi in ipſa Eccleſia non reſideat; ſi forſan aliquando in Choro horæ in qua fit diſtributio, ipſum ſupradicto modo intereſſe contingat: Nam regulariter ſoli reſidentes in ipſa Eccleſia, & qui habentur pro reſidentibus, ſunt juxta formam præmiſſam, ad perceptionem diſtributionum hujuſmodi admittendi. Dictarum autem cottidianarum diſtributionum exhibitio, vel diſtributio ita fiet.

Diſtributionum ratio in diebus ferialibus.

Singulis diebus, tam ferialibus, quam feſtivis in Matutinis percipiat tres denarios proven. unuſquiſque: in Prima unum: in Miſſa tres: in Tertia unum: in Sexta unum; quæ deinceps in eodem Choro cantetur: in Nona unum: in Veſperis tres: in Completorio unum, quod deinceps in Choro immediate poſt Veſperos decantetur; præterquam in Quadrageſima, in qua hora conſueta cantetur Et in ipſa Quadrageſima unus denarius adimatur a Veſperis, & Completorio adjungatur; ita quod duos denarios in Veſperis, & duos in Completorio percipiat unuſquiſque.

In vigiliis, ac feſtis diebus, alia in diſtributionis ſervanda œconomia.

In infraſcriptis autem Feſtivitatibus & diebus, prædictis diſtributionibus fiat additio, ſicut inferius diſtinguetur. Nam præter diſtributiones prædictas in Veſperis Vigiliæ Apoſtolorum Petri & Pauli unuſquiſque percipiat decem denarios proven.: in Vigiliis decem: in Matutinis decem: in Miſſa decem; & in Veſperis Feſti decem. In unaquaque autem infraſcriptarum Feſtivitatum, ſcilicet in Octavis Apoſtolorum Petri, & Pauli: in feſto Dedicationis Baſilicarum ſuarum: in feſto Nativitatis Dominicæ: in Epyphania: in feſto Aſcenſionis Dominicæ; & in Pentecoſtes, unuſquiſque percipiat ſeptem denarios proven.; in Veſperis vigiliæ, ſeptem; in vigiliis, ſeptem; in Matutinis, octo; in Miſſa, & in Veſperis Feſti, ſeptem: in feſto vero Reſurrectionis Dominicæ, in quo Vigiliæ non cantantur; in Veſperis, quæ Sabbato Sancto dicuntur, percipiat unuſquiſque novem denarios; in Matutinis, novem; in Miſſa novem; in Veſperis Feſti, novem. In unaquaque autem infraſcriptarum Feſtivitatum unuſquiſque percipiat duos denarios: in Veſperis Vigiliæ, in Vigilia duos; in Matutinis, duos; in Miſſa, duos; & in Veſperis Feſti, duos. Feſtivitates autem ſunt heæ: feſtum Aſſumptionis Beatæ Virginis, Sancti Matthæi Apoſtoli, Sancti Lucæ, Sanctorum Simonis & Judæ, Omnium Sanctorum, Commemoratio Mortuorum, Dedicationis Altaris Sanctæ Mariæ de Cancellis, Sancti Andreæ, Dominica de Gaudete, Sancti Stephani, Cathedra Sancti Petri, Dominica in Quinquageſima, in qua dentur in Miſſa quatuor denarii, cum Vigiliæ non præcedant; Sancti Gregorii; die Lunæ poſt Paſcha, in qua dentur quatuor denarii in Miſſa, cum Vigiliæ non præcedant; Dominica, in qua cantatur, Ego ſum Paſtor Bonus, in qua dentur quatuor denarii in Miſſa, cum Vigiliæ non præcedant; Et Sanctæ Petronillæ. In ſingulis vero Feſtivitatibus infraſcriptis, de cetero Vigiliæ decantentur: in quibus duos denarios in Vigiliis, & duos in Miſſa percipiat unuſquiſque. Feſtivitates autem ſunt heæ; Commemoratio S. Pauli, Sancti Martialis, Sanctorum Proceſſi & Martiniani, S. Alexii, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Sancti Jacobi, Sancti Petri ad Vincula, Sancti Laurentii, Sancti Bartholomæi, Sancti Egidii, Nativitatis Sanctæ Mariæ, Exaltationis Sanctæ Crucis, Sancti Michaelis, Sancti Franciſci, Dedicationis Baſilicæ Salvatoris, Sancti Martini, Dominica de Adventu, in cujus Miſſa dentur quatuor denarii cum Vigiliæ non præcedant; Sancti Nicolai; Dominica ſecunda de Adventu, in qua quatuor denarii dentur in Miſſa, quia Vigiliæ non præcedunt; Sanctæ Luciæ, Sancti Thomæ, Sancti Joannis Euangeliſtæ, Sancti Silveſtri, Circuncifionis Domini, Converſionis Sancti Pauli, Purificationis Beatæ Mariæ, Sancti Mathiæ, Dominica Paſſionis, in qua quatuor denarii dentur in Miſſa, cum Vigiliæ non præcedant; Et Annunciationis Beatæ Virginis, Sancti Longini, Dominica Palmarum in cujus Miſſa dentur quatuor denarii, quia Vigiliæ non præcedunt; Sabbato Sancto, in cujus Miſſa

dentur

Digitized by Google

dentur quatuor denarii, quia Vigiliæ non præcedunt; Sancti Marci, Sanctorum Philippi & Jacobi, Inventionis Sanctæ Crucis, Apparitionis Sancti Michaelis, Sancti Barnabæ, Nativitatis Sancti Joannis, Sanctorum Joannis & Pauli, & Sancti Leonis Papæ.

Qui nam reſidere, & Diſtributiones lucrari dicantur.

Illos autem Canonicos haberi pro reſidentibus, & reſidentes eſſe in Eccleſia ipſa ſtatuimus, qui in Canonica, ſive infra Clauſtrum ipſius Canonicæ commorantur: Unde reſidens habeatur Canonicus illa die, qua infra Clauſtrum ipſius Canonicæ pernoctabit. Et ubicumque extra Clauſtrum ipſum pernoctare contingerit, non reputetur, vel habeatur reſidens illa die: Illis caſibus dumtaxat exceptis, in quibus ex præſenti ordinatione alibi pernoctantes percipiunt ſua Beneficia, ut Canonici reſidentes. Amplius, quia cotidianæ diſtributiones horarum ad viginti quatuor libras proven. aſcendere dinoſcuntur in anno; reſtat, quod illo anno quo portio ad ſexaginta librarum quantitatem aſcendit, triginta ſex libræ provenien. in pecunia, vel in rebus, præter ipſas diſtributiones, cuilibet Canonico reſidenti debentur.

VI. Præter Diſtributiones, Portionis reliquum, ſingulis duobus menſibus, aut in pecunia, aut in rebus tradatur; ea tamen lege, ut ſi quid ultra menſuram diſpenſetur, in aliis partitionibus, aut ſaltem in fine anni integram ſummam conficiat.

Harum autem triginta ſex librarum ſolutionem, ſeu diviſionem ſic ordinamus, & diſponimus faciendam; ut ſcilicet finitis ſingulis duobus menſibus, unicuique Canonicorum reſidentium ſex libræ proven. perſolvantur in pecunia, vel in rebus, pro reſidentia, in ipſis duobus menſibus jam completa. Illis autem menſibus, quibus Bladi, Annonæ, & Vini diſtributio fuerit facienda, ſi habita conſideratione numeri portionum, quantitas harum rerum tanta fuerit, ut id quod poſſet pro ſua portione ad unumquemque Canonicorum reſidentium pervenire, juxta veram extimationem ad majorem ſummam aſcenderet, quam ſit quantitas ſex librarum; nihilominus in hoc caſu in rebus prædictis non diminuatur portio Canonici reſidentis, ſed diligens conſideratio eſt habenda, quantum in ipſis rebus, ultra ſex libras perceperit unuſquiſque: Et hoc redacto diligenter in ſcriptis, tantum; cum ex reſidentia præcedenti ſuum non fecerit, quod ultra valorem ſex librarum proven. tunc recepit; de portione proximò ſequenti, vel ſi illa ad hoc non ſufficeret, de aliis portionibus continue ſequentibus adimatur, quod ipſe Canonicus redigatur ad ſtatum, in quo in fine anni, exceptis diſtributionibus, & aliis, quæ ſunt ex hac noſtra ordinatione excepta, non ultra triginta ſex libras proven. reperiatur aliquatenus percepiſſe.

Qui, Portionis quota ultra menſuram percepta, abſcedunt, cautionem præſtent.

Et ſi forſan veriſimiliter dubitaretur de aliquo, quod ſe deberet ab Eccleſia abſentare, & ad eam longis temporibus non redire, non fiat ei ultra valorem ſex librarum ipſarum rerum aſſignatio, niſi ſufficienti præſtita cautione, quod ſi propter ſuam abſentiam non poſſet de ſequentibus ſuis portionibus illo Anno Eccleſiæ ſatisfieri de eo, quod ultra ſummam ſex librarum percepiſſet, Eccleſiæ ſeu Cameræ redderetur, quicquid ſibi fuiſſet ultra ſolutum.

Si reditus minuantur, in fine anni facienda detractio ex quota Portionum.

Illo autem anno, quo forſan ad ſummam ſexaginta librarum, computatis omnibus præter excepta, veriſimiliter videretur non poſſe aſcendere portionem ſolutionis dictarum ſex librarum; vel in ſingulis terminis fiat diminutio pro rata quantitatis, ad quam videtur poſſe aſcendere portio ipſo anno; vel provideatur ſic, quod in ſolis terminis circa finem anni, uno vel pluribus, ſic diminutio ipſa fiat, quod ſolutionibus omnibus computatis, non reperiatur in fine anni percepiſſe ultra id, quod ſibi ex hac ordinatione debetur. Talis quoque per eos, per quos hæc ſolutio imminet facienda providentia, & proviſio habeatur; tantumque ſemper reperiatur in Camera, quod in fine ſingulorum duorum menſium ſemper poſſit Canonicis reſidentibus ſecundum modum prædictum, ſolutio provenire.

Abſenti Canonico, ea, quæ ſingulis reſpondet diebus, quota ſubtrahatur.

Si quis autem Canonicus extra dictam Canonicam ſeu Clauſtrum ipſius pernoctaverit, in caſu in quo reſidens non habetur, pro ſingulis diebus, quibus extra pernoctaverit, ſinguli duo ſolidi proven. ſibi adimantur, & Eccleſiæ, ſive Cameræ applicentur; de ſolutione in proximo ſibi termino, ſcilicet in fine duorum menſium facienda: quæ ſolutio ſive præſens, ſive abſens fuerit, ſibi fiat deductis ſingulis duobus ſolidis pro diebus ſingulis, pro quibus reſidens non habetur: ut ſic præmiſſa percipiant ſoli reſidentes, & non alii, vel qui pro reſidentibus ſunt habendi.

Si tamen ex honeſta cauſa extra Canonicam brevi tempore pernoctaverit, integrum percipiet ſtipendium.

De gratia tamen concedimus, quod ſi per totum anni circulum pro ſuis, vel amicorum ſuorum expediendis negotiis, ſeu ex quacumque alia honeſta cauſa viginti diebus interpolatis, ſeu continuis extra Canonicam, ſeu Clauſtrum ipſius voluerit pernoctare, libere poſſit hoc facere abſque dictorum duorum ſolidorum defalcatione, ſeu diminutione aliqua facienda: Set hoc ad plures dies, quam ad viginti nullatenus extendatur.

Fraudibus occurrit.

Contra fraudem autem, vel deteſtandam negligentiam aliquorum, qui licet pernoctarent in Canonica, ſive Clauſtro, & in nullo vel in modico in horis, & aliis Eccleſiæ obſequiis deſervirent, provideatur per ſubtractionem proventuum in toto, vel in parte aliqua per Archipresbyterum & Capitulum, prout eis ſecundum Deum videbitur expedire.

VII. In Canonicos, qui, cum Baſilicæ curent negocia, fraude aut

Et quia Canonicorum, quibus in nonnullis caſibus committerentur ipſius Baſilicæ negotia procuranda, provida diligentia circa ipſius magnum ſubſidium

dolo dampnum inferunt, pœnas ſtatuit.

dium hiis, ad quæ tendit præſens ordinatio præſtare poterit in futurum; ſic duximus ſtatuendum, ut quilibet Canonicus circa negotia ſibi commiſſa, officii ſui debitum ſic fideliter, ſic ſollicite ſtudeat adimplere; ut ex hoc Deo, & Apoſtolorum Principi ſe reddat acceptum, & ipſa Baſilica in proventibus augeatur. Et ſi forſan ex ipſius malitia, dolo, vel fraude ipſi Baſilicæ dampnum aliquod proveniret; præter id, quod ipſe tenetur dampnum hujuſmodi reſarcire, idem Canonicus juxta qualitatem ſui reatus, & quantitatem dampni taliter puniatur, quod ipſius pœna aliis transeat in exemplum.

VII. Ex Canonicis reſidentibus, quatuor eligantur in Camerarios, prævio Archipresbyteri aſſenſu.

Statuimus inſuper, & ordinamus, quod annis ſingulis quatuor de Canonicis reſidentibus & portiones percipientibus, fide digni, & per quos credantur negotia prædictæ Baſilicæ debere, tam fideliter quam prudenter & utiliter pertractari, per Archipresbyterum, & Capitulum aſſumantur ad Camerariatus offitium exercendum: Quorum aſſumptio, vivente Archipresbytero, nunquam fiat abſque requiſitione & conſenſu Archipresbyteri in Urbe, vel in vicinis Partibus exiſtentis, etiamſi abeſſet ab Urbe, & ejus Vicarius in Eccleſia reſideret: in Camerariis enim iſtis multa eſt fidelitas, & induſtria requirenda.

Eorum cura in redditibus percipiendis, ac distribuendis.

Prædicti autem quatuor Camerarii recipiant omnes fructus, redditus, & proventus, & obventiones quaſcumque, undecumque, & qualitercumque ad ipſam Eccleſiam pertinentes, præter quædam minuta inter excepta contenta, & in portione minime computanda, quæ ad manus Camerariorum nec oportet nec congruit devenire, nec hactenus devenerunt: Et ad manus eorum cuncta deveniant, quæ ad ipſam perveniunt Baſilicam, ſeu ex hac ordinatione, vel quocumque modo ſunt Communi ipſius Baſilicæ, vel Cameræ applicanda. Omnia quoque contenta in ordinatione præſenti, quæ ad partitionem, diſtributionem, conſervationem & expenſas pertinent; ſervent, exequantur & faciant juxta formam & modum & ordinem in eadem ordinatione contentos: Et omnia, quæ recipiunt, diſtribuunt, dividunt & expendunt; & cetera quæ ad ipſorum ſpectant offitium, puta, Canonicorum abſentias ab Eccleſia vel ab horis, & hiis ſimilia, determinando tempora & perſonas & ceteras circumſtantias, prout ad declarandum in hujuſmodi ſtatum Eccleſiæ ſeu Cameræ fuerit opportunum, ſic diligenter, & ſeparatim unuſquiſque conſcribat; ut in quatuor libris ſeu quaternis reperjantur cuncta conſcripta, quatenus manifeſte appareat, quid & quantum in Camera fuerit ad Poſſeſſiones emendas pro Eccleſiæ proventibus augmentandis; & an Canonicis, & Beneficiatis ſufficienter juxta hanc ordinationem de ſuis portionibus, & Beneficiis fuerit ſatisfactum.

Sub quatuor clavibus emolumenta cuſtodiant.

Sub quatuor quoque clavibus, quarum unuſquiſque cuſtodiat unam; omnia bona quæ ad manus ipſorum devenerint, conſerventur, præſertim pecuniæ, nec non & alia quæ pro utilitate Eccleſiæ diligenter fuerint conſervanda.

Nedum poſt ſingulos duos menſes, ſed etiam in fine anni rationem reddant.

Rationem, & computum dictis Archipresbytero vel ejus Vicario, & Capitulo, in fine duorum menſium, cum diſtributio ſex librarum fuerit Canonicis facienda, reddant; & faciant diligenter, ut pro illo tempore ſtatus Baſilicæ, ſeu Cameræ ſciri poſſit. In fine tamen anni poſt finitum ſuum offitium, infra quindecim dies vel infra tempus eis ab Archipresbytero, vel ejus Vicario, & Capitulo aſſignandum, de omnibus ad ſuum offitium pertinentibus reddant ipſis, & faciant computum generale; ut ſtatus Eccleſiæ, quoad temporalia ſciri poſſit, & novi poſſint Camerarii ſuper omnibus informari: De quibus aſſumendis priuſquam annus Camerariorum præcedentium finiatur, eſt per Archipresbyterum, & Capitulum ſollicite providendum.

Quinam redditioni rationis intereſſe debeant.

Reſidentes autem Canonici ſollicite conveniant ad computum audiendum: & ſingulis eorum, qui computo interfuerint & perſtiterint, quouſque computus terminetur; in unoquoque computo in fine duorum menſium de Communi Cameræ ab ipſis Camerariis denarii duo dentur; in generali quoque computo faciendo, anno finito, dentur ſingulis duodecim denarii ab eiſdem. Illi vero, qui non convenerint ad computum audiendum, non ſolum non habeant, quod in ipſo computo fuerant percepturi; ſet de partitione, quæ finitis duobus menſibus imminet facienda, eorum ſingulis ſinguli duo ſolidi ſubtrahantur: De partitione quoque proximo ſequenti computum generalem, ſubtrahantur unicuique decem ſolidi Communi Cameræ applicandi; niſi eos infirmitas, ſeu debilitas, vel injuncta ipſius Eccleſiæ negotia juſte & rationabiliter excuſarent. Ut autem ipſorum Camerariorum ſollicitudo, & labor aliqualiter levigentur; in unoquoque computo in fine duorum menſium faciendo, ultra portionem, quæ ipſum contingit, ſingulos octo ſolidos percipiat unuſquiſque.

Uno Camerariorum impedito, alter eligatur.

Et ſi aliquem illorum in longum ab executione ſui offitii contingeret impediri, alius ſibi per Archipresbyterum & Capitulum ſubrogetur, ut ceteri, juramenti vinculo aſtringendus. Nulli de cetero in prædicta Baſilica Obedientiarii fiant, ſicut conſueverunt fieri hactenus; ſed prædicti quatuor Camerarii obedientias exerceant univerſas, & dictorum Obedientiariorum offitia fideliter exequantur, quouſque per Archipresbyterum, & Ca-

& Capitulum ſuper hoc, aliud contingeret ordinari. Et ſi aliquem propter prædictorum exequutionem ab Urbe abeſſe contigerit, reliqui ſuum offitium faciant; ita tamen quod ſemper tres, vel duo ad minus remaneant ad ſuum offitium exercendum. Cum vero ipſis Camerariis Cameræ committeretur offitium præſentibus Archipresbytero vel ejus Vicario & Capitulo, jurabunt tactis Sacroſanctis Euangeliis ſub hac forma: Nos tales, ad exercendum offitium Cameræ noſtræ Baſilicæ, a præſenti die uſque in annum completum aſſumpti, tactis Sacroſanctis Euangeliis, promittimus & juramus, quod offitium nobis commiſſum fideliter exequemur; proventus & obventiones omnes ad dictam pertinentes, ſeu pervenientes Baſilicam, pro poſſe noſtro procurabimus, ut nobis abſque diminutione integre aſſignentur; ipſoſque cuſtodiemus fideliter, & dividemus & portiones faciemus, & tam Canonicis in diſtributionibus, & aliis pro ſuis portionibus, quam Beneficiatis Chori Baſilicæ Sancti Petri pro ſuis Benefitiis, ſeu ſtipendiis integre ſatiſfaciemus de bonis ejuſdem Baſilicæ, ſeu Cameræ; & quæ reſidua fuerint, fideliter conſervabimus, juxta quod hæc omnia ſigillatim diſtincta ſunt in ordinationibus, ſeu ſtatutis ſactis Viterbii per Venerabilem Patrem Dominum Joannem Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconum Cardinalem, Archipresbyterum, & Capitulum noſtræ Baſilicæ, & per Sanctiſſimum Patrem Dominum Joannem Papam Vigeſimum primum ex certa ſcientia confirmatis: Extimationem quoque rerum aſſignandarum Canonicis, ſecundum ſtatuta prædicta pro ſuis portionibus bona fide, juxta communem valorem, ſecundum noſtram conſcientiam faciemus: Nulli Canonico, ſeu Beneficiato ſcienter de Bonis ipſius Baſilicæ dabimus, aut ipſum pro poſſe noſtro auferre, vel recipere permittemus ultra id, quod eis debetur ex præmiſſis ordinationibus, ſeu ſtatutis; & ſervabimus modum, formam, & ordinem expreſſos ibidem: Si ſciverimus, vel non leviter crediderimus, aliquem Canonicum, ſeu Beneficiatum in percipiendo ultra quam deberet ſecundum præmiſſa ſtatuta percipere, Eccleſiam defraudaſſe; nobis pro Eccleſia ſeu Camera, quod male receptum fuerit per fraudatorem, ſi poterimus, reſtitui faciemus; vel tantum de portione ſeu Benefitio defraudatoris retinebimus, quod Eccleſia reddetur indempnis: Si non poſſemus hoc facere, quia negaret forſitan defraudator, id ad notitiam Archipresbyteri, & Capituli deducemus. Veritatem quoque dicemus abſque falſitatis ammixtione cujuſquam ſuper omnibus quæ ad noſtrum ſpectant offitium, Archipresbytero, & Capitulo, vel utrique ipſorum ſeparatim in omnibus, & ſuper omnibus offitium noſtrum contingentibus; ex quorum taciturnitate crederemus, poſſe pati noſtram Eccleſiam detrimentum. Finito autem noſtro offitio, & etiam quandocumque Archipresbytero, vel ejus Vicario, & Capitulo, ſeu ſoli Capitulo, Archipresbyteratu vacante, placuerit, omnia integre reſignabimus, quæ apud nos, vel in Camera fuerint de Bonis ad noſtram Baſilicam pertinentibus; vel aliis, qui ab eis ad hoc fuerint deputati: Et Baſilicam ipſam reddemus indepnem de omni eo, in quo ex certa noſtra ſcientia, tam a nobis quam ab aliis ipſa Baſilica noſtra per noſtram malitiam, ſive fraudem dampnificata fuiſſet: Fidelem quoque rationem ſeu computum, juxta quod in prædictis ſtatutis ordinatum eſt, de omnibus faciemus. Sic nos Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Statuimus, quod de cetero nullus Canonicus admittatur ad reſidentiam in eadem Eccleſia faciendam, niſi de verbo ad verbum in Capitulo ejuſdem Baſilicæ, ſub forma infraſcripta præſtiterit juramentum, exceptis exiſtentibus infra tempora pubertatis; qui ſtatim poſtquam ad illam devenerint, illud præſtent: quod ſi præſtare forſitan recuſarent; nec habeantur pro reſidentibus, neque morari permittantur in ipſius Baſilicæ Capitulo, vel in Clauſtro. Nulli quoque portio concedatur, aut detur, niſi prius ſub forma juraverit infraſcripta. Proceſſu tamen temporis in forma juramenti Canonicorum, Camerariorum & Beneficiatorum alia Capitula adjici poterunt & adjungi, prout ſecundum emergentes eventus & caſus, animarum ſalute ac præfatæ Baſilicæ utilitate penſatis, Archipresbytero & Capitulo videbitur expedire. Forma autem hæc eſt: Ego talis Baſilicæ Principis Apoſtolorum Canonicus, juro & promitto, quod fidelis ero Beato Petro, necnon dictæ Baſilicæ ipſius Principis Apoſtolorum de Urbe: Poſſeſſiones, & jura, bona tam immobilia quam mobilia ad ipſam Baſilicam pertinentia, adjutor ero bona fide ad conſervandum, cuſtodiendum, & defendendum, ſalvo meo ordine: Nec Baſilicam ipſam in prædictis rebus, & juribus ſcienter dampnificabo, ſeu pro poſſe meo dampnificari permittam: De bonis ipſius Eccleſiæ nihil, ſive magnum fuerit ſive parvum, ſcienter percipiam ſeu recipiam ultra id, quod de bonis ipſis habere ac recipere mihi licet: Et ut perjurii reatum evitem, ſi forſan per ignorantiam, ſive fraudem, vel alias quocumque modo aliquid de Bonis ipſis ultra id quod mihi licet reciperem, vel haberem; poſtquam pro certo cognovero, me aliquid illicite recepiſſe vel etiam habuiſſe, reddam Baſilicam prædictam

Juramenti formula a Camerariis præſtanda.

Alia Juramenti formula a quovis Canonico, antequam ad reſidentiam admittatur, præſtanda, ſubjicitur.

dictam indepnem, & id reſtituam infra menſem: ſi ſcivero, vel cognovero, aliquem in bonis mobilibus vel immobilibus velle ipſam Baſilicam defraudare vel etiam deſraudaſſe; volentis conatus impediam, ſi potero bono modo: Et ſi eadem Eccleſia fuerit deſraudata; illud quatenus abſque meo periculo fieri poterit, dampni conſideratione penſata, Archipresbytero ſeu Capitulo vel illis manifeſtabo perſonis, per quas indempnitati Eccleſiæ utilius conſuli poſſe credam: ſecretum Archipresbyteri & Capituli, quod ſecretum eſſe cognovero, ad dampnum Eccleſiæ me ſciente nemini revelabo: Set & nulli pandam aliquid quod ab eiſdem Archipresbytero, vel ejus Vicario, & Capitulo, ſeu a ſolo Archibresbytero vel ſolo Capitulo, dictis Archipresbytero & ejus Vicario ab Eccleſia eadem abſentibus injunctum michi fuerit ſecretum ſervandnm ſub ſecreto Capituli, vel ſub fide præſtiti juramenti. In hoc tamen Archipresbyterum non includo, qnin ſibi revelem, cum ei ſecreta Capituli minime ſint celanda. Ipſius Archipresbyteri, & Archipresbyteratus juriſdictiones & jura, quantum in me fuerit, ſcienter nec minuam, nec infringam. Ordinationes & Statuta facta Viterbii per Venerabilem Patrem, & Dñm Dñm Joannem S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconum Cardinalem Archipresbyterum, & Capitulum ejuſdem Baſilicæ, & per Sanctiſſimum Patrem Dominum Joannem Papam Vigeſimumprimum ex certa ſcientia confirmata, quoad numerum portionum, & valorem, ſeu quantitatem ipſarum numeri dictarum portionum, & Canonicorum augmentum: inſtitutionem Beneficiatorum Chori Baſilicæ Sancti Petri, & ipſorum numerum, & quantitatem ſtipendiorum ſuorum, & ipſorum augmentum: juriſdictionem in Beneficiatos eoſdem: caſus in quibus ſunt bona Cameræ applicanda, & Canonicis, ſen Beneficiatis non danda, & immobilia bona emenda pro facultatibus Eccleſiæ ampliandis, quantum in me fuerit inviolabiliter obſervabo, & nullo unquam tempore veniam contra ea. Et ut breviter omnia comprehendam; non ero in conſilio, aut in facto, quod ordinationes, & ſtatuta prædicta, ſeu aliquod ex eis etiam quo ad alia, quæ continentur in eis, a Capitulo ejuſdem Baſilicæ immutentur, vel ipſum Capitulum veniat contra ea. Quin potius ſi opus fuerit, pro poſſe meo opem & ſtudium adhibebo, quod ab ipſo Capitulo ſerventur, & minime negligantur. Anniverſaria in ipſa Eccleſia hactenus ſtatuta, vel in poſterum ſtatuenda quoad dicendum Miſſas, & cetera offitia pro Defunctis & diſtributionem denariorum ſaciendam in eis, quantum in me fuerit procurabo, quod a Capitulo, juxta quod fuerint ordinata, fiant perpetuo, & nullatenus omittantur; & ſpecialiter, quod ordinatum eſt de Anniverſario prædicti Archipresbyteri noſtri, & Miſſa, & Offitio per duos Beneficiatos cotidie celebrandis; nec non & Anniverſariis Patris, & Matris, Patrui, & duorum Fratrum ſuorum, & denariis diſtribuendis in eis. Nullum de cetero Canonicum ad reſidentiam in ipſa Eccleſia faciendam, ſeu ad portionem percipiendam admittam, niſi prius ſub hac eadem forma coram ipſo Capitulo de verbo ad verbum tactis Sacroſanctis Euangeliis præſtiterit juramentum; præterquam ſi aliquis infra annos pubertatis admitteretur ad reſidentiam faciendam. Sic Deus me adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Forma quoque juramenti, quam a Beneficiatis Chori Baſilicæ Sancti Petri, & ab eorum ſucceſſoribus in perpetuum præſtari ſtatuimus, & etiam ordinamus, eſt hæc: Ego talis Beneficiatus Chori Baſilicæ Sancti Petri, tactis Sacroſanctis Euangeliis, juro & promitto, quod fidelis ero Beato Petro, & dictæ Baſilicæ ipſius Principis Apoſtolorum de Urbe, nec non Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ ſupradictæ: Poſſeſſiones, & jura, bona tam immobilia, quam mobilia ad ipſam Baſilicam pertinentia, adjutor ero bona fide ad conſervandum, cuſtodiendum, & defendendum ſalvo meo ordine: Nec Baſilicam ipſam in prædictis rebus, & juribus ſcienter dampnificabo, ſeu pro poſſe meo dampnificari permittam: De bonis ipſius Eccleſiæ nihil, ſive magnum fuerit ſive parvum, ſcienter percipiam, ſen recipiam ultra id, quod de bonis ipſis habere, ac recipere mihi licet. Et ut perjurii reatum evitem, ſi forſan per ignorantiam, ſive fraudem, vel alias quocumque modo aliquid de bonis ipſis ultra id, quod mihi licet reciperem, vel haberem, poſtquam pro certo cognovero me aliquid illicite recepiſſe, vel etiam habuiſſe, reddam Baſilicam prædictam indempnem; & id reſtituam infra menſem. Si ſcivero, vel cognovero aliquem in bonis mobilibus vel immobilibus velle ipſam Baſilicam defraudare, vel etiam defraudaſſe, volentis conatus impediam, ſi potero, bono modo. Et ſi eadem Eccleſia fuerit defraudata, illud quatenns abſque meo periculo fieri poterit, dampni conſideratione penſata, Archipresbytero, ſeu Capitulo, vel illis manifeſtabo Perſonis, per quas indempnitati Eccleſiæ ntilius conſuli poſſe credam: Secretum Archipresbyteri, & Capituli, quod ſecretum eſſe cognovero, ad dampnum Eccleſiæ me ſciente nemini revelabo: Sed & nulli pandam aliquid, quod ab eiſdem Archipresbytero, vel ejus Vicario, & Capitulo, ſeu a ſolo Archipresbytero, vel ſolo Capitulo, prædictis Archipre-

Alia Juramenti formula Beneficiatis praſcripta.

chipreſbytero, & ejus Vicario ab eadem Eccleſia abſentibus, injunctum mihi fuerit ſecretum ſervandum, ſub ſecreto Capituli, vel ſub fide præſtiti juramenti. In hoc tamen Archipreſbyterum non includo, quod ſibi revelem, cum ei ſecreta Capituli minime ſint celanda. Ipſius Archipreſbyteri, & Archipreſbyteratus juriſdictiones & jura, quantum in me fuerit, ſcienter nec minuam, nec infringam. Ordinationes, & ſtatuta omnia facta Viterbii per Venerabilem Patrem Dominum Joannem Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconum Cardinalem Archipreſbyterum, & Capitulum ejuſdem Baſilicæ, & per Sanctiſſimum Patrem Dominum Joannem Papam vigeſimumprimum ex certa ſcientia confirmata, quoad taxationem beneficii mei, modum & formam in prædicta Baſilica reſidendi & deſerviendi in Divinis Offitiis, & percipiendi diſtributiones, vel Benefitium meum: Nec non & quoad poteſtatem, & auctoritatem Archipreſbyteri, & Capituli, ſimul vel ſeparatim, ut ibi diſtinguitur; & omnia & ſingula, quæ ſtatum meum, & aliorum Benefitiatorum circa inſtitutionem, deſtitutionem, correctionem, reformationem ſtatus Beneficiatorum, ordinationem, vacationem Benefitiorum ex lapſu temporis, vel alias, & quæcumque alia Benefitiatorum ſtatum contingentia ſunt inibi ordinata: Et ut breviter omnia comprehendam, non ero in conſilio, aut in facto, quod ordinationes, ſeu ſtatuta prædicta, vel aliquid ex eis a Capitulo, vel Beneficiatis aliquatenus immutentur, vel ipſum Capitulum, ſeu Beneficiati veniant contra ea; quin potius, ſi opus fuerit, opem & ſtudium, quantum in me fuerit adhibebo, quod a prædictis ſerventur, & minime negligantur. Anniverſaria in Eccleſia hactenus ſtatuta, & in poſterum ſtatuenda, quoad dicendum Miſſas, & cetera offitia pro Defunctis, quantum in me fuerit ſtudium, ſi opus erit, dabo & operam, quod a Capitulo, & Benefitiatis ipſis fiant perpetuo, & nullatenus omittantur, juxta quod fuerit ordinatum; & ſpecialiter quod ordinatum eſt de Anniverſario prædicti Archipreſbyteri noſtri, & Miſſa, & Offitio per duos Benefitiatos quotidie celebrandis, nec non & Anniverſariis Patris, & Matris, Patrui & duorum Fratrum ſuorum. Studium quoque ſi opus erit, quantum in me fuerit dare curabo, & operam, quod nulli Benefitiato Chori Baſilicæ Sancti Petri benefitium aſſignetur, nec ad reſidentiam, ſeu Chorum, vel diſtributiones percipiendas aliquatenus admittatur, niſi prius ſub hac eadem forma coram Capitulo præfatæ Baſilicæ de verbo ad verbum, tactis Sacroſanctis Euangeliis præſtiterit juramentum. Sic Deus me adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Cum autem prædicti Beneficiati Chori Baſilicæ Sancti Petri, non ſolum principaliter, ſed quaſi penitus ad hoc tantum ex præſenti ordinatione ad prædictam Baſilicam aſſumantur, ut in Divinis Offitiis, tam Diurnis quam Nocturnis, pro vivis & mortuis, in eadem Eccleſia decantandis, ipſi Baſilicæ, & Choro eidem ſtudeant jugiter & continue, prout Dominus dederit, deſervire; ſtatuimus, & ordinamus perpetuis temporibus obſervandum, quod nullus Beneficiatus percipiat, ſeu jus percipiendi habeat ſuum Benefitium viginti librarum, ſeu aliquid de ipſis viginti libris, niſi reſidens in ipſa Baſilica fuerit, & in horis Canonicis deſervierit juxta modum inferius adnotandum, exceptis caſibus infraſcriptis.

IX. Beneficiatis, qui aut non reſident, aut Choro non ſerviunt, Portio denegatur.

Beneficiatus autem in ipſa Eccleſia reſidens habeatur illo die, quo pernoctaverit infra clauſtrum Canonicæ ſupradictæ; infra quod clauſtrum cuncti Beneficiati morentur, in domibus pro ipſorum habitatione eis, prout ordinabitur, aſſignandis.

Reſidere dicitur qui in Canonica pernoctat.

Hoc tamen ordinamus, & volumus obſervari, quod ſi abſque licentia ejus, qui ad hoc fuerit deputatus, extra dictam Canonicam, ſive clauſtrum Benefitiatum ex quacumque cauſa contingeret pernoctare, nihil de diſtributionibus cotidianis, ſeu Benefitio ſuo percipiat quouſque in ipſa Eccleſia reſidens, in horis omnibus abſque perceptione aliqua deſerviat tot diebus, quot abſque licentia pernoctaverit extra clauſtrum, ut ſic non ſolum dierum & noctium, quibus extra pernoctaverit, ſed etiam tot dierum & noctium diſtributiones amittat, in quibus deſervire nihilominus teneatur. Illi tamen, qui ex quacumque cauſa abſque licentia pernoctationes hujuſmodi frequentarent, pœnæ graviori ſubdantur: Proviſo, quod ſi hoc fieret ex cauſa inhoneſta, illicita ſive turpi, ſic pernoctantes, prout meruerint acerbiſſime puniantur. Si qui etiam Benefitiati eſſent notabiliter negligentes, aut etiam defectivi in non deſerviendo Eccleſiæ in horis Canonicis ſive Choro, præter pœnas in hac ordinatione contentas; dure, prout expedire videbitur, puniantur & etiam caſtigentur.

Pœnæ contra non reſidentes, & incurioſos.

Prædictæ autem viginti libræ ſunt diſtribuendæ in horis hoc modo. Unuſquiſque Benefitiatus diebus ſingulis, tam ferialibus quam feſtivis, in Miſſis & in horis certo ingrediens tempore, & perſiſtens, ſicut ſupra de Canonicis ſerioſius eſt expreſſum, percipiat infraſcripta. Percipiat itaque in Matutinis duos denarios: In prima unum: In Miſſa tres: In tertia unum: In ſexta unum: In nona unum: In Veſperis duos: In Completorio unum: In Quadrageſima vero unus denarius adimatur a Veſperis, & Completorio adjungatur; ita

Portioni Beneficiatorum in Horis Canonicis diſtributio.

.quod

Quoties Canonicorum, toties & Beneficiatorum, ſervata tamen proportione, diſtributiones augeantur.

quod unum denarium in Veſperis, & duos in Completorio recipiat unuſquiſque. In omnibus autem horis ſupradictis, feſtivitatibus & diebus, in quibus diſtributionibus Canonicorum eſt additio facienda, & Beneficiatorum diſtributionibus fiat additio, ſed in diſpari quantitate. In quinque ſiquidem horis Feſti Apoſtolorum Petri & Pauli, in quibus uniuſcujuſque Canonici diſtributioni decem denariorum additio fieri debet, Beneſitiato cuilibet in eiſdem horis, ſex denarii adjungantur. In aliis vero ſeptem Feſtivitatibus, in quorum quatuor horis, ſingulis Canonicis ſeptem, & in Miſſa octo denariorum eſt additio facienda; quatuor denarii in ipſis horis ſingulis Beneſitiatis addantur. In aliis quoque Feſtivitatibus, & diebus, in quibus in duabus horis cuilibet Canonico duo denarii adjunguntur; in eiſdem duabus horis cuilibet Beneſitiato unus denarius adjungatur. Et quia inter Feſtivitates, & dies prædictos, dies aliqui computantur, in quibus Vigiliæ non præcedunt, in ipſis diebus in Miſſa denarii duo dentur.

Infirmitas, minutio, medicina excuſant a reſidentia.

Caſus autem, in quibus Beneficiati pro reſidentibus & in horis Canonicis deſervientibus, etiamſi non deſerviant, ſunt habendi; ſunt infirmitas, debilitas, indecentia propter ligaturas, & hujuſmodi; ſumptio Medicinæ, & minutio ſanguinis, prout & ſicut de Canonicis eſt prædictum. Beneficiati quoque morantes extra Clauſtrum dictæ Canonicæ pro prædictis caſibus, cum licentia Archipresbyteri vel ſui Vicarii, integre percipiant diſtributiones horarum:

Item excuſat ſervitium Eccleſiæ.

nec non & quando de mandato Archipresbyteri, vel ejus Vicarii pro ſervitiis Eccleſiæ ipſos abeſſe contingeret ab Eccleſia, vel ab horis: & tunc circa expenſas poterit temperamentum & moderamen haberi, ſicut de Canonicis eſt expreſſum.

Alia Beneficia, quæ perſonalem reſidentiam exigunt, a Beneficiatis Baſilicæ dimittantur.

Ne autem Beneficiatorum miniſteriis ſeu ſervitiis Chorum ipſius Baſilicæ, vel ipſam Baſilicam diutius contingeret defraudari; ſtatuimus inviolabiliter obſervandum, ut quicumque Beneficiatus, receperit aliquod Eccleſiaſticum Beneficium, ſive Curam animarum habeat ſive non, in quo de jure eum oporteret, vel de facto perſonaliter reſidere; eo ipſo, abſque ſententia, judicio, vel proceſſu, in noſtra Eccleſia Beneficium ſuum vacet, alii libere conferendum. Beneficiatorum quoque Beneficia, ſi qua talia forſan haberent eo tempore, quo in Beneficiatos noſtræ Baſilicæ admittuntur; pro renunciatis habeantur ab eis, & vacent, & intelligantur ipſo jure vacare, per illos ad quos ipſorum collatio pertinet libere ordinanda. Illa tamen Benefitia eos retinere, & recipere minime prohibemus, quæ ipſius Baſilicæ reſidentiam, ſeu Chori ſervitium nullatenus impedirent.

Beneficiati per annum abſentes, Beneficio priventur.

Si qui autem de Beneficiatis prædictis ab ipſa Baſilica continue abſentaverit ſe per annum, ab Archipresbytero, vel ejus Vicario licentia non obtenta; eodem anno elapſo, ipſo jure, & eo ipſo abſque ſententia, judicio, vel Proceſſu in noſtra Eccleſia Beneſitium ſuum vacet, & pro renuntiato habeatur ab eo, & alii conſeratur. Contra eum tamen procedi poſſit nihilominus infra annum ad amotionem perpetuam, vel ſuſpenſionem ad tempus; prout utilitas Eccleſiæ ſuggeret, & juſtitia ſuadebit.

X. Archipresbyteratu vacante, infra tres menſes novus Archipresbyter poſtulandus.

Ne autem diutius Baſilica noſtra vacet Archipresbyteri regimine, quo multum dinoſcitur indigere; ſtatuimus, ut infra tres Menſes a die vacationis, Capitulum ipſius Domino Papæ ſupplicet reverenter, ut ſecundum providentiam, & beneplacitum Apoſtolicæ Sanctitatis, aliquem de Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in Archipresbyterum dignetur concedere Baſilicæ ſupradictæ.

Ex Canonicis, qui Altari inſerviant, eligendi.

Juxta numerum Canonicorum in eadem Baſilica reſidentium, eſt per Archipresbyterum, vel ejus Vicarium, & Capitulum ſollicite providendum, qui & quot Canonici ad Sacerdotium, & Diaconium, & Subdiaconium fuerint promovendi; ne reperiri poſſit in ea defectus notabilis Miniſtrorum. Illi ergo quibus injunctum fuerit, ut ad Ordines ſuperiores aſcendant; obediant reverenter: & ſi pertinaciter recuſaverint; prout rationabile fuerit, puniantur.

E Beneficiatorum cætu decem Sacerdotes, quinque Diaconi, totidem Subdiaconi, & quatuor Acolyti deſignentur.

Statuimus, quod omnes ſupradicti viginti quatuor Beneficiati ſint in ſacris Ordinibus conſtituti; quatuor dumtaxat exceptis, qui poterunt in minoribus Ordinibus deſervire: de dictis autem viginti, decem in Sacerdotes, quinque in Diaconos, & quinque in Subdiaconos ordinentur, vel in ipſis jam conſtituti Ordinibus aſſumantur.

XI. Canonicorum & Beneficiatorum habitus in Choro geſtandus, deſcribitur.

Quoniam compoſitus habitus, & honeſtus ſtatum ſatis ordinis Clericalis exornat; ſtatuimus, quod omnes Baſilicæ ſupradictæ Canonici in Eccleſia & in Choro, quando Divina Officia celebrantur, & etiam aliis horis præſertim in publico, cum eſt ibi advenientium multitudo, habitum habeant uniformem; a Vigilia ſcilicet omnium Sanctorum uſque ad Sabbatum Sanctum, Superpelliceas lineas deferant Cappas nigras de ſagia ſimplices, vel ſi voluerint foderatas a cingulo, vel circa ex parte anteriori fixas inferius, & apertas: Deinde vero uſque ad Feſtum omnium Sanctorum lineis Togis ſuperpelliciis, ſive Cottis abſque Cappis utantur, quod & hactenus, ut accepimus, fieri conſuevit. Sive autem pauci eſſent in Eccleſia, ſive nulli, nunquam appareant in eadem, quin ſaltem ſucas habeant, & ſuper eas clamides ante pectus, vel poſt collum connexas; li-

cet gratius nobis eſſet, quod ſemper in Eccleſia in eo quem geſtant in Choro habitu apparerent. Beneficiati autem nullo rempore appareant in Eccleſia præterquam in habitu Chori, quem omnino ſimilem cum Canonicis omni tempore habeant, ſucis, & Capæ apertura exceptis. Ipſi namque ſuper clauſa veſtimenta, clauſas Capas habeant, non apertas, modica dumtaxat in ſine Capæ, & ante pectus apertura dimiſſa, per quam brachium poſſit extrahi juxta morem.

XII. Ad Divina Officia Campana pulſetur.

Ad omnes horas Canonicas campanæ pulſentur plures, vel una, ſicut hora ex more requirit; ſollemnius tamen, & prolixius in diebus ſollemnibus, & feſtivis, & in ſollemnibus Anniverſariis ad devotionem Populi excitandam. Ad Matutinas ſic tempeſtive pulſetur, quod diſtincte, ad intelligentiam quæ legenda fuerint, legi poſſint; & quæ cantanda cantari. Miſſæ quoque, & omnia Divina Offitia, tam pro vivis, quam pro Defunctis in ipſa decantanda Eccleſia, vel legenda non dicantur per ſincopam, vel tranſcurſum, ſed a Canonicis, & Benefitiatis, quantum eis Dominus dederit, ſtudioſe celebrentur pariter, & devote.

XIII. Diſciplinæ ac ritus in Divinis Officiis ſervandus, præſcribitur.

Miſſæ omnes Conventuales, feſtivæ, feriales, & etiam pro Defunctis, omneſque horæ Canonicæ, & Anniverſaria cum cantu peragantur, & nota: In Paraſceve tamen fiat, quod fieri conſuevit. In omnibus Miſſis Conventualibus Diaconus, & Subdiaconus ſacris indnti veſtibus, prout utriuſque ordo requirit miniſtrent Presbytero celebranti. Omnia quoque fiant ſolemniter plus, vel minus, juxta quod exigunt feſti celebritas diei, ac temporis qualitas, ſollemnis Anniverſarii conditio ex Benefitii perceptione majoris. Silentium a Canonicis, & Benefitiatis ſic in Choro ſervetur cum Divina Officia celebrantur, quod neque ſtrepitus, ſive vociferatio ibi fiat, nec per verba inutilia mens a devotione Divini Officii retrahatur. Si quis tamen de hiis, quæ ad Officium, vel Miniſterium pertinent, ſeu aliis utilibus ſocio loqui vellet, breviter & ſilenter hoc faciat, ut impediri, ſeu turbari propterea Divinum Officium non contingat. Ad incenſandum Altare, cum hoc ex more, fuerit faciendum, non in Capa lanea, ſed ſerica, quæ Pluviale dicitur Sacerdos accedat.

XIV. Nullus in Canonicam pateat aditus, niſi per publicas portas.

Clauſtrum ipſius Canonicæ, vel Baſilicæ ſic undique nunc, & in poſterum circumcirca claudatur, quod in ipſum Clauſtrum ex nulla parte ingreſſus pateat, vel egreſſus, niſi per duas Portas publicas, & ſollempnes, & per Portam, qua intratur in Eccleſiam ſupradictam: Dictæque tres Portæ, vel hoſtia omni ſero claudantur cum clavibus cuſtodiendis per fidelem hominem, cui earum cuſtodia committetur, nec ante horam matutinalem aperiantur hoſtia prædicta niſi emerſerit neceſſitatis articulus evidentis: ſic autem arcte ejuſdem Clauſtri ſervetur honeſtas, quod nulla ſuſpecta mulier intra domum aliquam ipſius Clauſtri ſcienter, per Canonicum, ſeu Benefitiatum, permittatur admitti. Nec enim intra totum Clauſtrum, quantumcumque non ſuſpecta fuerit pernoctare, quod ad omnes, conſanguineis Canonicorum, quam ad alias, generaliter extendatur.

XV. Canonicis Dormitorium ac Refectorium ſit commune.

Omnes Canonici in eadem Baſilica reſidentes in communi dormitorio dormiant, & refectorio prandeant, & in diebus jejuniorum cœnent. Dum in Menſa fuerit, lectionem habentes lectore in loco lectionis continne reſidente, & introeunte refectorium cum edomedario, & cum ipſo etiam exeunte niſi forte ipſorum aliquem infirmitas vel debilitas, ſeu alia neceſſitas vel evidens utilitas excuſaret. Hoc autem in eadem Eccleſia hactenus ſtatutum extitit, & ſervatum. De refectorio quoque proceſſu temporis ſuperexcreſcentibus ſacultatibus, dante Domino, utilius poterit ordinari quid in ipſo Canonici recipere debeant de communi.

XVI. Primum in Choro locum obtineant Presbyteri, mox Diaconi, deinde Subdiaconi, ita tamen ut Canonici Beneficiatis non commiſceantur.

Ordinamus, quod juxta ſtatutum felicis recordationis Domini Gregorii Papæ Noni de cetero, quoad recipiendos in eadem Baſilica obſervetur, ut Presbyteri primum locum, Diaconi ſecundum, Subdiaconi tertium obtineant, tam in Capitulo, quam in Choro, ſi etiam poſterius admittantur. Et hoc idem inter Beneficiatos volumus obſervari, non tamen mixtim inter hos & illos. Hæc conſideratio locum habet; cum ut dictum eſt Canonici omnes in Choro ſint Beneficiatis omnibus præferendi, nec inter hos, & illos ſit intercalaris facienda mixtura.

XVII. Statutorum præſentium lectio bis quotannis habeatur; propoſita adſtantibus mercede, abſentibus pœna.

Et ne contentorum in ordinatione præſenti quicquam oblivio deleat, ſtatuimus, & ordinamus, quod anno quolibet ordinationes & ſtatuta præſentia Canonicis in noſtræ Baſilicæ Capitulo, per aliquem ex Canonicis, nec non & alibi per aliqnem de Benefitiatis ipſis, Benefitiatis omnibus, duabus vicibus perlegantur. Ad lectionem autem hujuſmodi tam Canonici, quam Benefitiati, ſollicite ſtudeant convenire: quæ fiat in hebdomada poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, & in hebdomada ſequenti primam Dominicam de Adventu diebus, qui ad hoc magis accomodi videbuntur: Exponatur quoque ſi oportuerit propter non intelligentes aliquos lectio hujuſmodi in vulgari. Singulis vero Canonicis convenientibus, & uſque in finem perſiſtentibus lectionis, a Camerariis de Camera duodecim dentur denarii, & Beneficiatorum unuſquiſque ſex denarios percipiat ab eiſdem. Puniantur autem hoc modo, qui ad hujuſmodi non convenerint

venerint lectionem, Canonico ſcilicet quatuor ſolidi, & Beneficiato duo ſolidi de proximis eis dandis portionibus, ſeu diſtributionibus adimantur. Statuimus, ut ſingulis ſeptimanis tres de Canonicis edomadarii vel ſeptimanarii, ſcilicet Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus, & in eiſdem ordinibus totidem ex Beneficiatis ad miniſtrandum in Miſſis Conventualibus aſſumantur. Canonici ſiquidem ad miniſtrandum Altari Majori, cum Cardinalem in ipſo contigerit celebrare; nec Beneficiatus aliquis ad ipſius Altaris Miniſterium admittatur. Ipſi etiam edomadarii Canonici miniſtrent in Miſſis Conventualibus diebus Dominicis, & feſtivis ſollempnibus quæ occurrent, in illis præſertim, in quibus juxta præſentem ordinationem eſſet certa cottidianis diſtributionibus denariorum additio facienda, & in ſollempnibus Anniverſariis, quæ ratione majoris percepti Beneficii ſunt ſollempniter celebranda; Beneficiati quoque ad miniſtrandum in Miſſis ceteris, quæ pro vivis, & mortuis occurrerint decantanda. Poſſint etiam in ipſis Canonici miniſtrare; & Beneficiatus, cum hoc edomadario placeret Canonico, in eo Canonico ſui Ordinis cedere teneatur. Quod ſi plures Conventuales Miſſæ duabus interdum occurrerint celebrandæ; juxta prædictam diſtinctionem feſtivitatum & dierum, de Canonicis & Beneficiatis provideatur attente, ut nullus ſit defectus in eadem Baſilica Miniſtroium. Si vero Canonicus infirmitate, ſeu debilitate excuſabili non detentus in ſeptimana ſua, prædictis diebus in ordine ſuo non deſerviret Altari, nec hora competenti efficaciter procuraret pro ſe Canonicum alium deſervire; ſi Miſſæ illi eum non miniſtrantem intereſſe contingeret, nihilominus illius Miſſæ diſtributionem amittat: Si vero abeſſet a Miſſa, & illam amittat, & tantumdem ſibi de ſuis proventibus adimatur, Cameræ applicandum. Hoc idem de Beneficiato per omnis mandamus, & volumus obſervari. Quantumcumque tamen hujuſmodi pœnæ procedant, Baſilica non eſt debito miniſterio defraudanda; unde prædictis deficientibus, ſequentes ipſorum teneantur ſupplere defectum non tamen deficientes a dictis pœnis propterea excuſentur. De Anniverſariis autem præteritis, ſeu ſtatutis hactenus, & de cetero in dicta Baſilica ſtatuendis, ſic duximus ordinandum, ut denarii, qui diſtribuendi fuerint in ipſo Anniverſario inter Canonicos, & Beneficiatos, ut infra proximo dicitur, dividantur. Tot enim fiant partes ex ipſis, quot fuerint portiones, & quot Beneficiatorum binarii fuerint in Anniverſario ipſo præſentes, & unicuique Canonico in Anniverſario præſenti una de dictis partibus,

XVIII. Statis temporibus Canonici, & Beneficiati Miſſas celebrent cum Miniſtris.

Pœna in eos qui Altari non ſerviunt.

XIX. Anniverſariorum ſtipendia quomodo diſtribuenda.

& ſimiliter unicuique Beneficiato præſenti medietas unius partis tantummodo aſſignetur, ut Canonicus partem duplo habeat Beneficiato majorem: Reliquæ vero ipſorum Anniverſariorum partes communi Cameræ ipſius Baſilicæ applicentur. Hoc idem fiat per omnia de denariis, qui die aliquo ex devotione fidelium ad ipſam Baſilicam mittentur pro decantandis ſemel vel diebus aliquibus, vigiliis vel officiis pro Defunctis, ſeu pro ſpeciali reverentia aliis Divinis Officiis quibuſcumque. Si qui autem denarii Beneficiatis darentur quaſi in communi, ut ſive pro vivis, ſive pro Defunctis die aliquo uno, vel pluribus Divinum officium facerent hoc vel illud, illos recipere poterunt Camerariis aſſignandos, & inter ipſos, & Canonicos dividendos, ſicut ſupra proximo eſt expreſſum. Et ea, quæ Beneficiatos recipere contigerit de præmiſſis, in dictis viginti ſeu vigintiquinque libris, quas pro ſuis debent percipere Beneficiis, nullatenus computentur. Non computentur & etiam ſex denarii, quos quotidie debent percipere duo Beneficiati. Presbyter ſcilicet quatuor, & Miniſter duos, ad hoc aſſumpti edomadarii ſingulis ſeptimanis ad celebrandum cotidie Miſſam, & Officium pro animæ noſtræ remedio, quod alibi per Capitulum eſt ſerioſius ordinatum; & hoc in ſimilibus, ſi ſimilis occurreret ordinatio, de cetero obſervetur. Non computentur etiam denarii, quos Canonicorum aliquis eis daret pro aliquibus vigiliis, vel Miſſis alicujus Sancti, ex ſpeciali devotione cantandis: Et quicquid ſpecialiter alicui Beneficiato daretur in helemoſinam, vel ut pro vivis, ſeu Defunctis Miſſarum, ſeu Divinorum Officiorum, vel orationum ſuffragia impetrentur: Quod & generaliter intelligatur de omnibus, quæ Beneficiato alicui dinoſcerentur perſonaliter obvenire, ſicut de Canonicis eſt prædictum. Licet autem Beneficiati prædicti, ut ſuperius eſt expreſſum, non ſint Univerſitas, ſive Corpus; ſi tamen eis, tanquam in communi donarentur aliquæ res immobiles, vel legarentur, ſeu quomodolibet obvenirent, ipſæ res eo ipſo intelligantur dictæ Baſilicæ applicari, & in jus, & proprietatem eiuſdem Baſilicæ tranſeuntes, omnino ſortiantur, & tranſeant in naturam ceterorum Bonorum immobilium pertinentium ad eandem. Ad majorem autem expreſſionem, & abundantiorem cautelam nos Archipresbyter, & Capitulum prælibati omnia & ſingula ſupradicta ſtatuimus, & etiam ordinamus mandantes & volentes, ea in noſtra Baſilica inviolabiliter obſervari: Statutis ſalubribus hactenus editis in eadem, & rationabilibus, & approbatis ipſius conſuetudinibus ſuo robore duraturis in his duntaxat caſibus,

Eadem diſtributionis ratio nonnullis in caſibus ſervetur.

Quæ nam diſtributiones in portionem quotam non computentur.

Quæ Beneficiatis in communi donantur, Baſilicæ bonis accedunt.

XX. Statuta omnino ſerventur, conſuetudinibus, aut legibus contrariis nequaquam obſtantibus.

caſibus, articnlis, vel capitulis, & non in aliis, de quibus non facit præſens ordinatio mentionem, vel ad quæ ſe ipſa ordinatio aliquatenus non extendit. Nam præſentem ordinationem ſervari volumus, non obſtantibus quibuslibet aliis conſuetudinibus, ſeu ſtatutis factis in ipſa Eccleſia, vel ſervatis. Factis autem prædictis Conſtitutionibus, & Statutis univerſi, & ſinguli Canonici ſupradicti, & dictus Magiſter Albertus tam ſuo, quam dictorum trium quorum Procurator eſt, nomine, necnon & nomine dicti Jordani, qui proprii corporis infirmitate detentus hac die ordinationum, & ſtatutorum hujuſmodi pronunciationi perſonaliter intereſſe non potuit; ſed eundem Magiſtrum Albertum pro ſe Procuratorem ad conſentiendum, & jurandum inſtituit, prout negotii qualitas exigebat, tactis Sacroſanctis Euangeliis, in noſtra præſentia juraverunt de verbo ad verbum ſub forma juramenti Canonicorum, quæ ſuperius eſt expreſſa; hoc excepto, quod de confirmatione Domini Papæ, quia nondum facta erat, in eorum juramento nulla mentio facta fuit. Ut autem illi, quos divina Providentia ad Summi Apoſtolatus apicem provexerit in futurum, Sacroſanctæ quoque Romanæ Eccleſiæ Cardinales, qui in eadem Eccleſia Archipresbyterali in poſterum viguerint dignitate, motivum habeant ſpeciale, ut ordinationes, & ſtatuta prædicta, ne ordinantium & ſtatuentium pia defraudari poſſit intentio, perpetuis faciant obſervari temporibus; ad eorum volumus notitiam pervenire, quod ſupradictus Dominus noſter Dominus Johannes Summus Pontifex, nt ab Archipresbytero, & Capitulo dictæ Baſilicæ quantum ad ea, quæ temporalia requirunt onera, quæ ordinata, & ſtatuta ſunt ſuperius, levius valeant ſupportari, de ſua propria Camera nunc ad præſens eiſdem uſque ad circa ſex milia, & trecentas libras provenientium Senatus eſt liberaliter elargitus; computatis in eis centum libris, quas uſque ad viginti annos de Oblationibus Majoris Altaris ejuſdem Eccleſiæ ad Romanum Pontificem pertinentibus, per ſpeciale Privilegium ſuper boc confectum, de ſua benignitate conceſſit. Set & nos Archipresbyter de bonis, quæ contulit nobis Deus, nolentes tanti Boni non eſſe participes in aliquo, prout ipſe Deus, ut credimus inſpiravit, manum porreximus adjutricem. De quibuſdam quoque bonis, de quibns pro aliquorum Defunctorum animarum ſalute Anniverſaria ſtatuuntur, eidem Baſilicæ aliqua obvenerunt: De quibus omnibus quæ uſque ad circa novem milium & trecentarum, & quinquaginta librarum proven. Senatus poſſunt aſcendere quantitatem, Bona immobilia ad præſens emi poterunt ad facultates Eccleſiæ ampliandas. Sperantes itaque, & in Divina Miſericordia confidentes, quod ad emptiones hujuſmodi faciendas plura in brevi poterunt obvenire, Beatitudini ac Clementiæ futurorum, qui pro tempore fuerint Romanorum Pontificum reverenter & humiliter, devotione ac affectione omni, qua poſſumus ſupplicamus, ſucceſſores noſtros Dominos Cardinales, qui eidem Baſilicæ præfuerint, affectuoſe in Domino exorantes, quatenus eorum dignatio ſupradicta omnia jubeat, & faciat inviolabiliter obſervari; ut & a Deo conſequi præmium mereantur æternum, ac præfatus Dominus noſter Summus Pontifex Dominus Johannes, & nos in noſtro pio deſiderio non fallamur. In prædictorum autem omnium teſtimonium, & munimen nos Archipresbyter, & Capitulum ſupradicti præſenti pagina, ſive ſcripto, vel Inſtrumento ſigilla noſtra duximus apponenda. Acta ſunt hæc Viterbii apud Eccleſiam Sancti Sixti in Camera, in qua nos Arcbipresbyter nunc moramur; præſentibus Domino Philippo Epiſcopo Firmano, Fratre Bentevenga Epiſcopo Tudertino, Bartholomæo electo Gaetano, Magiſtro Petro Faciſtante Decano Meſſanenſi, Bartholomæo Canonico Sanctæ Mariæ in Tranſtyberim, Angelo de Vezoſis Canonico Sancti Euſtacbii, Odone Archionis Canonico Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, Andrea de Nivernis Canonico Magdunenſi, & pluribus aliis, Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, menſe Martii die ſexto, Pontificatus Domini Jobannis Papæ Vigeſimi primi Anno Primo. Decernimus inſuper, ut dictus tenor eamdem vim, eumdemque vigorem, ac idem robur per omnia obtineat ſic inſertus, quæ præfatæ literæ dictis munitæ ſigillis obtinere noſcuntur, etiamſi nunquam in poſterum apparerent, & eadem ſibi fides adhibeatur omnino, quæ ipſis eiſdem ſigillis ſignatis originalibus litteris præberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppletionis, conſtitutionis, confirmationis, relaxationis, ſubmotionis, noſtrique Decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii Idibus Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Statuta ſuperius edita, Canonici rata habent, ac jurant.

Summi Pontificis beneficentia in Baſilicam, ut onera, quæ Statutis inferuntur, leviora fiant.

Magna pecuniæ vis congeſta ad Bonorum emptionem, & Baſilicæ reditus ampliandos.

Futuris Archipresbyteris Statutorum cuſtodiam commendat.

Archipresbyteri ac Canonicorum ſubſcriptiones ac Signa Statutis appoſita.

Statutorum ex Pontificio diplomate confirmatio.

NICO-

NICOLAUS III.

Nicolaus III. die 25. Novembris Anno 1277. electus Summus Eccleſiæ Pontifex, die 26. Decembris ejuſdem Anni conſecratus fuit. E vivis abiit 11. Kal. Septembris Anno 1280., poſt exactos in Pontificatu Annos 2. Menſ. 8. dies 29.

Divi Petri Templo jus in Maſſa Trabaria vindicat: eos, qui injuſte ligna inde ſuccidebant, comminatione pœnarum coercet.

Ex Regeſto 1. Nicolai Tertii Ep. 28. fol. 76. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Poteſtati, Conſilio & Communi Caſtri Sancti Sepulchri; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1278.

Iniquam Lignorum inciſionem, & adſportationem condemnat.

Monet ut in poſterum abſtineant.

Pœnas in refractarios comminatur.

Commiſſi nobis officii cura requirit, ut in manutenendis & recuperandis Eccleſiæ Romanæ juribus eo potius vigilemus, quo ipſa, quæ diſponente Domino Caput eſt omnium & Magiſtra inter ceteras dignitate præcellens, majoribus eſt juvanda præſidiis & amplioribus favoribus extollenda. Cum itaque, ſicut accepimus, vos quædam Caſtra, jura & poſſeſſiones ipſius Eccleſiæ occupantes, abietes & alia lignamina, quæ in Maſſa Trabaria (*a*) Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe debentur; ſuccidi faciatis, & exinde pro veſtræ voluntatis libito non ſine contemptu Sedis Apoſtolicæ, ipſiuſque Baſilicæ diſpendio aſportari: Nos hoc nequeuntes, ſicut etiam nec debemus ſub diſſimulatione tranſire, ac ſperantes quod vos ad noſtra & ejuſdem Eccleſiæ beneplacita, tamquam devotionis Filii, animos convertatis; Univerſitatem veſtram monemus, rogamus & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus Caſtra, jura & poſſeſſiones eadem Dilecto Filio Petro dicto Saraceno, Cappellano noſtro, ipſius Maſſæ Trabariæ Rectori, ſine difficultate qualibet, abſoluta & libera pro nobis & eadem Eccleſia dimittentes, lignamina ipſa ſuccidi non faciatis ulterius nec taliter aſportari; ita quod devotionem veſtram exinde merito commendare poſſimus: Alioquin ei, dem Rectori noſtris damus litteris in mandatis, ut vos ad hoc per excommunicationis in Perſonas O[illegible]cialium Caſtri veſtri ac in prædictum Caſtrum interdicti ſententias, appellatione remota, compellat: Non obſtante quavis indulgentia dictæ Sedis, per quam executio mandati hujuſmodi poſſet impediri quomodolibet vel differri.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Quarto Kalendas Maji, Anno Primo.

Bona nonnulla ex Teſtamento Matthæi Alperini Baſilicæ Vaticanæ relicta, alienari ſinit; quidquid inde comparatum fuerit, ipſi Baſilicæ applicandum decernit.

Ex Regeſt. 2. Nicolai III. Epiſt. 2. fol.1. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1278.

Bona, quæ Teſtator Baſilicæ Vaticanæ reliquit, enumerat.

Sicut exhibita nobis veſtra petitio continebat, quondam Magiſter Matthæus Alperini Sedis Apoſtolicæ Cappellanus, certam partem Turrium, Palatiorum, Domorum, ruinarum, poſſeſſionum & bonorum ſuorum in Urbe conſiſtentium, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe in ſuo teſtamento reliquit, & expediret eidem Baſilicæ partem ipſam

(*a*) Ea inter quæ, ut ſupra vidimus pag. 7. & 8, D. Gregorius II. prædia enumerat, & SS. Petro & Paulo Apoſtolorum Principibus perpetuo addicit; Maſſa Trabatiana recenſetur. Hæc fortaſſis eadem eſt cum Maſſa Trabaria, quam in Urbevetana Diœceſi poſitam, Nicolaus III. Vaticano Templo in hac Bulla vindicat. Anno Domini 1384. Petrum Lelli de Mutis *pro parte ſolutio-*

Bonorum alienatio Basilicæ utilis.

ipſam tanquam minus utilem cum rebus utilioribus commutare: Nos itaque attendentes quod licet Eccleſiaſticarum rerum alienationes regulariter jura prohibeant; ne tamen omnino commodæ proviſionis via & occaſio venerandis Eccleſiis & locis Eccleſiaſticis profutura videatur excluſa, cum ipſa fieri Eccleſiarum & locorum eorumdem expoſcit utilitas, ut in hiis meliora proſpiciant, alienationes fieri Canones permiſerunt; ad id & alia quæ profectus Baſilicæ prædictæ reſpiciant, eo libentius ſtudia noſtra convertimus, quo majora per hoc poterunt eidem Baſilicæ utilitates & commoda procurari; ac ſperantes quod Dilectus Filius M..... (*a*) Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis, Archipresbiter dictæ Baſilicæ, ipſius ex commiſſione Sedis Apoſtolicæ curam gerens, & Venerabilis Frater noſter P...... (*b*) Firman. Epiſcopus, quem ad Baſilicam ipſam affectum ſpecialis devotionis habere percipimus, ac Dilectus Filius Angelus de Vegoſis Camerarius noſter & Concanonicus veſter, qui ex debito juramenti tenetur jura præfatæ Baſilicæ conſervare, quod in hac parte magis expediat, fideli & provida circumſpectione diſcernent, devotioni veſtræ vendendi, permutandi ſeu quarumcumque aliarum alienationum generibus cum quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis vel ſecularibus diſtrahendi partem eandem & quicquid in Turribus, Palatiis, domibus, ruinis, poſſeſſionibus, & bonis prædictis ex eodem teſtamento vel alio quocumque jure ſpectat ſeu pertinet ad Baſilicam memoratam, & quoſcumque venditionis, locationis, & alios ſuper hiis ineundi contractus & illos roborandi, perficiendi, ac plenis, ydoneis & neceſſariis cautionibus & firmitatibus ſolidandi de conſenſu Cardinalis ejuſdem, & eorumdem Epiſcopi, & Camerarii conſilio & aſſenſu, prout eis expedire videbitur, conſuetudinibus vel ſtatutis Baſilicæ prædictæ contrariis juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ vel quacumque alia firmitate vallatis, conſtitutionibus, Privilegiis & Indulgentiis quibuſcumque, per quæ præmiſſa poſſent quomodolibet impediri, nequaquam obſtantibus; plenam & liberam auctoritate præſentium licentiam impartimur.

Ideo permittitur, quibuſcumque non obſtantibus.

Volumus autem quod pretium ſive quodcumque aliud quod ex venditione, alienatione ſeu diſtractione hujuſmodi provenire contigerit, in utilitatem dictæ Baſilicæ convertatur: Ita videlicet, quod ſi res immobiles fuerint, perpetuis uſibus ipſius Baſilicæ applicentur, naturam aliarum ſimilium rerum ejuſdem Baſilicæ de jure tam in retinendo quam in alienando per omnia ſortituræ; ſi vero pecunia inde provenerit, illa ſtatim, ſi commode fieri poterit, in emptionem rerum immobilium, Baſilicæ ut præmittitur applicandarum, itidem convertatur: Alioquin in æde Sacra ſub fida cautela & fidelitate ſollicita deponatur. Et ſi res mobiles ſeſeque moventes, in quibuſcumque conſiſtant, fideli cuſtodia conſerventur ipſæ vel earum pretium, ac dicta pecunia ſic depoſita in emptionem ſimilem, prout celerius & commodius fieri poterit, convertenda, de prædictorum Cardinalis, Epiſcopi, & Camerarii conſilio & aſſenſu. In hiis quoque ſeu quibuſcumque aliis, quæ in præmiſſis & circa præmiſſa, occaſione præmiſſorum agi contigerit alienando, diſtrahendo, vendendo, commutando, paciſcendo, cedendo, transferendo, renuntiando, quietando, omittendo, & contrahendo, ſeu quocumque modo alio faciendo; ejuſdem Baſilicæ attendatur utilitas & ejus indemnitatibus de prædictorum Cardinalis, Epiſcopi, & Camerarii providentia utiliter conſulatur.

Immobilia Bona addicit Baſilicæ, pecuniam in Bonorum immobilium emptionem præcipit erogandam.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Octavo Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

De Cano-

ſolutionis ... locationis ſibi facta de Poſſeſſionibus, quas noſtra S. Petri Baſilica habet in Maſſa Treboria ad rationem 13. ducat. per annum, numeraſſe Florenus ..., enunciat pag. 79. vetuſtum Cenſuale, Demetrii Lucenſis opera an. 1489. coordinatum, atque ſign. lit. A. in ejuſdem Eccleſiæ Tabulario. Idem Codex, præter alias id genus ſolutiones, meminit etiam pag. 95. *Abbetetum in Maſſa Treboria in Monte Cornario ſupra ortum Tiberis ad mill. ſex paſſ., S. Petri de Urbe.*

(*a*) Sub litera ſingulari M., ut innuimus pag. 144. not. *b*, Matthæus Rubeus Urſinus deſignatur.

(*b*) Nempe Philippus, Apoſtolicæ Sedis legatione in Hungaria, ea ætate clariſſimus.

(*a*) Iſta-

De Canonicis & Beneficiatis Vaticanæ Baſilicæ inſervientibus complura ſancit; imminutum in ea Cultum Divinum reparat; Capitularis menſæ rebus conſulit; Decretis hac in re ab ſe editis, Conciſtoriali Diplomate perpetuæ firmitatis robur conciliat, & inconcuſſæ obſervantiæ præceptum adnectit (a).

Ex duplici Originali, quorum alterum extat in Baſilicæ noſtræ Tabulario Capſ. 7. Faſc. 267.; alterum in Regeſto I. Epiſtolarum Nicolai III. pag. 154. apud Archiv. Apoſt. Vatic. aſſervatur.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei; ***Ad perpetuam rei memoriam.***

AN. CH. 1279.

Eccleſia militans, triumphantis Eccleſiæ typus, ac figura.

Civitatem ſanctam Jeruſalem, novam, deſcendentem de Cælo, a Deo paratam, ſicut Sponſam ornatam viro ſuo, militans figurare valet Eccleſia: ut ſit Civitas per Militantium unitatem; Sancta, per converſationis exempla; Jeruſalem, in vita pacifica; nova, ut juventus ſua renovetur, ut Aquila, peccatorum vetuſtate repulſa; deſcendens, per timorem reverentiæ Deo pariter & Prælatis; de Cælo, per gratiam in Eccleſiaſticis Sacramentis; a Deo parata, per fidem, virtutes & opera; ſicut Sponſa ornata viro ſuo, per decentiam & decorem. Hæc eſt illa Jeruſalem, quæ ſecundum Prophetam ædificatur ut Civitas; ideſt ad ſimilitudinem Civitatis illius, cujus participatio in idipſum. Hanc Chriſtus Sponſus amplificat per multitudinem converſorum, nobis patenter inſinuans, illam amplificandam fore per numerum ſervitorum. Hæc eſt ſuper cujus muros cum timore cognoſcimus, Nos a Deo poſitos eſſe cuſtodes; in ejus tamen cuſtodia confidentes, ſine qua fruſtra vigilant, qui cuſtodiunt Civitatem. Profecto, etſi cunctarum Eccleſiarum nos ſollicitudo ſollicitet, ſi cotidiana ipſarum ad nos hæc pulſet inſtantia; præcipue tamen excitat mentem noſtram Apoſtolorum Principis cura Baſilicæ, ut hæc velut cunctarum Eccleſiarum ſpeculum & exemplar, ordine debito dirigatur, temporalibus adaucta ſubſidiis, & ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis. Excitat nos ad hoc, cunctis quaſi

Vaticana Baſilica, tum quia cunctarum Eccleſiarum ſpeculum, & exemplar,

Chriſticolis ad illam innata devotio, invitat origo, Petri Sedes inducit, allicit immediata ſubjectio, quin potius unita conjunctio. Movent nos tantorum in ea Martyrum glorioſa præjacta ſemina, de quibus quaſi tota ſeges Eccleſiæ pullulavit. Maxime autem motus noſtros impellit ipſa veneranda Baſilica, ut præcipue ad illam ſe noſter extendat intuitus, in qua quieſcit ſanctitatis Eccleſiæ Principatus. Cujus Romani Pontificis animum tot motiva non moveant? Cujus vel ſaxeam mentem ipſius Beati Petri ſola devotio ad ſollicitam curam ſuæ Baſilicæ non accendat? Sane hoc ab olim noſtris adhæſit affectibus; conceptum iſtum diutius mens noſtra portavit, quem tandem, cum decentia poſſibilitatis indulſit, prout potuit manifeſtavit & peperit: De divina ſemper confiſi clementia, ut ille in hoc noſtrum juvaret intuitum, qui in ſe petra Petrum, & ejus Eccleſiam ore proprio ſtabilivit. Et dum nos cura minoris ſtatus habebat, in tanto rerum pondere mirabilia ſpeculabamur Altiſſimi, & horum potiſſime, ac Parentum noſtrorum (b), quorum inibi corpora requieſcunt conſideratio, noſtros ad Baſilicam ipſam direxit affectus, firmavit intuitus, & devotionem inolitam ſolidavit. Et tandem nobis, tempore felicis recordationis Johannis Papæ XXI. Prædeceſſoris noſtri Archipresbyteratus ipſius Baſilicæ cura commiſſa (c) noſtri ad illam nos ipſos excitarunt affectus; & circa ſtatum ipſius, qui collapſus in diminutione

Tum quia Petri Sedes, in qua Principatus Sanctitatis quieſcit, cultu præcipuo veneranda.

Non levis erga Baſilicam Pontificis cura, quo tempore Archipresbyteratum adminiſtravit.

(a) Iſtarum Conſtitutionum præſtantiam hoc in loco exponere non vacat. Id tamen curſim animadvertendum duximus, Viros doctiſſimos, ac de Eccleſia Catholica optime meritos plurimi eaſdem Sanctiones feciſſe, & Eccleſiaſticis Annalibus inſerendas curaſſe. Nonnulla ipſarum Fragmenta recitat Odericus Raynaldus; Integras, tametſi parum accurate excuſas, Abrahamus Brovius ad annum 1280. tom. 13. Ann. col. 896. & ſeqq. refert cum epigraphe hujuſmodi: *Præter alia Nicolaus* (III.) *Pontifex Conſtitutionem pro amplificatione cultus Divini in Baſilica Vaticana edidit dignam quæ hic inſeratur, ut ad exemplar illius Metropolitanæ & Cathedrales Eccleſiæ conformarentur*. Nec prætereundum nobis eſt, in re de qua agimus, Sacræ Romanæ Rotæ judicium: Nempe Clariſſimorum Patrum Synedrion Conſtitutiones pro Vaticana D. Petri Baſilica a Summis Pontificibus præſertim a Nicolao III. procuſas ita ſuſpexit, *ut per non uſum vel per contrarium uſum aut aliam præſcriptionem* eis minime abrogari poſſe, ſæpe ſæpius declaraverit. Duplicem id genus declarationem, alteram die 10. Febr. an. 1610. alteram 21. Junii eodem anno editam ſuppeditat Libellus, qui ſub hoc titulo *Conſtitutiones Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, a Nicolao III. Bonifacio VIII. &c.* Romæ prodiit anno 1656.

(b) Ex inclita Urſinorum gente in Vaticanâ D. Petri Baſilicam munificentiſſima. Vigentem beneficiorum ejus memoriam nulla unquam ætas obliterabit.

(c) Quemadmodum vidimus in præallatis Bullis Joannis XX. dicti XXI.

tione Divini Cultus, & in nonnullis aliis deformatus multipliciter apparebat; eratque ad tantam paucitatem numerus reſidentium Canonicorum in Baſilica ipſa redactus, quod non ultra quam decem, quorum quidam erant debiles, & nonnulli variis ægritudinibus laborabant, nec aderant alii, qui tantum defectum circa Divinum Cultum præcipue in tam venerabili & excelſo Templo ſupplerent; ab intimis cogitantes & amplectentes animo, quod jam noſtris humeris incumbebat ad ordinationem & reformationem Baſilicæ prædictæ, ſtudia noſtra convertimus, & multa quæ Deo accepta, & Baſilicæ prædictæ ſalubria fore putavimus, de aſſenſu & voto unanimi, ac concordi Capituli Baſilicæ memoratæ ordinanda duximus, & etiam ſtatuenda: Quæ omnia redacta fuerunt in Scripturas noſtri, tunc Archipresbyteri, & ejuſdem Capituli ſigillorum munimine roboratas: Et poſtmodum dictus Prædeceſſor eadem ordinata & ſtatuta ex certa ſcientia confirmavit; & ſupplens omnem defectum, ſi quis forſan in illis extiterat, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, tenores Scripturarum earumdem fecit in Apoſtolicis literis de verbo ad verbum ſerioſius annotari (a). Et quia ſine augmentatione facultatum, Miniſtrorum numerus ſervientium in dicta Baſilica non poterat convenienter augeri: Nos tunc Archipresbyter præfatæ Baſilicæ apud eumdem Prædeceſſorem ſtudio devotæ ſupplicationis inſtitimus, ut ad eamdem Baſilicam ſuæ munificentiæ dexteram aperiret: Sicque provide, quod læti referimus, compertum eſt, quod tum ex hiis, quæ idem Prædeceſſor, noſtris precibus annuens, præfatæ Baſilicæ clementi liberalitate donavit, præter centum libras provenien. (b) annis ſingulis de proventibus Altaris prædictæ Baſilicæ Romano Pontifici debitas (c), quas dictus Prædeceſſor ex tunc, uſque ad viginti annos eidem Baſilicæ donavit liberaliter, & conceſſit (d); tum etiam ex hiis, quæ nos ante, ac poſt promotionem noſtram de bonis, quæ Cardinalatus noſtri tempore habebamus, pro poſſeſſionum & reddituum emptione contulimus; nec non ex hiis, quæ aliunde per noſtram ſollicitudinem ipſi Baſilicæ obvenerunt, quatuordecim millibus & centum octuaginta libris provenien. (e), & ultra in emptione hujuſmodi collocatis, eſt eidem de bonorum temporalium augmento proviſum, & redditus ac proventus ipſius non modicum ſunt adaucti. Nobis igitur ad Apoſtolatus apicem vocatis facta eſt de voluntate neceſſitas; & fervor noſter exuberat, ut quæ per alios fieri optabamus pro ſtatu Baſilicæ principalis, nunc in Sede Principis ipſius cæleſti providentia præſidentes, ſinceritatis affectum operis efficacia comprobemus. Et licet nobis ſit omnium Eccleſiarum, Domino diſponente, cura commiſſa: eo tamen ferventius ad Baſilicam ipſam afficimur, & proſecutione ſollicita noſtros extendimus cogitatus ac dilatamus affectus, quo ſtrictius illam infra præcordia noſtra conſtringimus, & veluti decus in Orbe Cæleſti, ac Terrena providentia conſtitutam, quadam ſpecialitate nobis unimus ſuarum præcellentia dignitatum; & cupimus, ut ipſa proſperis augeatur auſpiciis, fecundetur amplis ſucceſſibus, dirigatur provide, ac majoribus obſervantiis propenſius decoretur. Ad quæ ſtudioſius intendentes, præter alia ſupradicta, & mille libras provenien., quæ ſunt in Camera dictæ Baſilicæ, impræſentiarum pro Anima noſtra, Conſanguineorum, Benefactorum & aliorum Fidelium Defunctorum, quinquemilia librarum provenien. de bonis Cardinalatus noſtri ac aliis ex noſtra proviſione ac ſollicitudine acquiſitis, ipſi Venerandæ Baſilicæ offerimus, concedimus, & donamus; ac quingentas Marchas Sterlingorum (f), de quibus obtinendis haberi creditur ſufficiens certitudo deputamus ad Poſſeſſiones emendas, de quarum proventibus ejuſdem Baſilicæ poſſint excreſcere facultates. Hæc quidem non ad humanam extollentiam rememoramus inaniter; Set ut præſentibus patere poſſit, & poſteris, quibus initiis, & qualibus incrementis præſens ordinatio radicetur; & alii proceſſu temporis ad præmiſſorum augmentum, & conſervationem proſperam devotius excitentur:

Statuta quæ pro ſalubri Eccleſiæ regimine excuderat; accedente Prædeceſſoris approbatione, commemorat.

Inſignis, cum a Prædeceſſore, tum a ſe ipſo, in Baſilicam illatæ pecuniæ vis ad reditus augendos.

Major adhuc ſollicitudo, ob præcipuam Baſilicæ dignitatem, urget Pontificis animum, ex quo in Petri ſolium aſcendit.

Hinc, ad poſſeſſiones emendas, nonnullas pecuniarum ſummas tradidit; nonnullas in futurum acquirendas deſignavit.

(a) Conſulatur Joannis XX. al. XXI. Diploma fol. 157. & ſeqq.

(b) Quod ex Archivo Apoſtolico Vaticano nobis exhibitum eſt hujus Bullæ exemplum, præfert *libras Proviſinorum*. Sed huic lectioni merito illam præpoſuimus, quam habet Autographum in Archivo noſtræ Baſilicæ aſſervatum; nempe *libras Provenientium*.

(c) Quæ ad Altare princeps Baſilicæ D. Petri, & ad ejus Confeſſionem Fideles offerebant, ea ad Romanos Pontifices potiſſimum ſpectaſſe atque Apoſtolicæ Sedis juribus accenſita eſſe, ſæpe animadvertimus ſupra fol. 15. & alibi.

(d) Hujus conceſſionis Bullam fol. 156. publica luce donavimus ex Originali apud Archivum Apoſtolico-Vaticanum aſſervato; quod tamen in ea parte mendoſum ſuſpicati fuimus, ubi *libras proviſinorum* habet pro *libris provenientium*. Ad *Librarum provenientium* valorem quod attinet, jampridem adnotavimus, earum ſingulas reſpondere duobus ſcutis argenteis Romanis cum dimidio. Igitur juxta hanc regulam deducto calculo, bis centum ſupra quadraginta ſcuta argentea ex Pontificis liberalitate Vaticanum S. Petri Capitulum quotannis percipiebat, quouſque vicenarius annorum numerus fuiſſet impletus.

(e) Quæ, juxta ſuperius adnotata, ſummam conficiunt ſcutorum triginta quinque millium, & quadringentorum quinquaginta.

(f) *Marcha Sterlingorum*, ut innuimus pag. 99. not. *b*, *Julios XXVII.* complectitur. Quingentæ igitur *Marchæ Sterlingorum* æquiparantur ſcutis mille ac trecentis quinquaginta. Ita Grimaldus noſter in Ms. Opere de Veron. fol. 41.

(a) Nem-

Longa edoctus experientia, atque Canonicorum illectus docilitate, nova ac utiliora pro Baſilica regimine promulgat Decreta.

tentur: Præſentem itaque ſtatum ipſius, in augmentatione hujuſmodi attendentes;& conſiderantes in Domino, qui ſic brevi tempore redditus ipſos adauxit, quod in futurum amplius adaugebit, & majora, dante Domino, ſuſcipient incrementa: Nec minus advertentes, quod præteritis temporibus, dum ordinationi vacabamus eidem, conditiones dictæ Baſilicæ Prædeceſſori præfato in ſuis, quaſi primordiis, & nobis propter brevitatem temporis ſuſcepti tunc a nobis Archipresbyteratus Officii erant pro majori parte non cognitæ; quodque Canonici tunc in Baſilica ipſa degentes, quorum aſſenſum in talibus volebamus, cum jam quaſi in antiquatæ deformitatis impreſſione caleſcerent; ad ea quæ noſtris inhærebant affectibus de facili non poterant inclinari: Conſpicientes quoque, per nos ſicut prædicitur hactenus ordinata, eaque poſtmodum, & earum circumſtantias majori perluſtratione palpantes, tam ex illis ordinatis, quam ex aliis per nos poſtmodum viſis, & conſideratis attentius pro ſalubri & ſolido ſtatu ſæpedictæ Baſilicæ, actus noſtros in unum conflavimus & reſtrinximus cogitatus. Et cum jam per Dei gratiam in plantatis de novo Canonicis, & Beneficiatis reformationem amplectentibus ſecuriores ſimus effecti; & de obſervantia debita Deo, & nobis accepta, ſub provida cura regiminis Dilecti Filii noſtri M. (a) Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis Archipresbyteri ejuſdem Baſilicæ, ac Succeſſorum ipſius in ſic de novo plantatis, & Succeſſoribus eorum plenius confidamus, ad infraſcripta ordinanda maturius, diſtinguenda clarius, & ſolidius ſtatuenda, ut in eadem Baſilica prædicta ordinatione ceſſante, loco eius, ordinatio iſta ſuccedat; & quæ in ipſa connectimus, inviolabiliter inibi perpetuis temporibus obſerventur; ſic duximus ad laudem divini nominis procedendum.

I. *Canonicos viginti duos, qui Baſilicæ inſerviant, conſtituit; Archipresbyteri, Cameræ, & Metæ Portionibus nequaquam ſupputatis.*

Licet igitur in ſupraſcripta Baſilica non ſit certus Canonicorum numerus inſtitutus; quanquam per piæ memoriæ Innocentium PP. IIII. (b) Prædeceſſorem noſtrum vicenariuſquintus numerus portionum, Archipresbyteri, Cameræ, nec non & quæ ad Metæ cuſtodiam (c) deputatur, portionibus in prædicto vicenario quinario numero computatis, in ea ſtatutus fuerit & taxatus, prout in Privilegio vel Indulgentia ſuper hoc a prædicto Prædeceſſore Innocentio conceſſis plenius continetur: Volumus tamen, & ordinamus inprimis, quod præter Archipresbyteri, & Cameræ, ac Metæ prædictarum portiones, ad minus vigintiduo Canonici ſemper inſtituantur in ipſa Baſilica; & ſingulis ipſorum cedentibus vel decedentibus, infra ſex menſium ſpatium alii ſubrogentur. Et hoc ipſum fiat, cum ad tricenarium Canonicorum numerum deveniri contigerit, nt inferius exprimetur; niſi circa prædictum ſemeſtre tempus diminuendum vel augendum, aliud de Romani Pontificis procederet voluntate; ita quod juxta dictarum vigintiquinque portionum numerum, portio nulla vacet: Quem numerum portionum, & Canonicorum ad certas portiones receptorum, pro iſto tempore acceptamus & admittimus, nullo unquam tempore minuendum, nec etiam augmentandum, præterquam in caſu ſeu caſibus augmenti, inferius exprimendis; ita tamen, quod ſicut infra dicetur, aliqua portio valorem ſexaginta librarum provenien., computatis omnibus, quibuſdam exceptis, annis ſingulis non excedat.

Statutus Canonicorum numerus nullo tempore minuendus.

Et ut ad infraſcripta efficaciter exequenda, via commodior & habilior habeatur; ſtatuimus & ordinamus,quod dicti Canonici in præfata inſtituti Baſilica, nec non & qui deinceps in perpetuum futuris ibidem inſtituentur temporibus, portiones non recipiant, nec admittantur ad eas, etiamſi alias eis de jure, juxta ſuæ inſtitutionis ordinem deberentur, niſi fuerint in ipſa Eccleſia reſidentes,& in Sacris Ordinibus conſtituti: Et tunc etiam in primo anno ſuæ reſidentiæ non recipiant, niſi dimidias portiones de omnibus, quæ ad diviſionem veniunt, ut infra dicitur, ſingulis duobus menſibus faciendam; nec non & omnibus cotidianis diſtributionibus, tam in diebus ferialibus quam in Feſtis, & Anniverſariis Defunctorum, præterquam quando diſtribuitur denarius unus (d) ſolus, qnem dividi nolumus; De ceteris tamen integram habeant portionem.

II. *Quiſquis Canonicorum aut non reſidet, aut ad Sacros Ordines non aſcendit, Portionem non recipit.*

Recens inſtituti, primo anno dimidium Portionis obtineant.

Si tamen Canonicus aliquis non exiſtens in Sacris, cui alias ut prædicitur de jure portio deberetur, reſidere vellet, & in eadem Baſilica deſervire, libere poſſit hoc facere; & tunc, ſicut ceteri, cotidianas dumtaxat diſtributiones recipiat, & ad eas libere admittatur; non tamen ſtallum in Choro, & in Capi-

Qui vero, etſi Sacris careat Ordinibus, Baſilicæ inſervit, quotidianas Diſtributiones lucratur; non ideo tamen aut vox in Capitulo, aut in Choro Sedes illi conceditur.

(a) Nempe *Matthæum Rubeum Urſinum*, de quo ſupra egimus.

(b) Hujus Pontificis Bulla, ubi præfinitur Canonicorum numerus, extat fol. 130. Ibidem nonnulla prænotavimus, quæ ad *Cameræ*, ac *Metæ* portiones attinent.

(c) Quoad Metam, id eſt vetus marmoreum ædificium, attinet; conſulatur pag. 27. & 130. Nonnullos eidem cuſtodiendæ vacantes meminit Antonius Petri in ſui *Diarii* fol. 43. *Anno*, inquit, 1414. die 25. *Januar. poſita fuerunt duæ funes magnæ & groſſæ ... de maſchio Caſtri S. Angeli uſque ad Metam S. Petri pro porrigendo cibario ... illis, qui cuſtodiebant Metam.* Ad annum vero 1409. ſub die 7. Octobris fol. 19. ſic tradit: *Fecit Dominus Nicolaus de Urſinis præparare Metam pro cuſtodia Caſtri S. Angeli, & ſtare ſuper eam ſemper quattuor homines cum baleſtris.*

(d) Singuli *denariorum*, quos præſens Bulla nominat, bajoccum unum non ſuperant. Legeſis pag. 87. & 90.

Capitulo vocem habeat, ſive locum, nec ad ipſius admittatur tractatus, quouſque ad Sacros Ordines ſit promotus, & tunc primo anno ſuæ reſidentiæ inchoandæ poſtquam in Sacris fuerit, contentus ſit, ut dictum eſt, dimidia portione, ad Stallum in Choro, locum in Capitulo, & tractatus Capituli admittendus; non tamen vocem habeat, ſeu reſpondeat infra annum, niſi ab Archipreſbytero vel Capitulo, abſente Archipresbytero, ſibi ſuper hoc gratia facta fuerit ſpecialis; quod in omnibus ad portionem admittendis ulterius obſervetur. Quia vero viginti duobus Canonicis præter Archipreſbyterum inſtitutis in ipſa, tam veneranda & ſollempnis Eccleſia ſufficientem Miniſtrorum numerum non haberet ad Divina Officia & Miniſteria inibi, ut condecet, peragenda; duximus ordinandum, ut numerus dictarum vigintiquinque portionum proceſſu temporis facultatibus ſuperexcreſcentibus, ut infra dicitur, augmentetur uſque ad tricenarium tertium incluſive: Ita quod præter dictas tres portiones, ſcilicet Archipreſbyteri, Cameræ, atque Metæ, triginta ſint in univerſo portiones in ipſa Baſilica proceſſu temporis, dante Domino, triginta Canonicis aſſignandæ. Verum quia octo portionum adjungendarum dictis vigintiquinque, non ſic cito forſan proveniret augmentum: conſiderantes, vigintiduorum Canonicorum numerum non ſufficere tantæ Baſilicæ ut eſt dictum; cum etiam vix, aut nunquam accideret, quin multi ex eis diverſis cauſis abeſſent; aciem mentis noſtræ direximus, ut ex noſtra præſenti ordinatione aliqui Clerici, uſque ad triginta incluſive, perpetuo beneficientur in ea, quos, poſtquam inſtituti fuerint, licet ex inſtitutione ipſa jus Beneficiatorum dictæ Baſilicæ aſſequantur; ad ſolidioris tamen charitatis augmentum per Archipresbyterum vel ejus Vicarium, & Capitulum prædictos, ad pacis oſculum recipi volumus in Beneficiatos Chori Baſilicæ ſupradictæ, & ad ea omnia quæ ex hac noſtra ordinatione Beneficiatis hujuſmodi conceduntur, & tandem inſtitutos taliter, & receptos ceteri Beneficiati ad pacis oſculum recipere teneantur. Prædicti vero Beneficiati non ſint Canonici, & nullum jus habeant Canoniæ: Non tamen propterea ſint, aut reputentur ab eadem Baſilica alieni; ſed in ipſa ſint Beneficiati perpetuo, & etiam Beneficiati Chori Baſilicæ Sancti Petri vocentur, & in eadem Baſilica Beneficia ſua, & omnia alia tam ſpiritualia quam temporalia, quæ ex præſenti ordinatione eis conceduntur, eo ipſo quod Beneficiati ſunt, plene juxta formam infraſcriptam percipiant & exequantur, ac eis competant ſuo jure: Quibus cedentibus, vel decedentibus, infra ſex Menſium ſpatium ſemper alii ſubrogentur: Quorum Beneficiatorum numerum tricenarium ſtatuimus, nullo unquam tempore minuendum. Hujuſmodi vero Beneficiati nec ad tractatus Capituli admittantur, nec vocem in Capitulo habeant, nec aliquam poteſtatem de juribus, bonis, ſeu quibuſcumque negotiis ad ipſam Baſilicam pertinentibus diſponendi, niſi ubi de alienatione rerum immobilium, vel jurium dictæ Baſilicæ ageretur; tunc enim aſſentiendi, & diſſentiendi hujuſmodi tractatibus voces habeant. Et quia veriſimile eſt, quod numerus Beneficiatorum, Canonicorum numerum in vocibus prædictis, excederet; taliter providemus, quod ſi plures Beneficiati, quam Canonici tractatibus ipſis intererint, cum omnes iſtis tractatibus intereſſe velimus, tot de ipſis Beneficiatis dumtaxat voces in hujuſmodi tractatibus habeant, quot fuerint in Capitulo Canonici tunc præſentes: Quo caſu Priores Beneficiatorum eorumdem juxta ſuæ receptionis ordinem, uſque ad quantitatem prædictam Canonicorum tunc præſentium, ad voces hujuſmodi tantummodo admittantur. Nec Beneficiati prædicti ſint Collegium, nec Univerſitas ſive Corpus, nec Prælatum ſibi poſſint conſtituere, eligere vel habere, ſeu Sigillum, aut Archam communem (a); ſed ſubſint Archipresbytero & Capitulo, prout inferius continetur. Poſſint tamen pro ſuis juribus, quæ in eadem Baſilica eis competunt proſequendis, tam in judicio quam extra, non ſolum ſingulariter, ſed etiam in communi agere & defendere ac illa proſequi: in in hoc caſu dumtaxat, tamquam Collegium, Univerſitas ſive Corpus, excepto, quod nec in hoc caſu nec in alio, commune Sigillum habere valeant, nec communi Sigillo, quomodolibet uti poſſint. Hujuſmodi tamen inſtitutis Stallum in Choro Beati Petri cui deſerviunt, poſt Canonicos vel ſub Canonicis aſſignetur, ad mandatum Archipresbyteri, & Capituli Baſilicæ ſupradictæ. Unuſquiſque autem dictorum Beneficiatorum de Camera, ſeu de redditibus aut proventibus ejuſdem Baſilicæ uſque ad triginta libras provenien. Senatus (b) incluſive, ad minus pro ſuo Beneficio, ſub certo modo ac ordinatione, ut infra dictum, annis ſingulis percipiat, in nullo caſu diminuendas, præterquam in eo qui inferius

Canonicorum numerus ad triceſimum uſque poterit in futurum extendi.

III. Antequam Canonicorum numerus excreſcat, Beneficiatos Chori triginta præcipit inſtituendos.

Inſtituti, ad pacis oſculum admittantur.

A juribus Canoniæ excluduntur.

Beneficiatis jus nullum, vox, aut conſilium ſuper Baſilicæ negociis conceditur; niſi quibuſdam in partibus, & ſub certis conditionibus.

Collegium non conſtituunt; poſſunt tamen in communi agere, ac tamquam univerſitas, ſua tueri.

Stallum habeant in Choro.

IV. Beneficiatorum Portio libras triginta non excedat.

(a) Servandis, uti opinor, pecuniis deſtinatam.

(b) *Libra provenien. Senatus* perinde eſt ac *Libra provenien.* de qua ſuperius.

inferius ſubſequatur; videlicet cum portio Canonici reſidentis quinquaginta librarum non attingeret quantitatem, juxta modum & formam inibi clara expreſſione diſtinctos; ſalvis aliis, quæ eis ex præſenti ordinatione competere dinoſcuntur. Si tamen eiſdem Beneficiatis in communi donarentur aliquæ res immobiles vel legarentur ſeu quomodolibet obvenirent; ipſæ res eo ipſo intelligantur dictæ Baſilicæ applicari, & in jus & proprietatem ejuſdem Baſilicæ tranſeuntes, omnino ſortiantur & tranſeant in naturam ceterorum bonorum immobilium pertinentium ad eamdem. Hæc itaque ordinatio ſit illibata, & inconcuſſa permaneat, & irrefragabiliter obſervetur, quod nec dictarum portionum, aut Canonicorum, quibus aſſignandæ fuerint, nec Beneficiatorum numerus minuatur, nec Beneficiorum ipſis Beneficiatis debitorum quantitas in hac ordinatione taxata diminutionem recipiat aliquam, præterquam in caſibus inferius annotatis. Porro dictæ portiones Canonicis debitæ, quibus propter incertitudinem redditaum & obventionum dictæ Baſilicæ facile non potuit decens quantitas certa & indubitata taxari, quam ſcilicet certitudinaliter eſſet unuſquiſque Canonicorum, portionem habens, annis ſingulis percepturus; ſet ut via pararetur in poſterum ad redditus, & proventus ejuſdem Baſilicæ augmentandos, ex quibus prædictorum octo Canonicorum numerus augeretur, certa quantitas, ut ſupra dicitur, pro unaquaque portione taxatur, non ut minor eſſe non poſſit, ſed ne valeat aliquo caſu tranſcendi; volumus & irrefragabiliter ordinamus, ut ipſa quantitas, ſcilicet ſexaginta librarum provenien. aliquatenus tranſcendi nequeat, & nihil ultra quantitatem ipſam Archipresbyter, & Canonici de Bonis ipſius Eccleſiæ, præter quædam excepta, ut infra dicitur, percipere valeant, quouſque poſtquam ad ſtatum prædictum triginta Canonicorum perventum fuerit, aliud quoad impinguationem ſeu majoritatem portionum Canonicorum, ſeu Beneficium ipſorum Beneficiatorum, vel augmentationem numeri Canonicorum, ſeu Beneficiatorum, vel utrorumque ut dictum eſt per Sedem Apoſtolicam, vel de ipſius beneplacito per Archipresbyterum & Capitulum utiliter ordinetur.

Quæ Beneficiatis in communi donantur, accedunt Baſilicæ.

Sicut Beneficiatorum Portio libras triginta, ita Canonicorum quota libras ſexaginta non prætergrediatur.

V. Canonici ultra numerum admiſſi nihil omnino percipiant.

Si autem contingeret aliquando quovis modo Canonicorum numerum excedere numerum portionum; recepti Canonici, ſeu jus Canoniæ habentes, quibus nondum eſſet portio aſſignata, nihil de bonis ipſius Baſilicæ poſſint percipere vel habere, ſeu petere quod novæ portiones pro ipſis in eadem Baſilica ſtatuantur; ſet teneantur abſque perceptione aliquorum proventuum expectare quouſque portiones eis de jure debitas vacare, vel forſan excreſcere contigerit, ſibi, prout juſtum fuerit, aſſignandas. Sed & nec eis portiones abſentium quouſque abſentes fuerint, vel proventus aliqui provenientes ex abſentia Canonicorum ab Eccleſia vel ab horis, nec provenientes ex medietatibus portionum reſidentium primo anno, ſeu quæcumque alia ad Commune ſeu Cameram Eccleſiæ provenientia aliquatenus aſſignentur: Cum de hiis omnibus, quæ deductis deducenda ſunt juxta modum & formam ordinationis iſtius, poſſeſſiones & bona immobilia ſint emenda, ex quibus Canonicis, & Beneficiatis valeat provideri. Et ut ad emptionem hujuſmodi immobilium poſſit efficaciter perveniri; ſtatuimus, quod de redditibus, fructibus, proventibus, oblationibus, donationibus, ſeu legatis, cenſibus, & quibuſcumque obventionibus undecumque & qualitercumque ad dictam Baſilicam provenientibus, exceptis quibuſdam minutis obventionibus inferius exprimendis (*a*), ſingulis annis, quouſque proceſſum fuerit ad majorem numerum portionum, per Camerarios circa finem anni diligens conſideratio habeatur, ut de omni eo, quod ordinatis vigintiquinque portionibus, & triginta Beneficiatorum Beneficiis juxta quantitatem in præſenti ordinatione contentam, & deductis neceſſitatibus & expenſis Cameræ, reſiduum fuerit, ut juxta ipſius reſidui quantitatem procedatur ad augmentum numeri portionum; ut ſcilicet cum facultates Eccleſiæ ſic excreverint, quod una portio, ultra dictas vigintiquinque, ſtatui valeat & fundari; tunc ſtatuatur dicta portio & fundetur, & Canonicus aſſumatur ad eam, & deinde viciſſim per ordinem annis ſingulis, addita portione de novo fundata, conſideratio ſimilis habeatur, quouſque tricenarius tertius portionum numerus ſit completus. Minutæ autem obventiones quæ excipiuntur & in prædictis portionibus minime computantur, ſunt hæ: In primis denarii, qui diſtribuuntur in Choro in Anniverſariis Defunctorum præteritis & futuris, tam in Veſperis & Vigiliis, quam in Miſſa inſraſcriptis modo & forma ſervatis: Item denarii, qui die aliquo ex devotione Fidelium ad ipſam Baſilicam mitterentur pro decantandis ſemel, ſeu diebus aliquibus, vigiliis vel officiis pro Defunctis, ſeu pro ſpeciali reverentia aliis Divinis Officiis quibuſcumque: Item denarii, quos percipient de aliquibus

VI. Ex fructibus ac emolumentis quibuſcumque, deductis Canonicorum, et Beneficiatorum Portionibus, aliiſque neceſſariis expenſis, quod ſupereſt, in aliarum Canonicalium Portionum cedat augmentum.

Excipiuntur minutæ quædam obventiones, quæ hic numerantur.

(*a*) Ab hujuſmodi exceptione ortum duxiſſe putamus *Officium Exceptorum*, quod hactenus viget in noſtra Vaticana Baſilica.

(*a*) Fi-

quibus denariis, datis Beneficiatis quaſi in communi, debentibus aliquod divinum Officium celebrare: De Anniverſariis autem & aliis ſupradictis infra dicitur, & de diſtributionibus præfigitur certa forma de cetero obſervanda: Item infraſcripta excipiuntur, & in prædictis portionibus minime computantur, & dividantur, fiatque de eis, quod & ſicut hactenus fieri conſuevit; videlicet quicquid obveniet de Oblationibus Majoris Altaris, & omnium aliorum in filis (a), candelis, thure, & faculis, & torticiis: Denarii, candelæ, & faculæ, quæ obvenirent Canonicis de elemoſina, quæ fit in die depoſitionis Defuncti præſentibus Clericis: Denarii, qui dantur pro Jaconia ſeu Diaconia (b) Defunctorum: Ea quæ in pane, vino, carnibus, piſcibus & aliis comeſtibilibus pro ſeptima, triceſima, ac etiam annuali (c), Capitulo ſeu Canonicis tranſmittuntur: Set ſi quid in denariis mitteretur, id Cameræ applicetur: Illa, quæ aliquando non ex debito ſive jure, ſed ex mera & pura liberalitate ſeu curialitate mittentium, in croco & aliis commeſtibilibus ipſi Capitulo deſtinantur: Denarii, qui de obventionibus Majoris Altaris in Matutinis quarumdam Feſtivitatum tantum, Canonicis Cantoribus tunc præſentibus exhibentur (d): Denarii, qui contribuuntur Canonicis præſentibus illis horis, quas Canonicorum aliquis, ſeu quivis alius propter alicujus Sancti reverentiam, non ex ordinatione vel obligatione perpetua vel in longum; ſed pro ſuæ devotionis arbitrio interdum faceret in ipſa Baſilica decantari: Gallinæ, quas illi de Bucceja Capitulo in Carniſprivio (e) quolibet anno mittunt: Singuli duo ſolidi (f), quos duo habeant Sacerdotes, qui in Feſto omnium Sanctorum, & die ſequenti ſedent ad valvas Eccleſiæ, vel alibi ad recipiendas elemoſinas, quæ tunc dantur pro memoriis Defunctorum: Quicquid vero, deductis quatuor ſolidis ſupradictis, de elemoſinis ipſis ſupereſſe contingent, ad communem Cameram ſupradictæ Baſilicæ deducatur: Prandium, ſive pabulum charitatis (g), quod fieret per aliquem in Canonicum receptum, & poſt ſuæ portionis poſſeſſionem adeptam, ex mero arbitrio & libera voluntate: Si quid vero in pecunia abſolute & liberaliter ab ipſo recepto fuerit elargitum, illud communi Cameræ applicetur: Procurationes, ſeu commeſtiones, quas Canonici prælibati recipiunt, ad Feſtum alicujus Capellæ, ipſi ſubjectæ Baſilicæ, accedentes (h): Centum viginti panes, unus Porcus, & unus Caſtratus, qui ab Eccleſia Sanctæ Marthæ (i): ac ſex Croci & quatuordecim piperis libræ (k), quæ ex debito, vel de jure Baſilicæ debentur eidem; & vigintiquatuor Caſtrati, qui dantur dictæ Baſilicæ de herbaticis: Faculæ, & duodecim denarii, quos quando vadunt ad Hoſpitale Sancti Spiritus cum Effigie Jeſu Chriſti, ſunt ſinguli Canonici percepturi (l): De centum

Inter excepta, enumeranda comeſtibilia; quo vero ad pecuniam, eam quæ diſtribuitur, ab ea quæ ad Cameram communem rejicienda eſt, opportune diſtinguit.

(a) Filum ex lino, ſerico, lanave trahendo ductum, hic intelligi opinamur. Sane ſpiras filaceas, vulgo *matassas*, lineas, ſericeas, laneaſque a Fidelibus ad Altare oblatas, nemo jure deneget, qui nedum panem, vinum, aurum, & argentum; ſed & oleum, pannos ac linteamina Sacris Ædibus olim fuiſſe importata meminerit.

(b) Statas ob Eccleſia Preces ſive Officium, quod pro Defuncto, circa feretrum, celebratur; *Jaconia* ſeu *Diaconia* vocabulo deſignari crediderim. Reſponſoria & Antiphonæ pro Defuncto, cujus corpus in Eccleſiam delatum eſt; hunc titulum præferunt: *Incipiunt Diaconia ſecundum Romanos. Requiem æternam dona eis Domine &c. Alia Diaconia. Antequam naſcerer, noviſti me &c. Alia Diaconia. De terra formaſti me &c.* Ita fol. 415. Reſponſorialis & Antiphonarii Rom. Eccl. quæ Ven. Card. Thomaſius ex Vatic. Baſil. Archiv. publicæ luce donavit. In Orational. ap. Archiv. Baſil. Vat. num. 11. lit. F hæc habentur: *Poſt celebrationem Miſſæ ſtans quatuor Sacerdotes præparati juxta feretrum cum thuribulis; & alii Clerici in rota cum luminaribus; & dicantur hea Diaconia: Requiem æternam &c.*

(c) Dies, ſeptimam, triceſimam & anniverſariam, memoriis defunctorum adſcriptas, Rituales Eccleſiæ Libri teſtantur.

(d) Illud olim in more poſitum, ut Baſilicæ Vaticanæ Canonici in Vigiliie Pontificiatum Stationum apud S. Petrum celebratis, Lectiones recitarent ac Reſponſoria canerent. De Vigiliie Dominicæ Tertiæ Adventus agit noſter Benedictus in ſuo Romano Ordine, in cujus num. 9. ſic inquit: *Primo nocturno finito, Canonici Eccleſiæ* (S. Petri) *legunt tres lectiones*, Gaudene gaudebo; *& cantant tria Reſponſoria*: Idipſum habet, de ſolemnitate D. Petri diſſerens, num. 67. Canonicis reſponſoria iſta concinentibus, ſtipendium fuiſſe erogatum, tradit Petrus Mallius in veteri charta apud Archivum noſtrum Capſ. 2. faſc. 255. *In unaquaque*, ait, *Statione noctis de antiqua conſuetudine habemus de Confeſſione B. Petri ſex ſolidos lucri pro Statione, & tres ſolidos pro reſponſoriis. Verumtamen ſi Dominus Papa, vel ejus Vicarius præſens fuerit, tres prædicti ſolidi per manus Archidiaconi, ſi aderit; expenduntur his qui incipiunt Reſponſoria ... Quæ nimirum Stationes noctis ſunt ſeptem; Dominica ſcilicet de Gaudete, Epiphania, Aſcenſio Domini, & Pentecoſtes, Feſtivitas S. Petri, & Octava ejus, & Feſtum S. Andreæ. Et præter Stationes iſtas, in feſto Natalis Domini habemus ... tres ſolidos pro reſponſoriis.*

(e) Tempus, quod jejunio quadrageſimali præcurrit, *Carniſprivium*, vel *Carnis levamen* veteres appellarunt; unde forſan ea apud Italos dictio profluxit, *il Carnevale*.

(f) *Solidum Proviſinorum Senatus* alium eſſe a *Solido Provenientium Senatus argenteo*; hunc *bolenis*, alias *bajocchis xii.* ſemis, illum quatuor *quadrantibus* reſpondere, prælaudatus Grimaldus affirmat ex veteri Inſtrumento anni 1295. in Baſil. Vatic. Tabular. Faſc. 056. Capſ. 66.

(g) De quo legeſis prænotatum pag. 77. not. *c*.

(h) Nonnulla procurationum, hoc eſt conviviorum, de quibus hic ſermo eſt, exempla indigitamus pag. 69. not. *b*, pag. 77. not. *c*, & pag. 57. not. *a*.

(i) Ad Caſtrum Buccejæ extabat Sacra hæc Ædes, quemadmodum perſpicue docent allata ſuperius Diplomata, in quibus Eccleſiæ Vaticano Capitulo ſubditæ enumerantur. Adeas præ ceteris pag. 58. not. *e*. Huc attinent quæ Liber Cenſualis anno 1459. coordinatus, habet pag. 66. *Item Eccleſiam S. Marthæ prope Buccejam* [ſubjicitur Vaticanæ Baſilicæ] ... *Debent ipſi Clerici S. Marthæ quotieſcumque recipere omnes Canonicos, & alios euntes pro communi Capituli negotio exercendo. Debent accedere ſeptem ex Capitulo ad feſtum ejus; quibus debent Archipresbyter & Clerici pro ſeptem equorum vectura dare xiiii. ſolid., pluribus equis non tenentur; debent & dare unum Porcum, & centum panes; debent obedientiam & reverentiam; & totam habet Capitulum inſtitutionem, & deſtitutionem, & totum debent etiam omni anno pro Cathedratico, ſexdecim rubla frumenti vel grani, quod frumentum recipitur de terris, quas habemus ipſius Eccleſiæ olim.*

(k) Hæc, uti quidem videtur, ſolvebantur ab Eccleſiis Capitulo Vatic. ſubditis, quemadmodum innuimus p. 57. not. *a*.

(l) Compluta Diplomata ad rem ſpectantia dedimus ſupra. Vide, inter cetera, Innocentii III. Bullam fol. 59. & Alexandri IV. Conſtitutionem fol. 132. & ſeq.

(a) Pro-

Excipiendæ item Procurationes; & quæ ob perſonalia quædam onera, ſolvuntur emolumenta.

tum vero ſnlidis, qui a Præceptore & Fratribus Hnſpitalis ipſius dantur, fiat per omnia, quod infra de Anniverſariis ordinatur: Procuratinnes (*a*), quæ Canonicis, tam pro Perſonis ſuis quam equnrum vecturis & expenſis aliis, juxta Baſilicæ prædictæ jura vel conſuetudines antiquas debentur, illis ſcilicet, qui ad viſitandum loca aliqua, vel alias quomodnlibet de mandato & beneplacitn Archipresbyteri vel ejus Vicarii & Capituli, vel ſolius Capituli in ipſorum Archipresbyteri & Vicarii abſentia, mitterentur: Denarii, qui dabuntur Canonicis præſentibus in cnmputis faciendis: Denarii quos Canonici percipient, qui in Quadrageſima & in Adventu, præſentis nrdinatinnis intererunt lectioni: Denarii, qui dantur Canonicis portantibus ad Altare, & reportantibus Cathedram S. Petri (*b*): Denarii, qui conſueverunt dari Cannnicis numeratnribus, vel electoribus monetarum: Caniſtra peponum, uvarum, & aliorum fructuum arborum, ſeu nrtnrum, & alia hiis ſimilia, quæ Capitulo ſeu Canonicis contingeret prnvenire: Reſiduum facularum, quas minnres hactenus perceperunt: Denarii, quns de Oblationibus Altaris S. Mariæ de Cancellis (*c*) perceperunt, cum ipſi Altari in Miſſa deſerviunt Presbyter, & Miniſtri: Item denarii qui in hac nrdinatione unicuique Camerariorum, ut infra dicetur, cnnceduntur: non teneantur tam Sacerdntes, quam inferinris gradus Canonici deducere in commune, vel Cameræ applicare, quæ non Capituln vel Canonicis in communi, ſet alicui Canonico ſpecialiter dantur in elemoſinam, vel ut pro vivis ſeu Defunctis, Miſſarum ſeu Officinrum Divinorum vel orationnm ſuffragia impetrentur: Quod & generaliter intelligatur de omnibus, quæ Canonicn alicui dinoſcentur perſnnaliter obvenire.

Quænam in exceptorum distributionibus menſura ſervanda, Canonicos inter ac Beneficiatos.

Volumus quoque, quod minuta & excepta prædicta inter Canonicns, & Beneſiciatos dictæ Baſilicæ diſtribuantur ita videlicet, quod Cannnici tunc præſentes, & qui pro præſentibus ſunt habendi de minutis, & exceptis eiſdem duas partes inter eos prn virili æqualiter dividendas recipiant; & Beneficiati præſentes, & prn præſentibus habendi, ſimiliter tertiam habeant portionem inter ipſos modo ſimili dividendam. Nnn autem intendimus, quod ea quæ de prædictis exceptis interdum juxta ritus, & conſuetudines dictæ Baſilicæ pro perſonalibus obſequiis, ſeu Miniſteriis per certos ex eis ſaciendis, taliter nbſequentibus, vel miniſtrantibus exhibentur; cum aliqua ex eis ex ſui qualitate in diviſione non cadant, quædam vern laborantibus deſalcari nnn deceat; in diviſionem vel partitionem cum aliis, abſque conſenſu ſic obſequentium vel miniſtrantium convertantur.

VII. Si Baſilicæ reditus id ferant, Canonicorum Portio libras ſexaginta, diſtributionibus ſupputatis, exæquet, nunquam vero ſuperet.

Unaquæque autem dictarum portinnum, in ea computatis vigintiquatunr libris prnven. vel circiter pro cotidianis diſtributionibus, Canonicn deſervienti per totum annum in ſingulis hnris Canonicis, prout infra dicitur, deputatis, etiamſi in toto vel in parte ipſas vigintiquatuor libras a Canonicn recipi nnn contingat, qui ab horis nmnibus vel aliquibus forſan abeſſet, valorem ſexaginta Librarum Provenien. annis ſingulis aliquatenus non excedat; quantumcumque aliqun forſan anno obventiones ſeu facultates ipſius Baſilicæ excreſcerent, vel eas contingeret ampliari. Sed ſi deductis ſingulis triginta libris prnvenien. ſingulis Beneficiatis debitis, & eis, quæ prn Camera ad expedienda communia negotia ipſius Baſilicæ fuerint opportuna; proventus & obventiones ipſius ad tantum poſſent aſcendere, quod unaquæque portio cnmputatis omnibus, quibuſdam exceptis, ut dictum eſt, ſexaginta libras proven. valere poſſit in annn abſque diminutinne, unaquæque portio illo anno ſexaginta libras proven. ſit valoris; ita quod præter dictas viginti quatunr libras unicuique præſenti Canonico pro cotidianis diſtributionibus diſtribuendas in horis, triginta ſex libras proven. percipiat unuſquiſque Canonicus reſidens in ipſa Eccleſia juxta formam inferius annntatam.

VIII. Quidquid Baſilicæ obvenit, in communi ſervetur.

Quæcumque tamen bona immobilia, ſeu pro mnbilibus bonis emendis, & quæ in paramentis, vaſis argenteis & aureis, & ceteris ad nrnatum Altaris, & Miniſtrnrum ejus pro cultu Divinn eidem Eccleſiæ obvenirent, pro portionibus, & Beneſitiatorum Beneficiis deducendis ad quamcumque

(*a*) *Procuratio*, ut mox prænotata demonſtrant, & Cangius atque ipſamet Bulla explicant; dicitur de exceptione ſtata ac debita Dominorum a Vaſſallis, a quibus hoſpitio & conviviis, condictis vicibus, excipiebantur, cum ad eorum loca divertebant.

(*b*) Ligneam D. Petri Cathedram die 22. Februarii, ante aram Chori deferri & Fidelium venerationi exponi conſueviſſe ratum eſt. Hunc morem aperte indicat noſter Antonius Petri, dum in ſuo Diario ad annum 1411. die 22. Februarii hæc ſcribit apud eruditiſs. Phoebeum in Opuſc. de Identit. Cathedræ pag. 60. *Cathedra S. Petri fuit poſita ante Cancellos in Choro majori per totam Miſſam quam celebravit Dominus Cardinalis* Petrus Fernandus Friaz a Clemente VIII. Pſeudopontifice creatus: *Item poſt Miſſam fuit poſita in ſuo loco prope Crucifixum, ut moris eſt.* Hujus delationis ritum ac cæremonias enarrant ſolertiſſimi Viti, Franc. Mar. Turrigius in lib. de Crypt. Vatic. pag. 562. & ſeq. necnon Raphael Sindonus in Opuſc. de Altaribus Baſilicæ Sancti Petri pag. 42.

(*c*) De Sacello Beatæ Mariæ, quod *de Cancellis*, ſive *de Oratorio* dicebatur, pauca prænotavimus fol. 25. not. *k*. Ipſum a Paulo I. Pontifice erectum, complurium Sanctorum exuviis decoratum, æneiſque cancellis munitum, ac mulieribus imperviurn fuiſſe, tradit Canonic. Romanus tit. 13; & juxta Oratorium S. Leonis Papæ, ſecus fores introitus S. Petronillæ atque Beati Andreæ Apoſtoli collocatum, vulgatus Anaſtaſius in eodem Paulo I. commemorat.

(*a*) Mi-

Digitized by Google

cumque ſummam, ſeu quantitatem in hac ordinatione taxatam, nullatenus diſtrahantur; ſet remaneant in communi. Denique ſi portio Cameræ deputata ad expenſas faciendas pro ipſius Baſilicæ negotiis & neceſſitatibus, puta Domorum refectionibus, vel conſtructionibus, cauſis, ſeu litibus, & aliis quibuſcumque neceſſariis, vel utilibus caſibus emergentibus, non ſufficere videretur; de omnibus communibus proventibus ipſius Baſilicæ, tantum ad arbitrium Archipresbyteri & Capituli aſſumatur, quantum ſufficere viderint ad ipſius Baſilicæ communia negotia procuranda, & utiliter exequenda.

Si Cameræ Portio expenſis ferendis impar ſit, ſuppleat Menſa communis.

IX. Quædam in Beneficiatos jura Archipresbytero & Capitulo una conceduntur; quædam ſoli competunt Archipresbytero.

Prædictorum quoque Beneficiatorum inſtitutio, & deſtitutio, ſcilicet perpetua amotio a ſuo Beneficio & Baſilica ſupradicta, ad Archipresbyterum & Capitulum ipſius Baſilicæ pertineat pleno jure. Correctio vero, reformatio, privatio ſuorum Beneficiorum ad tempus, vel ſuſpenſio ab eiſdem, & omnis juriſdictio, & cenſura, necnon & omnis ordinatio & diſpoſitio ſtatus eorum, ſalvis hiis, quæ ex præſenti ordinatione ipſis Beneficiatis prout in ea continetur competere dinoſcuntur; præter dictas inſtitutionem & deſtitutionem, ſeu amotionem perpetuam, ad præfatum Archipresbyterum pertineant per ſe, vel ſuum Vicarium ſive Canonicus fuerit, ſive alius, exercendæ. Sed & quæſtiones omnes, controverſiæ, diſcordiæ, ſive lites, quas inter ipſos Beneficiatos inter ſe oriri contigerit, vel inter ipſos Beneficiatos, ſeu eorum aliquem ex una parte, & prædictum Capitulum, vel aliquem de Capitulo ex altera, per Archipresbyterum ſeu ejus Vicarium terminentur. Eo tamen tempore, quo Baſilica prædicta Archipresbyterum non haberet, vel quo idem Archipresbyter ageret in remotis, nullo pro ſe dimiſſo Vicario, præmiſſa omnia ad Capitulum ipſum pertineant; illo caſu dumtaxat excepto, in quo Capitulum in defendendo partem faceret, vel agendo: In eo namque caſu adiri alius competens Judex poſſit.

Lites dirimere ad Archipresbyterum pertinet; eoque deficiente ad Capitulum, modo contra ipſum Capitulum lis non agatur.

Mutua Canonicos inter ac Beneficiatos officia.

Nullus etiam Canonicus per ſe juriſdictionem, ſeu imperium, vel dominationem, ſeu auctoritatem quamcumque exercere poſſit in aliquem de Beneficiatis eiſdem; nec ipſos ſuperbis, vel ampulloſis verbis, ſeu factis injurioſis exaſperet: Quamquam ipſi Beneficiati univerſos & ſingulos Canonicos tamquam majores honore condigno proſequi debeant ſicut decet.

X. Portionis Beneficiatorum taxatur quantitas, computatis Diſtributionibus.

Præterea de communibus proventibus ipſius Baſilicæ ſeu de Camera communi, ſingulis annis abſque omni diminutione ſingulis prædictorum Beneficiatorum diſtribuantur & ſolvantur in horis Canonicis, prout inferius diſtinguetur, ſingulis viginti libræ proven. Senatus ad minus, vel circiter. Si tamen forſan aliquo anno ad tantam tenuitatem ſeu exilitatem, quod abſit, portiones Canonicis reſidentibus debitæ, & in omnibus horis Canonicis per totum annum deſervientibus devenirent, quod quinquaginta librarum proven. computatis omnibus juxta præſentem ordinationem in ipſis portionibus computandis non attingerent quantitatem; illo anno, ſi placeret Capitulo, diminutio triginta librarum conceſſarum Beneficiatis eiſdem, in ea dumtaxat & non majori poſſet fieri quantitate pro rata, quod ſinguli Canonici reſidentes, & cotidianas diſtributiones recipientes horarum, per ſuppletionem eis faciendam de dictis triginta libris ſingulorum Beneficiatorum duplo majorem tantum, quam ipſi Beneficiati percipiant portionem. Cum autem inter alia ſpecialiter ordinemus, quod triginta libræ proven. Beneficiatis eiſdem, viginti videlicet vel circiter in cotidianis diſtributionibus, & decem pro ſuis Beneficiis aſſignentur; ſic ipſas decem libras diſtribui volumus, quod qui præſentes fuerint in Feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, ſeu qui pro præſentibus ſunt habendi, illi ſoli percipiant, qui per totum annum præcedentem fuerint reſidentes, & deſervientes in ipſa Baſilica reputandi. Non enim ſi forſan interdum a Choro abeſſent, cum tunc Chori diſtributione priventur, iſtis decem libris privari deberent; ſet illi ſoli eis, ſicut rationabile videbitur, poſſint in toto vel in parte privari, qui judicandi eſſent merito in Chori ſervitio notabiliter negligentes, & quibus pœna hu'uſmodi infligenda merito videretur.

Pro ratione ſervitii ac reſidentiæ diſtributiones aſſignentur.

Quidquid, facta Portionum diſtributione, ſupererit, in Poſſeſſionum emptionem, ad Portionum Canonicarum numerum augendum refertur.

Rurſus ſtatuimus, ordinamus, & inviolabiliter volumus obſervari, ut de omni eo, quod quolibet anno finito in Camera ſupererit ex omnibus obventionibus, & cunctis quæ ad Cameram ex Canonicorum, ſeu Beneficiatorum abſentiis, vel quomodolibet deveniſſent, exceptis Vaſis, & aliquibus quæ pro cultu Divino viderentur Archipresbytero & Capitulo retinenda; deductis & ſolutis ſexaginta libris proven. pro ſingulis Archipresbyteri, Canonicorum, Metæ, & Cameræ portionibus, & triginta libris proven. pro ſingulis Beneficiatorum Beneficiis, nec non & expenſis Cameræ pro neceſſitatibus ejuſdem, prout ſuperius eſt expreſſum, Poſſeſſiones, & alia immobilia Bona emantur, ex quibus poſſint proventus, & ipſius Baſilicæ redditus augmentari. Ut hæc ſalubris ordinatio, in qua provide agitur, ut ad triceſimum Canonicorum numerum, non multum poſt tempore, dante Domino, valeat perveniri, & citius & celerius ad finem debitum deducatur; propter quod interdicimus, & diſtrictiſſime prohibemus, ut nihil de eo, quod remanſerit de omnibus obventionibus, factis dedu-

deductionibus, ut ſupra proxime eſt expreſſum, inter Canonicos dividatur omoino, ſeu uſibus aliis deputetur.

XI. Diſtributiones nonniſi præſentibus concedantur.

In cotidianis autem diſtributionibus inter Canonicos diſtribuendis in Horis, hanc formam & modum ſtatuimus, & volumus obſervari, ut ſcilicet exceptis caſibus infraſcriptis, nullus eas percipiat, neque alicui concedantur, niſi præſens in Choro fuerit & horæ interſit, in qua diſtributio fuerit facienda.

Qui nam in Miſſa ac Horis Canonicis præſentes ſint habendi.

Non reputabitur autem præſens, niſi Chorum intraverit in Matutiois ante finitum Gloria primi Pſalmi, qui dicitur poſt Venite; & in Miſſa ante finitum ultimum Kirie eleiſoo: in omnibus autem aliis horis ante finitum Gloria primi Pſalmi, qui in ipſa bora cantatur, & præſens fuerit, quando circa fioem Miſſæ, & horæ fuerit denariorum diſtributio facienda. Caveat autem ſibi, quod abſque cauſa neceſſaria, vel evidenter utili, Cborum non exeat, neque Divinum officium intermittat. Si quis autem de boc vitioſus fuerit, prout ſua mala conſuetudo meruerit, corrigatur.

Abſentes ob Eccleſiæ ſervitium, excuſantur.

Illi autem, qui de mandato Archipresbyteri, vel ejus Vicarii, & Capituli, ſeu ſolius Capituli, abſeotibus ab Eccleſia Archipresbytero & ejus Vicario, abſentes ab Eccleſia fuerint, vel ab boris propter ſervitia ſeu negotia Eccleſiæ procuranda; quamdiu ſic abſentes fuerint, percipiant diſtributiooes horarum & portionem ſuam integre, ſicut ceteri reſideotes, & io hiis pro reſidentibus habeantur. Propter perceptionem tamen bujuſmodi, majus temperamentum & moderamen poterit adhiberi circa expenſas eorum de proventibus Eccleſiæ, ſeu Cameræ faciendas.

Excuſat item infirmitas, aut tuendæ ſanitatis neceſſitas.

Si qui autem de reſidentibus Canonicis ſic infirmati vel debilitati fueriot, eo ſcilicet tempore, quo in ipſa Eccleſia reſident, vel pro reſidentibus ſunt habendi, tantaque ſeu talis eſſet eorum infirmitas ſeu debilitas, quod abſque periculo proprii Corporis, vel multum notabili & magna indecentia, quæ poſſet errorem * vel ſcandalum generare, ſcilicet ex ligaturis, emplaſtris in locis patentibus vel hujuſmodi, boris intereſſe non poſſint; noo excludantur a diſtributiooibus ſupradictis: ſed ipſas percipiant, durantibus ipſis infirmitatibus & debilitatibus & indecentiis, quas etiam percipiant medicinati ſemel in anno diebus quatuor, & minuti (a) ſex vicibus in anno duobus diebus io unaquaque minutione; dummodo prædicti in ipſa Eccleſia fuerint reſidentes, vel in Urbe, de liceotia tamen Archipresbyteri, vel ejus Vicarii & Capituli, vel ſolius Capituli, abſentibus ab Eccleſia Archipresbytero & ejus Vicario, commorentur.

* *Sic.*

Ei, de cujus infirmitate ſuſpicio fuerit, Diſtributionum medietas ſubtrahitur, donec de rei veritate conſtet.

Si quis autem ab Archipresbytero, vel ejus Vicario & Capitulo, ſeu ſolo Archipresbytero, vel ſolo Capitulo in ejus abſentia, vel ſolis etiam Camerariis haberetur ſuſpectus, quod infirmitatem, vel debilitatem, ſeu indecentiam oon haberet, quæ ipſum propter periculum, vel indeceotiam, juxta quod dictum eſt, a Cbori vel horarum ſervitio merito redderet excuſatum; hujuſmodi ſuſpicione durante, ſibi diſtributiooum medietas ſubtrahatur, quouſque rationabiliter oſteoderet, ſe nichil agere ſimulate, & ſibi non eſſe, juxta hanc ordinationem, diſtributiones hujuſmodi ſubtrahendas, vel evidenter appareret ipſum eas percipere noo debere. In quo caſu ſicut privandus eſt omnibus, ſic etiam alio ſibi debent diſtributiones integre mioiſtrari: ſuſpicionis tamen tempore, medietatem tantum recipiat, ut dictum eſt.

Etſi Canonicus Portione careat; modo interſit Choro, Diſtributiones quotidianas lucratur.

Ab hac etiam cotidiana diſtributione oullus Canonicorum portionem habens, vel ad portiooem admiſſus, ſeu cujus portio debita ſibi vacet, licet efficaciter non ſit admiſſus ad eam, quia oon eſt promotus ad Sacros, aliquatenus excludatur; etiamſi in ipſa Eccleſia non reſideat; ſi forſan aliquando in Choro boræ in qua ſit facta diſtributio, ipſum ſupradicto modo intereſſe contiogat: Nam regulariter ſoli reſidentes io ipſa Eccleſia, & qui pro reſidentibus habeotur, ſunt juxta formam præmiſſam, ad perceptionem diſtributionum bujuſmodi admittendi.

XII. Quotidianarum diſtributio quantitas, in diebus ferialibus, Feſtis, ac Vigiliis ſolvenda, taxatur.

Dictarum autem cotidianarum diſtributiooum exhibitio, vel diſtributio ipſis Canonicis ita fiet: Singulis diebus, tam ferialibus, quam feſtivis in Matutinis percipiat tres denarios proven. (b) unuſquiſque: in Prima unum: in Miſſa tres: in Tertia unum: in Sexta unum; quæ deinceps in eodem Cboro cantetur: in Nona unum: in Veſperis tres: in Completorio unum, quod deioceps in Choro immediate poſt Veſperas decantetur; præterquam in Quadrageſima, in qua hora conſueta cantetur. Et in ipſa Quadrageſima unus deoarius adimatur a Veſperis, & Completorio adjungatur; ita quod duos denarios in Veſperis, & duos in Completorio percipiat unuſquiſque. Io infraſcriptis autem Feſtivitatibus & diebus, prædictis diſtributionibus fiat additio, ſicut inferius diſtinguetur. Nam præter diſtributiones prædictas, in Veſperis Vigiliæ Apoſtolorum Petri & Pauli unuſquiſque percipiat decem

(a) *Minuti*, ut præmonuimus fol. 87. not. *f*, ii ſunt quibus, inciſa vena, ſanguis minuitur, valetudinis cauſa.

(b) Singuli *denariorum Provenientium*, juxta ſuperius adnotata, *bajocco* uni reſpondent.

cem denarios proven. : in Vigiliis (*a*) decem: in Matutinis decem : in Miſſa decem ; & in Veſperis Feſti decem . In unaquaque autem infraſcriptarum Feſtivitatum , ſcilicet in Octavis Apoſtolorum Petri , & Pauli : in feſto Dedicationis Baſilicarum ſuarum : in feſto Nativitatis Dominicæ : in Epiphania : in feſto Aſcenſionis Dominicæ ; & in Pentecoſtes , unuſquiſque percipiat ſeptem denarios provenien. ; in Veſperis vigiliæ , ſeptem ; in vigiliis , ſeptem ; in Matutinis , octo ; in Miſſa & in Veſperis Feſti , ſeptem : in feſto vero Reſurrectionis Dominicæ , in quo Vigiliæ non cantantur ; in Veſperis , quæ Sabbato Sancto dicuntur , percipiat unuſquiſque novem denarios ; in Matutinis , novem ; in Miſſa novem ; & in Veſperis Feſti , novem . In unaquaque autem infraſcriptarum Feſtivitatum unuſquiſque percipiat duos denarios : in Veſperis Vigiliæ , in Vigilia duos ; in Matutinis , duos ; in Miſſa , duos ; & in Veſperis Feſti , duos . Feſtivitates autem ſunt hæ : Feſtum Aſſumptionis Beatæ Virginis , Sancti Mathæi Apoſtoli , Sancti Lucæ , Sanctorum Simonis & Judæ , Omnium Sanctorum , Commemoratio Mortuorum , Dedicationis Altaris Sanctæ Mariæ de Cancellis (*b*) , Sancti Andreæ , Dominica de Gaudete (*c*) , Sancti Stephani , Cathedra Sancti Petri (*d*) , Dominica Quinquageſimæ (*e*) , in qua dentur in Miſſa quatuor denarii , cum Vigiliæ non præcedant; Sancti Gregorii ; die Lunæ poſt Paſcham qua dentur quatuor denarii in Miſſa , cum Vigiliæ non præcedant : Dominica , in qua cantatur , Ego ſum Paſtor Bonus (*f*) , in qua dentur quatuor denarii in Miſſa , cum Vigiliæ non præcedant ; & Sanctæ Petronillæ . In ſingulis vero Feſtivitatibus infraſcriptis , de cetero Vigiliæ decantentur , in quibus duos denarios in Vigilia , & duos in Miſſa percipiat unuſquiſque . Feſtivitates ſunt hæ : Commemoratio Sancti Pauli , Sancti Martialis (*g*) , Sanctorum Proceſſi & Martiniani , Sancti Alexii , Sanctæ Mariæ Magdalenæ , Sancti Jacobi , Sancti Petri ad Vincula , Sancti Laurentii , Sancti Bartholomæi , Sancti Egidii , Nativitatis Sanctæ Mariæ , Exaltationis Sanctæ Crucis , Sancti Michaelis , Sancti Franciſci , Dedicationis Baſilicæ Salvatoris , Sancti Martini , Dominica de Adventu , in cujus Miſſa dentur quatuor denarii cum Vigiliæ non præcedant ; Sancti Nicolai ; Dominica ſecunda de Adventu , in qua quatuor denarii dentur in Miſſa , quia Vigiliæ non præcedunt ; Sanctæ Luciæ , Sancti Thomæ , Sancti Johannis Euangeliſtæ , Sancti Silveſtri , Circumciſionis Domini , Converſionis Sancti Pauli , Purificationis Sanctæ Mariæ , Sancti Mathiæ , Dominica Paſſionis , in qua dentur quatuor denarii in Miſſa , cum Vigiliæ non præcedant ; Annuntiationis Beatæ Virginis , Sancti Longini , Dominica Palmarum , in cujus Miſſa dentur quatuor denarii , quia Vigiliæ non præcedunt ; Sabbato Sancto , in cujus Miſſa dentur quatuor denarii , quia Vigiliæ non præcedunt ; Sancti Marci , Sanctorum Philippi & Jacobi , Inventionis Sanctæ Crucis , Apparitionis Sancti Michaelis , Sancti Barnabæ , Nativitatis Sancti Johannis , Sanctorum Johannis & Pauli , & Sancti Leonis Papæ . In ſingulis quoque vigiliis Beatæ Virginis , quæ cantantur diebus Veneris , ſi Feſtum novem lectionum non occurrat , a Dominica prima poſt Pentecoſten , uſque ad Dominicam de Adventu , & ab Octavis Epiphaniæ , uſque ad Dominicam de Paſſione , ſingulis Canonicis præſentibus , vel qui pro præſentibus ſunt habendi , de Camera præter alia denarii duo dentur . Illos autem Canonicos haberi pro reſidentibus , & reſidentes eſſe in Eccleſia ſtatuimus , qui in Canonica (*h*) , ſive intra Clauſtrum ipſius Canonicæ

Quinam tamquam reſidentes habendi ſint , declar.

(*a*) Vigilias a Matutinis differre, hæc quam verſamus Conſtitutio luculenter demonſtrat . Ea ſiquidem Romæ in præcipuis feſtis diſciplina olim obtinuit , ut Matutinis Precibus præmitteretur aliud Officium quod certis quibuſdam pſalmis, antiphonis, lectionibus, reſponſoriis,& peculiari collecta ſive Oratione compoſitum , *Vigiliarum* nomine, a Veteribus fuiſſe deſignatum , ſatis evincit Benedicti Canonici Romanus Ordo num 8. 9. 15. 63. & 69. Huc ſane reſpicit Amalarius, dum in Antiphonarii cap. 15. *Reperi* (inquit) *in Romano Antiphonario duo Officia nocturnalia , una eademque nocte poſita ,* ſcilicet in Nativitate Domini .

(*b*) Octavo Idus Novembris *Conſecratio Altaris S. Mariæ de Cancellis* celebratur in Reſponſoriale & Antiphonario Romanæ Eccleſiæ juxta veterem uſum Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ, apud Ven. Card. Thomaſ. in Reſponſorial. & Antiphonar. fol. 13.

(*c*) Nimirum Dominica III. Adventus , de qua vide pag. 21. not. *g* .

(*d*) Feſtum Cathedræ in pervetuſtis Romanæ Eccleſiæ Ritualibus Libris die 22. Febr. conſignatum , procul dubio hic recenſetur . Legeſis doctiſſimam noſtri Cajetani Cenni Diſſertationem de Cathedra Romana .

(*e*) Hanc Romanus Canonic. tit. 54. enumerat inter Diurnas Stationes S. Petri .

(*f*) Nempe Dominica Secunda poſt Paſcha : Diurnis Baſilicæ Vaticanæ Stationibus a prælaudato Romano accenſetur .

(*g*) Altare S. Martialis Lemovicum Epiſcopi , in veteri Vaticano Templo conſtructum meminit Canonic. Rom. tit. 15. , & magnæ ſemper devotionis fuiſſe , literis conſignavit Vegius noſter lib. 4. de Reb. antiq. memorabil. Baſil. S. Petri . Ejus conſecratio pridie Kal. Maji adnotatur in pervetuſto Martyrologio apud Baſilicæ noſtræ Archivum aſſervato .

(*h*) Miniſtrantibus Vaticano D. Petri Templo tot fuerunt remotiori ætate Domicilia, quot circa eamdem Baſilicam extiterunt Monaſteria, nempe SS. Joannis & Pauli , S. Martini , S. Stephani Majoris, & S. Stephani Minoris , de quibus ſuperius adnotavimus . *Plane horum omnium majus & inſignius erat Monaſterium S. Stephani* Majoris , olim poſitum juxta Eccleſiam S. Stephani *in Ægypto* , vulgo *de' Mori* , poſt Vaticanam S. Petri Baſilicam . *Ædificia ejus , uti plures in eis habitantes , ita plura quoque & magnificentiora , ut nullam omnino cum eis aliorum domus comparationem habere viderentur . Cumque multa eorum diruta ſint , at nonnulla tamen adhuc extant ; habitoque ego nunc recte in vis , neque aliud eſt atrium domus meæ, quam triclinium, in quo menſis illi ſimul accumbebant ,quod multis e ſignis facile intelligere licet* . Verba ſunt noſtri Vegii lib 4. num. 115. apud Bollandian. tom. 7. Junii . Alterum Canonicorum Domicilium ſive Canonicam prope Templum *S. Stephani Minoris* modo *Hungarorum*

nicæ commorantur: Unde reſidens habeatur Canonicus illa die, qua infra Clauſtrum ipſius Canonicæ pernoctabit. Et ubicumque extra Clauſtrum ipſum pernoctare contingerit, non reputetur, vel habeatur reſidens illa die: Illis caſibus dumtaxat exceptis, in quibus ex præſenti ordinatione alibi pernoctantes percipiunt ſua Beneficia, ut Canonici reſidentes. Amplius, quia hujuſmodi cotidianæ diſtributiones horarum ad viginti quatuor libras proven. aſcendere dinoſcuntur in anno; reſtat, quod illo anno quo portio ad ſexaginta librarum quantitatem aſcendit, triginta ſex libræ proven. in pecunia, vel in rebus, præter ipſas diſtributiones, cuilibet Canonico reſidenti debentur. Harum autem triginta ſex librarum ſolutionem, ſeu diviſionem ſic ordinamus, & diſponimus faciendam; ut ſcilicet finitis ſingulis duobus menſibus, unicuique Canonicorum reſidentium ſex libræ proven. perſolvantur in pecunia, vel in rebus, pro reſidentia, in ipſis duobus menſibus jam completa. Illis autem menſibus, in quibus Bladi, Annonæ, & Vini diſtributio fuerit facienda, ſi habita conſideratione numeri portionum, quantitas harum rerum tanta fuerit, ut id quod poſſet pro ſua portione ad unumquemque Canonicorum reſidentium pervenire, juxta veram extimationem ad majorem ſummam aſcenderet, quam ſit quantitas ſex librarum; nichilominus in hoc caſu in rebus prædictis non diminuatur portio Canonici reſidentis, ſet diligens conſideratio eſt habenda, quantum in ipſis rebus, ultra ſex libras receperit unuſquiſque: Et hoc redacto diligenter in ſcriptis, tantum (cum ex reſidentia præcedenti ſuum non fecerit, quod ultra valorem ſex librarum proven. tunc receperit) de portione proximò ſequenti, vel ſi illa ad hoc non ſufficeret, de aliis portionibus continue ſequentibus adimatur, quod ipſe Canonicus redigatur ad ſtatum, in quo in fine anni, exceptis diſtributionibus, & aliis, quæ ſunt ex hac noſtra ordinatione excepta, non ultra triginta ſex libras proven. reperiatur aliquatenus percepiſſe. Et ſi forſan veriſimiliter dubitaretur de aliquo, qui ſe deberet ab Eccleſia abſentare, & ad eam longis temporibus non redire; non fiat ei ultra valorem ſex librarum ipſarum rerum aſſignatio, niſi ſufficienti præſtita cautione, quod ſi propter ſuam abſentiam non poſſet de ſequentibus ſuis portionibus illo anno Eccleſiæ ſatisfieri de eo, quod ultra ſummam ſex librarum percepiſſet, Eccleſiæ ſeu Cameræ redderetur, quicquid ſibi fuiſſet ultra ſolutum. Illo autem anno, quo forſan ad ſummam ſexaginta librarum, computatis omnibus præter excepta, veriſimiliter videretur non poſſe aſcendere portionem ſolutionis dictarum ſex librarum; vel in ſingulis terminis fiat diminutio pro rata quantitatis, ad quam videtur poſſe aſcendere portio ipſo anno; vel provideatur ſic, quod in ſolis terminis circa finem anni, uno vel pluribus, ſic diminutio ipſa fiat, quod ſolutionibus omnibus computatis, non reperiatur in fine anni percepiſſe ultra id, quod ſibi ex hac ordinatione debetur. Talis quoque per eos, per quos hæc ſolutio iminet facienda, providentia & proviſio habeatur; tantumque ſemper reperiatur in Camera, quod in fine ſingulorum duorum menſium ſemper poſſit Canonicis reſidentibus ſecundum modum prædictum, ſolutio provenire. Si quis autem Canonicus extra dictam Canonicam ſeu Clauſtrum ipſius pernoctaverit, in caſu in quo reſidens non habetur, pro ſingulis diebus, quibus extra pernoctaverit, ſinguli duo ſolidi proven. ſibi adimantur, & Eccleſiæ, ſive Cameræ applicentur; de ſolutione in proximo ſibi termino, ſcilicet in fine duorum menſium facienda: quæ ſolutio ſive præſens, ſive abſens fuerit, ſibi fiat deductis ſingulis duobus ſclidis pro diebus ſingulis, pro quibus reſidens non habetur: ut ſic præmiſſa recipiant ſoli reſidentes, & non alii, vel qui pro reſidentibus ſunt habendi. De gratia tamen concedimus, quod ſi per totum anni circulum pro ſuis, vel amicorum ſuorum expediendis negotiis, ſeu ex quacumque alia honeſta cauſa viginti diebus interpolatis, ſeu continuis extra Canonicam, ſeu Clauſtrum ipſius voluerit pernoctare, libere poſſit hoc facere abſque dictorum duorum ſolidorum defalcatione, ſeu diminutione aliqua facienda: Set hoc ad plures dies, quam ad viginti nullatenus extendatur. Contra fraudem autem, vel deteſtandam negligentiam aliquorum, qui licet pernoctarent in Canonica, ſive Clauſtro, & in nullo vel in modico in horis, & aliis Eccleſiæ obſequiis deſervirent, provideatur per

XIII. Qua ratione, quove tempore, Canonicalium Portionum pars reliqua ſit diſtribuenda.

Si quidpiam ultra menſuram, quæ ſingulis reſpondet menſibus quis accipiat, ex iis quæ ſequuntur diſtributionibus minuatur.

Quæ in caſu Cautio a Canonico ſit præſtanda?

Si Portionum menſuram aliquando minui contingat, ea diminutio aut in quaque diſtributione paullatim, aut in fine anni facienda.

XIV. Iis, qui ultra viginti dies extra Canonicam pernoctaverint, duo ſolidi die quolibet detrahantur.

Alia contra non reſidentes vel incurioſos ſtatuitur pœna.

rum collocat Alpharanus Tab. Ichnogr. lit. *g* & in Libello Ms. de Vaticana Baſilica penes ejuſdem Eccleſiæ Tabularium, ſic illuſtrat: In Eccleſia S. Stephani Hungarorum *habitabat tertia pars Canonicorum Baſilicæ deſervientium*, juxta quam *adhuc aliqua Canonicæ ſive Monaſterii veſtigia viſuntur, a Nicolao III. reſtaurata, in qua Canonici, Beneficiati & Clerici Beneficiati habitabant, antequam ob novæ Baſilicæ conſtructionem demoliretur: ſed in aliquibus cubiculis Paulus Palellus Canonicus, & Bertinorus . . . Beneficiatus, & nonnulli alii Clerici habitant; reliquam vero Canonicæ partem in nova Baſilica extructione fuiſſe disjectam, ſenior frater meus* (Jacobus Herculanus Altararius) *referebat, quam integram propriis oculis vidiſſe affirmabat, & in aula patrui ſui habitaſſe aliquando recenſebat.*

per ſubtractionem proventuum in toto, vel in parte aliqua per Archipresbyterum & Capitulum, prout eis ſecundum Deum videbitur expedire.

In Canonicos, quorum fraude vel dolo credita Baſilicæ negocia læduntur, gravius animadvertit.

Et quia Canonicorum, quibus in nonnullis caſibus committerentur ipſius Baſilicæ negotia procuranda, provida diligentia circa ipſa magnum ſubſidium hiis, ad quæ tendit præſens ordinatio, præſtare poterit in futurum; ſic duximus ſtatuendum, ut quilibet Canonicus circa negotia ſibi commiſſa, officii ſui debitum ſic fideliter, ſic ſollicite ſtudeat adimplere; quod ex hoc Deo, & Apoſtolorum Principi ſe reddat acceptum, & ipſa Baſilica in proventibus augeatur. Et ſi forſan ex ipſius malitia, dolo, ſeu fraude ipſi Baſilicæ dampnum aliquod proveniret; præter id, quod ipſe tenetur dampnum hujuſmodi reſarcire, idem Canonicus juxta qualitatem ſui reatus, & quantitatem dampni taliter puniatur, quod ipſius pœna aliis tranſeat in exemplum.

XV. *Annis ſingulis Camerarii ſex, quatuor ex Canonicis, duo ex Beneficiatis eligantur præhabito Archipresbyteri conſenſu.*

Statuimus inſuper & ordinamus, quod annis ſingulis quatuor de Canonicis reſidentibus & portiones recipientibus, & duo de Beneficiatis reſidentibus & Beneficia percipientibus, fide digni, & per quos credantur negotia præfatæ Baſilicæ debere, tam fideliter quam prudenter & utiliter pertractari, per Archipresbyterum, & Capitulum aſſumantur ad Camerariatus officium exercendum: Quorum aſſumptio, vivente Archipresbytero, nunquam fiat abſque requiſitione & conſenſu Archipresbyteri in Urbe, vel in vicinis partibus exiſtentis, etiamſi abeſſet ab Urbe, & ejus Vicarius in Eccleſia reſideret: in Camerariis enim iſtis multa eſt fidelitas & induſtria requirenda.

Eorum cura, fructus omnes colligere, ac diſtribuere; nec non eos qui ab Eccleſiæ ſervitio abſunt, deſcribere:

Prædicti autem ſex Camerarii recipiant omnes fructus, redditus, & proventus, & obventiones quaſcumque, undecumque, & qualitercumque ad ipſam Eccleſiam pertinentes, præter quædam minuta inter excepta contenta, & in portione minime computanda, quæ ad manus Camerariorum nec oportet nec congruit devenire, nec hactenus devenerunt: Et ad manus eorum cuncta deveniant, quæ ad ipſam perveniunt Baſilicam, ſeu ex hac ordinatione, vel quocumque modo ſunt Communi ipſius Baſilicæ, vel Cameræ applicanda. Omnia quoque contenta in ordinatione præſenti, quæ ad partitionem, diſtributionem, & conſervationem & expenſas pertinent; ſervent, exequantur & faciant juxta formam & modum & ordinem in eadem ordinatione contentos: Et omnia, quæ recipiunt, diſtribuunt, dividunt & expendunt, & cetera quæ ad ipſorum ſpectant officium, puta, Canonicorum abſentias ab Eccleſia vel ab horis, & hiis ſimilia, determinando tempora & perſonas & ceteras circumſtantias, prout ad declarandum in hujuſmodi ſtatum Eccleſiæ ſeu Cameræ fuerit opportunum, ſic diligenter, & ſeparatim unuſquiſque conſcribat; ut in ſex libris ſive quaternis reperiantur cuncta conſcripta, quatenus manifeſte appareat, quid & quantum in Camera fuerit ad Poſſeſſiones emendas pro Eccleſiæ proventibus augmentandis; & an Canonicis, & Beneficiatis ſufficienter juxta hanc ordinationem de ſuis portionibus, & Beneficiis fuerit ſatisfactum.

Sub clavibus ſex, Bona omnia cuſtodire:

Sub ſex quoque clavibus, quarum unuſquiſque cuſtodiat unam, omnia bona quæ ad manus ipſorum devenerint, tanta & tali digna cuſtodia, conſerventur, præſertim pecunia, nec non & alia quæ ratione ſui valoris, aut pretio ſeu qualitate pro utilitate Eccleſiæ diligenter fuerint conſervanda.

Poſt ſingulos duos menſes, & in fine anni rationem reddere.

Rationem & computum dictis Archipresbytero vel ejus Vicario, & Capitulo, in fine duorum menſium, cum diſtributio ſex librarum fuerit Canonicis facienda, reddant, & faciant diligenter, ut pro illo tempore ſtatus Baſilicæ, ſive Cameræ ſciri poſſit. In fine tamen anni poſt finitum ſuum officium, infra quindecim dies vel infra tempus eis ab Archipresbytero vel ejus Vicario & Capitulo aſſignandum, de omnibus ad ſuum officium pertinentibus reddant ipſis, & faciant computum generale; ut ſtatus Eccleſiæ, quoad temporalia ſciri poſſit, & novi poſſint Camerarii ſuper omnibus informari: De quibus aſſumendis priuſquam annus Camerariorum præcedentium finiatur, eſt per Archipresbyterum, & Capitulum ſollicite providendum.

Canonicorum, qui computis interſunt; merces; abſentium pœna.

Reſidentes autem Canonici ſollicite conveniant ad computum audiendum: & ſingulis eorum, qui in computo interfuerint, & perſtiterint quouſque computus terminetur, in unoquoque computo in fine duorum menſium de Communi Cameræ ab ipſis Camerariis denarii duo dentur; in generali quoque computo faciendo, anno finito, dentur ſingulis duodecim denarii ab eiſdem. Illi vero, qui non convenerint ad computum audiendum, non ſolum non habeant, quod in ipſo computo fuerant percepturi; ſet de partitione, quæ fuerit in duobus menſibus imminentibus facienda, eorum ſingulis ſinguli duo ſolidi ſubtrahantur: De partitione quoque proximo ſequenti computum generalem, ſubtrahantur unicuique decem ſolidi, Communi Cameræ applicandi; niſi eos infirmitas, vel debilitas, ſeu injuncta ipſis Eccleſiæ negotia juſte & rationabiliter excuſarent.

Camerariis honorarium conceditur.

Ut autem ipſorum Camerariorum tam Canonicorum, quam Beneficiatorum ſollicitudo, & labor aliqualiter levigentur; in unoquoque computo in fine duorum menſium faciendo, ultra Canonici portionem, vel Beneficiati Beneficium, quæ vel quod ipſum contingit, dictorum

dictorum

ctorum Canonicorum ſingulos octo ſolidos, & dictorum Beneficiatorum ſingulos quatuor ſolidos percipiat unuſquiſque. Et ſi aliquem illorum in longum ab execютione ſui officii contingeret impediri; alius ſibi per Archipresbyterum & Capitulum ſubrogetur, ut ceteri, juramenti vinculo aſtringendus. Ne autem dictos Beneficiatos lateat ſtatus Eccleſiæ, ſed ex ipſius ſtatus notitia apud Perſonas, quarum intereſt, & quæ prodeſſe valeant, poſſint ejuſdem Baſilicæ commoda procurare; ſtatuimus, quod in ſingulis computis faciendis duo Priores Presbyteri, duo Priores Diaconi & duo Priores Subdiaconi de ipſis Beneficiatis, qui præſentes tunc fuerint & potuerint, eiſdem computis debeant intereſſe, non ut vocem habentes in Capitulo, ſeu de ſtatu ipſius Eccleſiæ, vel proventuum, ſeu computationis ipſius aliquid diſponentes; & unuſquiſque ipſorum recipiat medium ejus, quod recipiet Canonicus, qui computis ipſis interſit. Nulli de cetero in prædicta Baſilica Obedientiarii (*a*) fiant, ſicut conſueverunt hactenus fieri; ſed prædicti ſex Camerarii obedientias (*b*) exerceant univerſas, & dictorum Obedientiariorum officia fideliter exequantur, quouſque per Sedem Apoſtolicam, vel de Romani Pontificis conſcientia per Archipresbyterum & Capitulum ſuper hoc, aliud contingeret ordinari. Et ſi aliquem propter prædictorum exequutionem ab Urbe abeſſe contigerit, reliqui ſuum officium faciant; ita tamen quod ſemper tres, vel duo ad minus remaneant ad ſuum officium exercendum. Cum vero ipſis Camerariis Cameræ committetur officium, præſentibus Archipresbytero vel ejus Vicario & Capitulo, jurabunt tactis Sacroſanctis Euangeliis ſub hac forma: Nos tales, ad exercendum officium Cameræ noſtræ Baſilicæ, a præſenti die uſque in annum completum aſſumpti, tactis Sacroſanctis Euangeliis, promittimus & juramus, quod officium nobis commiſſum fideliter exequemur; proventus & obventiones omnes ad dictam pertinentes ſeu pervenientes Baſilicam, pro poſſe noſtro procurabimus, ut nobis abſque diminutione integre aſſignentur; ipſoſque cuſtodiemus fideliter, & dividemus & portiones faciemus, & tam Canonicis in diſtributionibus, & aliis pro ſuis portionibus, quam Beneficiatis Chori Baſilicæ Sancti Petri pro ſuis Beneficiis, integre ſatisfaciemus de bonis ejuſdem Baſilicæ, ſeu Cameræ; & quæ reſidua fuerint, fideliter conſervabimus, juxta quod hæc omnia ſingillatim diſtincta ſunt in ordinationibus, ſeu ſtatutis factis per Sanctiſſimum Patrem Dñm Nicolaum Papam III., prout in ipſius Privilegio ſeu literis ſua Bulla bullatis plenius continetur: Exſtimationem quoque rerum aſſignandarum Canonicis, ſecundum ſtatuta prædicta pro ſuis portionibus bona fide, juxta communem valorem, ſecundum noſtram conſcientiam faciemus: Nulli Canonico, ſeu Beneficiato ſcienter de Bonis ipſius Baſilicæ dabimus, aut ipſum pro poſſe noſtro auferre, vel recipere permittemus ultra id, quod eis debetur ex præmiſſis ordinationibus, ſeu ſtatutis; & ſervabimus modum, & formam, & ordinem expreſſos ibidem: Si ſciverimus, vel non leviter crediderimus, aliquem Canonicum, ſeu Beneficiatum in percipiendo ultra quam deberet ſecundum præmiſſa ſtatuta percipere, Eccleſiam defraudaſſe; nobis pro Eccleſia ſeu Camera, quod male receptum fuerit per fraudatorem, ſi poterimus, reſtitui faciemus; vel tantum de portione ſeu Beneficio defraudatoris retinebimus, quod Eccleſia reddetur indemnpnis: Si non poſſemus hoc facere, quia negaret forſitan defraudator, id ad notitiam Archipresbyteri, & Capituli deducemus. Veritatem quoque dicemus abſque falſitatis amixtione cujuſquam ſuper omnibus quæ ad noſtrum ſpectant officium, Archipresbytero, & Capitulo, vel utrique ipſorum ſeparatim in omnibus, & ſuper omnibus officium noſtrum contingentibus; ex quorum taciturnitate crederemus, poſſe pati noſtram Eccleſiam detrimentum. Finito autem noſtro officio, & etiam quandocumque Archipresbytero, vel ejus Vicario, & Capitulo, ſeu ſoli Capitulo, Archipresbyteratu vacante, placuerit, omnia integre reſignabimus, quæ apud nos, vel in

Ut Baſilicæ ſtatum norint Beneficiati, ex his nonnulli computis interſint, ſoluta intereſſentibus certa mercede.

Obedientiarii in poſterum nulli ſint.

Juramenti a Camerariis præſtandi forma præſcribitur.

(*a*) Qui Sacras ædes, prædia, & alia Bona ad Baſilicam pertinentia, ex Capituli mandato procurabant, fructus inde redituſque colligendo, & Canonicis pro ſua quibuſque rata portione erogando; ii, uti quidem opinamur, *Obedientiarii* dicebantur. Rem luculentius perſpicere fas eſt, ſi *Camerariorum*, qui in hac Bulla *Obedientiariis* ſubſtituuntur, officia expendantur, & præadductum fol. 87. Innocentii III. Diploma conferatur. *De Obedientiariis* apud Monachos multa congerit eruditiſſimus Du-Cangius in Gloſſario.

(*b*) *Obedientiæ* nomen unum; ſed, teſte Cangio mox laudato, multiplex notio eſt. Ea ſiquidem vox quandoque deſignat munus ac officium omne Monaſticum, quod per obedientiam injungitur vel conſertur: quo pacto Udalricus lib. 1. Conſuetudin. Cluniacenſ. cap. 1. *De Officiis*, inquit, *vel, ut regulariter loquar, Obedientiariis nondum quicquam dixi; quarum omnium cum ſit principalis Obedientia Domini Abbatis, ſit etiam principium relationis noſtræ*. At ſæpeſæpius ſumitur pro Cellis, Præpoſituris & Grangiis a Monaſteriis dependentibus, quod Monachi ab Abbate illuc mitterentur, ut earum curam gererent. In hunc ſenſum auctor vitæ S. Ylami Abb. ſæc. 6. Benedict. part. 1. *Ego inquit Obedientiam, cui Languinas nomen eſt, procurabam &c.* Et Honorius Papa III. apud Matth. Pariſ. ad an. 1213. hæc habet: *Nec alicui committatur aliqua Obedientia perpetuo poſſidenda tanquam in ſua vita locetur; ſed cum oportuerit amoveri, ſine contradictione qualibet amoveatur*. Quæ de Monachis dicta ſunt, ad Clericos (horum conditione ſervata) transferre licet; & deſignatus uterque ſenſus ita in unum coaleſcere poteſt, ut munus ipſum procurandi Sacras Ædes, Poſſeſſiones, aliaque Bona ad Vaticanam Baſilicam pertinentia, *Obedientiarum* vocabulo expreſſum in hac Bulla crediderim. Adeas Innocentii III. Conſtitutionem pag. 87.

(*a*) Hæ

Digitized by Google

vel in Camera fuerint de Bonis ad Beati Petri Baſilicam pertinentibus; vel aliis, qui ab eis ad hoc fuerint deputati: Et Baſilicam ipſam reddemus indempnem de omni eo, in quo ex certa noſtra ſcientia, tam a nobis quam ab aliis ipſa Baſilica per noſtram malitiam, ſive fraudem dampnificata fuiſſet: Fidelem quoque rationem ſeu computum, juxta quod in prædictis ſtatutis ordinatum eſt, de omnibus faciemus. Sic nos Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Statuimus, quod de cetero nullus Canonicus admittatur ad reſidentiam in eadem Eccleſia faciendam, niſi de verbo ad verbum in Capitulo ejuſdem Baſilicæ, ſub forma infraſcripta præſtiterit juramentum, exceptis exiſtentibus infra tempora pubertatis; qui ſtatim poſtquam ad illam devenerint, illud præſtent: quod ſi præſtare forſitan recuſarent; nec habeantur pro reſidentibus, nec morari permittantur in ipſius Baſilicæ Capitulo, vel in Clauſtro. Nulli quoque portio concedatur, aut detur, niſi prius ſub forma juraverit infraſcripta. Proceſſu tamen temporis in forma juramenti Canonicorum, Camerariorum & Beneficiatorum alia Capitula adjici poterunt & adjungi, prout ſecundum emergentes eventus & caſus, animarum ſalute ac præfatæ Baſilicæ utilitate penſatis, Romano Pontifici vel de ipſius conſcientia, Archipresbytero & Capitulo videbitur expedire. Forma autem hæc eſt: Ego talis Baſilicæ Principis Apoſtolorum Canonicus, juro & promitto, quod fidelis ero Beato Petro, necnon & dictæ Baſilicæ ipſius Principis Apoſtolorum de Urbe: Poſſeſſiones, & jura, & bona tam immobilia quam mobilia ad ipſam Baſilicam pertinentia, adjutor ero bona fide ad conſervandum, cuſtodiendum, & defendendum, ſalvo meo ordine: Nec Baſilicam ipſam in prædictis rebus, & juribus ſcienter dampnificabo, ſeu pro poſſe meo dampnificari permittam: De bonis ipſius Eccleſiæ nihil, ſive magnum ſive parvum fuerit, ſcienter malitioſe percipiam ſeu recipiam ultra id, quod de bonis ipſis habere ac recipere mihi licet: Et ſi forſan per ignorantiam, ſive fraudem, vel alias quocumque modo aliquid de Bonis ipſis ultra id quod mihi licet, reciperem vel haberem; ſi poſtquam pro certo cognovero, me aliquid illicite recepiſſe vel etiam habuiſſe, reddam Baſilicam prædictam indempnem, & id reſtituam infra menſem; reatum perjurii non incurram. Si ſcivero vel cognovero, aliquem in bonis mobilibus vel immobilibus velle ipſam Baſilicam defraudare vel etiam defraudaſſe; volentis conatus impediam, ſi potero bono modo: Et ſi eadem Eccleſia fuerit defraudata; illud quatenus abſque meo periculo fieri poterit, dampni conſideratione penſata, Archipresbytero ſeu Capitulo vel illis manifeſtabo perſonis, per quas indempnitati Eccleſiæ utilius conſuli poſſe credam: Secretum Archipresbyteri & Capituli, quod ſecretum eſſe cognovero, ad dampnum Eccleſiæ me ſciente nemini revelabo: Sed & nulli pandam aliquid quod ab eiſdem Archipresbytero, vel ejus Vicario, & Capitulo, ſeu a ſolo Archipresbytero vel a ſolo Capitulo, dictis Archipresbytero & ejus Vicario ab Eccleſia eadem abſentibus, injunctum michi fuerit ſecretum ſervandum ſub ſecreto Capituli, vel ſub fide præſtiti juramenti: in hoc tamen Archipresbyterum non includo, quin ſibi revelem, cum ei ſecreta Capituli minime ſint celanda: Ipſius Archipresbyteri, & Archipresbyteratus juriſdictiones & jura, quantum in me fuerit, ſcienter nec imminuam, nec infringam: Ordinationes & Statuta facta per Sanctiſſimum Patrem Dominum Nicolaum Papam Tertium, illa videlicet, in quibus inter cetera continentur inſtitutio ſive plantatio triginta Beneficiorum Chori Baſilicæ Sancti Petri; augmentum numeri Canonicorum uſque ad triginta incluſive; & ordinatio Anniverſarii, & trium Miſſarum celebrandarum pro anima Summi Pontificis ſupradicti, prout in ipſius Privilegio, ſeu literis ſua Bulla bullatis (a) plenius continetur; quoad numerum portionum, & valorem, ſeu quantitatem ipſarum; numeri dictarum portionum, & Canonicorum augmentum: Inſtitutionem Beneficiatorum Chori Baſilicæ S. Petri, & ipſorum numerum, & quantitatem Beneficiorum ſuorum, juriſdictionem in Beneficiatos eoſdem: caſus in quibus ſunt bona Cameræ applicanda, & Canonicis, ſeu Beneficiatis non danda, & immobilia bona emenda pro facultatibus Eccleſiæ ampliandis, quantum in me fuerit inviolabiliter obſervabo, & nullo unquam tempore veniam contra ea. Et ut breviter omnia comprehendam; non ero in conſilio, aut in facto, quod ordinationes, ſeu ſtatuta prædicta, vel aliquod ex eis etiam quoad alia quæ continentur in eis a Capitulo ejuſdem Baſilicæ immutentur, vel ipſum Capitulum veniat contra ea: Quin potius ſi opus fuerit, pro poſſe meo opem & ſtudium adhibebo, quod ab ipſo Capitulo ſerventur, & minime negligantur. Anniverſaria in ipſa Eccleſia hactenus ſtatuta, vel in poſterum ſtatuenda quoad dicendum Miſſas, & cetera officia pro Defunctis, & diſtributionem denariorum faciendam

Nulli Canonicorum reſidentia, aut Portio conceditur, niſi ſub concepta quadam forma prideſs juraverit.

Juramenti formulam inſerit.

(a) Hæ Literæ apud S. Petrum 5. Kal. Martii ſecundo Pontificatus anno editæ, præſentem Conſtitutionem proxime ſequuntur.

(a) De

cendam in eis, quantum in me fuerit procurabo, quod a Capitulo, juxta quod fuerint ordinata, fiant perpetuo & nullatenus omittantur; & ſpecialiter, quod ordinatum eſt de tribus Miſſis per tres Presbyteros Beneficiatos, & totidem Miniſtros Beneficiatos, cum præcedentibus vigiliis diebus ſingulis celebrandis in altari, quod ad honorem Sancti Nicolai idem Sanctiſſimus Pater in eadem Baſilica conſtrui fecit & erigi (a); & de ſingulis ſex denariis proven. prædictis ſingulis Presbyteris celebrantibus, & ſingulis tribus denariis dictis tribus Miniſtris diebus ſingulis de Camera exhibendis; & de una Miſſa conventuali cum præcedentibus vigiliis dicenda ſemel in Anno, ſcilicet, in die Anniverſarii ejuſdem Summi Pontificis poſt obitum ſuum annis ſingulis a Canonicis & Beneficiatis dictæ Baſilicæ, & decem libris proven. tunc diſtribuendis inter Canonicos & Beneficiatos eoſdem; nec non & Anniverſariis Patris, & Matris, Patrui, & duorum Fratrum ſuorum, & de denariis diſtribuendis in eis, prout in inſtrumento publico inde confecto plenius continetur. Nullum de cetero Canonicum ad reſidentiam in ipſa Eccleſia faciendam, ſeu ad portionem percipiendam admittam, niſi prius ſub hac eadem forma coram ipſo Capitulo de verbo ad verbum tactis Sacroſanctis Euangeliis præſtiterit juramentum; præterquam ſi aliquis infra annos pubertatis admitteretur ad reſidentiam faciendam. Sic Deus me adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Forma quoque juramenti, quam a Beneficiatis Chori Baſilicæ Sancti Petri, & ab eorum ſucceſſoribus in perpetuum præſtari ſtatuimus, & etiam ordinamus, hæc eſt: Ego talis Beneficiatus Chori Baſilicæ Sancti Petri, tactis Sacroſanctis Euangeliis, juro & promitto, quod fidelis ero Beato Petro, & Baſilicæ ipſius Principis Apoſtolorum de Urbe, nec non & fidelis ero ſecundum ea, quæ continentur in ordinationibus factis per Sanctiſſimum Patrem Dominum Nicolaum Papam Tertium, Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ ſupradictæ, in hiis ſcilicet, in quibus ipſi Archipresbytero ſive Capitulo tenentur juxta ſeriem & modum ordinationis ipſius: Poſſeſſiones & jura, bona tam mobilia, quam immobilia ad ipſam Baſilicam pertinentia, adjutor ero bona fide ad conſervandum, cuſtodiendum, & defendendum ſalvo meo ordine: Nec Baſilicam ipſam in prædictis rebus, & juribus ſcienter dampnificabo, ſeu pro poſſe meo dampnificari permittam: De bonis ipſius Eccleſiæ nichil, ſive magnum fuerit ſive parvum, ſcienter malitioſe percipiam, ſeu recipiam ultra id, quod de bonis ipſis habere, ac recipere michi licet: Et ſi forſan per ignorantiam, ſive fraudem, vel alias quocumque modo aliquid de bonis ipſis ultra id, quod michi licet, reciperem vel haberem; ſi poſtquam pro certo cognovero me aliquid illicite recepiſſe vel etiam habuiſſe, reddam Baſilicam prædictam indempnem; & id reſtituam infra menſem, reatum perjurii non incurram. Si ſcivero, vel cognovero aliquem in bonis mobilibus vel immobilibus velle ipſam Baſilicam defraudare, vel etiam defraudaſſe, volentis conatus impediam, ſi potero, bono modo: Et ſi eadem Eccleſia fuerit defraudata, illud quatenus abſque meo periculo fieri poterit, dampni conſideratione penſata, Archipresbytero, ſeu Capitulo, vel illis manifeſtabo Perſonis, per quas indempnitati Eccleſiæ utilius conſuli poſſe credam. Secretum Archipresbyteri & Capituli, quod ſecretum eſſe cognovero, ad dampnum Eccleſiæ me ſciente nemini revelabo: Set & nulli pandam aliquid, quod ab eiſdem Archipresbytero vel ejus Vicario & Capitulo, ſeu a ſolo Archipresbytero vel a ſolo Capitulo, prædictis Archipresbytero, & ejus Vicario ab eadem Eccleſia abſentibus, injunctum michi fuerit ſecretum ſervandum, ſub ſecreto Capituli, vel ſub fide præſtiti juramenti: in hoc tamen Archipresbyterum non includo, quin ſibi revelem, cum ei ſecreta Capituli minime ſint celanda: Ipſius Archipresbyteri, & Archipresbyteratus juriſdictiones & jura, quantum in me fuerit, ſcienter nec imminuam, nec infringam. Ordinationes, Statuta omnia facta per Sanctiſſimum Patrem Dominum Nicolaum Papam III., illa videlicet, in quibus inter cetera continetur inſtitutio, ſive plantatio triginta Beneficiatorum Chori Baſilicæ Sancti Petri; augmentum numeri Canonicorum uſque ad triginta incluſive; & ordinatio Anniverſarii, & trium Miſſarum celebrandarum pro anima Summi Pontificis ſupradicti, prout in ipſius Privilegio, ſeu litteris ſua Bulla bullatis plenius continetur; quoad taxationem Beneficii mei, modum & formam in dicta Baſilica reſidendi & deſerviendi in Divinis Officiis, & percipiendi diſtributiones, vel Beneficium meum: Nec non & quoad poteſtatem & auctoritatem Archipresbyteri & Capituli, ſimul vel ſeparatim, & ut ubi diſtinguitur; & omnia & ſingula, quæ ſtatum meum, & aliorum Beneficiatorum circa inſtitutionem, deſtitutionem, correctionem, reformationem ſtatus Beneficiatorum, ordinationem,

Alia Juramenti forma pro Beneficiatis.

(a) De Ara Sancti Nicolai nomine dedicata, in proximo Diplomate ſermo eſt.

(a) Vir

nationem, vacationem Beneficiorum ex lapſu temporis, vel alias, & quæcumque alia Beneficiatorum ſtatum contingentia ſunt inibi ordinata. Et ut breviter omnia comprehendam, non ero in conſilio, aut in facto, quod ordinationes ſeu ſtatuta prædicta, vel aliquid ex eis a Capitulo, vel Beneficiatis aliquatenus immutentur, vel ipſum Capitulum, ſeu Beneficiati veniant contra ea; quin potius, ſi opus fuerit, opem & ſtudium, quantum in me fuerit adhibebo, quod a prædictis ſerventur, & minime negligantur. Anniverſaria in Eccleſia hactenus ſtatuta, & in poſterum ſtatuenda, quoad dicendum Miſſas, & cetera officia pro Defunctis, quantum in me fuerit ſtudium, ſi opus erit, dabo & operam, quod a Capitulo, & Beneficiatis ipſis fiant perpetuo & nullatenus omittantur, juxta quod fuerit ordinatum; & ſpecialiter, quod ordinatum eſt de tribus Miſſis per tres Presbyteros Beneficiatos, & totidem miniſtros Beneficiatos, cum præcedentibus vigiliis diebus ſingulis celebrandis in Altari, quod in honorem Sancti Nicolai idem Sanctiſſimus Pater in eadem Baſilica conſtrui fecit & erigi; & de ſingulis ſex denariis proven., prædictis ſingulis Presbyteris celebrantibus, & ſingulis tribus denariis dictis tribus Miniſtris diebus ſingulis de Camera exhibendis; & de una Miſſa Conventuali cum præcedentibus vigiliis dicenda ſemel in Anno, ſcilicet in die Anniverſarii ejuſdem Summi Pontificis poſt obitum ſuum annis ſingulis a Canonicis & Beneficiatis dictæ Baſilicæ, & decem libris proven., tunc diſtribuendis inter Canonicos & Beneficiatos eoſdem; nec non & Anniverſariis Patris, Matris, Patrui, & duorum Fratrum ſuorum. Studium quoque ſi opus erit, quantum in me fuerit, dare curabo & operam, quod nulli Beneficiato Chori Baſilicæ Sancti Petri Beneficium aſſignetur, nec ad reſidentiam, ſeu Chorum, vel diſtributiones aliquatenus admittatur, niſi prius ſub hac eadem forma coram Capitulo præfatæ Baſilicæ de verbo ad verbum, tactis Sacroſanctis Euangeliis, præſtiterit juramentum. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Cum autem, prædicti Beneficiati Chori Baſilicæ Sancti Petri, non ſolum principaliter, ſed quaſi penitus ad hoc tantum ex præſenti ordinatione ad prædictam Baſilicam aſſumantur, ut in Divinis Officiis, tam Diurnis quam Nocturnis, pro vivis & mortuis, in eadem Eccleſia decantandis, ipſi Baſilicæ, & Choro eidem ſtudeant jugiter & continue, prout Dominus dederit, deſervire; ſtatuimus, & ordinamus perpetuis temporibus obſervandum, quod nullus Beneficiatus percipiat, ſeu jus percipiendi habeat ſuum Beneficium triginta librarum, ſeu aliquid de ipſis triginta libris, niſi reſidens in ipſa Baſilica fuerit, & in horis Canonicis deſervierit juxta modum inſerius annotandum, exceptis caſibus infraſcriptis.

XVI. *Beneficiatis qui reſident, ac Choro interſunt Portio conceditur.*

Beneficiatus autem in ipſa Eccleſia reſidens habeatur illo die, quo pernoctaverit infra clauſtrum Canonicæ ſupradictæ; infra quod clauſtrum cuncti Beneficiati morentur in domibus pro ipſorum habitatione eis, prout ordinatum eſt vel ordinabitur, aſſignandis. Hoc autem ordinamus & volumus obſervari, quod ſi abſque licentia ejus, qui ad hoc fuerit deputatus, extra dictam Canonicam, ſive clauſtrum Beneficiatum ex quacumque cauſa contingeret pernoctare, nichil de diſtributionibus cotidianis, ſeu Beneficio ſuo percipiat quouſque in ipſa Eccleſia reſidens, in horis omnibus abſque perceptione aliqua deſerviat tot diebus, quot abſque licentia pernoctaverit extra clauſtrum, ut ſic non ſolum dierum & noctium, quibus extra pernoctaverit, ſet etiam tot * dierum & noctium diſtributiones amittat, in quibus deſervire nichilominus teneatur. Illi tamen, qui ex quacumque cauſa abſque licentia pernoctationes hujuſmodi frequentarent, pœnæ graviori ſubdantur: Proviſo, quod ſi hoc fieret ex cauſa inhoneſta, illicita ſive turpi, ſic pernoctantes, prout meruerint acerbiſſime puniantur.

Pœna contra non reſidentes, & incurioſos.

* *Al.* totidem.

Si qui etiam Beneficiati eſſent notabiliter negligentes, aut etiam defectivi in non deſerviendo Eccleſiæ in horis Canonicis ſive Choro, præter pœnas in hac ordinatione contentas; dure, prout expedire videbitur, puniantur & etiam caſtigentur. De prædictis autem triginta libris, viginti libræ proven. vel circiter in horis diſtribuantur hoc modo. Unuſquiſque Beneficiatus diebus ſingulis tam ferialibus quam feſtivis, in Miſſis & in Horis certo ingrediens tempore, & perſiſtens, ſicut ſupra de Canonicis ſerioſius eſt expreſſum, percipiat infraſcripta. Percipiat itaque in Matutinis duos denarios: In prima unum: In Miſſa tres: In tertia unum: In ſexta unum: In nona unum: In Veſperis duos: In Completorio unum: In Quadrageſima vero unus denarius adimatur a Veſperis, & Completorio adjungatur; ita quod unum denarium in Veſperis, & duos in Completorio percipiat unuſquiſque.

XVII. *Quota Portionis diviſio ſingulis Horis Canonicis reſpondeat.*

In omnibus autem horis ſupradictis, Feſtivitatibus & diebus, in quibus diſtributionibus Canonicorum eſt additio facienda, & Beneficiatorum diſtributionibus fiat additio, ſed in diſpari quantitate: In quinque ſiquidem horis Feſti Apoſtolorum Petri & Pauli, in quibus uniuſcujuſque Canonici diſtributioni decem denariorum additio fieri debet, Beneficiato cuilibet in eiſdem horis, ſex denarii adjungantur: In aliis vero ſeptem Feſtivitatibus, in quarum quatuor Horis, ſingulis Cano-

Quo tempore, ac methodo, diſtributiones aliquando concedantur uberiores.

Canonicis ſeptem, & in Miſſa octo denariorum eſt additio facienda; quatuor denarii in ipſis horis ſingulis Beneficiatis addantur. In aliis quoque Feſtivitatibus, & diebus, in quibus in duabus horis cuilibet Canonico duo denarii adjunguntur; in eiſdem duabus horis cuilibet Beneficiato unus denarius adjungatur. Et quia inter Feſtivitates, & dies prædictos, dies aliqui computantur, in quibus Vigiliæ non præcedunt, in ipſis diebus in Miſſis denarii duo dentur. In ſingulis quoque Vigiliis Beatæ Virginis, quæ cantantur diebus Veneris, ſi feſtum novem lectionum non occurrat, a Dominica prima poſt Pentecoſten uſque ad Dominicam de Adventu, & ab Octavis Epiphaniæ uſque ad Dominicam de Paſſione; ſingulis Beneficiatis præſentibus, vel qui pro præſentibus ſunt habendi, de Camera præter alia, denarius unus detur.

XVIII. Beneficiati, qui aut infirmitatis motivo, aut ob Eccleſiæ ſervitium a Choro abſunt, præſentibus accenſentur.

Caſus autem, in quibus Beneficiati pro reſidentibus & in horis Canonicis deſervientibus, etiamſi non deſerviant, ſunt habendi; ſunt infirmitas, debilitas, indecentia propter ligaturas, & hujuſmodi, ſumptio Medicinæ, & minutio ſanguinis, prout & ſicut de Canonicis eſt prædictum. Beneficiati quoque morantes extra Clauſtrum dictæ Canonicæ pro prædictis caſibus, cum licentia Archipresbyteri vel ſui Vicarii, integre percipiant diſtributiones horarum: necnon & quando de mandato Archipresbyteri, vel ejus Vicarii pro ſervitiis Eccleſiæ ipſos abeſſe contingeret ab Eccleſia, vel ab horis: & tunc circa expenſas poterit temperamentum & moderamen haberi, ſicut de Canonicis eſt præmiſſum.

Unionem Beneficiorum, quæ aut reſidentiam, aut Chori ſervitium impediunt, omnino interdicit.

Ne autem Beneficiatorum miniſteriis ſeu ſervitiis Chorum ipſius Baſilicæ, vel ipſam Baſilicam diutius contingeret defraudari; ſtatuimus inviolabiliter obſervandum, ut quicumque Beneficiatus, receperit aliquod Eccleſiaſticum Beneficium, ſive Curam animarum habeat ſive non, in quo de jure eum oporteret, vel de facto etiam perſonaliter reſidere, & eum a tali reſidentia conſuetudo juſte & rationabiliter nullatenus excuſaret; eo ipſo, abſque monitione, ſententia, judicio, vel proceſſu, in ipſa Baſilica Beneficium ſuum vacet, alii libere conferendum. Beneficiatorum quoque Beneficia, ſi qua talia forſan haberent eo tempore, quo in Beneficiatos ejuſdem Baſilicæ admittuntur; pro renunciatis habeantur ab eis, & vacent, & intelligantur ipſo jure vacare, per illos ad quos illorum collatio pertinet libere ordinanda. Illa tamen Beneficia eos retinere, & recipere minime prohibemus, quæ ipſius Baſilicæ reſidentiam, ſeu Chori ſervitium nullatenus impedirent.

Pœna contra non reſidentes.

Si quis autem de Beneficiatis prædictis ab ipſa Baſilica continue abſentaverit ſe per annum, ab Archipresbytero vel ejus Vicario licentia non obtenta; eodem anno elapſo, ipſo jure, & eo ipſo abſque monitione, ſententia, judicio, vel Proceſſu in eadem Eccleſia Beneficium ſuum vacet, & pro renunciato habeatur ab eo, & alii conferatur. Contra eum tamen procedi poſſit nichilominus infra annum ad amotionem perpetuam, vel ſuſpenſionem ad tempus; prout utilitas Eccleſiæ ſuggeret, & juſtitia ſuadebit.

Infra tres menſes a die vacationis, inſtet Capitulum pro electione Archipresbyteri.

Ne autem diutius Baſilica ipſa vacet Archipresbyteri regimine, quo multum dinoſcitur indigere; ſtatuimus, ut infra tres Menſes a die vacationis, Capitulum ipſius Romano Pontifici ſupplicet reverenter, ut ſecundum providentiam, & beneplacitum Apoſtolicæ Sanctitatis, aliquem de Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in Archipresbyterum dignetur concedere Baſilicæ ſupradictæ.

Ex Canonicis et Beneficiatis, qui Altari inſerviant, eligantur.

Juxta numerum Canonicorum in eadem Baſilica reſidentium, eſt per Archipresbyterum vel ejus Vicarium, & Capitulum ſollicite providendum, qui & quot Canonici ad Sacerdotium, & Diaconium, & Subdiaconium fuerint promovendi; ne reperiri poſſit in ea defectus notabilis Miniſtrorum. Illi ergo quibus injunctum fuerit, ut ad Ordines ſuperiores aſcendant; obediant reverenter: & ſi pertinaciter recuſarent; prout rationabile fuerit, puniantur. Statuimus, quod omnes ſupradicti triginta Beneficiati ſint in ſacris Ordinibus conſtituti; ſex dumtaxat exceptis, qui poterunt in minoribus Ordinibus deſervire: de dictis autem triginta, duodecim in Sacerdotes, ſex in Diaconos, & ſex in Subdiaconos ordinentur; & ad prædictorum ſuſceptionem Ordinum, ſi oportuerit compellantur; vel in ipſis jam conſtituti Ordinibus aſſumantur.

XIX. Canonicorum ac Beneficiatorum habitum in Choro geſtandum deſcribit.

Quoniam compoſitus habitus, & honeſtus ſtatum ſatis ordinis Clericalis exornat; ſtatuimus, quod omnes Baſilicæ ſupradictæ Canonici in Eccleſia & in Choro, quando Divina Officia celebrantur, & etiam aliis horis præſertim in publico, cum eſt ibi advenientium multitudo, habitum habeant uniformem; a Vigilia ſcilicet omnium Sanctorum uſque ad Sabbatum Sanctum, ſuper ſuccas (a) lineas

(a) Vir Clariſs. Dominicus Georgi tom. 1. Liturg. Rom. Pontif. lib. 2. cap. 2. num. 15. *Succas* interpretatur *Camiſiam lineam* ſeu *Rochettum*: idque ex Jacobi Card. Cajetani Romano Ordine Ms. in Bibliotheca Card. Imperialis, probabiliter evincit. Veſtes enim ſive habitus Cardinalium ad menſam cum Pontifice accumbentium Feria V. in Cœna Domini ſic deſignat Ritualis hic Liber Ms.: *Cardinales vero omnes tam ſeculares quam regulares habebunt cottas cum ſuctis ſive camiſiis albis*. Alia complura ejuſdem Romani Ordinis Ms. teſtimonia ad rem ſpectantia apud prælaudatum de Rom. Pont. Liturg. Scriptorem erudituſſimum licet percurrere. Ceterum cum in autographis Nicolai III. Literis, & in citato Romano Ordine Ms. *Succas* luculenter habeamus;

lineas deſerant Capas nigras de ſagia ſimplices, vel ſi voluerint, foderatas a cingulo vel circa ex parte anteriori fiſas inferius, & apertas (*a*): Deinde vero uſque ad Feſtum omnium Sanctorum lineis Togis ſuperpelliciis (*b*), ſive Cottis abſque Capis utantur (*c*); quod & hactenus, ut accepimus, fieri conſuevit. Sive autem pauci eſſent in Eccleſia, ſive nulli, nunquam appareant in eadem, quin ſaltem ſuccas habeant, & ſuper eas clamides (*d*) ante pectus, vel poſt collum annexas; licet gratius nobis eſſet, quod ſemper in eo, quem geſtant in Choro, habitu apparerent. Beneficiati autem nullo tempore appareant in Eccleſia præterquam in habitu Chori, quem omnino ſimilem cum Canonicis omni tempore habeant, ſuccis, & Capæ apertura exceptis. Ipſi namque ſuper clauſa veſtimenta, clauſas Capas habeant, non apertas, modica dumtaxat in fine Capæ, & ante pectus apertura dimiſſa, per quam brachium poſſit extrahi juxta morem. Ad omnes horas Canonicas campanæ pulſentur plures, vel una, ſicut hora ex more requirit; ſollempnius tamen, & prolixius in diebus ſollempnibus, & feſtivis, & in ſollempnibus Anniverſariis ad devotionem Populi excitandam. Ad Matutinas ſic tempeſtive pulſetur, quod diſtincte ad intelligentiam quæ legenda fuerint, legi poſſint; & quæ cantanda cantari.

Ad horas Canonicas pulſentur Campanæ pro Officii ſolemnitate.

XX. *Quæ ad Chori diſciplinam pertinent, decernit.*

Miſſæ quoque, ac omnia Divina Officia, tam pro vivis, quam pro Defunctis in ipſa decantanda Eccleſia, vel legenda non dicantur per ſincopam, vel tranſcurſum, ſet a Canonicis & Beneficiatis, quantum eis Dominus dederit, ſtudioſe celebrentur pariter, & devote. Miſſæ omnes Conventuales, feſtivæ, feriales, & etiam pro Defunctis, omneſque horæ Canonicæ, & Anniverſaria cum cantu peragantur, & nota: In Paraſceve tamen fiat, quod fieri conſuevit. In omnibus Miſſis Conventualibus Diaconus, & Subdiaconus ſacris induti veſtibus, prout utriuſque ordo requirit, miniſtrent Presbytero celebranti. Omnia quoque fiant ſollempniter plus, vel minus, juxta quod exigunt feſti celebritas, diei, ac temporis qualitas, ſollempnis Anniverſarii conditio ex Beneficii perceptione majoris. Silentium a Canonicis, & Beneficiatis ſic in Choro obſervetur cum Divina Officia celebrantur, quod nec ſtrepitus, ſive vociferatio ibi fiat, nec per verba inutilia mens a devotione Divini Officii retrahatur. Si quis tamen de hiis, quæ ad Officium, vel Miniſterium pertinent, ſeu aliis utilibus ſocio loqui vellet, breviter & ſilenter hoc faciat, ut impediri, ſeu turbari propterea Divinum Officium non contingat. Ad incenſandum Altare, cum hoc ex more fuerit faciendum, non in Capa lanea, ſed ſerica, quæ Pluviale dicitur, Sacerdos accedat. Ordinamus, quod juxta ſtatutum felicis recordationis Gregorii Papæ VIIII. de cetero, quo ad jam receptos a tempore prædictæ ordinationis, quam fecimus, cum in eadem Baſilica Archipresbyteratus officio fungebamur, & recipiendos in ipſa obſervetur, ut Presbyteri primum locum, Diaconi ſecundum, Subdiaconi tertium obtineant, tam in Capitulo quam in Choro, etiam ſi poſterius admittantur. Et hoc idem inter Beneficiatos volumus obſervari; non tamen mixtim inter hos & illos hæc conſideratio locum habet; cum ut dictum eſt, Canonici omnes in Choro ſint Beneficiatis omnibus præferendi, nec inter hos, & illos ſit intercalaris facienda mixtura.

Inter Canonicos primum occupent locum presbyteri, alterum Diaconi, poſtremum Subdiaconi: quod idem inter Beneficiatos ſervandum.

mus; *Camiſia* vero *alba*, ſeu *Tunica linea* in pleriſque veteribus monumentis perinde ſit ac lineum indumentum, quod *Roquetum* vocant; deceptum credamus oportet Ludovic. Thomaſinum, qui part. 1. lib. 2. cap. 52. num. 5. vet. & nov. Eccl. Diſciplinæ in hac ipſa Bulla *Saccos* potius, quam *Succas* legendum autumat, eoque vocabulo denotari exiſtimat ſuperpelliceum manicis truncatum, pluribus in locis hodieque uſitatum, tametſi ab Aquenſi Concilio an. Chr. 1585. rejectum.

(*a*) Deſcriptam hoc in loco veterem Cappam, ab ea quam nunc geſtamus, parum differre (colore excepto) cenſemus. Illam quippe fuiſſe pallium adinſtar Pluvialis, ipſemet Pontifex Nicolaus III. in hoc Diplomate ſubindicat, dum paulo infra ſic decernit: *Ad incenſandum Altare, ... non in capa lanea, ſed ſerica, quæ Pluviale dicitur, Sacerdos accedat.* Color omnino diſſimilis; antiquior enim cappa, ut vidimus, nigri fuit coloris: Quæ autem a Vaticano D. Petri Clero hactenus deferuntur Cappæ violacei coloris, etſi vetuſtiſſimæ non ſint, earum tamen uſus ſaltem a Nicolai V. Pontificatu in ejuſdem Apoſtolorum Principis Baſilica obtinuit; quemadmodum ex Bulla ipſius Nicolai V. ſuo loco producenda ſatis liquet.

(*b*) Clericos ad Officia Divina pergentes indumentum quoddam, ex pellibus (uti quidem videtur) confectum antiquitus geſtaſſe, innuit Synodus Colonienſis anno 1260. celebrata, & Canonicis vetans, Eccleſiam ingredi *ſine chorali pellicio vel veſte Canonicali ſub ſuperpellicio*. Quæ igitur pellicio ſuperpoſita erat linea veſtis, ſuperpelliceum dicebatur, ſive Cotta. Inſpiciatur ſupra relatum Alexandri IV. Diploma, quo Summus Pontifex præcipit, ut Canonici & alii Eccleſiarum Urbis Clerici *Superpelliceis ſive Cottis induti* ad Vaticanam D. Petri Baſilicam die 25. Aprilis accedant.

(*c*) Choralibus indumentis in hac Bulla recenſitis, non abſimilia fore judicamus ea, quæ tum Canonici tum Beneficiati Lateranenſis Baſilicæ geſtabant, & quæ in Conſtitutionibus eorumdem Canonicorum a Gregorio XI. confirmatis, evulgatiſque a Mabillonio tom. 2. Muſei Italici, ſic deſcribuntur: *Ab illa hora feſti omnium Sanctorum quando incipiunt Veſperæ pro commemoratione Defunctorum uſque ad vigilias Reſurrectionis Dominicæ quilibet Canonicus ſtet indutus cum Sajetta ſeu Roccbetto, cappa nigra ex* (fort. *&*) *almucia de griſis, ſeu de variis; Beneficiati vero & Cappellani qui ſervire tenentur in Choro, indutas deferant cappas nigras cum ſuperpelliceo ſeu cotta & almucias de ſquillis nigris. Sed ſi Beneficiati & Canonici maluerint Capucia nigra parva ſine becchis, ſive almucias rotundas nigri coloris ſubtus cappas portare ſine aliis almuciis, hoc eis concedimus. In vigilia Paſchæ ſtatim quando* Alleluja, *verbum lætitiæ decantatur, exuunt nigras cappas luctuoſa pænitentiæ tempora deſignantes: & ſuperpelliceas ſeu albas cottas induant ſupernæ vitæ gaudia deſignantes, uſque ad feſtum Sanctorum omnium illa ſeu illas deponentes cum almuciis ſupradictis.* Legeſis doctiſſimi Petri Moretti Diſceptationem de Ritu variandi Chorale indumentum in ſolemnitate Paſchali.

(*d*) Quodnam indumenti genus Clamides hic memoratæ? Pallii ſeu Cappæ genus, a chorali Cappa diſtinctum, utrimque clauſum, in ſuperiori parte plicatum, in ima vero latum deſignare videntur.

(*a*) Seu

Digitized by Google

XXI. Præſentium Statutorum lectio bis quotannis habeatur; ſtatuta iis qui adſunt mercede; abſentibus pœna impoſita.

mixtura. Et ne contentorum in ordinatione præſenti quicquam oblivio deleat; ſtatuimus & ordinamus, quod anno quolibet ordinatiooes & ſtatuta præſentia Canonicis & Beoeficiatis omnibus in ipſius Baſilicæ Capitulo, propter hoc inſimul congregandis per aliquem ex Canonicis, duabus vicibus perlegantur. Ad lectionem autem bujuſmodi tam Canonici, quam Beneficiati ſollicite ſtudeant convenire: quæ fiat in hebdomada poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, & in hebdomada ſequenti primam Dominicam de Adventu diebus, qui ad hoc magis accomodi videbuntur: Expooatur quoque ſi oportuerit propter non intelligeotes aliquos lectio hujuſmodi in vulgari. Singulis vero Canonicis convenientibus, & uſque ad finem perſiſtentibus lectionis, a Camerariis de Camera duodecim dentur denarii, & Beneficiatorum unuſquiſque ſex denarios percipiat ab eiſdem. Puniantur autem hoc modo, qui ad bujuſmodi non convenerint lectiooem; Canooico ſcilicet quatuor ſolidi, & Beneficiato duo ſolidi de proximis eis dandis portionibus, ſeu diſtributionibus adimantur. Statuimus, ut in ſingulis ſeptimanis tres ex Canooicis edomadarii vel ſeptimanarii, ſcilicet Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus, & in eiſdem ordinibus totidem ex Beneficiatis ad miniſtrandum in Miſſis Conventualibus aſſumantur: Canonici ſiquidem ad miniſtrandum Altari Majori, cum Cardinalem in ipſo contingeret celebrare; oec Beneficiatus aliquis ad ipſius Altaris Miniſterium admittatur: Ipſi etiam edomadarii Canonici miniſtrent in Miſſis Conveotualibus, diebus Dominicis, & feſtivis ſollempnibus quæ occurrent, in illis præſertim, in quibus juxta præſeotem ordinationem eſt certa cotidianis diſtributionibus denariorum additio facienda, & in ſollempnibus Anniverſariis, quæ ratione majoris percepti Beneficii ſunt ſollempniter celebranda: Beneficiati quoque ad mioiſtrandum in Miſſis ceteris, quæ pro vivis & mortuis occurrerint decantanda. Poſſint etiam in ipſis Canonici miniſtrare; & Beoeficiatus, cum boc edomadario placeret *, in eo Canonico ſui Ordinis cedere teneatur. Quod ſi plures Conventuales Miſſæ duabus interdum occurreriot celebrandæ; juxta prædictam diſtinctionem feſtivitatum & dierum, de Canonicis & Beoeficiatis provideatur attente, ut nullus ſit defectus in eadem Baſilica Miniſtrorum. Si vero Canonicus infirmitate, ſeu debilitate excuſabili non detentus, in ſeptimana ſua prædictis diebus in ordine ſuo non deſerviret Altari, nec bora competenti efficaciter procuraret, pro ſe Canonicum alium deſervire; ſi Miſſæ illi eum noo miniſtrantem intereſſe contingeret, nicbilominus illius Miſſæ diſtributiooem amittat: Si vero abeſſet a Miſſa, & illam amittat, & tantumdem ſibi de proventibus ſuis adimatur, Cameræ applicandum. Hoc idem de Beneficiato per omoia mandamus, & volumus obſervari. Quaotumcumque tamen bujuſmodi pœnæ procedant, Baſilica non eſt debito miniſterio deſraudanda; unde prædictis deficientibus, ſequeotes edomadarii ipſorum teneantur ſupplere defectum, non tamen deficientes a dictis pœnis propterea excuſentur.

Stato tempore Canonici et Beneficiati Altari miniſtrent.

** Suppl. Canonico.*

Qui per ſe ipſum inſervire nequit, alium ſufficiat; ſecus, pœnam incurrat.

XXII. Quæ ex Anniverſariis obveniant emolumenta, inter Canonicos et Beneficiatos, ſervata dupli proportione, dividantur.

De Anniverſariis autem præteritis ſeu ſtatutis hacteous, & de cetero in dicta Baſilica ſtatuendis, ſic duximus ordinandum; ut denarii, qui diſtribueodi fuerint in ipſo Anniverſario, ioter Canooicos & Beneficiatos ut infra proximo dicitur, dividantur. Tot enim fiant partes ex ipſis, quot Canonici, & Beneficiatorum binarii fuerint in Anniverſario ipſo præſentes, & unicuique Canonico in Aoniverſario præſenti una de dictis partibus, & ſimiliter unicuique Beneficiato præſeoti medietas uoius partis tantummodo aſſigoetur, ut Canonicus partem duplo babeat Beneficiato majorem: & ſic totalis pecunia Anniverſario deputata inter Canonicos & Beneficiatos præſentes in Choro, & qui pro præſentibus in Cboro juxta hujus ordinatioois ſeriem ſunt babendi, ſive hos ſolos vel illos, ſi ſiot abſentes ceteri, dividatur. Hoc idem fiat per omnia de denariis, qui die aliquo ex devotione fidelium ad ipſam Baſilicam mitterentur pro decantandis ſemel vel diebus aliquibus, vigiliis vel officiis pro Defunctis, ſeu pro ſpeciali revereotia aliis Divinis Officiis quibuſcumque. Si qui autem denarii Beneficiatis dareotur quaſi in communi, ut ſive pro vivis, ſive pro Defunctis die aliquo uno, vel pluribus Divinum officium facerent boc vel illud, illos recipere poterunt Camerariis aſſignandos, & inter ipſos, & Canonicos divideodos, ſicut ſupra proximo eſt expreſſum. Et ea, quæ Beoeficiatos recipere contigerit de præmiſſis, in dictis triginta libris quas pro ſuis debent percipere Beneficiis, nullatenus computentur. Non computentur & etiam viginti ſeptem denarii, quos cotidie debent percipere ſex Beneficiati; tres ſcilicet Presbyteri, & tres Miniſtri, unuſquiſque ſcilicet Presbyter ſex denarios, Miniſter ſuus tres; ad boc aſſumeodi edomadarii ſingulis ſeptimanis ad celebrandum cotidie tres Miſſas, & vigilias in vita noſtra, & etiam totidem Miſſas & Officium Defunctorum pro animæ noſtræ remedio, poſtquam de hac luce contigerit nos migrare; quod alibi per Arcbipresbyterum & Capitulum eſt terioſius ordinatum; & boc in ſimilibus, ſi ſimilis occurret ordinatio, de cetero obſervetur. Non computentur etiam denarii, quos Canonicorum

Idem de oblationibus nonnullis, judicium eſto.

Mox recenſita emolumentorum diſtributio, & qui Beneficiatis certis in caſibus obveniunt denarii, in ſtata Porcionum menſura nequaquam comprebenduntur.

nicorum aliquis eis daret pro aliquibus vigiliis, vel Miſſis alicujus Sancti, ex ſpeciali devotione cantandis: Et quicquid ſpecialiter alicui Beneficiato daretur in elemoſinam, ut pro vivis, vel pro Defunctis Miſſarum, ſeu Divinorum Officiorum, vel orationum ſuffragia impetrentur: Quod & generaliter intelligatur de omnibus, quæ Beneficiato alicui dinoſcerentur perſonaliter obvenire, ſicut de Canonicis eſt prædictum.

XXIII. Sacrarum ſupellectilium, quas Altari S. Nicolai dono dederat, cuſtodiam inculcat.

Præterea cum ad honorem Beati Nicolai quoddam Altare in eadem Baſilica conſtrui & erigi fecerimus, quod divina nobis adjuvante clementia, diſponimus propriis manibus conſecrare, & ad ejuſdem Altaris, ac Miniſtrorum ornatus duas Rubei, duas Violatii, duas Albi colorum Planetas, & alios pannos ſericos, ac quinque camiſos, duos Calices, Crucem, duo Candelabra, Turibulum, & Naviculam, cocleare, duas Fiolas (*a*) & duo Bacilia argentea, libros, & nonnulla alia ad prædictum ornatum duxerimus aſſignanda, & ornatum ipſum velimus in decenti ſtatu ſervari; ſtatuimus & ordinamus, quod ſi prædicta vel eorum aliquod vetuſtate deformari, vel conſumi, aut alias deficere, vel deperdi contigerit, ſemper de ipſius Baſilicæ Cameralitater ſuppleantur & etiam reſtaurentur, quod ornatus ipſe in decenti vigore perpetuo conſervetur.

XXIV. Perpetuam Statutis præſentibus conciliat firmitatem,

Ceterum ordinationes, ſtatuta, & alia ſupradicta per nos de communi conſenſu & unanimi voluntate Archipresbyteri & Capituli prædictorum, ad decorem domus Dei & dilatationem Cultus Divini majorem facta clare, diſtincte, ac in omni maturitate, cum multo labore diſcuſſa; univerſaliter, & ſingulariter in perpetuum volumus obſervari: Non obſtantibus Conſtitutionibus, ſtatutis, ſententiis excommunicationis, vel aliis juramentis, quibuſcumque obſervantiis, & privilegiis contrariis, ſeu quibuſcumque aliis factis in ipſa Baſilica, vel ſervatis, quæ hujuſmodi noſtris ordinationibus & ſtatutis poſſent obſiſtere vel ea quomodolibet impedire: ſtatutis ſalubribus hactenus editis in eadem Baſilica, & rationabilibus & approbatis ipſius conſuetudinibus ſuo robore duraturis, in hiis dumtaxat caſibus, articulis vel Capitulis, & non aliis, de quibus non facit præſens ordinatio mentionem, vel ad quæ ſe ipſa ordinatio aliquatenus non extendit:

Propoſita in contradictores excommunicationis cenſura.

In illos, qui præſens privilegium ad ejus memoriam abolendam, quive plantationem Beneficiatorum ſic provide non ſine multis laboribus, & expenſarum oneribus inſtitutam, & qui Anniverſarium noſtrum (*b*) ac Miſſas ut præmittitur celebranda abolere, extinguere, delere, ſeu tollere ſtudioſo & notabili conamine niterentur, ex nunc excommunicationis ſententiam proferentes.

Etſi Canonicorum numerus impleatur, aut Portionum valor excreſcat, valitura erit ſemper præſens Conſtitutio.

Et ſi poſtquam prædictus triceſimus Canonicorum numerus erit juxta ordinationem præſcriptam, Domino propitiante, completus, circa numerum perſonarum; vel augmentum reddituum aliquid ordinari, vel forſitan immutari contigerit; nichilominus præſens ordinatio in abolitionem, vel oblivionem nullo unquam tempore veniat propter nonnulla, quæ in ipſa ſunt ſalubriter inſtituta, in poſterum obſervanda; & ſpecialiter, ut in perpetuum ſciri poſſit, quam ſtabilita & firmiter radicata ſit in Baſilica memorata, Canonicorum & Beneficiatorum novella plantatio, ac Miſſarum & Anniverſarii hujuſmodi ordinatio in ea perpetuis temporibus duraturæ.

Quænam cauſſa Pontificem impulerint ad ejuſmodi Sanctiones promulgandas.

Ad hæc autem, ut prædicitur, nos conceptus devotionis allexit & induxit affectus, nec menti noſtræ quietem indulſimus quouſque horum finem ſic proſperum ſortirentur (*c*), ex quo ſicut ſperamus & credimus, æterno Patri gloria in excelſis adveniet, extolletur Apoſtolorum Principis Principatus, & ipſa Baſilica venerationibus amplianda fecundis, alias ut Magiſtra ſalubriter diriget

(*a*) Seu Phiolas, ſcilicet ampullas.

(*b*) Quod hactenus celebratur in noſtra Sacroſancta Baſilica, aliaque ſiunt quotidie pro eodem Pontif. Nicolao III. pia ſuffragia.


(*c*) Cum Nicolaus III. tot tantaque pro Vaticana Divi Petri Baſilica præſtiterit, grati in Summum Pontificem animi monumentum eſto, quod excerptum ex veteri Necrologio ad ejuſdem Baſilicæ uſum coordinato hic ponimus: *Anno Domini* 1280. *Menſe Auguſti die* 23. *obiit Sanctiſſimæ Memoriæ Dominus Nicolaus Papa Tertius, natione Romanus, de Domo Urſinorum, qui in Baſilica noſtra Beneficiatos triginta inſtituit, & in eadem ad honorem B. Nicolai altare erigi fecit, quod propriis manibus conſecravit, juxta quod ſepulturam ſuam elegit. Cui Altari Crucem cum pede argent., duo candelabra argent., duo bacilia arg., duo vaſcula arg., unum thuribulum de arg., & duos calices arg. deauratos, unam naviculam arg. cum cocleari, quæ omnia ponderant viginti octo marchas, & ſeptem uncias de arg.; necnon indumenta ſerica ad ejuſdem Altaris culturam ſcilicet duas Planetas de ſamito rubeo; duas Planetas de ſamito violato: Item duas Planetas de ſamito albo friſeo anglicano, & alias de diaſpero albo: Item dorſalia ac omnia Sacerdotalia ornamenta ejuſdem Altaris contulit habundanter. De cujus pecunia propria & alia pecunia ipſius cura & ſolicitudine noſtræ Baſilica acquiſita, eadem Baſilica duo Caſtra acquiſivit; ſcilicet, Caſtrum Pretepertuſe, & Caſtrum S. Nicolai quod dicitur Burgus: Item tria Caſalia, quæ fuerunt Joannis Saxonis, quæ dicuntur Quintum: Item aliud Caſale quod dicitur Silice: Item Hortos Terrionum, & alia petia terræ, quæ fuerunt Domini Petri Surdi & Campani Johannis Lucidi in Pratis: Item contulit & hic Baſilicæ noſtræ pannum unum adaurum, de quo factum fuit unum dorſale pro Altari Majori, & unum pulchrum Pluviale: Item contulit hic & unum pretioſiſſimum pluviale ad ymagines Sanctorum contextum de opere anglicano: Item contulit unum tabernaculum argent. cum pyxide aurea ad ſervandum corpus Chriſti in Cœna Domini: Item Pyxidem unam argent. ad hoſtias conſervandas: Item mitrem unam multis lapidibus ornatam: Item annulum Pontificalem aureum, & Sandalia cum caligis de xamito: Item cannulum argent. ad obſorbendum Corpus Chriſti a Summo Pontifice. Habuit & Baſilica noſtra de bonis eiſdem candelabra majora argent. duo: Item bacilia duo argent. Item unam caſſulam argent. ad tenendas hoſtias, & alia ornamenta ad Altare S. Mariæ de Cancellis; necnon plura & alia idem Sanctiſſimus Pater & Pontifex noſtræ Baſilicæ prompta liberalitate donavit &c.*

(*a*) Ita


riget per exempla, & claritatum radiis illuſtrabit, & ad illam cetus gentium per univerſa Mundi climata majori devotione conſurget, & augebitur devotio Populi Chriſtiani. Quare Succeſſores ipſius Apoſtolorum Principis, cujus in hac parte res agitur, atque noſtros Romanos Pontifices, quorum cum noſtris ſperamus in hiis vota concurrere; ſtudioſius deprecamur, excitamus attentius, & obſecramus in Chriſto; quatenus præſens Privilegium cum ſtatutis, ordinationibus, & aliis ſupradictis jubeant & faciant inviolabiliter obſervari, ut a Deo præmium conſequi mereantur æternum, & nos in pio noſtro deſiderio non fallamur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum inſtitutionum, ordinationum, ſeu proviſionum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Succeſſores Pontifices obſecratur, ut Statutorum perpetui ſint vindices.

Clauſulam pœnalem apponit.



Ego Nicolaus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Ego Ordonius Tuſculanus Epiſcopus ss.
✠ Ego Fr. Bentevenga Albanen. Epiſcopus ss.
✠ Ego Frat. Robertus Portuenſis & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus ss.
✠ Ego Antherus tt. Sanctæ Praxedis Presb. Cardinalis ss.
✠ Ego Guillelmus tt. Sancti Marci Presb. Cardin. ss.
✠ Ego Jacobus Sanctæ Mariæ in Coſmydin Diacon. Card. ss.
✠ Ego Gottofridus S. Georgii ad Velum Aur. Diacon. Card. ss.
✠ Ego Mathæus Sanctæ Mariæ in Porticu Diacon. Cardinal. ss.
✠ Ego Jordanus Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis ss.
✠ Ego Jacobus Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis ss.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum per manum Magiſtri Petri de Mediolano Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii iii. Nonas Februarii, Indictione vii. Incarnationis Dominicæ Anno MCCLXXVIII. (a) Pontificatus vero Donni Nicolai PP. III. Anno Secundo.

Procu-

(a) Ita plane ſtylo Bullarum, quo Incarnationis annus auſpicatur die 25. Martii: Verum ſi a Kalendis Januarii, ut vulgaris fert conſuetudo, anni petamus initium; iſtud Nicolai III. Diploma anno 1279. procuſum fuiſſe, ex præſtituta ejuſdem Nicolai Pontificatus epocha certo certius adfirmabimus.

(a) Cer-

Procuſum a Vaticano Capitulo, quoad celebranda pro Nicolao III. quotidiana Sacrificia, Vigilias & Anniverſarium, tum pro ejuſdem Pontificis Maximi Parentibus, Patruo, & duobus Fratribus alia Anniverſaria peragenda, Decretum inſeritur, auctoritate Apoſtolica ratum habetur & confirmatur, ejuſque obſervantia præcipitur.

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Tabular. Capſ. 7. Faſc. 267.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1279.

Inſignis devotio Pontificis ejuſque Parentum in Baſilicam Vaticanam, quæ ceteris Orbis Eccleſiis dignitate antecellit:

SAnctam, & venerandam Principis Apoſtolorum Baſilicam Dei filius inter ceteras Orbis Eccleſias dignitatibus præcellentes præminentium honorum inſignibus titulis voluit decorari, ut eam, veluti a Domino prædilectam, cuncti Religionis Chriſtianæ populi laudum extollerent vocibus, & ad ejus reverentiam intento ſtudio traherentur. Digne quidem ad ipſam nos, & Progenitores noſtros affectio naturalis allexit, ut & ipſa nos ſuis ſpiritualibus confoveret auxiliis, & ſalutaribus gratiis in conſpectu Summi Principis honoraret, per quas in præſenti procedamus ſecurius, & ad futura gaudia perducamur. Hæc itaque vos provida conſideratione penſantes, & noſtræ ſollicitudinis ſtudia, quæ circa reformationem, & augmentationem proſperi ſtatus ipſius Baſilicæ adhibuimus, & inceſſanter adicimus, advertentes; ad laudem Dei Omnipotentis, pro ſalute animæ noſtræ omnes concorditer uno ſpiritu, & voluntate unanimi ordinaſtis, per vos & ſucceſſores veſtros in eadem Baſilica perpetuis temporibus obſervandum, quod quandiu vixerimus, ſingulis ſeptimanis eligantur tres Presbyteri, & tres Miniſtri Ebdomadarii ex Beneficiatis Chori prædictæ Baſilicæ, qui diebus ſingulis in Altari, quod in honorem Sancti Nicolai in eadem Eccleſia conſtrui fecimus & erigi, tres Miſſas celebrent, & vigilias (*a*) certo ad hoc ſtatuto ordine congrua hora dicant: & quod ſingulis annis tempore vitæ noſtræ ſemel in anno, ſcilicet die lunæ poſt octavas Reſurrectionis Dominicæ Conventualis Miſſa cum præcedentibus vigiliis a Canonicis, & Beneficiatis reverenter & devote, quantum Dominus dederit, ad honorem Beatæ Virginis certo modo ſollempniter decantentur; & fiant certæ denariorum diſtributiones ordinatæ ſpecialiter pro prædictis: Poſt obitum autem noſtrum tam prædictæ tres Miſſæ, & vigiliæ cotidianæ, quam Miſſa, & Vigiliæ Conventuales prædictæ in Miſſas, & officia defunctorum cum collectis, & ordinatis aliis commutentur; & certæ denariorum diſtributiones in noſtro Anniverſario faciendæ per omnia in perpetuum obſerventur. Ordinaſtis inſuper, quod ex tunc annis ſingulis in Anniverſariis quondam Matthæi Rubei Patris, quondam Pernæ Matris, quondam Jacobi Patrui, & quondam Gentilis fratris noſtrorum, certæ propter hoc diſtinctæ pecuniarum quantitates de communi Camera dicti Capituli annis ſingulis expendantur, & diſtribuantur certo modo inter Canonicos & Beneficiatos Baſilicæ ſupradictæ. Attendentes quoque, quod de bonis quondam Nepoleonis fratris noſtri præfata Baſilica perceperat hactenus quinquaginta libras Proviſinorum (*b*), ex quarum redditu & proventu diſtributa fuerat hactenus certa pecunia inter Canonicos annis ſingulis, & ipſius Nepoleonis in die obitus ſui Anniverſarium celebratum, & alias quinquaginta libras Proviſinorum de bonis ipſius additas per nos executorem ejuſdem ad immobiles res emendas; ordinaſtis, quod ſingulis annis in Anniverſario ſuo quinquaginta ſolidi Proviſinorum ſimili modo diſtribuantur inter Canonicos, & Beneficiatos eoſdem (*c*); & ne tantorum beneficiorum memoriam ingrata tollat oblivio,

Gratus Capituli in Pontificiam liberalitatem animus, nonnulla decernit, quamdiu Nicolaus vixerit, implenda onera;

Quibus alia, poſt Nicolai mortem, ſupponit.

Alia item Anniverſaria pro Animabus Parentum, Fratris, ac Patrui ejuſdem Pontificis, Capitulari Decreto ſtatuuntur.

(*a*) Certum, uti opinamur, Pſalmorum, Antiphonarum, Lectionum, & Reſponſoriorum numerum, vigiliæ hic memoratæ deſignant. Confer præcedentem hujus Pontificis Bullam.

(*b*) Si ratum eſt, quod ex Grimaldi fide pag. 157. memini, *Librarum Provenientium & Proviſinorum* diſcrimen; cum hujus Bullæ contextus, tum inſertus Decreti Capitularis tenor, *Provenientium*, non *Proviſinorum* hic legendum ſuadent.

(*c*) *Sexaginta ſolidos Proven. Senatus* (ii, juxta Grimaldi calculum, ſcutorum ſeptem, & baj. 50. ſummam conficiunt) in prælaudati Nepoleonis Anniverſario quotannis diſtribuendos edicit mox adducendum Capitulare Decretum. Quo igitur pacto, *quinquaginta ſolidos proviſinorum* in eodem Anniverſario ex Capituli ſanctione diſpenſandos Bulla enunciat? An Scriptoris oſcitantiæ attribuenda utriuſque textus diſcrepantia? An *quinquaginta ſolidos Proviſinorum* perinde valere ac *ſexaginta ſolid. Proven. Senatus* contra ejuſdem Grimaldi opinionem adfirmabimus?

(*a*) Hujus

vio, ſed præſentium, & futurorum devotio amplius excitetur ad præmiſſa omnia in perpetuum obſervanda, & ex beneficii perceptione ad ipſorum obſervationes ſciant, & intelligant præſentes, & poſteri ſe teneri; ordinaſtis quod quidquid *emptum eſt vel fuerit* (a) de prædictis quinquaginta libris, pretii quoque quantitas in libris ad hoc deputatis diſtinctè ac fideliter conſcribantur, & ſingulis annis, cum annunciatur Anniverſarium juxta morem, annuncietur clare, intelligibiliter, & diſtinctè, quid & ex quanto pretio provenit Eccleſiæ, & ex collato beneficio ab eo, & pro eo, cujus Anniverſarium imminet celebrandum, & hanc formam extendi ad omnes alios voluiſtis Quæ quidem omnia, & ſingula pari voto, & unanimi voluntate, liberoque arbitrio pro vobis, & ſucceſſoribus veſtris promittentes nobis, & dilecto filio Magiſtro Benedicto de Anagnia Notario noſtro, de mandato noſtro, recipienti noſtro nomine, & pro nobis in perpetuum attendere, adimplere facere, & obſervare, ac nullo modo contra venire, ſupplicaſtis, hæc omnia per nos confirmari, & firmitatibus, ac pœnis debitis roborari, ut ea omnia, & ſingula in perpetuum inviolabiliter obſerventur, prout in Inſtrumento publico inde confecto, plenius continetur. Nos autem in præmiſſa omnia, & ſingula in Inſtrumento ipſo contenta, ex certa ſcientia confirmantes, & etiam approbantes, illa perpetuis temporibus præcipimus obſervari; tenorem ipſius Inſtrumenti præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. In nomine Domini Amen. Nos Matthæus miſeratione Divina Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis, Archipresbyter Baſilicæ Sancti Petri de Urbe, Capitulum, & Canonici dictæ Baſilicæ, videlicet Joannes Gajetanus Domini Papæ Notarius, Petrus Prior, Matthias Presbyter, Johannes, Magiſter Paulus, Petrus Faciſtante, Paulus Romanus, Pandulphus de Subura, Jacobus Toſti, Albertus de Parma, Petrus Judicis, Petrus Candulphi, & Oddo Malabranca, conſiderantes paternos affectus & labores multiplices, quos Sanctiſſimus Pater Dominus Nicolaus divina providentia Papa Tertius circa reformationem ſtatus ejuſdem Baſilicæ, quæ in ſpiritualibus, præſertim quoad diminutionem divini cultus, & in nonnullis aliis deformata multipliciter apparebat, paterna charitate ſuſtinuit: necnon & attendentes grandia beneficia, & dona largiflua, quæ per eundem Sanctiſſimum

Hæc Decreta Capituli Pontificio Diplomate confirmantur.

Capitularis Inſtrumenti tenor inſeritur.

Canonicorum nomina.

Præcipua Nicolai in Baſilicam ſolicitudo,

Patrem ex ſua eleemoſyna, gratia, & ſollicitudine, atque benivolentia provenerunt ipſi Baſilicæ, & dante Domino, provenient in futurum; cum ex ſuis laudabilibus ſtudiis, & ex collatis per eum, & ejus occaſione temporalibus beneficiis, quatuordecim millibus, & centum octuaginta libris provenientibus & ultra in emptionibus rerum immobilium collocatis, temporales redditus ipſius Baſilicæ magnificè ſunt adaucti; triginta Beneficiati per eum in eadem Baſilica de novo plantati, & temporalibus redditibus perpetuo ſtabiliti: Intuentes inſuper, quod præter prædicta, mille libr. provenientes, quæ ſunt in Camera dictæ Baſilicæ, quæ, ſi ſua non præceſſiſſet reformatio, non adeſſent, idem Sanctiſſimus Pater in præſenti pro anima ſua, & animabus Benefactorum, & Conſanguineorum ſuorum, & aliorum Fidelium defunctorum, quinque milia libr. provenien. ipſi Baſilicæ obtulit & conceſſit, & quingentas Marcas Sterlingorum, de quibus obtinendis habetur ſufficiens certitudo, quæ omnia deputavit ad poſſeſſiones, ſeu alias res immobiles emendas, de quarum proventibus, & obventionibus ejuſdem Baſilicæ poſſent excreſcere facultates: eidem Sanctiſſimo Patri non quæ debemus, ſed quæ poſſumus, devotionis inſignia rependentes, ad laudem Dei Omnipotentis, & pro ſalute animæ ipſius Sanctiſſimi Patris Domini Nicolai, omnes concorditer, uno ſpiritu, & unanimi voluntate ordinamus, per nos, ac ſucceſſores noſtros in eadem Baſilica perpetuis temporibus obſervandum, quod quandiu ipſe Sanctiſſimus Pater vixerit, ſingulis ſeptimanis eligantur tres Presbyteri; & tres Miniſtri Ebdomadarii ex prædictis Beneficiatis, qui diebus ſingulis in Altari, quod in honorem Sancti Nicolai idem Sanctiſſimus Pater in eadem Eccleſia conſtrui fecit & erigi, tres Miſſas celebrent, & vigilias congrua hora dicant, ordine infraſcripto. Prima Miſſa dicatur de Virgine cum quinque collectis: prima ſilicet collecta de Virgine: ſecunda de Apoſtolis Petro & Paulo, videlicet; Deus, cujus dextera: tertia de Sancto Nicolao: quarta de Papa; Deus omnium Fidelium, Paſtor, & Rector: & quinta generalis; Omnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum dominaris ſimul, & mortuorum. Secunda Miſſa de Apoſtolis cum eiſdem orationibus, præmiſſa tamen oratione de Apoſtolis; & tertia Miſſa de Sancto Nicolao cum ſupradictis orationibus, præmiſſa oratione de Sancto Nicolao.

Inſignis beneficentia.

Onera, ſuperſtite Nicolao implenda:

Tres Miſſæ cum Vigiliis a Beneficiatis ſub certo ritu quotidie cantentur.

(a) Hujus Diplomatis Originale modica ſui parte corroſum, ex ejuſdem Bullæ contextu, & ex veteri Inſtrumento apud Baſilicæ noſtræ Tabularium aſſervato Capſ. 3. Faſc. 7. ita ſupplevimus; ut pauca verba ad lacunas implendas ſubſtituta, charactere, uti vocant, *curſivo* exprimenda curaverimus.

(a) In

colao. Ipſorum autem ebdomadariorum, vel ſeptimanorum ſic fiat ex ipſis Beneficiatis circularis aſſumptio, ut nullus prætermittatur, in quocumque ordine fuerit conſtitutus, quin aliqua ſeptimana deſerviat in vigilia, & Miſſis ſupradictis, ſecundum ordinem vicis ſuæ; ſingulis autem diebus cuilibet de Presbyteris celebranti Miſſam, & dicenti vigiliam ſex denarii, & Miniſtro ſervienti in vigiliis & Miſſis tres denarii provenien. Senatus diſtribuantur, *& expendantur de communi* Camera Baſilicæ ſupradictæ.

Certa Miniſtris diſtributio aſſignatur.

Item ordinamus, quod ſingulis annis tempore vitæ ipſius Sanctiſſimi Patris ſemel in anno, ſilicet die Lunæ poſt Octavas Reſurrectionis Dominicæ, Conventualis Miſſa cum præcedentibus vigiliis a Canonicis *& Beneficiatis ejuſdem Baſilicæ* reverenter & devote, quantum Dominus dederit, ad honorem Beatæ Virginis cum ſupradictis collectis ſolempniter decantentur, & tunc diſtribuantur decem libræ provenien. Senatus, juxta quod, & ſecundum ordinationem ipſius Sanctiſſimi Patris inter Canonicos & Beneficiatos, ſicut in ipſa ordinatione clare diſtinguitur, fuerit facienda.

Item ſolemnis Miſſa quotannis a Canonicis & Beneficiatis celebranda.

Poſt obitum autem ipſius Sanctiſſimi Patris, tam prædictæ tres Miſſæ, & vigiliæ cotidianæ dicendæ, ut præmittitur, per Beneficiatos, quam Miſſa & Vigiliæ Conventuales dicendæ ſemel in anno ſolempniter ad honorem Beatæ Virginis, commutentur in Miſſas & Officia Defunctorum, in quarum Miſſarum ſingulis dicantur tres collectæ: prima ſcilicet de Pontifice; Deus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes: & ſecunda pro hiis, qui in Cymiterio Eccleſiæ requieſcunt; Deus, cujus miſeratione &c.: & tertia; Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor: & eædem diſtributiones denariorum de communi Camera, tam quoad viginti ſeptem denarios cotidie percipiendos a Beneficiatis prædictis, quam quoad decem libras diſtribuendas in ſuo Anniverſario die, quo ipſum contigerit de hac luce migrare, per omnia in perpetuum obſerventur.

Nicolao vita functo, onera de quibus ſupra, in vigilias Miſſasque Defunctorum commutentur.

Ordinamus inſuper, quod ex nunc ſingulis annis in Anniverſario bonæ memoriæ Domini Mathæi Rubei Patris ſui, quod eſt faciendum III. Idus Octobris, quadraginta ſolidi provenien. Senatus, & in Anniverſario Dominæ Pernæ Matris ſuæ, quod faciendum occurrit II. Nonas menſis Decembris, quadraginta ſolidi provenien. & in Anniverſario Domini Jacobi Patrui ſui, quod faciendum occurrit VIII. Idus Septembris, quadraginta ſolidi provenien., & in Anniverſario Domini Gentilis fratris ſui, qui obiit XV. Kalendas Novembris, quadraginta ſolidi provenien. de communi Camera dicti Capituli annis ſingulis expendantur, & diſtribuantur in Canonicns & Beneficiatos, prout dictum eſt de decem libris provenien.

Certa diſtributio in Anniverſariis Parentum ac Fratrum Pontificis ſolvenda taxatur.

Volumus autem, quod prædictæ tres Miſſæ decantandæ cotidie, tam tempore vitæ ſuæ ad honorem Beatæ Virginis, Apoſtolorum Petri & Pauli, & Sancti Nicolai, quam poſt obitum ſuum, ſicut eas cantari contigerit pro Defunctis, in diebus Reſurrectionis Dominicæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Apoſtolorum Petri & Pauli, Nativitatis Domini, & omnibus ſollempnitatibus Virginis glorioſæ, etiam poſt ipſius obitum, omiſſis Miſſis pro Defunctis, ſicut diei competit, celebrentur. In die quoque ſabbati ſemper ad honorem Beatæ Virginis in Altari prædicto tres Miſſæ cantentur, Miſſis pro Defunctis, ut dictum eſt proximo, prætermiſſis.

Tres Miſſæ quotidie cantandæ, occurrente ſolemnitate, aut die Sabbati, congruo perſolvantur ritu.

Attendentes inſuper nos Archipresbyter, & Capitulum memorati, quod de Bonis bonæ memoriæ Domini Nepoleonis fratris ipſius Domini Papæ præfata Baſilica perceperit hactenus quinquaginta libras proven., de quibus empta fuerat quædam domus, ex cujus reddITU & proventu diſtributa fuerat hactenus certa pecunia inter Canonicos annis ſingulis, & ipſius Domini Nepoleonis in die obitus ſui Anniverſarium celebratum, & quinquaginta libras proven. Senatus de bonis ejuſdem additas per ipſum Sanctiſſimum Patrem Executorem prædicti Domini Nepoleonis ad immobiles res emendas; ordinamus, quod ſingulis annis in Anniverſario prædicti Domini Nepoleonis ſexaginta ſolidi provenien. Senatus diſtribuantur inter Canonicos & Beneficiatos, ſicut in aliis caſibus ſuperius eſt prædictum.

Peculiaris diſtributio in Nepoleonis Anniverſario conceditur.

Ne autem tantorum beneficiorum memoriam ingrata tollat oblivio, ſed præſentium, & futurorum devotio amplius excitetur ad præmiſſa omnia in perpetuum obſervanda, & ex beneficii perceptione ad ipſorum obſervationes ſciant & intelligant præſentes & poſteri ſe teneri; ordinamus, quod quidquid emptum eſt, vel fuerit de pecuniis ſupradictis, necnon & quod emptum fuit de prædictis quinquaginta libris, pretii quoque quantitas in libris ad hoc deputatis diſtincte, ac fideliter conſcribantur, & ſingulis annis, cum annunciatur Anniverſarium juxta morem (a), annun-

Ne Pontificis, ſuorumque beneficentiæ memoria excidat, Capitulum ſedulo cavet.

(a) In Necrologii, uti ſane arbitramur, lectione, quæ ad Primam haberi conſuevit. In ea ſiquidem inſignium Virorum, ac præcipue Benefactorum qui ex hac luce migraverant, nomina recitabantur. Rem declarant duo pervetuſta Martyrologia in Archivo noſtro Capitulari aſſervata, in quibus poſt recitata Sanctorum nomina, dies obitus, & anniverſaria quorumdam Defunctorum enunciantur.

(a) Etſi

annuncietur clare, intelligibiliter, & diſtincte, quid, & ex quanto pretio provenit Eccleſiæ ex collato beneficio ab eo, & pro eo, cujus Anniverſarium imminet celebrandum; & hanc formam volumus, & ordinamus etiam ad omnes extendi. Quæ omnia, & ſingula nos præfati Archipresbyter, & Capitulum pari voto, & unanimi voluntate, liberoque arbitrio pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris promittimus eidem Domino Papæ, & tibi Magiſtro Benedicto Gajetano (*a*) de Anagnia ipſius Notario, de ſuo mandato recipienti ejus nomine, & pro ipſo, in perpetuum attendere, adimplere facere, & obſervare, ac nullo modo contravenire. Et ſupplicamus, hæc omnia per ipſum Sanctiſſimum Patrem confirmari, & firmitatibus, ac pœnis debitis roborari, ut ea omnia & ſingula in perpetuum inviolabiliter obſerventur. Ad præmiſſorum autem omnium firmitatem, hæc omnia volumus, & rogamus per Magiſtrum Symonem de Reate publicum Tabellionem in publicam formam redigi, & Sigilli Capituli noſtri appenſione muniri. Acta ſunt hæc Romæ in clauſtro prædictæ Eccleſiæ Sancti Petri, præſentibus Stephano, & Johanne olim de Sancto Celſo, Nicolao Paparono, & Johanne de Sutrio Presbyteris, Johanne Erro, & Angelo de Vineis Clericis dictæ Eccleſiæ Sancti Petri Præbendatis, ad hoc vocatis, & rogatis Teſtibus, anno Domini milleſimo ducenteſimo LXXVIIII., Indictione VII. Pontificatus prædicti Domini Nicolai PP.III. Anno Secundo, quarto Kalendas Januarii. Et ego Symon de Reate, Apoſtolicæ Sedis auctoritate publicus Notarius, prædictis omnibus interfui, & ea omnia, ut ſuperius continentur, de mandato prædictorum Domini Cardinalis, & Capituli ſcripſi, & rogatus in publicam formam redegi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, & præcepti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Integra Inſtrumenti ſeries communi Archipresbyteri & Capituli ſuffragio probatur.

Pontificia accedit auctoritas.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum V. Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Collationem ſeu donationem Eccleſiæ S. Maguti, & Bonorum ad ipſam Sacram Ædem pertinentium venditionem, quæ Fratribus Ordinis Prædicatorum a Jacobo S. Mariæ in Via Lata Diacono Cardinali factæ fuerant, ratas habet & confirmat.

Ex Reg. I. Nicolai III. Epiſt. 102. folio 151. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori & Fratribus Ordinis Prædicatorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1279.

Eccleſia Sancti Machuti Fratrib. Ord. Prædicatorum dono datur.

PEtitio veſtra nobis exhibita continebat, quod Dilectus Filius noſter Jacobus Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis attendens, quod Eccleſia Sancti Maguti (*b*) de Urbe ſubjecta tunc Eccleſiæ Sancti Marcelli ejuſdem Urbis, cujus cura eidem Cardinali erat ab Apoſtolica Sede commiſſa, nec non & loca ipſi Eccleſiæ Sancti Maguti circumadjacentia & pertinentia ad eandem, erant habitationi Fratrum veſtri Ordinis oportuna; de ſpeciali noſtro beneplacito ipſam Eccleſiam Sancti Maguti liberam a juriſdictione prædictæ Eccleſiæ Sancti Marcelli cum ejus Cimiterio & Platea, pia & provida liberalitate vobis & Ordini veſtro contulit & donavit. Ortum vero & domos quaſdam tam proprias quam etiam cenſuales, pertinentes ad eandem Eccleſiam Sancti Maguti, vobis legitime vendidit pro certa pecuniæ quantitate, prout in Inſtrumentis publicis inde confectis dicitur plenius contineri. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, collationem ſeu donationem & venditionem hujuſmodi ratas habentes & gratas, illas auctoritate Apoſtolica de certa ſcientia confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Ejuſdem Eccleſiæ bona venduntur.

Pontificio Diplomate Donatio ac venditio roborantur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Nonis Maji, Anno Secundo.

Suum

(*a*) Is eſt, qui S. Cæleſtino PP. V. in Petri Cathedra Succeſſor datus eſt, & Bonifacius VIII. nuncupatus.

(*b*) Etſi Eccleſia iſthæc S. Maguti ſive Machuti apud Armoricos Epiſcopi, Fratribus Ord. Prædicatorum fuerit olim addicta;

Suum erga Vaticanam S. Petri Baſilicam declarat ſpecialem pietatis affectum; Altare in eadem Eccleſia a ſe conſtructum, & D. Nicolai nomine dedicatum commemorat; ipſum viſitantibus anniverſario conſecrationis die, & in feſto ejuſdem S. Nicolai, de injunctis pœnitentiis unum annum & quadraginta dies quotannis relaxat.

Ex Autogr. in Baſil. Vatic. Tabular. Capſ. 1. Faſc. 1.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus; Ad perpetuam rei memoriam.

AN. CH. 1279.

Inſignis Nicolai pietas in Baſilicam Sancti Petri, a recenti juventa ad Summum uſque Pontificatum.

DEcorem domus Domini, & locum Tabernaculi Divinæ Gloriæ, præſertim ex debito Paſtoralis offitii, ubique per Orbis latitudinem ferventiſſime diligentes, lætitiam ſpiritualem in corde conſequimur, quotiens noſtræ memoriæ præſentamus, quod ad glorioſum Apoſtolorum Principem, ejuſque venerandam Baſilicam, Divina diſpoſitione in Urbium Urbe conſtructam, ab eo tempore, quo ætatem diſcretivam attigimus, ſpiritualem geſſimus devotionis affectum; qui ſive poſtmodum pervenerimus ad Cardinalatus honorem, ſive obtinuerimus Archipresbyteratus in eadem Baſilica dignitatem, ſemper cum promoto majus incrementum habuit, ſemper cum creſcente plus crevit: Sed poſtquam, prout Domino placuit, ſpeculam conſcendimus Apoſtolici culminis, tanto amplius profecit continuatis augmentis, tantoque fuit majoris charitatis igne ſuccenſus, quanto conſiderare debemus, & utique conſideramus humiliter in Vicaria Divina Nos, quanquam immeritos, eidem ſucceſſiſſe glorioſiſſimo Principi, quantoque propter hoc eum in hujuſmodi ſua ſpeciali Domo tenemur propenſius venerari. Nam hæc eſt Domus Dei ædificata firmiter ſupra petram, in qua & ipſius Petri Corpus Sacratiſſimum honorifice requieſcit: Hoc eſt Divinum Tabernaculum, Choris dilectum Cæleſtibus, & toti ſæculo venerandum: Hic eſt locus annexus ſpecialiter Romano Pontifici, Vicario Jeſu Chriſti (*a*): unde quantumcumque nos negotiorum undique concurrentium urgeret ſtrepitus, cauſarum multiplicium vexaret anfractus; nichilominus ad præmiſſam Baſilicam, prout in quolibet noſtro ſtatu nos concepiſſe meminimus, noſtræ conſiderationis continue convertimus aciem, ibique ſpecialiter defiximus mentis affectum, inſtituentes in ea decentem Miniſtrorum, quibus carebat, numerum, ac ipſam dotantes redditibus congruis, & alias deformata reformantes ibidem, & ordinanda, quæ occurrerant, plurima, ſtudioſa ſollicitudine ordinantes. Nec tamen illum glorioſum Pontificem Confeſſorem Domini Nicolaum, quem Divina Majeſtas innumeris miraculis illuſtravit, oblivioni commiſimus, quia ejus memoriam tenaciter in pectore clauſam, & annexam ſæpe labiis habebamus; cujus quidem titulus nobis in Cardinalatus miniſterio inerat (*b*); cujuſque venerando nomine, ad Apoſtolatus vocati apicem, ex quodam devotionis affectu elegimus inſigniri; ſed ad ipſius Confeſſoris honorem, & præmiſſæ Baſilicæ venuſtatem, in ea fecimus Altare novum conſtrui marmorea ſtructura fulcitum, cratibus munitum hinc inde ferreis, & aliis decentibus cælaturis ornatum (*c*), quod tandem III. Idus Junii propriis noſtris manibus, aſſiſtentibus nobis

Baſilicæ ejuſdem laudes proſequitur.

Suas in Baſilicam curas commemorat.

Altare D. Nicolao Sacrum nobili ſtructura ornatum in ea ædificat, ac conſecrat.

dicta: poſtea tamen in Vaticani Capituli jus & proprietatem tranſiit, ut inferius adducenda, ac præſertim Leonis X. Bulla anno 1516. edita, perſpicue declarant.

(*a*) Hæc animo volventibus, id occurrit quod apud veteres non ſemel uſitatum novimus; ut ii ſcilicet a Glorioſa Beati Petri Confeſſione, nimirum a Tumulo, ubi ejuſdem Apoſtolorum Principis Exuviæ requieſcunt; Apoſtolicam Sedem, Romanamque Eccleſiam nullo unquam tempore in fide defecturam nominarent: quo ſenſu, D. Gelaſius Pontifex in Epiſt. ad Anaſtaſium tom. 5. Concil. Labb. col. 309. talia habet: *Hoc eſt quod Sedes Apoſtolica magnopere cavet, ut quia Mundo Radix eſt Apoſtoli Glorioſa Confeſſio, nulla rima pravitatis, nulla prorſus contagione maculetur. Nam ſi (quod Deus avertat, quod fieri non poſſe confidimus) tale aliquid proveniret, unde cuiquam reſiſtere auderemus errori? Vel unde correctionem errantibus poſceremus?* Et in Epiſt. ad Euphemianum Patriarcham Conſtantinopolitanum; *Veniemus*, inquit, *Frater Euphemiane, ad illud Chriſti Tribunal*, [ubi] *comprobandum, utrum* Beati Petri Confeſſio Glorioſa *cuique eorum, quos regendos accepit, quicquam ſubtraxerit ad ſalutem*. Quibus in locis, ut optime obſervat Meldenſium Epiſcopus Boſſuetus tom. 2. Oper. de Poteſt. Eccleſ. lib. 15. cap. 6., Romana Eccleſia nominatur a *potiſſima* ejus *parte*, ipſo videlicet Sacratio, ubi Petri Corpus requieſcit; & ex quo eadem Eccleſia ſuum repetebat Primatum.

(*b*) Nam, ut ſupra vidimus, Joannes Card. Urſinus antequam Romanæ Eccleſiæ Pontificem ageret ſub Nicolai III. nomine, Eccleſiæ S. Nicolai in Carcere Card. Diaconus fuit.

(*c*) *In poſteriori minore navi ſiniſtra* veteris Vaticanæ Baſilicæ ad Aquilonem extabat, Alpharano teſte in Ichnogr. n. 95, D. Nicolai Sacellum & Altare, de quo Pontifex loquitur.

(*a*) Ita

Iis, qui Anniverſario Conſecrationis die Altare viſitaverint Indulgentias elargitur.

nobis noſtris Fratribus, & aliis quampluribus Eccleſiarum Prælatis, concurrente nichilominus copioſa multitudine Fidelium, feliciter duximus conſecrandum. Cupientes itaque, quod præfatum Altare in ſolempnitate hujuſmodi ſuæ Conſecrationis a Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, quibus profecto laus, & gloria ipſius Baſilicæ, ſuique Patroni Sanctiſſimi evidentius amplietur, & frequentantes pro tali ſolempnitate, quam peragunt, ſpirituali munere gratulentur; de Omnipotentis Dei miſericordia, & ſupradicti Principis, nec non & Beati Pauli Coapoſtoli ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eandem Baſilicam adeuntes, ad prædictum Altare in Anniverſario die conſecrationis ejuſdem, & in feſto ejuſdem Sancti Nicolai, cauſa devotionis acceſſerint annuatim, unum annum, & quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Viterbii XV. Kalend. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

MARTINUS IV.

Octavo Kalendas Martii anno 1281. Catholicæ Eccleſiæ præficitur Martinus IV. (*a*), eodemque anno conſecratur die 20. Februarii. Vixit in Pontificatu Annos 4., Menſem 1. & dies 7. Ad Superos evolavit 4. Kalendas Aprilis Anno 1285.

Urbis frumento recreandæ curam demandat Magiſtro Alberto de Parma Baſilicæ Principis Apoſtolorum Canonico, & Joanni Baſilii Fratri Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia; negotii hujuſce conficiendi rationem præſcribit.

Ex Reg. II. Martini IV. fol. 69. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Magiſtro Alberto de Parma Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe (b), & Joanni Baſilii Fratri Hoſpitalis Sancti Spiritus in Saxia; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1283.

Urbs Roma gravi frumenti inopia premitur.

Nuper Nobis Dilecti Filii Conſilium & Populus Romanus per ſuos ſpeciales Nuncios humiliter ſupplicarunt, ut cum gravis frumenti cariſtia ſit in Urbe, aliquod eis in tantæ neceſſitatis articulo exhibere ſubſidium dignaremur. Nos autem ſuper hoc eidem Populo nobis utique prædilecto compatientes ab intimis, & volentes in hac parte annuere votis ſuis, ſibique pietatis viſcera reſerare, vobis per Dilectos Filios Magiſtrum Angelum de Fulgineo Cameræ noſtræ Clericum, & Judicem Matthæum Citadini de Urbeveteri latores præſentium, de quorum probitate confidimus, pro emendo frumento ad opus ejuſdem Populi, quinque milia florenorum mandamus fiducialiter aſſignari; licet Camera ipſa, occaſione multiplicium expenſarum quas pro recuperandis & manutenendis Romanæ Eccleſiæ juribus feciſſe dinoſcuntur, quamplurimum ſit gravata. Volumus autem, ut hujuſmodi ſummam pecuniæ apud aliquos viros providos & fideles de prædictorum Conſilii & Populi expreſſo conſilio & aſſenſu ſemel vel pluries eligendos, totaliter deponatis, per eos in emptionem frumenti in Regno Siciliæ ubi melius forſan, ut creditur, haberi poterit, fideliter convertendam. Prædictum vero frumentum cum deferetur ad Urbem, vobis ac Perſonis eiſdem vel aliis de prædictorum Conſilii & Populi conſilio & aſſenſu, ſicut prædicitur, eligendis, volumus aſſignari vendendum per vos & eos particulariter pro pretio competenti. Noſtræ autem voluntatis exiſtit, ut pecuniam quam de frumento recipietis eodem, iterato præfatis viris aſſignare curetis, qui de præfata pecunia pro jam dicto Populo ement in Regno memo-

Pontifex pecuniam ſuppeditat.

Rationem ac methodum ſervandam præſcribit.

(*a*) Ita ſane cum Gulielmo Nangio in Chronico, S. Antonino, Nauclero, & aliis appellari debet hic Summus Pontifex; tametſi unus dumtaxat ejuſdem nominis Romanus Antiſtes, nempe S. Martinus I. ipſum præceſſerit. Concinit & vetus Inſtrumentum a Senatoribus Romanis die 10. Martii an. 1281. Romæ confectum & ab Odorico Raynaldo eodem anno relatum, ubi diſerte vocatur *Martinus IV*.

(*b*) Albertum hunc Baſilicæ S. Petri Canonicum memorant pag. 159. ſuperius allatæ Conſtitutiones Joannis Card. Urſini, ejuſdem Baſilicæ Archipresbyteri.

memorato frumentum deferendum & ad Urbem, ac vobis & aliis ſupradictis integre aſſignandum & vendendum per vos & illos pro pretio ſupradicto. Hoc enim tamdiu de præfata pecunia fieri volumus, donec in Urbe inſtantis cariſtiæ indigentia perdurabit. Et ut facilius ac commodius prædictum valeat frumentum haberi; Dilecto Filio, Nobili Viro Carolo Principi Salernitano, Primogenito Cariſſimi in Chriſto Filii noſtri Caroli Regis Siciliæ Illuſtris, noſtras affectuoſas litteras pro habenda emendi frumentum in eodem Regno ac illud extrahendi de ipſo libere licentia, deſtinamus. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hujuſmodi ſolicitudinis onus devotis & promptis animis aſſumentes, ſic prudenter & ſolicite vos ſuper hoc gerere ſtudeatis, ut exinde non immerito commendari poſſitis, & noſtram ac Sedis Apoſtolicæ gratiam uberius promereri. Volumus autem, ut nobis frequenter per veſtras litteras intimetis, qualiter in hujuſmodi negotio procedatur.

Ut frumentum ematur utilius, Regis Siciliæ filio dat literas.

Rem hanc prudenter ac ſedulo tractari mandat.

Datum apud Urbemveterem tertio Nonas Novembris, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Jacobum Lucam, & Conradum, receptos abſque Romani Pontificis conſcientia in Canonicos ſeu Clericos Baſilicæ de Sancta Sanctorum, ab eadem Eccleſia amoveri jubet; Decreti executionem Magiſtro Alberto de Parma, Baſilicæ Sancti Petri Canonico demandat.

Ex Regeſt. II. Martini IV. Ep. 48. fol. 99. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Alberto de Parma, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1284.

Canonicos in Baſilica de Sancta Sanctor. inſtituere ius eſt Romani Pontificis.

Ad audientiam noſtram pervenit, quod nuper in Baſilica de Sancta Sanctorum (a) de Urbe per mortem quondam Pauli Cinthii & quondam Matthæi Candulfi Canonicorum ipſius Baſilicæ duobus Beneficiis ſeu præbendis vacantibus, Prior & Capitulum ipſius Baſilicæ non attendentes, quod collatio præbendarum & inſtitutio Clericorum ſeu Canonicorum in ipſa Baſilica ad Romanum Pontificem dumtaxat pertinet pleno jure; Jacobum Lucam, & Conradum præter noſtram conſcientiam de facto, cum de jure nequiverint, in Canonicos ſeu Clericos dictæ Baſilicæ minus provide recipere præſumpſerunt. Nos igitur nolentes tantam præſumptionem coniventibus oculis præterire, ac receptionem hujuſmodi ſic præſumptam decernentes nullius exiſtere firmitatis; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictos Jacobum Lucam, & Conradum a dicta Baſilica, auctoritate noſtra, amoveas & excludas; & eiſdem Priori & Capitulo ex parte noſtra ſub pœna excommunicationis ac privationis beneficiorum ſuorum diſtricte inhibeas & injungas, quod eos pro Canonicis ſeu Clericis non teneant nec admittant, nec eis ſicut Clericis vel Canonicis ipſius Baſilicæ in aliquo reſpondere, vel de cetero ſimilia acceptare præſumant: Contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Perperam inſtitutos Canonicos excludi jubet.

Datum apud Urbemveterem II. Nonas Junii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

De eodem

(a) Baſilica iſthæc ad Lateranum ſita, & D. Laurentii nomine dedicata, ſæpe in Romanis Ordinibus memoratur, ubi peculiares quadam cæremoniæ a Summis Pontificibus in ea peragi ſolitæ deſcribuntur: Priore & quinque Canonicorum Collegio ſeu Capitulo diu fuit decorata. Ipſam vero cum Prioratu, & Canonicalibus Præbendis Martinus V. Pontifex Lateranenſi Baſilicæ adnexuit, quemadmodum Card. Cæſar Raſponus lib. 4. de Baſil. Lateran. pag. 363. literis conſignavit. De Oratorio S. Laurentii in Laterano Benedictus Millinus Libellum apprime eruditum conſcripſit.

(a) Hoc

De eodem argumento dat literas ad Priorem & Capitulum Baſilicæ de Sancta Sanctorum, quibus præcipit, ne Jacobum Lucam, & Conradum ullo pacto pro Canonicis habeant; ſecus, Magiſtrum Albertum Eccleſiæ S. Petri Canonicum mandata Apoſtolica exequuturum, enunciat.

Ex Regeſt. II. Martini IV. Ep. 49. fol. 100. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori & Capitulo Baſilicæ de Sancta Sanctorum de Urbe, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1284.

Exprobat Priori & Capitulo Baſilicæ de Sancta Sanctor. Electionem Canonicorum inconſulto Pontifice factam.

AD audientiam noſtram pervenit, quod nuper in eadem Baſilica per mortem quondam Pauli Cinthii, & quondam Matthæi Candulfi Canonicorum ipſius Baſilicæ duobus Beneficiis ſeu præbendis vacantibus; vos non attendentes, quod collatio Præbendarum & inſtitutio Clericorum ſeu Canonicorum in ipſa Baſilica ad Romanum Pontificem pertinet pleno Jure; Jacobum Lucam, & Conradum præter noſtram conſcientiam de facto, cum de jure nequiveritis, in Canonicos ſeu Clericos dictæ Baſilicæ minus provide recipere præſumpſiſtis. Nos igitur nolentes tantam præſumptionem conniventibus oculis præterire, ac receptionem hujuſmodi ſic præſumptam decernentes nullius exiſtere firmitatis; vobis ſub pœna excommunicationis & privationis Beneficiorum veſtrorum per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus revocantes proinde quicquid circa præmiſſa de facto per vos tam improvide eſt præſumptum, dictos Jacobum Lucam, & Conradum pro Canonicis ſeu Clericis ipſius Baſilicæ nullatenus teneatis, nec etiam admittatis, nec præſumatis eis in aliquo reſpondere, vel de cetero ſimilia acceptare. Alioquin Dilecto Filio Magiſtro Alberto de Parma Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe noſtris damus literis mandatis *, ut ipſe ſuper hoc ſub certa forma mandatum Apoſtolicum exequatur.

Pœnis ac Cenſuris propoſitis, electionem revocari præcipit, ipſoſque electos excludi.

* Fort. in mandatis.

Datum apud Urbemveterem II. Nonas Junii, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

HONORIUS IV.

Anno Domini 1285. die 2. Aprilis in Romanum Pontificem electus eſt Honorius IV., & die 20. Maji coronatus: E vivis abjit 3. Nonas Aprilis an. 1287., poſtquam annos 2. diem 1. in Pontificatu exegiſſet.

Abbati Monaſterii S. Praxedis, & Magiſtro Alberto Baſilicæ D. Petri Canonico demandat, ut quarumdam Poſſeſſionum ad Monaſterium S. Pauli de Urbe, & Monaſterium de Palaſſolis Albanen. Dioec. pertinentium commutationem, modo hanc poſtulet utriuſque Monaſterii commodum, fieri permittant (a).

Tom. 32. pag. 12. ex Regeſt. Vat. num. 46. fol. 14.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati Monaſterii S Praxedis & Magiſtro Alberto Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1285.

EXpoſuerunt nobis Dil. Fil. N. S. Pauli de Urbe, ac N. de Palaſſolis (b) Alban. Dioceſis, Monaſteriorum Abbates, eorumque Conventus, quod cum quædam Poſſeſſiones in Sancti Proculi, & Cerqueti Caſalibus exiſten. diviſim ad dicta Monaſteria

(a) Hoc Honorii Quarti Diploma nobis perhumaniter ſuppeditavit Reverendiſſimus Pater Zinanuus, Abbas Monaſterii S. Pauli de Urbe.

(b) Eccleſiam Sanctæ Mariæ *de Palaſſolis* ac ejuſdem Domum,

Permutationis Bonorum utilitas.

Neceſſarium tamen Apoſtolicæ Sedis beneplacitum.

naſteria pertinen., adeo ſunt commixtæ, quod ſe mutuo in uſu impediunt, eaſdem deſiderant poſſeſſiones hujuſmodi Monaſterio utriuſque penſata utilitate, ad invicem permutare. Unde cum dicti Abbates, & Conventus juramento, quod quilibet dictorum Abbatum, de non alienandis, vel permutandis poſſeſſionibus Monaſterii ſui præſtito, necnon ſtatutis in eodem Monaſterio Sancti Pauli auctoritate Apoſtolica editis obſiſtentibus, non poſſint hujuſmodi eorum deſiderium adimplere; nobis humiliter ſupplicarunt, ut non obſtantibus hujuſmodi juramento, & ſtatutis faciendi permutationem hujuſmodi eis licentiam largiremur. Nos itaque de veſtra circumſpectione confiſi, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus perſonaliter accedentes ad Monaſteria ſupradicta, inquiratis ſuper hiis diligentius veritatem: & ſi demum reperieritis, quod in utilitatem Monaſterio utrique redundet, ſuper quo veſtram intendimus conſcientiam onerare, dictis Abbatibus, & Conventibus auctoritate noſtra concedatis licentiam poſtulatam. Quod ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Pontifex annuit, modo de utilitate conſtet.

Datum Tibure VI. Kal. Septembris, Pont. noſtri Anno Primo.

Monaſterio S. Martini in Montibus concedit, ut Decimam juxta benigniorem proventuum æſtimationem perſolvat.

Ex Bulla Original. in Capſul. 13. Faſc. 289. Tabular. Baſilicæ

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Raynucio Priori ſecularis Eccleſiæ Sancti Michaelis de Caſtillione Vallis peſæ Florentin. Dioceſis Collectori Decimæ Regni Siciliæ negotio conceſſæ (a) in Ducatu Spoletan., Patrimonio Beati Petri in Tuſcia, nec non Tudertin., Peruſin., & Caſtelli Civitatibus, & Dioceſ. deputat. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1285.

Accuratior cenſus Bonorum ad ſolutionem Decimarum ſtatutus, Monachis gravis.

Dilecti Filii Abbas, & Conventus Monaſterii Sancti Martini in Monte Ciſtercien. Ordinis Viterbien. Dioceſ. aſſerentes ſibi eſſe difficile ſingulos proventus, de quibus in partibus Patrimonii Beati Petri in Tuſcia tenentur ſolvere Decimam, cujus collectio eſt tibi ab Apoſtolica Sede commiſſa, ſingulariter juxta formam tibi traditam extimare, ac propter hoc inquietudines aliquas, & remorſum conſcientiæ formidantes, ſuper hoc proviſionis noſtræ remedium humiliter implorarunt. Nos autem quietem, & ſalutem dictorum Abbatis, & Conventus in hac parte, quantum honeſte poſſumus, affectantes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus de proventibus ipſis juxta tenorem declarationis factæ ſuper hoc, extimatione habita competenti, ſecundum extimationem hujuſmodi certam eis pro totali ſolutione ipſius Decimæ quantitatem imponas, pro tempore ad hoc deputato annis ſingulis, & certis terminis perſolvendam. Ita quod ipſi juxta ordinationem hujuſmodi, quantitatem ipſam ſolventes, impetitiones alias non formident, ſed potius cum conſcientiarum exoneratione quieſcant.

Juxta benigniorem æſtimationem taxari decimas mandat.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam Nonis Decembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Quod

rum, Monaſterio SS. Andreæ & Sabæ de Urbe olim ſubditas, & quatuor mill. paſſ. *Albano* verſus Aquilonem diſſitas. Innocentius IV. (ut ex ejus Bulla apud Ughell. tom. 1. pag. 300. liquet) anno 1243. in Abbatiam erigi conceſſit, quæ Monaſterium de *Palaſſolis*, ſeu *Palatiolis*, aut *Paraſola* in vetuſtis monumentis appellatur: Carthuſianis regendam Bonifacius IX. tradidit; iis autem ſecedentibus Minoritæ qui illam adhuc obtinent, ſubſtituti fuerunt. Legeſis Auguſtin. Lubinum de Abbat. Ital. pag. 273. & Cl. P. Caſimir. a Roma in cit. Oper. *Memor. Iſtor. delle Chieſe, e Conventi &c.* pag. 227.

(a) Decimarum collectam in univerſa Italia indixerat Martinus IV., ut Carolo I. Siciliæ Regi contra Petrum Aragonium ſuppetias ferret. Prædeceſſoris veſtigiis inhærens Honorius IV. indictam Decimarum taxam colligendam curavit, ut Caroli II., qui in defuncti Patris ditione ac curis ſucceſſerat, inopiæ proſpiceret. Hinc Monachorum querelæ, & Bullæ præſentis occaſio. Conſulatur Raynaldus ad an. 1285. in primordiis Pontificatus Honorii IV.

(a) Sa-

Quod Heremo Montis Fani collatum fuerat Privilegium, ut Sepultura in eadem Heremo omnibus eſſet libera, idipſum ad S. Jacobi Septiniani de Urbe Monaſterium protendit.

Ex Reg. unico Honorii IV. Ep. 289. fol. 79. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori & Conventui Monaſterii Sancti Jacobi Septiniani de Urbe (a), per Priorem ſoliti gubernari Ordinis Sancti Benedicti; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1286.

Jus ſepulturæ Monaſterio Montis Fani conceſſum.

Ad S. Jacobi Monaſterium jubet extendi.

Meritis veſtræ Religionis inducimur, ut vos proſequamur gratia, quæ vobis eſſe dinoſcitur oportuna. Cum itaque, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, Sedes Apoſtolica per ſpeciale Privilegium Heremo Montis Fani Ordinis Sancti Benedicti Camerinen. Diocecſis conceſſum, Sepulturam ipſius Heremi cui Monaſterium veſtrum tamquam membrum capiti pleno jure ſubeſſe dinoſcitur, liberam eſſe decreverit, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint aut publice uſurarii, nullus obſiſtat; Salva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur: Nos veſtris devotis precibus inclinati, hujuſmodi privilegium ad vos & prædictum veſtrum Monaſterium extendentes, quod eo uti libere valeatis, vobis auctoritate præſentium duximus concedendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam, Non. Februarii Anno Primo.

Ad Monaſterium S. Martini in Montibus Bona injuſte alienata aut diſtracta præcipit revocari.

Ex Copia Authentic. in Archiv. S. Petri Capſ. 13. Faſc. 289.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Priori Sanctæ Margaritæ de Corneto Tuſcan. Dioc.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Dilectorum Filiorum Abbatis Conventus Monaſterii S. Martini in Monte Ciſtercien. Ordinis, Viterbien. Dioc. precibus inclinati, præſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, quæ de bonis ipſius Monaſterii alienata inveneris illicite vel diſtracta, ad jus & proprietatem ejuſdem Monaſterii legittime revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas teſtimonium veritati perhibere.

Dat. Tiburi Id. Auguſti &c. (b).

Marchas

(a) Sacram Ædem D. Jacobi in Septiniano, Innocentio III. & Gregorio IX. jubentibus, Baſilicæ S. Petri Canonicis addictam tum Beato Silveſtro Gutolino Congregationis Silveſtrinorum in Monte Fano juxta Fabrianum Fundatori, ab eiſdem Canonicis fuiſſe traditam; ſupra vidimus pag. 77. & 111.

(b) Etſi præſens Honorii Bulla temporis nota careat, quam Amanuenſis prætermiſit, licet tamen ex ipſo Proceſſus contextu, cui Notarius Bullam inſeruit, ejus ætatem colligere. Hoc nimirum Diplomate Monachi Monaſterii S. Martini uſi ſunt, ut deperdita Bona recuperarent, atque contra injuſtum vineæ, in Vetrallæ territorio exiſtentis, occupatorem, judicio contenderent. Cauſa coram Delegato propoſita, Petrus Paſchalis in judicium vocatus accedere noluit. Hinc in reum contumacem prolata ſententia, ac Vinea Monaſterio eſt adjudicata. Hæc omnia ex longa ſerie Actorum quibus Bulla aſſuitur, eruimus. Cumque judicii ſtructura Menſibus Septembris atque Octobris an. 1286. fuerit expedita, haud levi ducimur conjectura, ut credamus anno eodem 1286. Honorii Bullam prodiiſſe.

(a) Do-

Marchas argenti trecentas ex uſuris, furtis, & votorum commutationibus ad quinquennium colligendas, in ædificium domorum & officinarum, queis indigebant Prior & Fratres Monaſterii S. Jacobi in Septiniano de Urbe, conferri permittit.

Ex Regeſt. unico Honorii IV. Ep. 296. fol. 81. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori & Conventui Monaſterii Sancti Jacobi Septiniani de Urbe, per Priorem ſoliti gubernari Ordinis Sancti Benedicti; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1286.

Monaſterii S. Jacobi pauperies.

Ad eam levandam Pontificis providentia.

Nonnullas tamen conditiones addit omnino ſervandas.

VEſtræ meritis Religionis inducimur, ut vos proſequamur gratia, quæ veſtris neceſſitatibus eſſe dinoſcitur oportuna. Cum itaque, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, pro conſtruendis domibus & officinis vobis neceſſariis (*a*), vos ſubire oporteat onera expenſarum, & alias non modica ſitis paupertate gravati: Nos veſtris ſupplicationibus annuentes, ut de uſuris, rapinis, & aliis male acquiſitis, dummodo hii quibus ipſorum reſtitutio fieri debeat, edictis publice propoſitis in locis competentibus omnino inveniri vel ſciri non poſſint, immo de redemptionibus votorum auctoritate Dioceſanorum prius factis, Hieroſolymitan. dumtaxat excepto, uſque ad ſummam trecentarum Marcharum argenti in Urbe, ac ejus diſtrictu recipere valeatis, auctoritate vobis præſentium duximus concedendum, ſi pro ſimilium receptione alias non ſitis a nobis hujuſmodi gratiam conſecuti. Ita tamen quod ſi aliquid de ipſis trecentis Marchis dimiſeritis vel reſtitueritis aut dederitis illis, a quibus eas receperitis; hujuſmodi dimiſſum vel reſtitutum ſeu datum nichil ad liberationem eorum proſit, nec quantum ad illud habeantur aliquatenus abſoluti: præſentibus per quinqennium duraturis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam Nonis Februarii, Anno Primo.

Quæ a Clericis Eccleſiæ S. Michaelis Friſonum nuncupatæ emerat Latinus Oſtienſis Epiſcopus, Bona recenſentur; venditio, cujus documenta inferuntur, rata habetur, atque auctoritate Apoſtolica confirmatur (*b*).

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Archiv. Capſ. 57. Faſc. 210.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri L..... (*c*) *Oſtienſi Epiſcopo; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

AN. CH. 1287.

Oſtienſis Epiſcopus, probabito Pontificis beneplacito, quadam ab Eccleſia S. Michaelis emit bona.

EXpoſuit tua Fraternitas coram nobis, quod olim de beneplacito felicis recordationis Nicolai Papæ Prædeceſſoris noſtri ædificare quandam domum pro habitatione tua juxta Eccleſiam Sancti Michaelis Friſonum (*d*) in Porticu Sancti Petri (*e*) de Urbe, in ſolo ejuſdem Eccleſiæ incepiſti, & demum in hujuſmodi ædificatione procedens,

(*a*) Domos & officinas, quæ in hoc Diplomate commemorantur, apud Eccleſiam S. Jacobi in Septiniano fuiſſe conſtructas, ac tandem Julii II. auctoritate in jus & proprietatem noſtræ Capellæ Juliæ tranſiiſſe, opinamur. Vide prænotata fol. 77. not. *b*.

(*b*) In hac Diplomatum collectione non immerito locum ſibi vindicat præſens Honorii IV. Bulla. Solum quippe, ac Palatium ſive Domum, de quibus eadem Bulla meminit, Vaticanæ S. Petri Baſilicæ Latinus Oſtienſis Epiſcopus teſtamento reliquit, ut ex ejus Codicillo, quem S. Cæleſtini V. Diploma inferius exhibet, facili negotio licet cuiquam intelligere.

(*c*) Is eſt Latinus Malabranca Fr. Ordinis Prædicatorum a Nicolao III ad Sacram Purpuram, & Oſtienſem Eccleſiam gubernandam evectus.

(*d*) Quam commemorant nonnulla Romanorum Pontificum Diplomata, ubi Sacræ Ædes Vaticano Capitulo obnoxiæ recenſentur. Adeas pag. 15. & 84., nec non 24. not. *b*.

(*e*) Sermo eſt de S. Petri Porticu, quæ olim, ut præmonuimus

Bonorum venditionem ab Archipreſbytero, & uno ex Clericis factam, cæteri ratam habent.

dens, circa Solum, & domum eadem, aliquas terras ſeu Poſſeſſiones emptionis titulo acquiſiſti. Nuper autem dilecti Filii Leonardus Archipreſbyter, & Johannes dictus de Sancto Michaele, Clericus ejuſdem Eccleſiæ, de aſſenſu reliquorum Clericorum ipſius Eccleſiæ, ut dicebant, prædictum ſolum cum certo, & determinato ſpacio terræ circa prædictam domum ſitæ, quæ tunc ad præfatam Eccleſiam pertinebant, tibi vendiderunt pro certa pecuniæ quantitate, præſente Venerabili Fratre noſtro Petro nunc Vicentino, tunc autem Monopolitano Epiſcopo, & hujuſmodi venditioni auctoritatem, quam ei ſuper hoc ſpecialiter commiſeramus oraculo vivæ vocis, præſtante. Prædicti quoque Clerici, qui venditioni non interfuerant ſupradictæ, recognoſcentes poſtmodum, eam de voluntate ipſorum factam fuiſſe, gratam habuerunt, & ratificaverunt eandem, confitentes & recognoſcentes expreſſe, precium dictarum Terrarum, & rerum eis a te eſſe ſolutum, & in utilitatem ejuſdem Eccleſiæ fore converſum, prout in Inſtrumentis publicis inde confectis plenius continetur. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, præfatam venditionem ratam & gratam habentes, ac ſupplentes defectum, ſi quis in ea extitit, de plenitudine poteſtatis illam ex certa ſcientia auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenores autem prædictorum Inſtrumentorum de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, qui tales ſunt. In nomine Domini Amen. Anno ab ejus Nativitate milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto, Pontificatus Dñi Honorii Papæ Quarti Anno Secundo, die Mercurii, quarta die menſis Septembris, Indictione quartadecima. In præſentia mei Juvenalis Notarii & Teſtium ſubſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, Dominus Leonardus de Jacobinis, Archipreſbyter Eccleſiæ Sancti Michaelis Friſonum de Porticu Sancti Petri de Urbe; & Johannes Donadei, dictus de Sancto Michaele, Clericus ipſius Eccleſiæ Sancti Michaelis, nullo dolo aut fraude ducti, vel vi aut metu coacti, ſed ſponte, pure, ac libere nomine ſuo, & dictæ Eccleſiæ, & nomine Presbyteri Johannis filii olim Jacobi de Orphanis, ac Johannis filii Bartholomæi Johannis Belli, Clericorum ejuſdem Eccleſiæ, cum quibus dicebant, ſe ſuper infraſcriptis ſpecialiter habuiſſe tractatum, & de ipſorum expreſſa voluntate, & conſenſu hæc facere pro utilitate Eccleſiæ ſupradictæ; vendiderunt, dederunt, tradiderunt, & conceſſerunt jure proprietatis, & perfecti dominii Reverendo Patri Domino Fratri Latino Oſtienſi, & Velletren. Epiſcopo Cardinali in perpetuum totum Solum, quod eſt prope dictam Eccleſiam Sancti Michaelis, in quo ædificatum eſt Palatium dicti Domini Cardinalis, videlicet aula inferior cum ædificiis ſuperioribus, & Guardaroba cohærente ipſi Palatio ex parte auſtrali; Et totum Solum, quod eſt ab anteriori parte ipſius Palatii verſus Septentrionem uſque in viam publicam, ſicut durat longitudo ipſius Palatii: Item totum Solum, in quo fuit quædam Domus ipſius Eccleſiæ juxta ipſum Palatium ex parte Orientis, quæ domus dudum corruit, cujus antiquus paries ex parte dictæ Eccleſiæ adhuc extat: Et Solum, quod eſt ab ipſo pariete uſque ad quendam parvum murum, qui eſt ſecus viam prædictam, juxta quem dicitur aliquando portam fuiſſe, & murum eundem: Item murum antiquum, qui fuiſſe dicitur de Palatio Neroniano (*a*), & eſt ex oppoſito Campanilis dictæ Eccleſiæ ex parte auſtrali in Monte, cui Monti prædictum Palatium dicti Domini Cardinalis adhæret: Item totum Solum, quod habuit Eccleſia eadem circa prædictam Guardarobam ex parte Occidentis & Auſtri, & ex parte Orientis uſque ad Foſſatum, quod a ſupradicto muro antiquo de Palatio Neroniano protenditur uſque ad domum, quæ eſt ſupra Porticum Eccleſiæ memoratæ. Quæ omnia hiis finibus deſignantur: Ab Oriente in parte inferiori eſt Platea, quæ eſt ante dictam Eccleſiam Sancti Michaelis, & in parte ſuperiori juxta prædictum Foſſatum eſt hortus ejuſdem Eccleſiæ: A Meridie ſunt vineæ Palatioli (*b*) & Terra, quam dictus Dominus Cardinalis emit a Petro Domini Jaquinti: Ab Occidente eſt etiam Terra, quam idem Dominus Cardinalis emit ab eodem Petro; In cujus parte idem Dominus Cardinalis conſtruxit clauſtrum cum Puteo, & quibuſdam domibus, quod clauſtrum adhæret ſupradicto Palatio Domini Cardinalis: A Septentrione eſt dicta Via publica, quæ ducit ad dictam Eccleſiam Sancti Petri, cum aliis confinibus, ſi quos habent dicta loca. Quæ omnia præſati Archipreſbyter, & Johannes dictus de Sancto Michaele vendiderunt, ut ſupra

Venditarum rerum pretio in Eccleſiæ utilitatem impenſo, Pontifex venditionem confirmat.

Inſtrumentorum ſeries ac tenor.

Qui eam venditionem, cum proprio tum alieno nomine inſtituant.

Quis emptor ſit; quæve contractus materies.

Rerum venditarum fines deſcribuntur.

---

nuimus pag. 25., ab Hadriani Mole ad Vaticanum uſque Templum protendebatur. Hanc Innocentius II. reficiendam curavit, quemadmodum Romanus Canonic. tit. 54. his verbis teſtatur: *Innocentius Papa II..... Porticum quoque Beati Petri uſque ad Sanctam Mariam in Traſpadinam novis trabibus reſtauravit, & ex magna parte novis & optimis tegulis cooperuit.*

(*a*) De Palatio Neroniano, vide quæ adnotavimus pag. 25.

(*b*) Fundum, qui in S. Leonis IX. Bulla fol. 25. *Palatiolum* appellatur, hic indigitari opinamur.

ſupra dictum eſt, ipſi Domino Cardinali, ad habendum, tenendum, poſſidendum, vendendum, permutandum, donandum, alienandum, & quicquid ſibi deinceps placuerit, perpetuo faciendum, cum omnibus, & ſingulis, quæ infra prædictos continentur confines, & cum acceſſibus, & egreſſibus ſuis uſque in vias publicas; & cum omnibus, & ſingulis, quæ ſupra ſe, vel infra, ſeu intra ſe habent, omnique jure, actione & uſu, quoquo modo pertinentibus ad dictam Eccleſiam Sancti Michaelis ex eis, vel pro eis, aut in ipſis rebus: quam venditionem, traditionem, & conceſſionem fecerunt dicti Archipresbyter, & Johannes pro pretio centum florenorum boni, & puri auri: Quod pretium dicti Archipresbyter, & Johannes confeſſi fuerunt, ſe a prædicto Domino Cardinali habuiſſe & recepiſſe, ac eis integre datum, ſolutum, & numeratum eſſe, in utilitatem ipſius Eccleſiæ convertendum: Exceptioni non dati, non ſoluti, & non numerati ſibi dicti pretii, & omni alii exceptioni renunciantes omnino: Et conceſſerunt eidem Domino Cardinali licentiam omnimodam, ut Poſſeſſionem dictarum Terrarum, & rerum cum confinibus ſuis ſuperius deſignatis, & aliis, ſi quos habent, deinceps per ſe, vel per alium ſua auctoritate recipere, & retinere valeat: Promittentes, prædictam venditionem, & omnia, & ſingula ſupraſcripta perpetuo rata, & firma habere, & contra non facere, vel venire per ſe, vel per alium aut alios aliqua cauſa vel ingenio, de jure vel de facto. Pro quibus omnibus & ſingulis firmiter obſervandis, obligaverunt ei omnia bona ſua, & dictæ Eccleſiæ, tam habita quam habenda. Ad hæc Venerabilis Pater Dominus Petrus Epiſcopus Monopolitan., qui prædictis omnibus præſens interfuit, de ſpeciali mandato Sanctiſſimi Patris Dñi Honorii Papæ IIII. prædicti, quod dixit ſibi ſuper hoc factum oraculo vivæ vocis, huic venditioni, traditioni, & conceſſioni auctoritatem præſtitit. Acta ſunt hæc Tybure in Hoſpitio dicti Dñi Cardinalis, præſentibus Domino Archione Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Dñi Papæ Capellano; Domino Stephano Jordani Canonico Paduan., Camerario; & Magiſtro Titio, Archipresbytero Eccleſiæ de Colle Vallis Elſæ Vulterranæ Diœceſis, Capellano dicti Dñi Cardinalis. Ego Juvenalis Petri de Narnia, auctoritate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Notarius prædictis interfui, & ea, ut ſupra leguntur, rogatus ſcripſi & publicavi. Item: In nomine Domini Amen. Noverint univerſi præſens Inſtrumentum publicum inſpecturi, quod coram Venerabili Patre Dño Petro Epiſcopo Monopolitan. conſtitutis Dño Leonardo de Jacobinis, Archipresbytero Eccleſiæ Sancti Michaelis Friſonum de Porticu Sancti Petri de Urbe; Johanne Donadei, dicto de Sancto Michaele; Presbytero Johanne, Filio quondam Jacobi de Orphanis; & Johanne, Filio Batholomæi Johannis Belli, Clericis ipſius Eccleſiæ Sancti Michaelis; iidem Presbyter Johannes, & Johannes Bartholomæi ſponte, pure, & libere acceptaverunt, approbaverunt, & ratificaverunt venditionem, & conceſſionem, quam præfati Dñs Leonardus Archipresbyter, & Johannes Donadei dudum fecerunt Reverendo Patri Domino Fratri Latino Oſtien. & Velletren. Epiſcopo Cardinali de ſolo, in quo ædificatum eſt Palatium ipſius Dñi Cardinalis juxta dictam Eccleſiam Sancti Michaelis cum quibuſdam terris, ſeu ſpatiis eidem Palatio adjacentibus, prout de hujuſmodi venditione conſtat Inſtrumento publico, manu mei Juvenalis Notarii infraſcripti confecto; Promittentes michi Notario, ſtipulanti nomine dicti Dñi Cardinalis, prædictam venditionem, & omnia & ſingula, quæ in dicto Inſtrumento venditionis continentur, rata & firma perpetuo habere & tenere, & contra ea, vel ipſorum aliqua nullo unquam tempore facere, vel venire ſub pœna dupli quantitatis pretii in dicto Inſtrumento contenti, qua pœna ſoluta vel non, omnia & ſingula ſupraſcripta rata & firma permaneant. Et inſuper tam dicti Presbyter Johannes, & Johannes Bartholomæi, quam etiam præfati Dñi Leonardus Archipresbyter, & Johannes Donadei confeſſi fuerunt, & recognoverunt expreſſe, pretium dictarum Terrarum, & rerum in dicto Inſtrumento venditionis contentum, eis a dicto Dño Cardinali eſſe ſolutum, & in utilitatem prædictæ Eccleſiæ fore converſum. Ad hæc prædictus Dñs Petrus Epiſcopus Monopolitan., qui prædictis omnibus præſens interfuit, de ſpeciali mandato Sanctiſſimi Patris Domini Honorii Papæ IIII., quod dixit ſibi ſuper hoc factum oraculo vivæ vocis, ſupradictis acceptationi, approbationi, ratificationi, promiſſionibus, & omnibus, ac ſingulis aliis ſupraſcriptis auctoritatem præſtitit. Acta ſunt hæc ſub anno Nativitatis Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſeptimo, Pontificatus dicti Dñi Honorii Papæ IIII. Anno Secundo, die Veneris XVII. die Menſis Januarii, Indictione XV., Romæ in Camera dictæ Eccleſiæ Sancti Michaelis, in qua hoſpitabatur Dñs Diomedes Canonicus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, præſentibus Venerabili viro Dño Cinthio Electo Capuano; Magiſtro Titio Archipresbytero Eccleſiæ de Colle Vallis Elſæ Vulterranæ Dioc., Capellano dicti Dñi Cardinalis; Presbytero Egidio

Pretii ſolutio, ac quantitas.

Pontificis auctoritate roboratur venditio.

Teſtium nomina.

Alterius Inſtrumenti tenor.

Clericorum Eccleſiæ S. Michaelis Cœtus univerſus venditionem ratam habet.

Pretium ſolutum, & in Eccleſiæ utilitatem fatentur impenſum.

Pontificis beneplacitum accedit.

Teſtium nomina.

gidio Archipresbytero Eccleſiæ Sancti Vincentii, quæ eſt juxta dictam Baſilicam (*a*), & Johanne de Sancto Victore Familiari dicti Electi hujus rei Teſtibus vocatis, & rogatis. Ego Juvenalis Petri de Narnia, auctoritate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Notarius prædictis interfui, & ea, ut ſupra leguntur, rogatus ſcripſi, & publicavi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Clauſula pœnalis adjicitur.

Dat. Romæ apud Sanctam Sabinam Kalendis Martii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

NICOLAUS IV.

Honorio IV. Nicolaus itidem IV. die 22. Februarii Anno 1288. ſuffectus, die autem 25. ejuſdem menſis & anni coronatus, Eccleſiam adminiſtravit annos 4. menſem 1. dies 14. obiitque pridie Nonas Aprilis Anno 1292.

Matthæo Rubeo Urſino, Vaticanæ S. Petri Baſilicæ Archipresbytero defert Lincolnienſis Eccleſiæ Canonicatum & Præbendam, ut plurima ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ onera facilius ſuſtinere valeat.

Ex Autogr. in Archivo noſtro Capitulari Capſ. 9. Faſc. 16.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Matheo Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, Archipresbytero Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1288.

Cardinalium dignitas, ab eorum curis pro Romana Eccleſia repetitur.

INter Prælatos Eccleſiæ Sanctæ Dei, Fratres noſtri Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, honore officii, & loci altitudine præminere noſcuntur, quorum ratione labores aſſiduos, qui ex emergentium undique negotiorum varietate humeris noſtris incumbunt, partiuntur operoſa ſedulitate nobiſcum: propter quod ab Apoſtolica Sede, tanto magis extolli præcipuis honoribus promerentur, & in ſuis petitionibus amplis favoribus exaudiri, quanto exquiſita ſuæ circumſpectionis induſtria circa præfata negotia dirigenda ſalubriter utilior invenitur. Attendentes autem quod Perſonatus, Dignitates, Canonicatus, & Præbendas, ceteraque Beneficia omnia curam animarum habentia, & alia quælibet, quæ apud Sedem Apoſtolicam vacationis ipſius tempore vacaverunt infra menſem a die noſtræ vocationis ad Apoſtolatus apicem, donationi Apoſtolicæ duximus reſervanda; quidquid de ipſis per quoſcumque ſcienter vel ignoranter, ſecus attemptatum fuiſſet antea, vel poſtmodum attemptari contingeret, inane prorſus & irritum decernendo. Conſiderantes quoque, quod tu qui Archipresbyteratus officium in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe geris, ipſius Baſilicæ onera plurima noſceris ſuſtinere, ac volentes ex certis cauſis preces tuas nobis in hac parte porrectas, favorabiliter exaudire, teque in ſupportandis facilius dictis oneribus adjuvare; Canonicatum & præbendam Lincolnien. Eccleſiæ (*b*) per obitum quondam Petri de Sabello Canonici ejuſdem Eccleſiæ, apud Sedem Apoſtolicam tunc carentem Paſtore vacantes, cum juribus & pertinentiis ſuis Apoſtolica tibi auctoritate conferimus, & providemus de illis, teque de ipſis per noſtrum anulum præſentialiter inveſtimus. Decernentes, prout eſt, irritum & inane, quidquid de dictis Canonicatu & Præbenda, eorumve pertinentiis quavis auctoritate ſecus attemptatum eſt hactenus, vel in futurum contigerit attemptari. Non obſtantibus quibuslibet ejuſdem Eccleſiæ ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate vallatis, aut ſi aliqui Apoſtolica, vel alia quavis auctoritate in eadem Eccleſia in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, quibus te volumus in prædictorum Canoni-

Cardinalem Urſinum in Romana Eccleſia, ac Vaticana Baſilica negociis exercitum, Lincolnienſis Eccleſiæ canonicum creat.

Clauſula derogatoria.

(*a*) De hoc Sancti Vincentii Templo nonnulla præmonuimus fol. 18. not. *a*. *Ornatas tres naves fornicatas licet anguſtas habebat, oſtium ad ortum ſolis, ex quibus decem & octo columnæ integræ marmoris glareati 20. fere pal. receptæ fuerunt.* Verba ſunt Jac. Grimaldi de hac Sacra Æde loquentis apud Martinell. Rom. Sacr. pag. 353. & ſeq.

(*b*) In Anglia; ut ſupra vidimus fol. 124. not. *c*.

Canonicatus & præbendæ aſſecutione præferri; ſed nullum per hoc, quo ad alios Canonicatus, & præbendas præjudicium generari: Sive ſi Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo, & Dilectis Filiis Capitulo Lincolnien. communiter, vel diviſim a Sede ſit indultum prædicta, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, quodque ad id compelli non poſſint, ſeu quod de præbendis ipſius Eccleſiæ, vel beneficiis ad eorum collationem ſpectantibus, nulli valeat provideri, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet alia prædictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat vel diſferri, & de qua, cujuſque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris literis ſpecialis mentio ſit habenda: Seu quod in diverſis locis nonnulla beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, quorum aliqua dignitates, ſeu perſonatus exiſtunt, de quibus plenam habemus certitudinem, dignoſceris obtinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ collationis, proviſionis, inveſtituræ, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Pœnalis clauſula.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum VII. Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Nobilem Virum Joannem de Vvocton. a ſubeunda, quam voverat, peregrinatione ad Sancti Petri Limina, abſolvi ea lege demandat, ut quidquid in Vaticani Templi viſitatione eſſet expenſurus, id curet ipſi Baſilicæ quamprimum conferri.

Ex Reg. I. Nicolai IV. Ep. 107. fol. 26. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Saresbirien.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1288.

Rem enarrat: Mater partus anguſtiis deterrita, vovet peregrinationem ad Limina Apoſtolorum.

Petitio dilecti Filii Nobilis Viri Joannis de Wocton militis tuæ Diœceſis Vicecomitis Wylteſiriæ nobis exhibita continebat, quod quondam Mater ejus tunc prægnans de ipſo, partus anguſtias quas nondum experta fuerat, verita; & per hoc ſe magis humilians Creatori, eidem votum emittendo promiſit, quod ſi partus ejus eſſet maſculus, devotionis & peregrinationis cauſa, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Limina viſitaret: prædictus quoque Nobilis illuminata mente conſpiciens, quod ipſe Creator clementer egerat cum eadem, quod per eam in hac parte geſtum fuerat, approbavit, & vovit inſuper eadem Limina perſonaliter viſitare. Cum autem ipſe Nobilis jam ſenio, & alias debilitate gravatus, & in Cariſſimi in Chriſto Filii noſtri Regis Angliæ Illuſtris in Vicecomitatu Wylteſyriæ ſervitiis moram trahens, necnon viarum longa ſpatia & diverſa diſcrimina eorum, quibus ſe ulterius exponere non eſt tutum eidem, veriſimiliter timens, ne poſſit exequi commode hujuſmodi votum ſuum; quod ipſe illud elemoſinis, & aliis piis operibus redimere, vel in aliud ſibi magis accomodum commutare poſſit, a nobis ſuppliciter poſtulavit. Dignum igitur arbitrantes, ut idem Nobilis favorem in hac parte apud nos inveniſſe lætetur, de tuæ Fraternitatis induſtria plene confiſi; præſentium tibi auctoritate committimus, ut ſuper hiis agens miſericorditer cum eodem, ipſum ab hujuſmodi voto auctoritate noſtra abſolvas; proviſo cautius, ut quod ipſe Nobilis foret in ſua viſitatione hujuſmodi expenſurus, eidem Baſilicæ quantocitius fideliter faciat aſſignari: Alioquin ab hoc non habeatur aliquatenus abſolutus. Reſcripturus nobis nihilominus quicquid in præmiſſis faciendum duxeris, & quid & quantum ipſe Nobilis propter hoc eidem Baſilicæ deſtinarit, per tuas litteras harum ſeriem continentes fideliter ſtudeas intimare.

Filius grandior factus, Materno ſe obſtrinxit voto, quod juſtis de cauſis implere nequit.

Voti commutatio, orta tamen ſub lege ac conditione permittitur.

Datum Reate Nonis Julii, Anno Primo.

Quas

Quas Romani Antiſtites viſitantibus Vaticanam D. Petri Baſilicam elargiti fuerant Indulgentias multiplices enumerat, ratas habet ac inſtaurat.

Ex Autogr. in Baſil. Vatic. Archiv. Capſ. 1. Faſc. 1.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Matheo Sanctæ M..... in Porticu Diacono Cardinali Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1289.

Vaticana Baſilica ceteris Orbis Eccleſiis Dignitate potior.

ILle qui ſolus ſuam fundavit Eccleſiam, & ſuper petram Fidei mox naſcentis erexit, Beato Petro æternæ vitæ Clavigero, Cæleſtis & terreni ſimul Imperii jura committens; inſignem ejus Baſilicam, ad honorem ipſius in Urbe conſtructam, & ſui nominis titulo inſignitam, tanto veneratione majori conſtituit digniorem, quanto ipſam inter ceteras Orbis Eccleſias dignitate præcellere voluit, & prærogativis pluribus decoravit. In ea namque ſui pretioſiſſimi Vultus Ymaginem, quam Veronicam Fidelium vox communis appellat, in ſingularis amoris inſigne tribuit venerari; In ea glorioſiſſimum Corpus ejuſdem ætherei Janitoris, & innumerabilium Martyrum, aliorumque Sanctorum venerandas Reliquias collocavit, ut quo plura in ipſa veneranda concurrerent, eo amplius erga eam cunctorum devotio & reverentia creſceret, & ad ipſam conflueret Fidelium multitudo, dans Domino laudem & gloriam, & pietatis officio venerans, ut ipſo aperiente, qui a Domino Claves Regni Cælorum accepit, Cæleſtis eis Aulæ janua referetur. Hanc itaque Sacroſanctam Baſilicam nonnulli Prædeceſſores noſtri Romani Pontifices cupientes a Chriſtifidelibus eo libentius & devotius viſitari, quo Fideles ipſi per hoc potiori dono gratiæ ſe refectos ſentirent; ſalubriter providerunt, quod eandem Baſilicam venerabiliter viſitantes, amplam ſuorum aſſequerentur veniam peccatorum. Nam ſicut ad nos, tam ex ſcriptis antiquis in Baſilica ipſa repertis, quam ex ſeniorum Canonicorum ejuſdem Baſilicæ relatione pervenit, prædicti Prædeceſſores omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, ad præfatam Baſilicam accedentibus reverenter, videlicet in Nativitatis Domini, Epyphaniæ, Cathedræ ipſius Sancti Petri, Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, Aſcenſionis Domini, & ejuſdem Sancti Petri ac Beati Pauli Apoſtoli, & Dedicationis prædictæ, ac ipſius Sancti Pauli Baſilicarum feſtivitatibus, ac per octo dies, eaſdem feſtivitates Epyphaniæ, & ipſorum Apoſtolorum, & Dedicationum Baſilicarum earundem immediate ſequentes, & quolibet die ab ipſa Feſtivitate dictæ Aſcenſionis uſque ad Octavas Feſti Pentecoſtes, necnon in die Dominica, qua cantatur Gaudete, & in Quinquageſima, ac de Paſſione diebus Dominicis, & Anniverſarii Conſecrationis majoris Altaris dictæ Baſilicæ (*a*), Cœnæ Domini, & Paraſceve, ac Letaniarum majorum (*b*) diebus, ac etiam die Lunæ poſt Paſcha, ſeptem annorum, & ſeptem quadragenarum; & ab Octavis Pentecoſtes hinc ad Feſtum ipſius Beati Petri, & ab Octavis ejuſdem Feſti Beati Petri uſque ad Kalendas Auguſti (*c*) die quolibet, trium annorum, & trium quadragenarum; viſitantibus autem ipſam a principio Quadrageſimæ uſque ad Feſtum Paſchæ quolibet die, & in ipſo Feſto, necnon & in feſtivitatibus Nativitatis, Purificationis, & Aſſumptionis prædictæ Beatæ Mariæ Virginis, Dedicationis, & Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli, Sanctorum Andreæ, Thomæ, Johannis Euangeliſtæ, Converſionis prædicti Sancti Pauli, ac Mathiæ, Jacobi, Bartholomæi, Mathæi, Lucæ, Symonis & Judæ, Nicolai, Luciæ, Stephani, Sylveſtri, Octavæ Nativitatis Domini

Quænam Baſilicam præcipua illuſtrent inſignia:

Multiplici Indulgentiarum theſauro a Sum. Pontificibus nobilitatur.

Dies enumerantur, in quibus ſeptem annorum, totidemque quadragenarum Indulgentia conceditur.

Dies alii ad trium Annorum & trium quadragenarum;

Alii ad Anni unius & dierum quadraginta Indulgentias lucrandas deſignati.

(*a*) Quam pervetus ejuſdem Baſilicæ Martyrologium ſic enunciat: *VIII. Kal. Aprilis . . . Conſecratio Altaris Majoris Baſilicæ Beati Petri facta a Callixto Papa Secundo cum univerſo Concilio, anno ejus V. Indictione prima.* Ipſam indigitat Calendarium, quod præmittitur Reſponſoriali ac Antiphonario Rom. Eccl. juxta veterem uſum Canonicorum S. Petri, apud Ven. Card. Thomaſium: Romanus vero Canonic. tit. 54. his verbis commemorat: *Beatæ quoque recordationis Dominus Calliſtus Papa II. . . . Altare B. Petri, quod nimia vetuſtate, & lapidum percuſſionibus quodammodo violatum videbatur, optimis marmoribus veſtivit & decoravit; & in feſto Annunciationis B. Mariæ cum toto Concilio lapidem Altaris ſatis honorifice & devote conſecravit: In qua videlicet conſecratione prædictus Dominus Papa Callixtus, ſicut invenimus in Libris noſtris ſcriptum, & a Majoribus noſtris accepimus, fecit remiſſionem ad eam devote venientibus trium annorum annualiter: Et cancellis ferreis, ut apparet, prædictum Sacroſanctum Altare circumſepſit.* Id ipſum prodit Maph. Vegius in Opuſc. de rebus antiquis memorabilibus Baſilicæ S. Petri lib. 2.

(*b*) Conſulatur Alexandri IV. Bulla ſuperius allata fol. 141.

(*c*) Videſis tum Gregorii IX. Diploma fol. 123. tum Urbani IV. Bullam pag. 143.

(*a*) Et

Digitized by Google

Domini, Sancti Gregorii, Sancti Longini, Inventionis, & Exaltationis Sanctæ Crucis, Sanctæ Petronillæ, Sanctorum Johannis & Pauli, Sancti Leonis, Sanctorum Proceſſi & Martiniani, Sancti Alexii, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Sancti Laurentii, Sancti Egidii, omnium Sanctorum, Dedicationis Baſilicæ Salvatoris, Conſecrationis Altaris Sanctæ Mariæ de Cancellis, in ipſa Eccleſia conſtructi, quæ octavo Idus Octobris occurrit (*a*); necnon omnibus diebus quatuor Temporum, unius anni & quadraginta dierum; & reliquis ſingulis anni diebus, quadraginta dierum remiſſiones ſuorum peccaminum conceſſerunt. Nos igitur, qui præfatæ Baſilicæ honoris & decoris augmentum, præcipue ob reverentiam prædicti Beati Petri Apoſtolorum Principis, cujus nos, licet immeritos, divina diſpoſitio eſſe voluit ſucceſſores, totis deſideriis affectamus; præfatas remiſſiones a prædictis Prædeceſſoribus ſic conceſſas, ratas & gratas habentes, illas auctoritate Apoſtolica approbamus: & ut Chriſtifideles ad ipſam Baſilicam venientes reddantur de acquirendis talibus remiſſionibus certiores, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis in ſingulis Feſtivitatibus, atque diebus prædictis, quibus ipſi Baſilicam ipſam dicti Principis Apoſtolorum perſonaliter viſitabunt, de Omnipotentis Dei miſericordia, & eorumdem Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi, de novo remiſſiones hujuſmodi miſericorditer elargimur.

Quovis anni die quadraginta dierum Indulgentia acquiritur.

Prædictas Indulgentiarum conceſſiones approbat, & confirmat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem VI. Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Vaticanam D. Petri Baſilicam viſitantes, Indulgentiis cumulat; Quæ Prædeceſſores Romani Pontifices hac in re ſanciverant, firma eſſe decernit (*b*).

Ex Regeſt. 1. Nicolai IV. Epiſt. 79. fol. 104. an. 2. apud Archivum Apoſt. Vatic.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis M.... (c) Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1289.

Vaticanæ Baſilicæ laudes ex ejus Dignitate, ac Populorum veneratione, ex Sacrorum monumentorum nobilitate.

Ille qui ſolus ſuam fundavit Eccleſiam, & ſuper Petram fidei mox naſcentis erexit, Beato Petro eternæ vitæ clavigero, Cæleſtis & Terreni ſimul Imperii jura committens, inſignem ejus Baſilicam ad honorem ipſius in Urbe conſtructam & ſui nominis titulo inſignitam tanto veneratione majori conſtituit digniorem, quanto ipſam inter ceteras Orbis Eccleſias dignitate præcellere voluit, & prærogativis pluribus decoravit. In ea namque ſui pretioſiſſimi Vultus ymaginem, quam Veronicam Fidelium vox communis appellat, in ſingularis amoris inſigne tribuit venerari. In eaglorioſiſſimum Corpus ejuſdem ætherei Janitoris, & innumerabilium Martyrum aliorumque Sanctorum venerandas Reliquias collocavit, ut quo plura in ipſa veneranda concurrerent, eo amplius erga eam cunctorum devotio & reverentia creſceret, & ad ipſam conflueret Fidelium multitudo dans Domino laudem & gloriam & pietatis officio venerans, ut ipſo aperiente, qui a Domino claves Regni Cælorum accepit, Cæleſtis eis Aulæ janua referetur. Cupientes igitur eandem Baſilicam congruis honoribus frequentari, & Fideles Chriſti ad complacendum ei quaſi quibuſdam illectivis præmiis, indulgentiis videlicet & remiſſionibus invitare, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, ſingulis anni diebus, quibus ipſi eandem Baſilicam perſonaliter viſitabunt, unum annum & quadraginta dies; a Dominica vero de Adventu uſque ad primam Dominicam poſt Octavas Epiphaniæ, & a Dominica Quinquageſimæ hinc ad Octavas Paſcæ quolibet die, tres annos & tres quadragenas; in ſingulis quoque Feſtivitatibus tam Beatæ Mariæ Virginis, ſcilicet Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Aſſumptionis, & cujuſlibet Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, ac Sanctorum Michaelis Archangeli, Andreæ, Matthiæ, Nicolai, Gregorii, Longini, Antonii, Leonis, Proceſſi & Martiniani, Martini, Franciſci, omnium Sanctorum, & Converſionis Beati Pauli Apoſtoli, ac Sanctarum Luciæ, Mariæ Magdalenæ, atque Claræ Virginis, Anniverſariis diebus Conſecrationis Altaris Sanctæ Mariæ de Cancellis

Indulgentiarum quæ Baſilicam viſitantibus conceduntur, ſeries.

Singulis anni diebus, annum unum & dies quadraginta elargitur;
In aliis, quas recenſet Feſtivitatibus, annos tres, totidemque quadragenas.

Aliis quibuſdam diebus, duos annos, duas item quadragenas diſpenſat.

(*a*) Et de qua ſupra diximus pag. 156. not. *b*. Ubi tamen adnotandum, veteres noſtræ Baſilicæ Rituales libros Conſecrationem prælaudati Altaris viii. Idus Novembris conſignate.

(*b*) Conferendum præcedens Diploma.

(*c*) Matthæo Rubeo Urſino.

Cancellis in Baſilica prædicta conſtructi, quæ octavo Idus Octobris occurrit, ac Dedicationis Baſilicæ Salvatoris, necnon & in ſingulis diebus, quibus eſt Statio in ipſa Baſilica ordinata; de Omnipotentis Dei miſericordia, & prædictorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, duos annos & duas quadragenas de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus: Remiſſionibus ſeu Indulgentiis accedentibus ad eandem Baſilicam alias a nonnullis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris conceſſis, quas etiam nos ipſi nuper approbavimus, ac ut Chriſtifideles ad dictam Baſilicam venientes reddantur ad acquirendis ipſis remiſſionibus certiores, de novo duximus concedendas, in ſuo robore nichilominus duraturis.

Alias quas Prædeceſſores conceſſere Indulgentias confirmat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Quinto Kalendas Martii, Anno Secundo.

Præcipitur, ut Abbas & alii Fratres Monaſterii S. Salvatoris Montis Acuti, qui Ciſtercienſi Cœnobio ſubjectionem profiteri detrectabant, eorumque Monaſterium ſuppoſuerant Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; ſeſe infra viginti dierum ſpatium Romano Pontifici ſiſtant.

Ex Regeſt. I. Nicolai IV. Ep. 711. fol. 270. an. 2. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo & Dilecto Filio Abbati Monaſterii Sancti Petri Peruſin., Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1290.

Superbiæ vitium Religioſos Viros dedecet quam maxime.

Etſi Deo & Hominibus ſit in cunctis exoſa ſuperbia; in hiis tamen qui abnegantes ſe ipſos, ut fugiant ſtrepitus ſeculares, in Caſtris clauſtralibus ſe recipiunt, tanto eſt abhominabilius deteſtanda, quanto de humilitatis altitudine cum Angelo Apoſtata gravius corruentes qui Angelis, Mundo, & hominibus facti ſpectaculum ſperabantur in reſurrectionem futuri multorum, efficiuntur plurimis in ſcandalum & ruinam. Sane Dilecti Filii de Bellavalle & de Thela Monaſteriorum Abbates Ciſtercien. Ordinis in noſtra propoſuerunt præſentia conſtituti, quod licet Monaſterium Ciſtercii per quinquaginta annos & amplius habuerit & tenuerit Monaſterium Montis Acuti (a) ejuſdem Ordinis veluti Filiam ſpecialem; ac Abbas ejuſdem Monaſterii Ciſtercii, prout ad eum ſpectare dinoſcitur, in eodem Monaſterio Montis Acuti per ſe & alios viſitationis & correctionis Officium duxerint impendendum, ac perſonæ in eodem Monaſterio Montis Acuti degentes, ejuſdem Ciſtercien. Ordinis ſervaverint inſtituta; tam Frater Egidius qui pro ejuſdem Monaſterii Montis Acuti Abbate ſe gerit, & nonnulli de Conventu ejuſdem ad inobedientiæ devia declinantes, a præfati Monaſterii Ciſtercii obedientia ſe temere ſubtraxerunt, Monaſterium ipſum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ſupponentes de facto, cum de jure non poſſent, ſeu recognoverunt fore ſubjectum, vel paſſi ſunt ſe ſuper hoc ſub quodam fictionis velamine condemnari; Viſitatores nuper per eundem Abbatem Ciſtercii deſtinatos ad eos, recipere recuſantes; Viſitatorum ipſorum renuerunt accipere diſciplinam, ſe alium profiteri Ordinem aſſerentes. Quare fuit nobis ex parte ipſius Abbatis Ciſtercii humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc ſalubre remedium apponere curaremus. Nos itaque, qui Eccleſiarum omnium ex Officii noſtri debito ſolicitudinem gerere tenemur & curam, eorumdem Ciſtercien. & Montis Acuti Monaſteriorum indemnitatibus obviare, & ab eis litigiorum materiam amputare volentes; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum per vos ſeu alium vel alios prædictum Fratrem Egidium, ac Fratrem Petrum quondam Abbatem, & Fratrem Balduinum Tranſmontanum, & ſex alios de Conventu prædicto, de quibus vobis videbitur expedire, ac Conventum ipſum ſæpedicti Monaſterii Montis Acuti ex par-

Monaſterium Montis Acuti, ut diſciplinæ jugum excutiat, Baſilicæ Vaticanæ ſe ſubjicit.

Refractarios Monachos ad judicium Romæ habendum vocari mandat.

(a) Monaſterium S. Salvatoris de Monte Acuto, alias de Monte Aucto in Peruſina Diœceſi collocant Nicolai IV. Literæ ad Andream de Fracta, & Uguitonem Marchionem de Monte Mejano, Summi Pontificis Capellanum & Canonicum Rothomagenſem datæ Kalend. Maji anno tertio, quæ extant apud Archivum Apoſt. Vat. in Regeſto 2. ejuſdem Nicolai IV. epiſt. 152. fol. 25. Idem profecto eſſe ac Monaſterium S. Salvatoris ſub Monte Caſtellionis nunc *Monte Corona* jam pridem erectum, ſcribunt, Auguſtin. Lubin. fol. 225., & ab ipſo laudatus Ludov. Jacobilli.

(a) Ex-

ex parte noſtra peremptorie citare curetis, ut infra viginti dierum ſpatium poſt citationem veſtram Abbas, & alii nominati & dicti ſex perſonaliter, prædicti vero Conventus per Procuratorem idoneum cum omnibus juribus & munimentis ſuis negotium hujuſmodi contingentibus noſtro ſe conſpectui repræſentent, facturi & recepturi, quod ordo dictaverit rationis, ac ordinationi & mandatis noſtris totaliter parituri: diem vero citationis & formam & quicquid inde feceritis, nobis per veſtras litteras harum ſerie continentes fideliter intimare curetis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem iiii. Idus Januarii, Anno Secundo.

Canonicis in Vaticana S. Petri Baſilica reſidentibus, quorumlibet Beneficiorum ad quaſcumque Eccleſias pertinentium, animarum tamen cura vacantium, fructus percipere indulget; quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis.

Ex Autogr. in Baſil. noſtræ Tabular. Capſ. 6. Faſc. 264.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1290.

Par cum ſuperioribus Bullæ exordium.

ILle qui ſolus Romanam fundavit Eccleſiam, & ſupra petram Fidei mox naſcentis erexit, Beato Petro æternæ vitæ Clavigero, Cæleſtis & terreni ſimul Imperii jura committens, inſignem ejus Baſilicam ad honorem ipſius in Urbe conſtructam, & ſui nominis titulo inſignitam, tanto veneratione majori conſtituit digniorem, quanto ipſam ceteras dignitate præcellere voluit, & prærogativis pluribus decoravit. In ea namque ſui precioſiſſimi Vultus ymaginem, quam Veronicam Fidelium vox communis appellat, in ſingularis amoris inſigne tribuit venerari, & in ea glorioſiſſimum Corpus ejuſdem ætherei Janitoris ac innumerabilium Martirum, aliorumque Sanctorum venerandas Reliquias collocavit, ut quo plura in ipſa veneranda concurrerent, eo amplius erga eam cunctorum devotio & reverentia creſceret, & ad ipſam confluerent Fidelium multitudo, dans Domino laudem & gloriam, & pietatis oſfitio venerans, ut ipſo aperiente, qui a Domino claves Regni Cælorum accepit, Cæleſtis Aulæ janua referetur. Cupientes igitur in eadem Baſilica divini Nominis cultum augeri, ut eo devotius atque frequentius inibi debitas Deo laudes exolvi, quo ipſius Baſilicæ Canonici, qui nunc reſident, & pro tempore reſidebunt in ea, majorem a Sede Apoſtolica fuerint gratiam conſecuti, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut ſinguli veſtrum, necnon & ſinguli futuri Baſilicæ præfatæ Canonici fructus, redditus, & proventus omnium & ſingulorum Canonicatuum, Præbendarum, Officiorum, Perſonatuum, Dignitatum, ac Beneficiorum Eccleſiaſticorum, curam non habentium animarum, quæ in quibuſcumque Eccleſiis ſive locis obtinent & quæ etiam obtinebunt, percipere valeant, cotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis, reſidendo in Baſilica memorata tanto tempore ſecundum morem reſidendi, qui inibi obſervatur vel obſervabitur in futurum, quanto in eiſdem Eccleſiis vel locis perſonaliter reſidendo eſſent fructus, redditus, & proventus hujuſmodi percepturi; nec interim ad reſidendum in ipſis Eccleſiis ſive locis perſonaliter teneantur, nec ad id a quoquam valeant coarctari: Non obſtantibus ſi aliqui veſtrum, vel futurorum Canonicorum ſæpedictæ Baſilicæ in ipſis Eccleſiis ſive locis, in quibus hujuſmodi Canonicatus, & Præbendas, Officia, Beneficia, & Dignitates obtinent vel etiam obtinebunt, non fecerint primam perſonalem reſidentiam conſuetam; & contrariis earumdem Eccleſiarum conſuetudinibus vel ſtatutis, juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, ſeu quacumque firmitate alia roboratis; etiamſi de illis ſervandis, & non impetrandis per ſe vel alium literis Apoſtolicis contra ea, nec de impetratis utendo per ſe vel per Procuratores ſuos præſtiterint, vel eis in antea præſtare contigerit juramenta: ſive ſi locorum Ordinariis, vel aliquibus aliis a præfata Sede indultum exiſtat, vel medio tempore indulgeri contingat, quod Canonicos & alios in dictis Eccleſiis Beneficia obtinentes, poſſint compellere ad reſidendum perſonaliter in eiſdem, aut quibuſcumque Privilegiis, Indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, quibuſvis dignitatibus, locis, ſeu Perſonis, generaliter vel ſpecialiter ſub quacumque forma vel conceptione verborum ab eadem Sede conceſſis, & in

Jus tribuit Canonicis, ut modo Baſilicæ Vaticanæ inſerviant, ex aliis Beneficiis quibuſcumque, exceptis Parochialibus, fructus percipiant.

Excipit quotidianas Diſtributiones.

Clauſulas derogatorias inſerit ampliſſimas.

& in poſterum concedendis, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat vel differri; & de quibus de verbo ad verbum in præſentibus ſpecialis & expreſſa mentio ſit habenda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere &c. Si quis autem &c.

Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Id. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Privilegii in ſuperiori Bulla conceſſi executionem demandat.

Ex Autogr. in Archivo noſtro Capitulari Capſ. 6. Faſc. 264. (a).

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Mathæo Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, Archipresbytero Baſilicæ Principis Apoſtolorum &c... Sancti Pauli de Urbe, ac Sancti Germani de Pratis Pariſien. Monaſteriorum Abbatibus; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1290.

Baſilica S. Petri ceteris Eccleſiis dignitate major, ac dignior veneratione.

ILle qui ſolus Romanam fundavit Eccleſiam, & ſupra petram Fidei mox naſcentis erexit, Beato Petro æternæ vitæ Clavigero, cæleſtis & terreni ſimul Imperii jura committens, inſignem ejus Baſilicam ad honorem ipſius in Urbe conſtructam, & ſui nominis titulo inſignitam, tanto veneratione majori conſtituit digniorem, quanto ipſam ceteras dignitate præcellere voluit, & prærogativis pluribus decoravit. In ea namque ſui precioſiſſimi Vultus ymaginem, quam Veronicam Fidelium vox communis appellat, in ſingularis amoris inſigne tribuit venerari, & in ea glorioſiſſimum Corpus ejuſdem ætherei Janitoris ac innumerabilium Martirum, aliorumque Sanctorum venerandas Reliquias collocavit, ut quo plura in ipſa veneranda concurrerent, eo amplius erga eam cunctorum devotio & reverentia creſceret, & ad ipſam conflueret Fidelium multitudo, dans Domino laudem & gloriam, & pietatis offitio venerans, ut ipſo aperiente, qui a Domino claves Regni Cælorum accepit, Cæleſtis Aulæ janua referetur. Cupientes igitur in eadem Baſilica Divini Nominis cultum augeri, ut eo devotius atque frequentius inibi debitas Deo laudes exolvi, quo ipſius Baſilicæ Canonici, qui nunc reſident, & pro tempore reſidebunt in ea, majorem a Sede Apoſtolica fuerint gratiam conſecuti; Dilectis Filiis ... Priori, & Capitulo præfatæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe litterarum noſtrarum auctoritate duximus indulgendum, ut ipſorum ſinguli, necnon & ſinguli futuri Baſilicæ præfatæ Canonici fructus, redditus, & proventus omnium & ſingulorum Canonicatuum, Præbendarum, Offitiorum, Perſonatuum, Dignitatum, ac Beneficiorum Eccleſiaſticorum, curam non habentium animarum, quæ in quibuſcumque Eccleſiis ſive locis obtinerent, & quæ etiam obtinebunt, percipere valeant, cotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis, reſidendo in Baſilica memorata tanto tempore, ſecundum morem reſidendi, qui nunc obſervatur vel obſervabitur in futurum, quanto in eiſdem Eccleſiis vel locis perſonaliter reſidendo eſſent fructus, redditus, & proventus hujuſmodi percepturi; nec interim ad reſidendum in ipſis Eccleſiis ſive locis perſonaliter teneantur, nec ad id a quoquam valeant coarctari: Non obſtantibus, ſi aliqui ipſorum vel futurorum Canonicorum ſæpedictæ Baſilicæ in ipſis Eccleſiis ſive locis, in quibus hujuſmodi Canonicatus, Præbendas, Officia, Beneficia, & Dignitates obtinent vel etiam obtinebunt, non fecerint primam perſonalem reſidentiam conſuetam, & contrariis earundem Eccleſiarum conſuetudinibus vel ſtatutis juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, ſeu quacumque firmitate alia roboratis; etiamſi de illis ſervandis, & non impetrandis per ſe, vel alium literis Apoſtolicis contra ea, nec de impetratis utendo per ſe vel per Procuratores ſuos præſtiterint, vel eos in antea præſtare contigerit juramenta; ſive ſi locorum Ordinariis, vel aliquibus aliis a præfata Sede indultum exiſteret, vel medio tempore indulgeri contingeret, quod Canonicos & alios in dictis Eccleſiis Beneficia obtinentes poſſent compellere ad reſidendum perſonaliter in eiſdem; Aut quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſterent, quibuſvis dignitatibus, locis, ſeu Perſonis generaliter vel ſpecia-

Multis Baſilica nobilitatur monumentis.

Pontificia in Canonicos munificentia euſque protenditur, ut ex aliis quas poſſident Prabendis, Parochialibus exceptis, etſi non reſideant, modo Baſilicæ inſerviant, fructus percipiant.

Quibuſcumque contrariis non obſtantibus.

(a) Extat & in Regeſt. 2. Tabular. Secr. Apoſt. Vatic. Ep. Cur. 40. fol. 164. ubi & reperitur aliud plane geminum Diploma ad Archipresbyterum Vaticanæ Baſilicæ datum.

ſpecialiter ſub quacunque forma vel conceptione verborum ab eadem Sede conceſſis & in poſterum concedendis, per quæ in eiſdem litteris non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus hujuſmodi gratiæ impediri vel diſferri valeret, & de quibus de verbo ad verbum in dictis litteris ſpecialis & expreſſa mentio eſſet habenda. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel duo aut unus veſtrum, per vos vel per alium ſeu alios præfatis Canonicis præſentibus, & futuris faciatis præfatos fructus, redditus, & proventus, juxta hujuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem integre miniſtrari (a); non obſtantibus omnibus ſupradictis: Aut ſi aliquibus, cujuſcunque conditionis, ſtatus, vel dignitatis exiſtant, a Sede ſit indultum eadem, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Ceterum volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, ut a Data præſentium plena ſit vobis, & veſtrum cuilibet in præmiſſis omnibus & eorum ſingulis poteſtas, & juriſdictio attributa, quodque in eo vigore, illaque firmitate poſſitis auctoritate præmiſſa in prædictis omnibus, & pro prædictis per vos, vel per alium, ſeu alios procedere, acſi veſtra juriſdictio in prædictis omnibus & ſingulis per citationem, aut inſinuationem, vel præſentationem earum, ſive per modum alium perpetuata legitimum extitiſſet.

Ad ejuſmodi Conſtitutionis exequutionem, plenam tribuit juriſdictionem, a Data præſentium litterarum promanantem.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Idibus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Abbatem & Conventum Monaſterii S. Salvatoris de Monte Acuto, qui Cœnobio Ciſtercienſi obedientiam denegabant, eorumque Monaſterium ſubjecerant Vaticanæ S. Petri Baſilicæ; ab alienandis quoquo modo Bonis ejuſdem Cœnobii S. Salvatoris cohiberi demandat.

Ex Regeſt. II. Nicolai IV. Epiſt. 152. fol. 25. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Andreæ de Fracta Filiorum Huberti Eugubin. Dioceſis, & Uguitoni Marchioni de Monte Mejano, Cappellano noſtro, Canonico Rothomagen.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1290.

Controverſiam in alia Bulla propoſitam enarrat.

Pridem Dilecti Filii de Bellavalle, & de Thela Monaſteriorum Abbates Ciſtercien. Ordinis in noſtra propoſuerunt præſentia conſtituti, quod licet Monaſterium Ciſtercii per quinquaginta annos & amplius habuerit & tenuerit Monaſterium Montis Acuti ejuſdem Ordinis Peruſin. Dioceſ. veluti Filiam ſpecialem; ac Abbas ejuſdem Monaſterii Ciſtercii, prout ad eum ſpectare dinoſcitur, in eodem Monaſterio Montis Acuti per ſe & alios viſitationis & correctionis officium duxerit impendendum, ac Perſonæ in eodem Monaſterio Montis Acuti degentes ejuſdem Ciſtercien. Ordinis ſervaverint inſtituta; tamen Frater Egidius qui pro ejuſdem Monaſterii Montis Acuti Abbate ſe gerit, & nonnulli de Conventu ejuſdem ad inobedientiæ devia declinantes, a præfati Monaſterii Ciſtercii obedientia ſe temere ſubtraxerunt, Monaſterium ipſum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ſupponentes de facto, cum de jure non poſſent, ſeu recognoverunt fore ſubjectum, vel paſſi ſunt ſe ſuper hoc ſub quodam fictionis velamine condemnari; propter quod Viſitatores nuper per eundem Abbatem Ciſtercii deſtinatos ad eos admittere recuſantes, Viſitatorum ipſorum renuerunt recipere diſciplinam, ſe alium profiteri Ordinem aſſerendo. Quare fuit nobis ex parte ipſius Abbatis Ciſtercii humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc ſalubre remedium apponere curaremus. Unde nos qui Eccleſiarum omnium ex Officii noſtri debito ſolicitudinem gerere tenemur & curam, eorumdem Ciſtercien. & Montis Acuti Monaſteriorum indemnitatibus præcavere, & ab eis litigiorum materiam amputare volentes; eundem Fratrem Egidium, ac Fratrem Petrum quondam Abbatem, & Fratrem Balduinum Tranſmontanum, & ſex alios de Conventu

Ut controverſiæ occurreret, Pontificii providentia.

(a) Hæc Bulla fuit executioni mandata contra Canonicos Sanctæ Mariæ Tranſpadinæ per Gulielmum Abbatem Monaſterii Sancti Pauli de Urbe; uti conſtat ex Proceſſu exiſtente in Archivo noſtro Capitulari Capſ. 6. Faſc. 265.

(a) Num-

ventu prædicto ac etiam Conventum ipſum ſæpedicti Monaſterii Montis Acuti ex parte noſtra peremptorie citari mandavimus, ut infra certi temporis ſpatium poſt citationem hujuſmodi Abbas & alii nominati & dicti ſex perſonaliter, prædicti vero Conventus per Procuratorem ydoneum cum omnibus juribus & munimentis ſuis negotium hujuſmodi contingentibus noſtro ſe conſpectui repræſentent, facturi & recepturi ſuper hiis quod ordo exigeret rationis, ac ordinationi & mandatis noſtris totaliter parituri. Intendentes igitur præfati Monaſterii Montis Acuti providere commodis & indemnitatibus præcavere, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Abbati & Conventui ejuſdem Monaſterii Montis Acuti vos vel alter veſtrum, per vos vel per alium ſeu alios ex parte noſtra diſtrictius inhibere curetis, ne hujuſmodi durante litigio quicquam de bonis aut juribus ad dictum Monaſterium Montis Acuti quomodolibet pertinentibus vendere ſeu concedere aut alienare vel diſtrahere quoquo modo præſumant. Nos enim nihilominus ex nunc irritum & inane decernimus, ſi quid contra hujuſmodi veſtram, immo potius noſtram inhibitionem per quemcumque quavis auctoritate contigerit attentari.

Præcipit ut Monachi Montis Acuti, pendente lite, nihil de bonis Monaſterii alienare præſumant.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Kalend. Maji, Anno Tertio.

Quæ Vaticanum Capitulum inter, ac Abbatem & Conventum Ciſtercien. vertebatur, controverſiam ſic dirimit; ut his vindicet poſſeſſionem confirmandi, viſitandi, corrigendi & reformandi in Monaſterio S. Salvatoris de Monte Acuto; illi vero cenſum unius Bizantii aurei quotannis ab ipſo Monaſterio perſolvendum adjudicet, & jus proprietatis ſuper ſubjectione ejuſdem Cœnobii integrum eſſe decernat.

Ex Reg. II. Nicolai IV. Ep. 306. fol. 59. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

AN. CH. 1290.

Religioſæ vitæ fervorem extinguit diſcordia.

Circa dirimendas lites, & diſcordias ſopiendas inter Divini cultus & Regularis obſervantiæ profeſſores, Apoſtolicæ ſollicitudinis partes apponimus; ne impliciti litigiorum anfractibus aut diſſentionum fluctuationibus involuti, erga divina Myſteria tepeant, & a bonis operibus, quibus vacare decreverant, reſipiſcant. Sane pro parte Dilectorum Filiorum Abbatis & Conventus Monaſterii Ciſtercien. fuit propoſitum coram nobis, quod licet felicis recordationis Gregorius Papa IX. prædeceſſor noſter in Monaſterio Sancti Salvatoris de Monte Acuto, quod ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinens, quaſi totaliter erat in ſpiritualibus & temporalibus deſolatum; cupiens Ciſtercien. Ordinem & ſalubres ipſius Ordinis obſervantias propagare, auctoritate Apoſtolica ſtatuiſſet, ut prædictum Monaſterium Sancti Salvatoris, ac Abbates & Conventus ibidem ex tunc ordinandi eidem Monaſterio Ciſtercien. abinde ſecundum ſtatuta ipſius Ciſtercien. Ordinis ſubiacerent immediate reverentia filiali, Romanæ Eccleſiæ in omnibus jure ſalvo; ac Abbates Ciſtercien. ex tunc jam per quinquaginta annos & amplius exercuerunt in eodem Monaſterio Sancti Salvatoris, viſitationis, correctionis & reformationis officium pacifice & quiete, quoties ipſi expediens cognoverunt: tamen Abbas & Conventus prædicti Monaſterii Sancti Salvatoris nuper ab obedientia Abbatum Ciſtercien. & ſubiectione ipſius Ciſtercien. Ordinis ſe temere ſubtrahentes, ſe ac præfatum Monaſterium Sancti Salvatoris Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quantum in eis extitit de facto, cum de jure non poſſent, temeritate propria ſummiſerunt. Cumque Abbas & Conventus Sancti Salvatoris prædicti Viſitatores ipſius Ciſtercien. Ordinis per dictum Abbatem Ciſtercii ad hoc deſtinatos ad exercendum in illo, prout ad eos ſpectabat, prædictum Viſitationis officium, admittere indebite recuſaſſent, ſe fuiſſe profeſſos alium Ordinem prætendendo: Nos demum ad eorundem Abbatis & Conventus Ciſtercien. devotam ſupplicationis inſtantiam, memoratum Abbatem & quoſdam ex Monacis eiuſdem Monaſterii Sancti Salvatoris ad noſtram ſecimus præſentiam propter hoc perſonaliter evocari: quibus demum ac Procuratore dictæ Baſilicæ comparentibus coram Nobis, Nos attendentes, quod idem Procurator prætendebat, dictum Monaſterium Sancti Salvatoris prædictæ Baſili-

Hic rerum ſtatus. Monaſterium Montis Acuti a Gregorio IX. Ordini Ciſtercienſi ſubjicitur.

Ciſtercienſium in Monaſterium juriſdictio quinquaginta annorum ſpatio exercetur.

Ut juriſdictionem effugiat; Monaſterium, Baſilicæ Vaticanæ ſe ſubjicit.

Pontifex, acceitis Partibus, cauſam expendit.

Baſilicæ fore ſubiectum, ac in illo Viſitationem, Correctionem, & Reformationem ad eiuſdem Baſilicæ Capitulum pertinere; quodque Abbas & Conventus Sancti Salvatoris nominati unum Biſantium Auri (a) Cenſus nomine in ſubiectionis ſignum dictæ Baſilicæ dare annis ſingulis tenebantur; & quod ſuper quæſtione, quam inter prædictum Capitulum ex parte una, & præfatos Abbatem & Conventum Sancti Salvatoris ſuper hoc ex altera agitatam fuiſſe dicebat, pro dicto Capitulo diffinitiva ſententia fuerat per certos Delegatos deputatos ſuper hoc a Sede Apoſtolica promulgata; præfatis Abbate & Conventu Ciſtercien. proponentibus ex adverſo, quod prædicta ſententia lata fuerat prætextu quarundam litterarum Apoſtolicarum ſuper alienatione ac diſtractione bonorum ipſius Baſilicæ nomine dicti Capituli ad eoſdem Judices obtentarum, quarum auctoritas ad negotium ſubjectionis hujuſmodi ſe nullatenus extendebat, infra quatuor menſium ſpatium ab earum impetrationis tempore, ac eodem Abbate Ciſtercii non monito nec citato: ac volentes ſuper hiis plenius informari, Dilecto Filio noſtro P.... (b) Tituli S. Marci Presbytero Cardinali commiſimus oraculo vivæ vocis, ut receptis interrogatoriis, quæ tam Abbas & Conventus Ciſtercien., quam Capitulum memorati facere ac exhibere vellent, ab Abbate ac Monachis Sancti Salvatoris præfatis ſecundum eadem interrogatoria & alias, prout expedire videret, quid ſuper prædictis viſitatione, correctione, & reformatione in dicto Monaſterio obſervatum fuerit diligenter inquireret, & exquiſita nobis referret poſtmodum diligenter.

Ad pleniorem cauſæ cognitionem Judicem deſignat.

Nos igitur ex relatione ipſius Cardinalis nobis ſuper hoc facta plenius intellecto, quod ſæpedicti Abbas, & Monachi Sancti Salvatoris ſuper interrogatoriis hinc inde datis in jndicio interrogati, confeſſi fuerunt, Abbates Ciſtercii a tempore quo idem Prædeceſſor noſter G.... (c) Monaſterium S. Salvatoris eidem Ciſtercien. Ordini, ut præmittitur, ſummiſiſſe dinoſcitur, fuiſſe in poſſeſſione vel quaſi exercendi in prædicto Monaſterio Sancti Salvatoris confirmationem, viſitationem, correctionem, & reformationem hujuſmodi pacifice & quiete uſque ad tempus ipſius diffinitivæ ſententiæ promulgatæ; & quod de ſolutione prædicti cenſus duo Inſtrumenta antiqua ante conceſſionem dicti Privilegii confecta, fuerant exhibita coram, & in quibus continebatur, quod Abbas Sancti Salvatoris prædicti unum Biſantium eidem Baſilicæ pluribus annis duxerat perſolvendum: pacifici Regis, cujus, immeriti, vices geſtamus in Terris, inſtructionibus inhærentes ac volentes, in quantum nobis ex alto permittitur, pacis bonum & quietis ſolatia omnibus procurare ac litigiorum anfractus, qui facultates extenuant ac mentes quietas turbant & diſtrahunt, in negotio ipſo vitare; auctoritate Apoſtolica providemus ſtatuendo, ſtatuimus providendo, quod Abbas & Conventus Ciſtercien. prædicti, ſententia ipſa & proceſſibus quibuſcumque per eoſdem Delegatos vel eorum auctoritate in prædicto negotio factis & habitis nequaquam obſtantibus, ad poſſeſſionem vel quaſi juris confirmandi, viſitandi, corrigendi, & reformandi in eodem Monaſterio Sancti Salvatoris ac omnibus membris ſuis ſecundum ipſius Ciſtercien. Ordinis inſtituta, reſtituantur ad plenum; & eos ad illam, necnon & ad poſſeſſionem vel quaſi eorum quæ in dicto Privilegio continentur, reſtituimus de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis:

Perſpectis cauſa meritis, Ciſtercienſes in Juriſdictione confirmat;

dictique Abbas & Conventus Sancti Salvatoris eidem Baſilicæ unum Biſantium auri ex nunc annis ſingulis ſolvant, jure proprietatis ſuper hujuſmodi ſubjectione dicti Monaſterii Sancti Salvatoris præfatæ Baſilicæ imposterum ſemper ſalvo.

Baſilicæ Vaticanæ annuum cenſum a Monaſterio Montis Acuti ſolvendum decernit.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ proviſionis, ſtatuti, & reſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum apud Urbemveterem Sexto Kalendas Auguſti, Anno Tertio.

Eccle-

(a) Nummum aureum Conſtantinopoli procuſum, unde & monetæ nomen derivandum eſt, *Byſantius*, ſeu *Bizantius* deſignat. In ejus valore taxando, nihil certi ſuppetit. Id tantum occurrit quod in veteri taxa monetarum apud Jac. Grimald. pag. 153. & ſeq. Oper. Ms. de Veronica, legi in hunc modum: *Pro Biſantio ſolvuntur duæ partes unius Floreni*. Vide Cangii Gloſſarium.

(b) Is eſt Petrus Peregroſſus a Nicolao IV. Sacra Purpura decoratus.

(c) Scilicet Gregorius Papa IX.

(a) De

Eccleſiam S. Thomæ in Formis viſitantibus certis anni diebus, Indulgentias concedit (*a*).

Ex Regeſt. II. Epiſt. Nicol. IV. Ep. 488. fol. 99. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Miniſtro & Fratribus Domus Hoſpitalis Sancti Thome in Formis de Urbe, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sanctiſſime Trinitatis & Captivorum; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1290.

Sanctorum Eccleſias venerari, bonum ac utile.

Loca Sanctorum omnium pia & prompta devotione ſunt a Chriſtifidelibus veneranda, ut dum Dei honoramus amicos, ipſi nos amicabiles Deo reddant, & illorum nobis vendicantes quodammodo patrocinium apud ipſum quod merita noſtra non obtinent, eorum mereamur interceſſionibus obtinere. Cupientes igitur in Eccleſia Domus veſtræ, quæ in honorem Beati Thomæ Apoſtoli eſt conſtructa, congruis honoribus frequentari, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis qui eandem Eccleſiam in feſto ipſius Sancti Thomæ ac in Dominica poſt Pentecoſten & per octo dies feſtum & Dominicam prædictam immediate ſequentes, devote viſitaverint; annuatim de Omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum & quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Ut Fidelium cultum adaugeat, Indulgentias, iis qui ſtatis anni diebus Eccleſiam S. Thomæ viſitaverint, elargitur.

Datum apud Urbemveterem Secundo Kal. Novembris, Anno Tertio.

Monaſterium S. Salvatoris de Magella a juriſdictione, & viſitatione Capituli S. Petri non eximitur, eſto annuum cenſum Apoſtolicæ Sedi perſolvat.

Ex Reg. III. Nicolai IV. Ep. 587. fol. 117. apud. Archiv. Apoſt. Vatic.

Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Archipresbytero Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Guardia Theatin. Dioceſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1291.

Jus Vaticanæ Baſilicæ in Abbatiam Majellanam.

Ad audientiam noſtram pervenit quod licet Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe fuerit hactenus in pacifica poſſeſſione ſubjectionis Monaſterii Sancti Salvatoris de Majella Ordinis Sancti Benedicti Theatin. Dioceſis, & Monaſterio ipſo olim per mortem quondam .... Ipſius Monaſterii Abbatis (*b*) vacante, electio Fratris R... (*c*) qui pro ejuſdem Monaſterii Abbate ſe gerit inibi celebrata fuerit auctoritate Dilecti Filii noſtri M.... (*d*) Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis Archipresbyteri, necnon & Capituli prædictæ Baſilicæ confirmata (*e*), nuper tamen dictus Frater R.... viſitationem quam in Monaſterio ipſo fieri Cardinalis ipſe mandaverat, declinare contendens, & ex eo proponens dictum Monaſterium Apoſtolicæ Sedi immediate fore ſubjectum, quia Collector cenſuum Eccleſiæ Romanæ a Monaſteriis & aliis locis exemptis debito-

Irritum Monachorum effugium a juriſdictione ſe eximant.

(*a*) De Eccleſia S. Thomæ in Formis confer, quæ diximus pag. 100. not. *b*.

(*b*) Ignotum Abbatis nomen; cum ex iis quæ in Archivo noſtro ſervantur monumentis nulla Abbatum Majellani Monaſterii ſeries occurrat, nec aliunde datum nobis fuerit ejuſmodi tenebras diſſipare.

(*c*) In Bulla quadam Benedicti XII. edita Pontificatus Anno VII., quam infra evulgabimus, mentio fit Abbatis Raynaldi in Majellano Monaſterio prædefuncti. Niſi longior ſeries annorum, qui a Nicolao IV. ad Benedictum XII. excurrunt, negocium faceſſeret, ſolidiori conjectura affirmare liceret ipſum met Abbatem Raynaldum in hoc Nicolai Diplomate, ex initiali nominis litera deſignari.

(*d*) Matthæum Rubeum Urſinum Diaconum Cardinalem, & Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyterum hic eſſe intelligendum, jampridem obſervavimus.

(*e*) En luculentiſſimum Juriſdictionis Baſilicæ noſtræ in Majellanam Abbatiam argumentum, quo majus aut melius hactenus non occurrit. Quonam primum tempore jus iſtud ad Baſilicam S. Petri fuerit delatum; num a voluntaria Monachorum ſubjectione, an potius a Pontificum Romanorum privilegiis repetendum ſit, nos adhuc latet. Hoc ratum compertumque, Capitulum S. Petri ab hoc jure numquam excidiſſe; quod inſequentes Bullæ, & non pauca, quæ juriſdictionis exercitium probant exempla infra monſtrabunt.

(*a*) An-

debitorum deputatus a nobis, certum cenſum (*a*), ut idem Frater R.... aſſerebat, a præfato Monaſterio exigebat, necnon ratione cujuſdam Apoſtolici Privilegii quod ſuper ſubjectione hujuſmodi ſibi dicebant ab eadem Sede conceſſum, & alia quædam allegans Viſitatores deputatos a Cardinali præfato ad viſitationis Officium in eodem Monaſterio exercendum admittere recuſavit. Nos igitur volentes ſic Romanæ Eccleſiæ jura tueri, quod per hoc præfata Baſilica in ſuis juribus non lædatur, ac nolentes ut per exceptiones frivolas Monaſterium ipſum in capite vel in membris remaneat incorrectum, quodque negotium ipſum, & quæ illud etiam quomodolibet contingere poſſunt, apud Sedem tractentur eandem, & fine debito terminentur; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus prædictum Fratrem R..... Et Conventum dicti Monaſterii ex parte noſtra per te vel per alium ſeu alios peremptorie citare procures, ut infra viginti dierum ſpatium poſt citationem hujuſmodi dicti Frater R.... perſonaliter, Conventus vero per Procuratorem ydoneum cum prædicto & aliis Privilegiis, ſi quæ forſitan habent, ac omnibus juribus & munimentis ſuis prædictum negotium contingentibus, Apoſtolicæ Sedis conſpectui repræſentent, facturi & recepturi ſuper præmiſſis quod juſtitia ſuadebit. Non obſtantibus quibuſcumque appellationibus ſuper præmiſſis per Fratrem R.... vel Conventum prædictis ad nos vel Cardinalem eundem interpoſitis, de quibus volumus quod apud Sedem cognoſcatur eandem. Diem vero citationis & formam & quicquid inde feceris, nobis per tuas literas harum ſeriem continentes ſtudeas fideliter intimare.

Ut controverſiæ finem imponat, Abbatem Majellanum, & Conventus Procuratorem citari mandat, ut Romam ad ApoſtolicamSedem ſe conferant.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem v. Idus Novembris, Anno Quarto.

S. CÆLESTINUS V.

Nicolao IV. vita functo, cum Apoſtolica Sedes annos duos ac menſes tres ob Cardinalium diſſentionem vacaſſet, tandem anno 1294. iii. Nonas Julii electus eſt Summus Pontifex S. Cæleſtinus, hujus nominis Quintus, qui poſt ſui Coronationem die 29. Auguſti habitam ſedit menſes 5. dies 8.; Idibus autem Decembris, memorabili quidem exemplo, Pontificatu ſeſe abdicavit. Sanctitate conſpicuus obiit in arce Fumonis non longe a Ferentino in Hernicis, Anno Chriſti 1296. xiv. Kal. Junii.

Ex tribus Vaticanarum Oblationum partibus ad Romanum Pontificem pertinentibus, unam ad quinquennium Vaticano S. Petri Capitulo elargitur.

Ex Autogr. in Baſil. noſtræ Tabular. Capſ. 2. Faſc. 256.

Cæleſtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero, Priori & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1294.

Nicolai III. ſolicitudo, in temporalibus, ac ſpiritualibus Baſilicæ negociis promovendis.

EX parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod olim felicis recordationis Nicolaus Papa III. Prædeceſſor noſter, videns Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe in ſpiritualibus, præſertim quo ad divinum Officium, ac etiam bonis temporalibus fuiſſe collapſam, pio motus affectu, & zelo devotionis accenſus, pro reverentia Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, aliorumque Sanctorum, quorum Reliquiæ inibi requieſcunt; ut cultus augmentaretur Divinus, præter Canonicorum numerum conſuetum, in ipſa Baſilica triginta Clericos Chori Beneficiatos inſtituit, qui vacarent nocturnis Offi-

(*a*) Annuus Aurei unius cenſus, quem Monaſterio ſolvendum impoſuit Eugenius III., hic fortaſſe intelligendus. Conſulatur Eugeniana Bulla in hujuſce Collectionis pag. 50.

(*a*) Quæ

Officiis, & diurnis: Et licet pro dictorum Canonicorum, & Beneficiatorum ſuſtentatione congrua, de pecunia propria, & alia per ipſius induſtriam acquiſita, ipſo vivente, empta fuerunt pro ipſa Baſilica, poſſeſſiones, ſeu caſtra nonnulla (*a*), ac bona dictæ Baſilicæ augmentata; eo tamen morte prævento, ſufficienter non extitit de proventibus Baſilicæ memoratæ proviſum, ita quod Baſilicæ ſæpedictæ proventus non ſufficiunt commode ad ſuſtentationem Canonicorum, & Beneficiatorum deſervientium in eadem ſecundum ordinationem ipſius. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut ne dicti Prædeceſſoris tam pia ordinatio pereat, & ne dicta Baſilica, quæ quaſi capud eſt omnium Eccleſiarum Orbis, divino fraudetur Officio, ob reverentiam dictorum Apoſtolorum, & Sanctorum, cum Oblationum & obventionum majoris Altaris & Archæ (*b*) ad nos tres partes pertineant (*c*), & pars quarta ad Baſilicam memoratam (*d*), unam de tribus partibus prædictis ipſarum Oblationum, & obventionum dictorum Altaris & Archæ ad nos ſpectantibus, ad certum tempus vobis de ſpeciali gratia concedere dignaremur. Veſtris igitur ſupplicationibus inclinati, ob reverentiam ipſius Apoſtolorum Principis cæleſtis Regni Clavigeri, beati Pauli Doctoris Gentium, aliorumque Sanctorum, unam de tribus partibus ſupradictis ad nos ſpectantibus, integram, & ab omni onere abſolutam in quibuſcumque conſiſtentem, ut cultus augeatur divinus, & pro ſuſtentatione deſervientium in dicta Baſilica juxta Archipresbyteri veſtri ordinationem, uſque ad quinque annos futuros, vobis duximus concedendam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Non ideo tamen Baſilicæ neceſſitatibus ſatis proviſum.

Ut novum ſuppeditet auxilium, quartam Oblationum partem ad quinquennium concedit.

Pœna in Bullæ violatores irrogantur.

Datum Aquilæ ii. Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Latini Oſtienſis Epiſcopi Codicillum, quo nonnulla Bona cum certis oneribus legantur Vaticanæ S. Petri Baſilicæ, integrum refert, ipſumque executioni mandari concedit.

Ex Autogr. in Archivo Capitulari Capſ. 57. Faſc. 210.

Cæleſtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1294.

EX parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod bonæ memoriæ L... (*e*) Oſtien., & Velletren. Epiſcopus in ſua ultima voluntate infraſcripti tenoris condidit codicillum. Ego Frater Latinus permiſſione divina Oſtien., & Velletren. Epiſcopus, habens a felicis recordationis Domino Honorio Papa III. liberam facultatem diſponendi de bonis tam mobilibus quam immobilibus a me licite acquiſitis, præſentem facio Codicillum: In quo Domum meam, quam ædificavi juxta Eccleſiam Sancti Michaelis Friſonum in Porticu Sancti Petri de Urbe (*f*) cum omnibus domibus, vineis, ortis, & areis, quæ circa ipſam habeo vel habiturus ſum, præter domum quam Stephanus Jordani Camerarius meus de voluntate mea ædificavit in Solo meo juxta ipſam domum meam; relinquo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ut ipſe Beatus Apoſtolus meritis, & precibus ſuis pandat michi ingreſſum in Domum Cæleſtem, cujus eſt Claviger. Volo autem, quod Capitulum ejuſdem Baſilicæ ordinet & ſtatuat cum effectu, quod de cetero ſingulis diebus Dominicis, addatur unus florenus auri ad diſtributiones Canonicorum & Beneficiatorum ipſius Baſilicæ: Item quod ſingulis annis in feſto Beati Gregorii diſtribuantur inter Canonicos, & Beneficiatos, ac Manſionarios prædictæ Baſilicæ, qui præſentes fuerint in officio ejuſdem Feſti, octo floreni auri ultra diſtributiones ſolitas: Item quod fiat in eadem Baſilica aliud ſolenne feſtum de ordinatione Beati Gregorii IV. Nonas Septembris, quod in nonnullis Eccleſiis celebratur, quodque maxime in ipſa Baſilica, in qua idem Pontifex ordinatus extitit (*g*), celebrari decet; & in ipſo

Oſtienſis Epiſcopi Teſtamentum favore Baſilicæ Vaticanæ.

Nonnulla onera Baſilicæ eidem, ex Teſtamento injuncta.

(*a*) Quæ recenſentur pag. 196. not. *c*.
(*b*) Conſulatur not. *d* fol. 51.
(*c*) Quæ in Vaticano S. Petri Templo a Fidelibus munera offerebantur, ea Romano Pontifici addicta fuiſſe, alibi præmonuimus.
(*d*) Huc revocanda Eugenii III. aliorumque Summorum Pontificum Bullæ, quibus Canonici Beati Petri quarta Oblationum parte donantur.
(*e*) Latinus Malabranca, de quo ſupra.
(*f*) De Palatio, ſive Domo, aliiſque bonis, quæ hic memorantur; vide ſupra relatum Honorii IV. Diploma.
(*g*) Quemadmodum tradit Joannes Diaconus lib. 1. cap. 44. Vitæ

ipſo feſto diſtribuantur inter prædictos, quinque floreni auri ultra ſolitas diſtributiones: Item quod fiat inibi ſolenne feſtum de Beato Dominico Patre meo ſpirituali; & in ipſo feſto diſtribuantur inter prædictos, quinque floreni auri ultra ſolitas diſtributiones. Et eſt intentio mea, quod de proventibus, quos ipſum Capitulum percipiet ex dicta domo ſive ex quibuſcumque aliis obventionibus, præfatæ Baſilicæ ſolvantur prædictæ quantitates florenorum. Teneatur autem idem Capitulum ordinare & ſtatuere cum effectu quod dictum eſt infra tres menſes, ex quo notitiam præſentis meæ ordinationis habuerit. Quod ſi non facerent, ex tunc prædictam domum meam cum omnibus pertinentiis ſuis ſuperius memoratis, devolvi volo ad Hoſpitale Sancti Spiritus in Saxia de Urbe in eleemoſinam & utilitatem pauperum, qui recipiuntur & ſuſtentantur ibidem. Hæc eſt mea voluntas quam obſervari volo, & executioni mandari per diſcretum Virum Magiſtrum Jacobum Johannis Cajetan. Canonicum dictæ Baſilicæ, & Religioſum Virum Fratrem Jacobum de Fuſignan. Roman. Ordinis mei Prædicatorum, ac illum qui erit Camerarius meus tempore mortis meæ. Quod ſi non omnes huic executioni potuerint intereſſe, duo vel ſaltem unus ex ipſis omnia exequatur: Præſentem Codicillum ſeu ordinationem volo firmitatem & robur habere, quocumque modo melius valere & tenere poteſt. Set ut dicti Teſtatoris diſpoſitio efficaciter impleatur, a nobis humiliter ſupplicaſtis, ut acceptandi, ordinandi, & cum effectu ſtatuendi prædicta, vobis licentiam concedere dignaremur. Veſtris igitur ſupplicationibus inclinati, hujuſmodi licentiam abſque juris præjudicio alieni vobis duximus concedendam. Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus ſeu ſtatutis Apoſtolicæ Sedis, ſeu quibuslibet conſuetudinibus, vel ſtatutis ipſius Baſilicæ juramento, ſeu confirmatione Sedis Apoſtolicæ ſeu quavis alia firmitate vallatis.

Ex Oneratæ omiſſione teſtamentum cadit irritum.

Ad teſtamenti robur, & onerum implementum Pontificia accedit auctoritas.

Datum Aquilæ ii. Kal. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

BONIFACIUS VIII.

Die undecima poſtquam S. Cæleſtinus V. Pontificatui ceſſit, Bonifacius VIII. (*a*) regendæ Eccleſiæ præficitur 9. Kal. Januarii anno 1294., menſe autem Januario inſequentis anni coronatur. E vivis abit die 11. Octobris 1303.; exactis in Pontificatu annis 8. menſ. 9. diebus duodeviginti.

Iis qui Hoſpitali S. Crucis de Nurſia pias erogaverint eleemoſynas ad pauperum ſubſidium, quadraginta dierum Indulgentias impertitur (*b*).

Ex Autogr. in Archiv. noſtro Capitulari Capſ. 2. Faſc. 2.

Bonifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus per Spoletan., Aquilen., & Eſculan. Civitates, & Dioc. conſtitutis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1295.

Quoniam ut ait Apoſtolus omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti recepturi prout in corpore geſſimus ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ, miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in Cælis

Vitæ ejuſdem S. Gregorii Magni. Ceterum a remotiſſimis Eccleſiæ ſeculis hucuſque ſervatur, ut Romani Pontificis conſecratio ad Vaticanam Beati Petri Apoſtolorum Principis Aram habeatur. Vetuſtiſſimum hunc Romanæ Eccleſiæ morem ſatis perſpicue teſtantur Symmachus epiſt. 71. lib. 20., Liber Diurnus Romanorum Pontificum cap. 2. tit. 8. apud Garnerium, Nonus Ordo Romanus a Mabillonio relatus, aliaque id genus documenta.

(*a*) De quo hæc S. Antoninus in Chron. part. 3. tit. 20. cap. 8. §. 1. *Vir utique prudens & litteratus & magni animi, zelator magnus & conſervator jurium Eccleſiæ*. Id unum D. Antonini teſtimonium ſatis eſſet ad vindicandam hujuſce Pontificis [de Vaticana Baſilica optime meriti] famam compluribus calumniis laceratam. Sed nec ſilentio prætetire fas eſt, quæ Jacobus Card. S. Georgii ad Velum aureum de ipſius Bonifacii VIII. obitu, inter Scriptores Rer. Italic. pag. 660. habet in hunc modum ...... *lecto proſtratus anhelus*

Procubuit: faſſuſque fidem, veramque profeſſus
Romanæ Eccleſiæ, Chriſto tunc redditur almus
Spiritus &c.

(*b*) Hoſpitale S. Crucis de Nurſia Sacris Ædibus & Piis Locis Vaticano D. Petri Capitulo ſubditis accenſendum eſſe, nemo jure

Cælis, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum itaque, ſicut Dilecti Filii Commendator, & Fratres Hoſpitalis pauperum, & infirmorum Sanctæ Crucis de Nurſia Spoletan. Dioc. nobis inſinuare curarunt, ad Hoſpitale ipſum magna pauperum, & infirmorum confluat multitudo, & ad ipſorum ſubſtentationem propriæ ipſius Hoſpitalis non ſuppetant facultates, Univerſitatem veſtram rogamus & hortamur actente, quatinus de bonis vobis a Deo collatis pias eis ad hoc elemoſinas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram præfati pauperes & infirmi valeant ſubſtentari: Et vos per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eis ad hoc manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus; Præſentibus poſt triennium minime valituris, quas mitti per Queſtuarios diſtrictius inhibemus; eas, ſi ſecus actum fuerit, carere viribus decernentes.

Nurſia Hoſpitale aliena indiget ope.

Illis, qui in Hoſpitale eleemoſinas contulerint, Indulgentias concedit ad triennium duraturas.

Dat. Lateran. x. Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Eas, quæ jampridem ad Vaticanam D. Petri Baſilicam religioſe accedentibus conceſſæ fuerant, Indulgentias inſtaurat; Sacra Apoſtolorum Petri & Pauli Limina viſitantes centeſimo quoque anno, plena culparum remiſſione donat.

Ex Autogr. in Archivo noſtro Capitulari Capſ. 1. Faſc. 1.

Bonifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad certitudinem præſentium & memoriam futurorum.

AN. CH. 1300.

Multæ iis qui Baſilicam Vaticanam viſitaverint, Indulgentiæ conceduntur; quas Bonifacius confirmat.

Antiquorum habet fida relatio, quod accedentibus ad honorabilem Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe conceſſæ ſunt remiſſiones magnæ, & indulgentiæ peccatorum. Nos igitur, qui juxta officii noſtri debitum ſalutem appetimus & procuramus libentius ſingulorum, hujuſmodi remiſſiones & Indulgentias omnes & ſingulas, ratas & gratas habentes, ipſas auctoritate Apoſtolica confirmamus & approbamus & etiam innovamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Ut tamen Beatiſſimi Petrus & Paulus Apoſtoli eo amplius honorentur, quo ipſorum Baſilicæ de Urbe devotius fuerint a Fidelibus frequentatæ, & Fideles ipſi ſpiritualium largitione munerum ex hujuſmodi frequentatione magis ſenſerint ſe refectos; nos de Omnipotentis Dei miſericordia & eorumdem Apoſtolorum ejus meritis & auctoritate confiſi, de Fratrum noſtrorum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, omnibus in præſenti Anno milleſimo trecenteſimo a Feſto Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti præterito proxime inchoato, & in quolibet Anno centeſimo ſecuturo ad Baſilicas ipſas accedentibus reverenter, vere pœnitentibus & confeſſis, vel qui vere pœnitebunt & confitebuntur, in hujuſmodi præſenti, & quolibet centeſimo ſecuturo annis, non ſolum plenam, & largiorem, immo pleniſſimam omnium ſuorum concedimus veniam peccatorum: Statuentes, ut qui voluerint hujuſmodi Indulgentiæ a nobis conceſſæ fore participes, ſi fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis, vel interpolatis, & ſaltem ſemel in die; ſi vero Peregrini fuerint, aut Forenſes modo ſimili, diebus quindecim ad Baſilicas eaſdem accedant; unuſquiſque tamen plus merebitur, & Indulgentiam efficacius conſequetur, qui Baſilicas ipſas amplius, & devotius frequentabit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, innovationis, conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Ut majorem excitet devotionem, centeſimo quoque anno plenariam peccatorum Indulgentiam largitur.

Quænam a Romanis; quænam ab exteris præſtanda, ut Indulgentias lucrentur.

Perpetuum Bullæ robur conciliat.

Datum apud Sanctum Petrum Octavo Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Suam

mo jure deneget, qui ejuſdem Capituli literas apud Turrig. Lib. de Cryptis Vatic. pag. 325. inſpexerit. Ex ſiquidem in hunc modum ſubſignantur: *Data Nurſiæ in Hoſpit. noſtro S. Crucis ſub Anno D.* 1324.

Suam erga Vaticanum S. Petri Templum devotionem teſtatur; S. Ægidii Eccleſiam, ſeu Capellam una cum Bonis & juribus ab omni juriſdictione exemtam, nonnullis tamen oneribus obnoxiam, ipſius Principis Apoſtolorum Baſilicæ, ejuſdemque Capitulo perpetuum addicit.

Ex Autogr. apud Archiv. Apoſt. Vatic. in Regeſto de Curia an. 6. Bonifacii VIII. Epiſt. 37. fol. 389.

Bonifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero, Priori, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1300.

Præcipuus ac perpetuus Bonifacii in Vaticanam Baſilicam cultus.

Venerandam, Sanctamque Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe non ſolum Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ſed & multorum aliorum Sanctorum atque Sanctarum ditatam Reliquiis, magnis honoribus decoratam & inſignitam titulis, præcipuis devotionis affectibus reveremur; in qua Canonicatum & Præbendam obtinuiſſe dinoſcimur, dum adhuc eſſemus in minori officio conſtituti; & poſtquam fuimus ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumpti, crevit ad eam noſtræ devotionis affectus. Sane decedente nuper Magiſtro Nicolao Johannis Canonico, & Altarario ipſius Baſilicæ, qui Eccleſiam ſeu Capellam Sancti Egidii foris muros Urbis (*a*) ad Eccleſiam Jeroſolymitanam ſpectantem, intitulatam, ſeu quovis alio modo, cauſa, titulo, vel ratione habebat dum viveret ſeu tenebat: Nos intendentes, ut de ipſa Eccleſia, ſeu Capella per noſtram, & Apoſtolicæ Sedis providentiam ſalubris diſpoſitio proveniret, eandem Eccleſiam ſeu Capellam cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis proviſioni noſtræ, ac dictæ Sedis duximus reſervandam, & decrevimus irritum & inane, ſi ſuper hiis ſecus a quoquam ſcienter vel ignoranter attemptatum fuiſſet antea, vel contingeret in poſterum attemptari. Volentes igitur Baſilicam memoratam ejuſque Miniſtros confovere amplioribus gratiis, & honorum facultatibus augmentare; & ut poſſit in ea plenius & commodius debitis laudibus Pater Æternus extolli, in qua elegimus ſepeliri, erectis in ipſa honorabilibus Capella & Altari in honorem Beati Bonifatii Confeſſoris (*b*) atque Pontificis, & aliorum Sanctorum atque Sanctarum, quorum in ipſo Altari Reliquiæ reconditæ dinoſcuntur, quod per Venerabilem Fratrem noſtrum M..... (*c*) Portuenſem Epiſcopum fecimus conſecrari; prædictam Eccleſiam ſeu Capellam S. Egidii, cum Parochia & Parochianis, ſi quos habet, ac omnibus bonis, juribus, & pertinentiis ſuis, vobis & præfatæ Baſilicæ, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum in jus & proprietatem, Apoſtolica auctoritate concedimus, & etiam applicamus: vobis nihilominus concedentes, ut ex nunc poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ ſeu Capellæ S. Egidii, & omnium prædictorum, tamquam ad vos & prædictam Baſilicam ex hujuſmodi noſtris conceſſione & applicatione pleno jure ſpectantium, auctoritate noſtra per vos, vel per alios ingredi & apprehendere ac tenere libere valeatis. Et inſuper eandem Eccleſiam ſeu Capellam, dictoſque Parochiam ſeu Parochianos cum bonis, juribus, & pertinentiis ſupradictis ab omni juriſdictione, poteſtate, atque dominio tam prædictorum Patriarchæ, & Capituli, & cujuſlibet eorum, quam cujuſvis alterius Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ duximus perpetuo & totaliter eximendam: Ita quod nec idem Patriarcha & Capitulum, vel eorum alter, nec quævis alia perſona Eccleſiaſtica præter vos in præfatam Eccleſiam ſeu Capellam, vel ejus bona, jura, & pertinentias, & alia prælibata, neque in vos eorum occaſione poteſtatem, vel juriſdictionem aliquam, abſque præfatæ Sedis licentia ſpeciali, valeant ſpiritualiter & temporaliter quomodolibet exercere. Decernentes ex nunc, ſi ſecus actum fuerit, irritum & inane: non obſtantibus quibuslibet literis præfatæ Sedis vel

Multa item beneficentia.

Eccleſiam Sancti Ægidii cum bonis ac juribus, Baſilicæ S. Petri perpetuo adnectit.

Quam Eccleſiam ab aliena eximit juriſdictione.

Quibuſcumque in contrarium non obſtantibus.

(*a*) Sub omnimoda Vaticani Capituli juriſdictione adhuc permanet Eccleſia iſthæc S. Ægidii *ad Montem Geretulum*, ſive *juxta viam Caſſiam*, Turrigio teſte in lib. de Crypt. Vatic. pag. 375., olim appellata. Extat prope Urbis Portam, quæ *Angelica* dicitur: quondam vero, nempe antequam Urbis mœnia eouſque protenderentur, ubi impræſentiarum erecta conſpicimus, extramuraneis Eccleſiis accenſebatur.

(*b*) De Altari & Capella S. Bonifatii IV. PP. dicemus infra.

(*c*) Scilicet Matthæum de Acquaſparta.

(*a*) Hu-

vel Legatorum ſeu ſubdelegatorum ipſius ſuper quibuſcumque proviſionibus, impetratis vel etiam impetrandis; ſeu reſervationibus, & inhibitionibus, & aliis Proceſſibus per eos factis aut etiam faciendis; ſeu quibuſcumque privilegiis, vel literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri. Ordinamus autem, ut præfatæ Eccleſiæ ſeu Capellæ Sancti Egidii perpetuo faciatis per idoneum Presbyterum deſerviri, quodque ex ordinatione hujuſmodi ipſi Eccleſiæ Jeroſolymitanæ, vel perſonæ, ſeu perſonis legitime intervenientibus pro eadem, quinque florenos auri in præfata Urbe infra quindenam feſtivitatis omnium Sanctorum, & nihilomious Cenſum, qui nobis & dictæ Sedi ratione ipſius Eccleſiæ ſeu Capellæ debetur congruo tempore annis ſingulis perſolvatis; Abſolventes vos a qualibet alia præſtatiooe cujuſvis cenſus, penſionis, vel ſubventionis dictis Patriarchæ, Capitulo, & Eccleſiæ Jeroſolymitan. ulterius faciendæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, applicationis, exemptionis, conſtitutionis, ordinationis, & abſolutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Certas conditiones, certaque onera exſolvenda præſcribit.

Contra Conſtitutionis violatores pœnas ſtatuit.

Datum Aoagniæ v. Kal. Maji, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Sancti Petri Capitulo indulget, ut Hoſpitalia, Eccleſiæ, & quæcunque alia Eccleſiaſtica Beneficia ad Vaticanam Baſilicam pertinentia, nemini per Apoſtolicæ Sedis vel Legatorum ejus literas conferri poſſint, niſi de indulgentia hujuſmodi expreſſam fecerint mentionem.

Ex Autogr. in Archivo noſtro Capitulari Capſ. 6. Faſc. 264.

Bonifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1300.

De Baſilicæ tranquillitate Pontifex ſolicitus.

VOS & venerandam noſtram Principis Apoſtolorum Baſilicam caris amplexibus, quin immo cariſſimis, intra noſtra brachia præſtringentes & deſiderantes veſtros & ipſius promovere ac augere profectus, hiis libenter occurrimus, ſed illis favorabiliter obviamus, per quæ vobis & ei poſſent inquietationes & diſpendia provenire. Veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut a data præſentium nullæ litteræ Apoſtolicæ Sedis, vel Legatorum ejus ſuper quorumcumque proviſionibus de quibuſcunque Perſonatibus, Dignitatibus, Eccleſiis, Hoſpitalibus, Officiis, & Beneficiis Eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura impetrandæ, ſeu jam etiam impetratæ, vel earum vires, niſi per hujuſmodi litteras impetratas ſit in re jus alicui acquiſitum, ad Perſonatus, Dignitates, Officia, Hoſpitalia, Eccleſias, & Beneficia Eccleſiaſtica ad Baſilicam pertineotia memoratam, etiamſi ea vel earum aliqua conſueverint aliis tempore quocunque conferri vel quomodolibet aſſignari, aut ſi eorum vel alicujus ipſorum collatio per lapſum temporis ad Sedem eandem fuerit devoluta, aliquatenus extendantur, nec de ipſis vel eorum aliquo per hujuſmodi litteras vel earum auctoritate poſſit alicui vel aliquibus quomodolibet provideri, neque vos ad ipſorum receptionem quomodolibet teneamini, oeve ad id compelli poſſitis inviti, oiſi eædem litteræ de præſentibus & toto earum tenore, ac de nomine proprio tui Archipresbyteri, vel alterius qui pro tempore fuerit, & de ipſa Baſilica plenam, determinatam, & expreſſam fecerint mentionem. Quidquid autem contra hujuſmodi indulti noſtri tenorem a quocunque contigerit attemptari, decernimus ex nunc irritum & inane, ac nullius exiſtere firmitatis. Nulli ergo omnioo hominum liceat hanc pagioam noſtræ cooceſſionis infriogere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Beneficiorum, quæ ad Baſilicam S. Petri ſpectat, collationem irritam declarat, ni præſentium literarum expreſſa fiat mentio.

Pœna in contradictores.

Datum Laterani Tertio Nonas Novembris, Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Caſtra ac Prædia nonnulla ære proprio coemta, Divo Petro Apoſtolorum Principi, ejuſque Baſilicæ & Capitulo munifice elargitur.

Ex Autogr. in Archiv. noſtro Capitulari Capſ. 38. Faſc. 327. (a).

Bonifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis M... Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali Archipresbytero, ac Priori, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1301.

Bonifacius Pontifex in Baſilicam S. Petri pietate ac munificentia clarus.

ANte aſſumptionem noſtram ad Summi Apoſtolatus officium, & poſtquam ad illud divina clementia nos provexit, honorabilem Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe ſpeciali benevolentia & affectu ſincero fuimus profecuti: Labores pro ipſa ſubivimus, & ſuſtinuimus caritate non ficta: ſtuduimus, etſi non quantum voluimus, eandem Baſilicam propter Deum, & reverentiam Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & aliorum Sanctorum & Sanctarum multiplicium, quorum Reliquiæ in ipſa Baſilica requieſcunt, grandibus beneficiis & donis largifluis honorare; præſertim ut divinus cultus augeatur in ea ad animæ noſtræ ſalutem, & augendam ad eam devotionem Populi Chriſtiani. Cum itaque jam emerimus, ſeu emi fecerimus Caſtrum Filiorum quondam Nicolai de Amelia, poſitum in Territorio Amelien., & Caſtrum Totani poſitum in Dioc. Amelien., & quaſdam poſſeſſiones adjacentes Caſtris eiſdem, & Caſale quod dicitur Furnus Saracenus, poſitum extra Portam Tranſtiberim, quæ dicitur Portuen., in Campo Meruli, vel circa Dioc. Portuen.; & Caſtrum Valchæ ejuſdem Dioc. poſitum prope Primam Portam circa ſtratam, quæ ab Urbe ducit Flajanum & in Contratam Collini: Item Caſale vocatum Trullus de Boccamatiis præfatæ Dioc., poſitum circa ſtratam prædictam, cum quodam alio Caſali quondam Bartholomæi Bobonis de Cornazan.; & generaliter emerimus ſeu emi fecerimus quicquid Venerabilis Frater noſter I.... (b) Tuſculan. Epiſcopus, & homines Domus ſuæ, & Dilectus Filius Nobilis Vir Oddo de Sancto Euſtachio habuerunt ſeu tenuerunt in contrata dictorum Valchæ, Trulli, & Caſalis: Nos prædicta omnia & ſingula, per nos ſive pro nobis empta ſeu acquiſita, cum omnibus juribus & pertinentiis eorumdem; & quicquid proprietatis, poſſeſſionis, & juris nobis competit in eiſdem & eorum quolibet, vel competere poteſt; ac omnia & ſingula, quæ ad nos ex contractibus habitis ſuper emptionibus, venditionibus, & acquiſitionibus ſupradictis pervenerunt, & pervenire poſſunt; ipſi Beato Petro æternæ Vitæ Clavigero, cujus ſumus Succeſſor, & Vicarius Jeſu Chriſti, & vobis pro ipſis Beato Petro, & Baſilica ipſius Apoſtolorum Principis de Urbe, pro ſalute animæ noſtræ & Benefactorum noſtrorum, Apoſtolica auctoritate concedimus & donamus, & prædicta omnia & ſingula in Baſilicam transferimus memoratam, & Baſilicæ ipſi largimur de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis habenda, & poſſidenda perpetuis temporibus & tenenda: concedentes ut prædictorum omnium & ſingulorum Caſtrorum, Caſalium, Poſſeſſionum, Bonorum, & Jurium auctoritate propria ingredi, recipere & apprehendere tenutam, & poſſeſſionem vel quaſi, & ipſa habere ac tenere libere valeatis. Inſuper quicquid de Caſtris, Caſalibus, Poſſeſſionibus, Bonis, & Juribus, necnon meri & mixti imperii & juriſdictionis in eis, aliquo, vel aliquibus ipſorum, vel habitatoribus eorumdem, ex quacumque culpa, offenſa, inobedientia, contemptu & rebellione, & ſpecialiter ratione criminis hereſeos, aut ſciſmatis, vel auxilii ſeu favoris hereticis, vel ſciſmaticis impenſorum, ſeu ratione cenſus vel penſionis non ſolutorum, aut locationis ſeu locationum, vel contractus ſeu contractuum emphiteoſis quomodolibet finitorum; & maxime quia de bonis Eccleſiaſticis, vel ratione Eccleſiarum, vel Eccleſiaſtici ſtatus quovis titulo, prædicta, vel ipſorum aliqua vel aliquod quoquomodo empta vel acquiſita fuiſſent; vel contractus habiti ſuper eis, ad Sedem Apoſtolicam, Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos Cardinales, aut ipſorum aliquem, vel aliquos, aut eorum Eccleſias intitulatas

Ejuſmodi beneficientia in quamplurium Fundorum emptione argumenta bene multa.

Quos emit Fundos, Baſilicæ donat pleno jure.

Donationi poſſeſſionem ſuperaddit, ac omnimodam juriſdictionem.

Jura omnia, quæ ſuper memoratis bonis cuique competere poſſunt, etiam Romanæ Eccleſiæ, Apoſtolica auctoritate in Baſilicam transfert.

(a) Hujuſce Authographi lacunas impleri curavimus ex Originali quod extat ap. Tabular. ſecret. Apoſt. Vatic. in Regeſto de Curia anni 6. Bonifacii VIII. epiſt. 37. pag. 195.

(b) Joannes Buccamatius ab Honorio IV. Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus renuntiatus.

(a) Qui

titulatas vel commendatas aut commiſſas ſeu Capitula vel earum Collegia, & ad quæcumque Monaſteria, vel Eccleſias alias infra Urbem vel extra, ſeu ad quoſcumque alios Prælatos ſeu perſonas Eccleſiaſticas regulares vel ſeculares cujuſvis eminentiæ, dignitatis, conditionis, ſtatus, aut ordinis devolutum eſſet, vel devolvi poſſet de jure, aut ad eos ſeu ad ipſorum aliquem vel aliquos ſpectare vel pertinere poſſet; quicquid etiam proprietatis, poſſeſſionis & juris prædictis Epiſcopis, Presbyteris & Diaconibus Cardinalibus, Prælatis, & perſonis Eccleſiaſticis, Monaſteriis, & Eccleſiis regularibus vel ſecularibus, alicui vel aliquibus eorum in eiſdem Caſtris, Caſalibus, Poſſeſſionibus, Bonis & juribus, habitationibus, pertinentiis, territoriis, & diſtrictibus ex quacumque ratione, occaſione, vel cauſa competit, vel competere poteſt; illud de eadem poteſtatis plenitudine dictæ Venerandæ Baſilicæ & vobis pro ipſa concedimus & donamus ac transferimus in eamdem: Ita quod prædicta omnia & ſingula liberæ ſint proprietatis, poſſeſſionis, & juris Baſilicæ ſæpedictæ abſque omni onere, præſertim alicujus Penſionis, ſeu Cenſus, ratione præteriti temporis vel futuri quomodolibet ſolvendorum. Non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, & indulgentiis ac prohibitionibus dictæ Sedis, & quibuslibet conſtitutionibus, conſuetudinibus vel Statutis juramentis, confirmatione Sedis ejuſdem, ſeu quacumque alia firmitate vallatis, per quæ effectus præſentium poſſet quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, ſeu de Monaſteriorum vel Eccleſiarum ſeu quarumvis perſonarum propriis nominibus habenda eſſet mentio ſpecialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, donationis, tranſlationis, & largitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Derogatorias ac pœnales adjicit clauſulas.

Datum Laterani Tertio Nonas Januarii, Pontificatus noſtri Anno Sexto (a).

Canonicorum numerum uſque ad triceſimum adauget; tres Beneficiatos, ac viginti Clericos Beneficiatos, Vaticanæ Baſilicæ Miniſterio addicendos, noviter inſtituit, & congrua eiſdem ſtipendia aſſignari decernit.

Ex Regeſt. An. 6. de Curia Boniſac. VIII. Epiſt. 55. pag. 396. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Boniſatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

AN. CH. 1301.

Sedula in Baſilicam S. Petri pietas ac cura Pontificis.

Ante aſſumptionem noſtram ad Summi Apoſtolatus officium, & poſtquam ad illud divina clementia nos provexit, honorabilem Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe ſpeciali benivolentia & affectu ſincero fuimus proſecuti: Labores pro ipſa ſubivimus, & ſuſtinuimus caritate non ficta: Studuimus, etſi non quantum voluimus, eamdem Baſilicam propter Deum, & reverentiam Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & aliorum Sanctorum & Sanctarum multiplicium, quorum Reliquiæ in ipſa Baſilica requieſcunt, grandibus beneficiis & donis largifluis honorare; præſertim ut divinus cultus augeatur in ea ad animæ noſtræ ſalutem, & augendam ad eam devotionem Populi Chriſtiani. Cum itaque noſtri Papatus tempore de pecunia Cameræ noſtræ, & ad ipſam Cameram pertinente in juribus, rebus, & bonis ſtabilibus, proventibus, fructibus, & redditibus ipſa Baſilica multipliciter adaucta noſcatur; & alias etiam eodem tempore, & ante illud aliunde in tantum jam excreverint facultates Baſilicæ memoratæ, & adhuc ſint in excreſcendo de magna pecuniæ noſtræ ſumma, quæ habetur, & de noſtro mandato ſervatur collocanda & ponenda in emptione aliorum bonorum, jurium, & proventuum pro dicta Baſilica, & ad utilitatem ipſius; quod multiplicari poſſunt ſervitores in ea: Nos felicis recordationis Nicolai Papæ III. Prædeceſſoris noſtri deſiderium adimplere volentes ſuper ampliando Canonicorum portiones, ſeu præbendas haben-

Ejus munificentia auctis Baſilicæ reditus; novaque, ex pecunia depoſita, futura Bonorum acceſſio.

(a) Qui coincidit cum anno Æræ Chriſtianæ 1301., ſi juxta Papebrochii ſententiam [in Conat. Chron. hiſt. pag. 67. Propyl. Menſ. Maji] hujuſce Pontificatus anni deducantur a Coronationis die, quam x. Kal. Februarii habitam eſſe judicat. Eos vero, qui ſecus opinantur, & ab Electionis die, nimirum 9. Kal. Januarii auſpicantur Bonifacii VIII. Pontificatum, Bullam hanc anno 1300. editam fuiſſe, affirmare oportet.

(a) De

Canonicorum numerum ad triceſimum uſque producit; octo nimirum Præbendis ſuperadditis.

habentium nnmero in Baſilica memorata, provida deliberatione decernimus, ordinamus, atque ſtatuimus Apoſtolica auctoritate & de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, quod præter Archipresbyterum ſint in ea triginta Canonici portiones ſeu præbendas habentes, & ſemper tot inſtituantur & habeantur ibidem; ac triginta ſimiliter portiones, præter illas Cameræ & Metæ (*a*), priorem ipſorum Canonicorum, & portionum numerum, qui erat viginti duorum tantum, augentes de octo: quorum quidem octo Canonicorum, & ſucceſſorum eorum per ceſſionem vel obitum, quatuor aſſumi volumus in Sacerdotii, duos in Diaconatus, & duos in Subdiaconatus ordinibus conſtitutos, vel ſaltem infra annum promovendos ad illos; quibus cedentibus vel decedentibus, infra ſex menſium ſpatium alii ſubrogentur; & iſti octo Canonici teneantur in anno ſaltem per octo menſium ſpatium continue vel interpolate in ipſa Baſilica reſidere; ſed nec alio etiam tempore ſint abſentes ab ea abſque Archipresbyteri dictæ Baſilicæ licentia ſpeciali; in aliis autem omnibus ſint aliis Canonicis ejuſdem Baſilicæ portiones ſeu præbendas habentibus pares; poſſint tamen puniri & privari, ſi non reſideant, ut eſt dictum.

Canonicorum, quos inſtituit, onera ac jura.

Tres item adauget Beneficiatorum Præbendas.

Quodque in Baſilica memorata ſupra triginta Beneficiatorum numerum, quem Prædeceſſor ipſe inibi ſtatuit, quoſque Beneficiatos Chori ejus voluit nominari, trium Beneficiatorum numerus augeatur; quos tres ſpecialiter deputamus, & deputari volumus ad certa miniſteria & divina Officia exercenda (*b*) in Altari, & circa Altare Capellæ Sancti Bonifatii, quam in navi dictæ Baſilicæ ereximus (*c*), & fecimus conſecrari, circa illud novo conſtructo Sepulcro, in quo elegimus & eligimus ſepeliri, cum Dominus per ſuam miſericordiam ad ſe nos duxerit evocandos: quorum quemlibet trium Beneficiatorum, in omnibus diſtributionibus, Anniverſariis, ac illis quæ vocantur excepta, & aliis juribus & proventibus, aliis Beneficiatis Chori dictæ Baſilicæ volumus eſſe parem, & habere etiam amplius, prout per Archipresbyterum & Capitulum ejuſdem Baſilicæ ordinabitur vel jam ordinatum exiſtit: quorum quilibet aſſumatur in Sacerdotio conſtitutus, vel ſaltem infra annum ad Sacerdotium promovendus; ad quod ſi promotus non fuerit infra tempus prædictum, Beneficio ſuo hujuſmodi, & omni ejus commodo ſit ipſo jure privatus.

Horum munia, onera ac jura.

Ad hæc, Clericos numero viginti, qui Choro inſerviant, inſtituit.

Ad hæc volentes amplius in dicta Baſilica ſervitorum numerum ampliare, auctoritate præmiſſa, & de eadem plenitudine ordinamus atque ſtatuimus, ut in ea ſervitorum & miniſtrorum fiat nova plantatio, perpetuis temporibus obſervanda, uſque ad numerum viginti Clericorum, quos vocari volumus Clericos Chori ejuſdem Baſilicæ, ut diurnis & nocturnis Horis interſint: quorum cuilibet diebus ſingulis, quibus intererit diurnis & nocturnis Horis, mandamus duodecim denarios bonæ monetæ, de pecunia Cameræ dictæ Baſilicæ ut infra ſcribitur aſſignari: Ita videlicet, quod ſingulis Clericis dicti Chori, qui intererint Matutinis, tres; qui Primæ unus, qui Tertiæ unus; qui Miſſæ, duo; qui Sextæ unus, qui Nonæ unus, qui Veſperis unus, qui Completorio unus; & qui Antiphonæ, Salve Regina, unius denarii moneta ſingulis aſſignetur: Quodque de futuris Anniverſariis & vigiliis mortuorum celebrandis, ſinguli præfati Clerici ſint participes, ita quod ſinguli ipſorum recipiant medietatem ejus quod recipient in dictis Anniverſariis & vigiliis futuris ſinguli Beneficiati Chori prædicti.

Horum diſtributio in Horis Canonicis, Beneficiatorum diſtributionibus dimidio minor ſit.

Altari inſerviant;

Iſtorum autem Clericorum Chori decem aſſumantur in Sacerdotii, quinque in Diaconatus, & alii quinque in Subdiaconatus Ordinibus conſtituti, vel ſaltem infra annum ad ipſos Ordines promovendi. Hii autem Clerici Chori Cappa nigra, & ſuperpelliceo congruis temporibus more Beneficiatorum utantur, & ut Beneficiati habeant ſtallum in Choro.

Cappis, & Stallo in Choro more Beneficiatorum utantur.

Denique memoratis octo Canonicis ſicut Canonicis, & tribus Beneficiatis ſicut Beneficiatis aliis, & prædictis viginti Clericis Chori, prout facultas aderit, volumus de domibus, ſeu hoſpitiis provideri. Sane prædictorum octo Canonicorum correctiones, viſitationes, reformationes, & punitiones, ſpiritualiter & temporaliter ad eos pertineant, ad quos aliorum Canonicorum ipſius Baſilicæ pertinere noſcuntur. Trium autem Beneficiatorum adauctorum, & viginti Clericorum Chori novæ plantationis, prædictæ correctiones, viſitationes, reformationes, & punitiones ad Archipresbyterum ſolum volumus pertinere; Inſtitutiones vero & deſtitutiones ad Archipresbyterum & Capitulum Baſilicæ ſupradictæ.

Cui nam eſt Canonicorum correctio; cui Beneficiatorum ac Clericorum viſitatio, inſtitutio, ac deſtitutio competat.

Alia pro Clericis Chori decernuntur.

Statuimus inſuper ut ſingulis Clericis ſupradictis infra Octavas Apoſtolorum Petri & Pauli aſſignentur annuatim quinque Floreni aurei (*d*), ſicut in dicto Feſto aſſignandæ ſunt

(*a*) De qua vide pag. 179. not. *c*.

(*b*) Nempe ad vigilias celebrandas, & rem divinam peragendam; uti conſtat ex Capitulari Decreto, quod procuſum fuit anno 1301. die 14. Januarii, quodve in proximo Diplomate mox inſpiciemus.

(*c*) Ad orientalem veteris noſtræ Baſilicæ partem erectum fuit S. Bonifacii altare, quod tandem in novæ Baſilicæ conſtructione, Paulo V. Pontifice, ſolo æquatum eſt.

(*d*) Cum primum Florentiæ anno Chriſti 1252. procuſus eſt Florenus aureus, viginti ſolidos minime ſuperavit. Verum proceſſu

ſunt Beneficiatis decem libræ provenien. Senatus bonæ monetæ (*a*); & ut eiſdem Clericis tantum tempus indulgeatur abſentiæ, quantum indultum eſt Beneficiatis eiſdem: reſervantes nobis ſpecialiter, quorum miniſteriorum & divinorum onus prædictis viginti Clericis Chori ſpecialius per nos vel per alios imponamus: quod quidem onus iidem Clerici aſſumant humiliter, & juramentum ſuper eo præſtabunt ſuæ receptionis tempore, prout Apoſtolica Sedes per ſe, vel per alium ſeu alios duxerit ordinandum. Præmiſſa fieri volumus, & ſervari: Non obſtantibus quibuſcumque Privilegiis & indulgentiis & prohibitionibus dictæ Sedis, conſtitutionibus vel ſtatutis ac conſuetudinibus juramentis, confirmatione Sedis ejuſdem, ſeu quacumque alia firmitate vallatis, per quæ effectus præſentium poſſet quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, ſeu de Monaſteriorum vel Eccleſiarum, ſeu quarumvis perſonarum propriis nominibus habenda ſit mentio ſpecialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, ordinationis, ſtatuti, voluntatis, electionis, mandati, & reſervationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Clauſula derogatoria.

Pœna in Bullæ violatores.

Datum Lateran. Tertio Nonas Januarii, Pontificatus noſtri Anno Sexto (*b*).

Quæ Vaticanum Capitulum grato in Bonifacii VIII. liberalitatem animo ſanciverat, ejuſdem Pontificis auctoritate confirmantur: Decreti Capitularis tenor inſeritur.

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Tabular. Capſ. 3. Faſc. 7.

Bonifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Matthæo Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, Archipresbytero, ac Priori, Capitulo & Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1301.

Bonifacii Pontificis in Baſilicam Vaticanam pietas; in Canonicos amor præcipuus.

Reſultat in nobis affectus ſinceræ caritatis ab intimis, exuberatque plena in præcordiis & attenta dilectio erga vos, & venerandam noſtram veſtramque Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe, quos digne gerimus in viſceribus caritatis; ut de veſtro, ac ejus felici ſtatu ſollicite cogitantes, quæ per vos digne agi conſpicimus & in quibus per efficaciam operis & exempla laudabilia, ipſius exaltationem Baſilicæ procuratis, condignis foveamus ſavoribus & Apoſtolicæ auctoritatis patrocinio muniamus. Ipſam namque Baſilicam devota reverentia, quaſi ſalutis noſtræ præambulam, amplexantes, collatis ei donis quamplurimis & munificentiis gratiarum, in ea nobis elegimus ſepulturam, & parari fecimus, ut in ipſa, quam viventes extollimus, noſtri materia corporis poſt hujus vitæ curriculum requieſcat. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod vos paternos conſiderantes affectus, quos ad Baſilicam ipſam geſſimus, & labores multiplices quos paterna caritate ſubivimus pro eadem; attendentes etiam grandia beneficia & dona largiflua, quæ per nos ac ex noſtra clementia, gratia, & ſollicitudine ipſi Baſilicæ provenerunt; & propterea nobis devotionis inſignia impendere intendentes, ad laudem Omnipotentis Dei, & pro ſalute animæ noſtræ ac pro noſtrorum remedio peccatorum, necnon bonæ memoriæ Benedicti Sanctorum Coſmæ & Damiani Diaconi Cardinalis Nepotis noſtri, circa cultum divinorum omnes concorditer & voluntate unanimi, quædam ſtatuta & ordinationes condere ac facere curaviſtis, quæ in ipſa Baſilica pro vobis, & ſucceſſoribus veſtris promiſiſtis perpetuo inviolabiliter obſervare, ſicut in Inſtrumento publico manu dilecti filii Magiſtri Petri Bonegentis de Genazano, Cameræ noſtræ Clerici, Notarii infraſcripti inde confecto, cujus tenor annotatur inferius, ea omnia & ſingula plenius & ſerioſius continentur. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut ordinationes & ſtatuta prædicta, quæ per vos taliter facta ſunt, & Inſtrumentum præfatum cum omnibus quæ in ſe continet, ratificare & confirmare,

Canonici Sancti Petri Beneficiorum memores, grato in Bonifacium animo, nonnulla ſibi imponunt onera perpetuo implenda.

---

proceſſu temporis valor ejus ita crevit, ut anno 1303. duobus ſupra quinquaginta ſolidis æſtimaretur. Conſulatur Clariſſimus Eques Franciſcus Victorius Part. 2. cap. 5. ejus Operis cui titulus, *Il Fiorino d'oro antico illuſtrato.*

(*a*) De Libris Provenien. Senatus vide not. *a* fol. 157.

(*b*) Conſulatus nota Chronologica præcedenti Bullæ ſubjecta.

(*a*) De

firmare, ac decernere plenam habere perpetui roboris firmitatem & ſupplere omnem defectum, qui in eis vel in eo, & ex quacunque cauſa eſſet, de benignitate Sedis Apoſtolicæ ex certa ſcientia dignaremur. Nos igitur veſtram in hiis diligentiam commendantes, ac veſtris ſupplicationibus inclinati, ordinationes & ſtatuta præfata, & prædictum Inſtrumentum ſuper hiis habitum, cum omnibus quæ in eo contenta ſunt, & quidquid per vos in hac parte factum eſt, rata habentes & grata; ea omnia & ſingula ex certa ſcientia, non obſtantibus quibuſcumque ipſius Baſilicæ contrariis conſuetudinibus, vel ſtatutis juramento, confirmatione Apoſtolica vel quacumque alia firmitate vallatis, aut quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, ſtatutis, ordinationibus, inhibitionibus, & præceptis ſive litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ hujuſmodi ordinationum & ſtatutorum noſtrorum in hac parte factorum, ſeu præſentium litterarum effectus poſſet quomodolibet impediri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, ſeu de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda eſſet mentio ſpecialis; auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ac plenam habere decernimus perpetui roboris firmitatem: ſupplentes omnem defectum, qui in eis eſſet vel poſſet ineſſe ratione hujuſmodi contrariorum conſuetudinum, vel ſtatutorum, ſive privilegiorum, indulgentiarum & litterarum, vel ex quacunque alia ratione ſeu cauſa, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis: Tenorem Inſtrumenti prædicti de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. In nomine Domini Amen. Nos Mathæus miſeratione divina Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis, Archipresbyter Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Capitulum & Canonici dictæ Baſilicæ, videlicet, Petrus Gualengi Prior, Joannes de Tuderto Altararius, Ranutius de Tuderto Presbyter, Alexander Presbyter, Leonardus Jacobini Diaconus, Stephanus de Benedictinis Diaconus, Petrus Judicis Subdiaconus, Diomedes de Archionibus Subdiaconus, Thomas de Perlionibus Subdiaconus, Oddo de Sancto Euſtachio Subdiaconus, Petrus de Reate Subdiaconus, Bertoldus de filiis Urſi Acolytus, & Joannes filius Domini Landulphi Clericus, pulſata campana, prout moris eſt, ad Capitulum congregandum, conſideramus paternos affectus, quos Sanctiſſimus Pater & Dñus noſter Dñus Bonifatius divina providentia PP. VIII. ad ipſam Baſilicam habuit, & labores multiplices, quos pro ea ſubiit & ſuſtinuit caritate paterna: Attendimus etiam grandia beneficia & dona largiflua, quæ per eundem Sanctiſſimum Patrem ex ſua clementia, gratia & ſollicitudine, atque benivolentia provenerunt ipſi Baſilicæ; videlicet, quod de pecunia Cameræ ſuæ, & ad Cameram ipſam ſpectante jam emit, ſeu emi fecit totum & integrum Caſtrum filiorum Nicolai de Amelia, cum Turre, Clauſtro, Palatio, Domibus, Vaſallis, Terris cultis & incultis, ac toto Tenimento dicti Caſtri, poſitum in Territorio Amelien. pro quatuor milibus Florenorum: Item Caſtrum Totani, cum Rocca, Domibus, Palatiis, & totis pertinentiis ſuis, poſitum in Dioc. Amelien. pro tribus milibus, & centum Florenis auri: Item quaſdam poſſeſſiones adjacentes Caſtris prædictis pro centum ſexagintaquinque florenis auri: Item Caſale, quod dicitur Furnus Sarracenus, poſitum extra Portam Portuenſem in Campomeruli vel prope, Dioc. Portuen., pro tribus milibus florenorum (*a*): Item Caſtrum Valchæ cum Turri, Palatio, Domibus & pertinentiis ſuis dictæ Portuen. Dioc., poſitum prope Primam Portam circa ſtratam, quæ ab Urbe ducit Flajanum, & in contratam Collini, in quo poſuit, ſeu ſolvi fecit duodecim milia & ſeptingentos & vigintiquinque florenos, computatis quinque milibus florenis auri ſibi debitis a nobili Viro Oddone de Sancto Euſtachio, quæ ſibi pro iſta emptione remiſit: Item Caſale vocatum Trullus de Buccamatiis, cum pertinentiis ſuis præfatæ Portuen. Dioc. poſitum circa ſtratam prædictam, cum quodam alio Caſali quondam Bartholomæi Bobonis de Cornazan. in quibus poſuit ſeu ſolvi fecit quatuor milia & quingentos florenos; & generaliter emit ſeu emi fecit quicquid Buccamatii, & dictus Oddo habuerunt ſeu tenuerunt in partibus ſeu contrata dictorum Valchæ, & Trulli, & dicti Caſalis: Item ex proviſione, ordinatione, & mandato ſuis poſita ſunt & ſoluta in dictis emptionibus Valchæ, Trulli, & dicti Caſalis quatuor milia & ſeptuaginta quinque floren. auri de pecunia Cameræ dictæ Baſilicæ, vel ad eam pertinente; & ſic de pecunia pertinente ad Cameram præfati Domini noſtri poſita ſunt in dictis emptionibus viginti ſeptem milia quadringenti & nonaginta floreni auri: Item habetur de pecunia ipſius Domini ad valorem novem milium & ſexcentorum florenorum auri, quam diſpoſuit

Quæ omnia, in publica notarii acta relata, Pontifex Apoſtolica auctoritate approbat, & confirmat.

Inſtrumenti tenor.

Archipresbyter & Canonici ad Capitulum ſolemni ritu conveniunt.

Inſignia per Bonifacium collata Beneficia commemorat.

In Bonis, Fundis, ac Caſtris emendis, vigintiſeptem millia quadringentos & nonaginta florenos auri Bonifacius impendit.

Multa item pecuniæ vis a Bonifacio depoſita in aliorum Bonorum emptionem.

(*a*) De Florenis, vide præcedens Diploma.

(*a*) Quo-

poſuit & ſervari mandavit collocandam, & ponendam in emptionibus & acquiſitionibus ad utilitatem dictæ Baſilicæ & divini cultus augmentum in ea: Et habetur & ſervatur pro emptionibus & acquiſitionibus faciendis, de pecunia ad eandem Cameram Baſilicæ pertinente, tria milia & ducenti floreni auri; & alias ſexcenti floreni auri de pecunia Domini, & ducenti de pecunia Cameræ dictæ Baſilicæ penes mercatores de ſocietate ſpinorum, vel circa, tenentur, in utilitatem dictæ Baſilicæ convertendi: & ſic ipſius Domini tempore in univerſo expenſa ſunt & ſoluta in emptionibus & acquiſitionibus jam factis trigintaunus milia & quingenti & ſexagintaquinque floreni auri; & expendenda in acquiſitionibus & emptionibus faciendis pro dicta Baſilica, ſecundum diſpoſitionem & ordinationem, ac mandatum ipſius Domini duodecim milia & ottigenti floreni auri: Et ſic ipſius Domini tempore adauctæ ſunt & augendæ ſperantur Baſilicæ facultates ad valorem quadraginta quatuor milium & trecentorum, & ſexaginta quinque florenorum auri, præter Poſſeſſiones & bona, jura, redditus & proventus Eccleſiæ Sancti Egidii (*a*) extra portam Viridariam, & præter nonnulla alia Bona & jura & redditus & proventus, in quibus & ante Papatum ipſius Domini & ejus tempore alias ſunt adauctæ facultates dictæ Baſilicæ aliunde. Nos igitur eidem Sanctiſſimo Patri & Dño noſtro Dño Bonifatio Papæ VIII. non quæ debemus, ſed quæ poſſumus, devotionis inſignia impendentes, ad laudem Omnipotentis Dei & pro ſalute animæ ipſius Sanctiſſimi Patris Dñi Bonifatii, omnes concorditer, uno ſpiritu & unanimi voluntate ordinamus, per nos & ſucceſſores noſtros in eadem Baſilica perpetuis temporibus obſervandum, quod cum ipſe Sanctiſſimus Pater Dñus Bonifatius in tribus Beneficiatis Chori ſupradictæ Baſilicæ numerum triginta Beneficiatorum Chori ejus, ſtabilitum & ordinatum a ſanctæ memoriæ Dño Nicolao Papæ III. Prædeceſſore ſuo, decreverit augmentandum; ſtatuens, quod eorum trium quilibet tantum de proventibus Cameræ præfatæ Baſilicæ in Diurnis & Nocturnis horis, & aliis percipiat quantum ſinguli alii de dictis triginta Beneficiatis recipient in futurum; qui tres ſpecialiter aſſumuntur ad divina Miniſteria & Officia exercenda in Capella Beati Bonifatii conſtructa in navi Baſilicæ ſupradictæ, in qua ipſe Dominus erexit Altare & conſecrari fecit, & multis ſacris veſtibus, paramentis & vaſis ad miniſterium divini cultus ornavit, Sepulchro ſuo honorabili prope illud exſtructo, in quo ſepeliri elegit; quandiu ipſe Sanctiſſimus Pater Dñus Boniſatius vixerit, ſingulis diebus in dicto Altari, per ipſum Dominum Bonifatium erecto, per quemlibet ipſorum trium Beneficiatorum una Miſſa celebretur, præcedentibus die præcedenti vigiliis de Beata Virgine, trium Pſalmorum, & trium Lectionum, & duorum Reſponſoriorum, & in fine dicatur, Te decet laus (*b*). Quarum prima Miſſa dicatur de Beata Virgine cum quinque collectis: prima ſcilicet collecta de Beata Virgine; ſecunda de Sanctis Apoſtolis Petro & Paulo, videlicet, Deus, cujus dextera; tertia de Sancto Nicolao, quarta de Papa, Deus omnium fidelium Paſtor & Rector; quinta generalis, Omnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum dominaris ſimul, & mortuorum: Secunda Miſſa de Apoſtolis cum eiſdem orationibus, præmiſſa tamen oratione de Apoſtolis: Tertia Miſſa de Sancto Nicolao cum ſupradictis orationibus, præmiſſa oratione de Sancto Nicolao. Item ordinamus, quod ſingulis annis tempore vitæ ipſius Sanctiſſimi Patris Dñi Bonifatii ſemel in anno, ſcilicet die Lunæ poſt octavum diem reſurrectionis Dominicæ, Conventualis Miſſa cum præcedentibus vigiliis a Canonicis, Beneficiatis, & Clericis Chori ejuſdem Baſilicæ reverenter & devote, quantum Dominus dederit, ad honorem Beatæ Virginis cum ſupradictis collectis ſolenniter decantentur circa ipſam Capellam Sancti Bonifatii; & tunc diſtribuantur duodecim floreni auri inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos Chori: Poſt obitum vero ipſius Sanctiſſimi Patris Dñi Bonifatii, prædictæ tres Miſſæ & vigiliæ trium Lectionum & trium Reſponſoriorum cotidie dicendæ per dictos tres Beneficiatos, commutentur in Miſſas & Officia Defunctorum; ita quod quilibet dictorum trium Beneficiatorum dicat quolibet die unam Miſſam pro Defunctis in dicto Altari Sancti Boniſatii & in ſingulis dictarum Miſſarum dicantur tres collectæ; prima ſcilicet de Pontifice, ſcilicet, Deus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes; ſecunda pro hiis, qui in Eccleſia, vel ejus Cimiterio requieſcunt, Deus, cujus miſeratione &c.; tertia, Fidelium Deus, omnium Conditor & Redemptor; præcedentibus vigiliis Defunctorum, ſimul

Alia pecuniæ ſumma a Bonifacio depoſita.

Quænam ſumma Bonifacii tempore fuerit expenſa; quænam expendenda ſuperſit.

Capituli Statuta favore Bonifacii, in grati animi argumentum.

Quilibet trium Beneficiatorum quos Bonifacius inſtituit, quoad Bonifacius vixerit, tres Miſſas in Capella B. Bonifacii, unam cum vigiliis præcedentibus, quotidie celebrent ſub certo ritu.

Semel item quotannis ſolemnis Miſſa ab univerſo Clero celebranda, & certa facienda diſtributio.

Bonifacio vita functo, tres Miſſæ ſupra memoratæ, in totidem Miſſas defunctorum unacum præcedentibus vigiliis, commutentur.

(*a*) Quoad Eccleſiam S. Ægidii, & prædia paulo ante recenſita, quæ Summus Pontifex Bonifacius Vaticanæ Baſilicæ dono dedit, conſulantur præcedentes Bullæ.

(*b*) Hymnus fortaſſe, paucis hiſce verbis conſtans, nempe: *Te decet laus, Tibi gloria Deo Patri, & Filio cum Sancto Spiritu in Secula Seculorum. Amen.* Perbreve hocce canticum apud Venerab. Card. Thomaſium in Hymnar. fol. 429. proxime ſubjicitur hymno, *Te Deum laudamus.*

ſimul vel ſeparatim a dictis Beneficiatis dicendis circa ipſum Altare Sancti Bonifatii cum prædictis collectis; quibus ſingulis diebus, hujuſmodi Miſſis dictis & vigiliis celebratis, unicuique ipſorum trium aſſignentur de Camera dictæ Baſilicæ ſex denarii bonæ monetæ, & ſimilis monetæ duo denarii miniſtrentur in qualibet prædictarum Miſſarum.

Solemne Anniverſarium cum præcedenti Defunctorum Officio quotannis pro Anima Bonifacii Papæ exolvatur; certa iis qui interverunt ſtipe aſſignata.

Ordinamus etiam, quod cum in die ſepulturæ ſuæ ſemel, inſuper & ſingulis annis in die Anniverſarii obitus Dñi Bonifatii ſæpedicti celebretur ſollenniter per Canonicos, Beneficiatos, & Clericos Chori Miſſa Conventualis pro Defunctis ſub una collecta publice decantanda, videlicet; Deus indulgentiarum Domine, da animæ famuli tui Pontificis, cujus Anniverſarium &c. præcedentibus ſollennibus vigiliis novem pſalmorum, lectionum & novem reſponſoriorum, cum Invitatorio; Regem, cui omnia vivunt; & laudibus pro Defunctis, cum prædicta collecta publice dicenda, ſollenniter decantentur; & de pecunia Cameræ Baſilicæ memoratæ inter Canonicos, Beneficiatos & Clericos Chori, qui hujuſmodi Miſſæ & vigiliis intererint, duodecim floreni auri diſtribuantur; ita quod Canonicus recipiat duplum ejus, quod Beneficiatus Chori recipiet, & Clericus Chori medietatem ejus, quod Beneficiatus.

Eodem ſolemni ritu celebretur anniverſarium pro anima Benedicti Cajetani Diaconi Cardinalis.

Ordinamus inſuper atque ſtatuimus, quod Anniverſarium bonæ memoriæ Dñi Benedicti Gajetani Sanctorum Coſmæ & Damiani Diaconi Cardinalis, ipſius Dñi Papæ Bonifatii, Nepotis, ſepulti ante Altare Sancti Bonifatii ſupradicti, quod Anniverſarium eſt faciendum Id. Decembr. in dicta Capella, & circa, ſollenniter celebretur cum Miſſa Conventuali, & dicta collecta, Deus indulgentiarum, verbis competenter mutatis; & vigiliis ſollennibus præcedentibus, cum Invitatorio, Pſalmis, Lectionibus, & Reſponſoriis, & Laudibus ſupradictis, ut eſt dictum de præfato Dño Bonifatio; Et quod diſtribuantur de pecunia Cameræ dictæ Baſilicæ inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos Chori, qui prædictis Miſſæ & vigiliis hujuſmodi Anniverſarii intererunt, octo floreni auri, ut ſuperius eſt de duodecim florenis expreſſum:

Si in diem impeditam incidant anniverſaria, transferuntur in ſequentem.

Quodque quando hujuſmodi Anniverſaria prædictorum Dominorum Papæ Bonifatii, vel Benedicti Cardinalis, aut ipſorum aliquod in die Dominico occurrerent, aut ſollenibus feſtis; prædictæ Miſſæ & vigiliæ mortuorum differantur in diem ſequentem non Dominicum, nec ſollennem. Volumus autem, quod prædictæ tres Miſſæ dicendæ cotidie, tam tempore vitæ ſuæ ad honorem Beatæ Virginis, Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Sancti Nicolai; quam poſt obitum ſuum, ſicut eas dici contigerit pro Defunctis infra Octavas Nativitatis Domini, in die Epiphaniæ, Dominica Palmarum, edomada Sancta, feſto Paſcatis, & duobus ſequentibus diebus, feſto Aſcenſionis, Pentecoſtes, & duobus ſequentibus, & omnibus quatuor feſtis Virginis glorioſæ, & Apoſtolorum Petri & Pauli, & Dedicationis dictæ Baſilicæ, & omnium Sanctorum, etiam poſt ipſius obitum, omiſſis Miſſis pro Defunctis, ſicut diei competit, celebrentur: In die quoqne Sabbati ſemper ad honorem Beatæ Virginis in Altari prædicto tres Miſſæ celebrentur, Miſſis pro Defunctis, ut dictum eſt proximo, prætermiſſis.

Certa item in Miſſis, Bonifacio ſuperſtite, celebrandis, methodus præſcribitur.

Tribus Beneficiatis a Bonifacio inſtitutis, decem floreni auri, ſupra communem taxam diſtribuantur.

Ordinamus quoque, quod ſupra valorem ejus, in quo dicti tres Beneficiati pares eſſe debent ſingulis aliis Beneficiatis dicti Chori, per ſtatutum dicti Dñi Nicolai inſtitutis vel inſtituendis, unuſquiſque ipſorum trium de Camera dictæ Baſilicæ decem florenos auri recipiat annuatim; & ſingulis annis viginti floreni auri ponantur, & conſerventur ad partem, expendendi in vaſis, paramentis, libris, & aliis oportunis ad uſum dicti Altaris Beati Bonifatii, cum fuerit oportunum, nec in aliis erogentur; & in Miſſis ipſis luminaria per Cameram dictæ Baſilicæ miniſtrentur. Prædicti autem tres Beneficiati, qui ſpecialiter aſſumuntur ad vigilias dicendas, & Miſſas circa Altare Beati Bonifatii ſupradictum, non perdent denarios Miſſæ Conventualis, nec Tertiæ, nec Sextæ, ſi abſint ab eis propter occupationem prædictarum Miſſarum.

Provida Capituli cura ne Beneficiorum quæ Bonifacius contulit, memoria excidat.

Ne autem tantorum beneficiorum memoriam ingrata tollat oblivio, ſed præſentium & futurorum devotio amplius excitetur ad præmiſſa omnia amplius obſervanda, & ex beneficii perceptione ad ipſorum obſervationes ſciant & intelligant præſentes, & poſteri ſe teneri; ordinamus, quod quicquid emptum eſt vel fuerit de pecuniis ſupradictis, pretii quoque quantitas in libris ad hoc deputatis diſtincte ac fideliter conſcribantur; & ſingulis annis, cum annuntiatur ipſius Domini Anniverſarium juxta morem (a), quid & quanto pretio provenit ipſi Baſilicæ & ex collato beneficio ab ipſo Domino Bonifatio, cujus imminebit Anniverſarium celebrandum: Et Camerarii, & Capitulum ipſius Baſilicæ teneantur de pecunia Cameræ ejus florenos, & denarios, ut præmittitur, miniſtrare: Teneantur & etiam perpe-

(a) In Necrologii lectione: ſed poſt voces *juxta morem*, ſupplendum crediderim cum prævia interpunctione verbum *annuncietur &c.* ut ex Bulla Nicolai III. die 25. Februarii anno Secundo Pontificatus edita. Legeſis not. a pag. 200.

(a) In -

perpetuis temporibus prædictæ Capellæ, ejuſque Miniſtris de Libris, Paramentis, Vaſis argenteis, Candelabris, & aliis oportunis ad prædictas Miſſas, & Vigilias celebrandas, & luminaribus, prout oportunum fuerit, providere de dictis viginti florenis, qui ſunt annis ſingulis deponendi, & ſervandi ad partem.

Juramentum a Canonicis præſtandum de iis quæ Bonifacius Papa conſtituit; necnon de iis quæ Capituli conſenſu ſancita ſunt.

Statuimus etiam, quod quilibet Canonicus Præbendam ſeu portionem habens, admiſſionis ſuæ tempore ad Canonicatum, Præbendam, ſeu portionem ſuper alia, quæ jurare tenebitur juxta ſtatuta ſeu ordinationem præfati Dñi Nicolai Papæ III., juret, quod ordinationes & ſtatuta facta per prædictum Dñum Bonifatium Papam VIII. ſuper octo Canonicis habentibus Præbendas ſeu portiones, & ſuper tribus Beneficiatis Chori, & ſuper viginti Clericis Chori per eundem adauctis ſeu augendis, & ſpecialiter quæ de Miſſis, Vigiliis, & Anniverſariis, & aliis, & quæ ſunt in præſenti Inſtrumento contenta, quantum in eo erit, inviolabiliter obſervabit, nec veniet contra ſcienter.

Simile juramentum a Beneficiatis præſtandum.

Statuimus quoque, quod prædictorum trium Beneficiatorum per ipſum Dñum Papam Bonifatium adauctorum vel adaugendorum quilibet, admiſſionis ſuæ tempore, præſtet corporaliter juramentum de obſervandis hiis, quæ de Miſſis, & Vigiliis celebrandis, tam in vita quam poſt obitum præfati Dñi Bonifatii, ſtatuta ſunt ſeu ordinata per ipſum, & ea, quæ in præſenti Inſtrumento per nos Archipresbyterum, & Capitulum memorata ordinantur ſeu ſtatuuntur; & nihilominus præſtet juramentum, ſicut alii Beneficiati ſæpedictæ Baſilicæ præſtare tenentur, ſecundum ſtatuta & ordinationem præfati Dñi Nicolai.

Ad eorum omnium quæ Bonifacius Papa decrevit, implementum, Canonici ſeſe obſtringunt.

Ad hæc omnia, & ſingula ſupradicta, & ordinationem atque ſtatutum per eundem Sanctiſſimum Patrem Dñum Bonifatium ſuper augmento Canonicorum, Portionum & Præbendarum, trium Beneficiatorum, & nova plantatione viginti Clericorum, quos Clericos Chori idem Dñus voluit nominari; nos præfati Archipresbyter, & Capitulum concorditer & unanimi voluntate, liberoque arbitrio pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, promittimus eidem Domino Papæ Boniſatio, & tibi Magiſtro Johanni ejus Camerario, de ſuo mandato recipienti ejus nomine, & pro ipſo, & tibi Petro Bonegentis de Genazan. Cameræ Dñi Papæ Clerico & Notario, in perpetuum attendere & adimplere & facere & obſervare, prout in nobis fuerit, & contra ea non venire ſcienter; humiliter ſupplicantes, omnia ſupradicta per ipſum Sanctiſſimum Patrem Dñum Boniſatium ex certa ſcientia confirmari, præſentis Inſtrumenti inſerto tenore, cum non obſtantibus oportunis.

Promiſſionem Inſtrumento, & Sigilli Capitularis impreſſione confirmant.

Ad præmiſſorum autem firmitatem hæc omnia volumus per eundem Petrum Bonegentis, Apoſtolicæ Sedis auctoritate Notarium, & Tabellionem publicum redigi in publicam formam, & noſtrorum Archipresbyteri, & Capituli Sigillorum appenſione muniri. Acta ſunt hæc Romæ in Capitulo Baſilicæ ſæpedictæ, præſentibus prædictis Dominis Cardinali, Camerario, & Canonicis ſupraſcriptis, Magiſtro Odone de Sermineto, Cameræ Dñi Papæ Clerico, & Magiſtro Guillelmo de Sanguin., Domini Papæ Scriptore, Teſtibus ad prædicta vocatis & rogatis ſub Anno Domini milleſimo trecenteſimo primo, Indictione quartadecima, die quartadecima Menſis Januarii, Pontificatus ejuſdem Sanctiſſimi Patris Dñi Bonifatii Papæ VIII. Anno Sexto. Et ego Petrus Bonegentis, Cameræ Dñi Papæ Clericus, Apoſtolica auctoritate, & ipſius Cameræ publicus Notarius prædictis interſui, & ea fideliter ſcripſi, & in publicam ſormam redegi, meumque ſignum appoſui conſuetum.

Pontifex adjicit robur, & in contradictores pœnas comminatur.

Nulli ergo omnino liceat hanc paginam noſtrarum confirmationis, communitionis, conſtitutionis, & ſupplectionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lateran. XVII. Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Caſalis, Tres Columnæ nuncupati venditionem, cujus inſerit Inſtrumentum; ratam habet & confirmat (*a*).

Ex Autogr. in Archiv. noſtro Capitulari Capſ. 38. Faſc. 148.

Bonifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

AN. CH. 1303.

Caſalis venditio a quo, & cui facta.

Dilectus Filius Nobilis Vir, Urſus de Filiis Urſi, Frater Dilecti Filii noſtri Mathæi Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis, vendidit, & conceſſit nobis, & Dilecto Filio Johanni Camerario noſtro, recipienti de mandato noſtro, noſtro

(*a*) Inſtituti noſtri poſtulat ratio, ut huic Diplomatum Collectioni præſentem Bonifacii VIII. Bullam adſuamus: quandoquidem Caſale *Trium Columnarum*, de quo ipſa agit, Vaticanæ S. Petri Baſilicæ, ejuſque Capitulo idem Summus Pontifex, quem-

noſtro nomine & pro nobis, & in nos tranſtulit, ac in eundem Camerarium pro nobis, Caſale, quod dicitur, tres Columpnæ, cum omnibus tenimentis & pertinentiis ſuis, prout apparet Inſtrumento publico confecto manu Odonis Leonardi Andreæ de Sermineto publici Notarii, cujus tenor talis eſt.

Tenor Inſtrumenti.

In nomine Domini Amen. Anno Dñi milleſimo trecenteſimo tertio, Indictione prima, Pontificatus Sanctiſſimi Patris Dñi Bonifatii Papæ Octavi Anno Nono, Menſe Februarii die vigeſimatertia: Hac quidem die in præſentia mei ſubſcripti Notarii, & Teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, Nobilis Vir Dñus Urſus de Filiis Urſi, Frater Reverendi in Chriſto Patris Dñi Mathæi Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis conſtitutus, coram ipſo Dño Cardinali Fratre ſuo, & Venerabili Viro Dño Johanne Dñi Papæ Camerario, non vi coactus, nec dolo ductus, ſed ſua bona & libera voluntate vendidit & conceſſit Sanctiſſimo in Chriſto Patri Dño Bonifatio Papæ Octavo, & prædicto Dño Johanni Camerario, recipienti nomine ipſius Dñi Papæ, & pro ipſo, & in ipſum Dñum Papam, & dictum ejus Camerarium pro ipſo tranſtulit Caſale, quod vocatur vulgariter, Tres Columpnæ, cum Turribus, Muris, Renclauſtro (*a*), & ædificiis circa vel prope ipſas Turres, & cum omni ſuo tenimento, Territorio, pertinentiis, & diſtrictu, aquis, fontibus, aquarum decurſibus, pratis, ſilvis ſtirpariis (*b*), ripis fluminis, lapidibus, & lapidicinis (*c*), & arnariis (*d*), ac terris cultis & incultis, & omni jure & juriſdictione ad ipſum Caſale quomodolibet pertinentibus: quod quidem Caſale poſitum ſeu ſitum eſt juxta viam, ſeu ſtratam, qua itur ab Urbe in partes, ſeu contratam Collini; ab una parte habens Caſtrum, Caſale ſeu locum, qui dicitur Valca (*e*); ab alio latere ripam fluminis, & ſiqui alii ſunt confines. Vendidit etiam & conceſſit quicquid ipſi Dño Urſo juris, & poſſeſſionis competiit, vel competit, vel competere poteſt in dictis Caſali, & Turribus, & quolibet prædictorum de facto vel de jure, vel quocumque modo ſeu cauſa, & ſpecialiter ex contractibus habitis inter ipſum Dñum Urſum & nonnullos Cives Romanos, qui dicebant ſe aliqua jura habere, vel ſibi competere in prædictis, vel aliquo prædictorum, maxime ſub prætextu contractuum, vel conventionum, initorum vel habitorum inter Venerabile Monaſterium Sancti Pauli de Urbe ſeu Roma Ordinis Sancti Benedicti, & ipſos Cives, vel Prædeceſſores eorum, aliquem vel aliquos eorumdem; hæc non prætextu vel ratione quorumcumque contractuum, ſeu conventionum, initorum ſeu habitorum inter bonæ memoriæ Bartholomeum Abbatem & Conventum ipſius Monaſterii, & præfatum Dñum Urſum; & licentiam dedit quod apprehendere poſſent poſſeſſionem & tenutam omnium prædictorum.

Libera Caſalis venditio cum adnexis, quæ enumerantur.

Ejus fines.

Plena juris translatio.

Rei venditæ pretium, ejusque ſolutio.

Prædictam autem venditionem, conceſſionem, & tranſlationem idem Dñus Urſus fecit eidem Dño Papæ, & ejus Camerario recipienti pro ipſo, pro pretio ſex milium florenorum (*f*) boni & puri auri Legalis ponderis & valoris, quos prædictus Dñus Urſus a præfato Dño Camerario, & Gerardo de Bardis pro ipſo Dño Papa ſolventibus præſentialiter recepit; & ad cautelam ipſe Dñus Urſus confeſſus eſt, ſe habuiſſe & recepiſſe pretium ſupradictum, & ab ipſo Dño Papa, & pro ipſo ſibi fuiſſe ſolutum: renuncians exceptioni non numeratæ & non ſolutæ ſibi pecuniæ, vel non ſolutorum & non numeratorum ſibi florenorum prædictorum.

Evictionis onere venditor non obſtringitur, niſi ex culpa propria.

Verum quia Caſale, & alia ſupradicta juris & proprietatis, prout ipſe Dñus Urſus dicebat, ſunt & eſſe dicuntur Monaſterii ſupradicti, & directum dominium eorumdem, præfatus Dñus Urſus expreſſit & dixit, quod nullo modo volebat de evictione dicti Caſalis, & aliorum prædictorum, præfatis Dño Papæ, & dicto ejus Camerario recipienti pro ipſo teneri, vel emptorem defendere, ſi totaliter, vel pro parte evincerentur per Monaſterium ſupradictum, vel alios quoſcumque. Promiſit tamen ſæpe dictus Dñus Urſus ſub obligatione bonorum ſuorum, quod ſi qua jura ſibi competerint, vel competunt in Caſali & aliis ſupradictis, alteri non vendidit nec in alterum tranſtulit; fructus tamen perceptos conſumpſit, & fecit quod ſibi placuit de eiſdem. Sed ſi contrarium quocunque tempore factum apparuerit per ipſum Dñum Urſum, & dictus Dominus Papa dampna, expenſas exinde ſubſtinuerit, vel de eis evictus fuerit; omnia ipſa dampna, expenſas, & evictionem ſibi reddere, & reſtituere promiſit dictus Dñus Urſus de propriis bonis

quemadmodum ex proximo Diplomate ſatis liquet, eximia plane liberalitate donavit.

(*a*) Quo nomine indicatum cenſemus murorum recinctum.

(*b*) Silvis nimirum ita extirpatis, ut poſt ſucciſionem terra excolatur.

(*c*) Nempe, uti opinamur, lapicidinis, hoc eſt locis ubi lapides excinduntur.

(*d*) Cum *Arna*, Italis *Arnia*, apud Cangium ſit alveus apum, *Arnarius* dici poteſt locus, ubi apes mellificant.

(*e*) Caſtrum Valchæ prope Primam Portam circa ſtratam quæ ab Urbe ducit Flajanum, collocant prolatæ hujus Pontificis Bullæ.

(*f*) De Florenis, diximus ſupra.

(*a*) Su-

bonis ſuis; pro quibus omnibus obſervandis dictus Nobilis obligavit eidem Dño Papæ, & dicto ejus Camerario recipienti pro ipſo, omnia bona ſua, quæ quantum ad prædicta tantum ſuo nomine tenere conſtituit, & precario poſſidere. Quæ quidem omnia dictus Dñus Urſus pro ſe, ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus promiſit dicto Dño Papæ, & ejus Camerario recipienti pro ipſo quo ſupra nomine, rata & firma habere perpetuo, & ea attendere & obſervare, & contra non facere vel venire. *Teſtium nomina.* Actum in loco, ubi Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe congregatur, coram præfatis Dñis Cardinali, & Camerario, præſentibus Dño Bertoldo Nepote dicti Dñi Cardinalis, Dño Petro Gualengi, Dño Johanne de Tuderto, Dño Odone de Sancto Euſtachio, Dño Leonardo Jacobini, Dño Dyomede, Dño Thoma Gratiani, & Dño Petro Judicis, Baſilicæ præfatæ Canonicis, ac Magiſtro Mathia de Theate Cameræ Dñi Papæ Clerico, & Johanne de Pontecurvo Dñi Papæ Scriptore, Teſtibus ad hæc vocatis ſpecialiter, & rogatis. *Notarii actus juridicus.* Et ego Odo Leonardi Andreæ de Serminetto, publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius, prædictis omnibus vocatus interfui, rogatus ſcripſi fideliter, & in hanc publicam formam redegi, & ſignum meum poſui conſuetum. Nos igitur venditionem, conceſſionem, & tranſlationem hujuſmodi, ac omnia & ſingula in præfato Inſtrumento contenta, rata & grata habentes, ipſa habere volumus plenæ robur firmitatis, illaque auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; *Pontificia confirmatio, ac temperamentum ne res vendita evincatur.* ſupplentes defectum omnem, ſi quis in eis extitit, vel eſſe poteſt ex quacumque cauſa vel modo, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis: Non obſtantibus, quod prædictum Caſale, & alia in eodem Inſtrumento contenta, ut præmittitur, vendita, & conceſſa atque tranſlata, pertinere dicuntur ad Abbatem, & Conventum ſeu Monaſterium Sancti Pauli prope Urbem Ordinis Sancti Benedicti ipſumque Monaſterium de ipſis poſſeſſionibus utilitatem habuerit vel perceperit; & nos in aliquo jam providerimus & intendamus, vita comite, propter hoc ipſis Monaſterii Abbati, & Conventui largiter providere, & quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, prohibitionibus dictæ Sedis, & conſtitutionibus, conſuetudinibus vel Statutis juramentis, confirmationibus Sedis ejuſdem, ſeu quacumque alia firmitate vallatis, per quæ effectus præſentium poſſet quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, ſeu de Monaſteriorum, vel Eccleſiarum, ſeu quarumvis perſonarum propriis nominibus habenda eſſet mentio ſpecialis. *Clauſulæ derogatoriæ; & in contradictores pœna adjiciuntur.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & ſuppletionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Lateran. vi. Id. Martii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

Caſale, Tres Columnæ, appellatum, & quicquid ad ipſum pertinet, Beato Petro Apoſtolorum Principi, ejuſque Baſilicæ & Capitulo perpetuum elargitur.

Ex Autogr. in Baſil. Vatic. Tabular. Capſ. 38. Faſc. 148.

Bonifatius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Matheo Sancte Marie in Porticu Diacono Cardinali, Archipresbytero, ac Priori, & Capitulo Baſilice Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1303. *Bonifacii in Baſilicam obſequium, amor, ſolicitudo:*

Ante aſſumptionem noſtram ad Summi Apoſtolatus Officium, & poſtquam ad illud divina clementia nos provexit, honorabilem Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe ſpetiali benivolentia & affectu ſincero fuimus proſecuti: Labores pro ipſa ſubivimus, & ſuſtinuimus caritate non ficta: ſtuduimus quoque, & ſi non quantum voluimus, eandem Baſilicam propter Deum, & reverentiam Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & aliorum Sanctorum & Sanctarum multiplicium, quorum Reliquiæ in ipſa Baſilica habentur, grandibus beneficiis & donis largifluis honorare; præſertim ut Divinus cultus augeretur in ea ad animæ noſtræ ſalutem, & augendam ad eam devotionem Populi Chriſtiani; *Inſignis munificentia.* multis acquiſitionibus per nos factis, quas vobis pro ipſis Beato Petro, & Baſilica ipſius Principis Apoſtolorum de Urbe pro ſalute animæ noſtræ, & Benefactorum noſtrorum conceſſimus & donavimus, prout in aliis noſtris litteris ſuper hujuſmodi conceſ-

Caſalis Trium Columnarum emptionem enarrat.

conceſſione ac donatione confectis (a) plenius continetur. Et nunc, ut ipſos Beatum Petrum & Baſilicam amplius honoremus, Caſale quod dicitur, Tres Columpnæ (b), cum Turribus, Muris, Reclauſtro & Ædificiis circa vel prope ipſas Turres, & cum omni ſuo Tenimento, Territorio, pertinentiis, & diſtrictu, aquis, fontibus, aquarum decurſibus, pratis, ſilvis, ſtirpariis, ripis fluminis, lapidibus, & lapidicinis, & arnariis, ac terris cultis & incultis, & omni jure, ac juriſdictione ad ipſum Caſale quomodolibet pertinentibus; quod quidem Caſale poſitum ſeu ſitum eſt juxta viam ſeu ſtratam, qua itur ab Urbe in partes, ſeu contratam Collini; ab una parte habens Caſtrum ſeu Caſale, quod dicitur Valca; & ab alio latere ripam fluminis, & ſi qui alii ſunt confines; quod quidem Caſale, Tres Columpnæ, Dilectus Filius nobilis Vir Urſus de Filiis Urſi de Urbe, vendidit & conceſſit nobis, & in nos tranſtulit, ſicut apparet Inſtrumento publico confecto manu Oddonis Leonardi Andreæ de Sermineto publici Notarii, cujus tenor inferius annotatur; & omnia quæ per ipſum Urſum nobis ſunt vendita, conceſſa, & in nos tranſlata, & quidquid proprietatis, vel poſſeſſionis, ſeu tenutæ in dicto Caſali, & aliis in eodem Inſtrumento contentis, & ipſorum aliquo vel aliquibus, nobis competit vel competere poteſt, & ad nos pervenit vel pervenire poteſt ex quacumque occaſione, titulo, modo, vel cauſa; ipſi Beato Petro æternæ vitæ Clavigero, cujus ſumus Succeſſor, & Vicarius Jeſu Chriſti, & vobis pro ipſo Beato Petro, & Baſilicæ ipſius Apoſtolorum Principis de Urbe pro ſalute animæ noſtræ, & Benefactorum noſtrorum Apoſtolica auctoritate concedimus & donamus, & prædicta omnia & ſingula in Baſilicam memoratam, & in vos pro ipſa transferimus, & Baſilicæ ipſi largimur de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis, habenda, poſſidenda perpetuis temporibus, & tenenda: Concedentes ut dicti Caſalis quod dicitur, Tres Columpnæ, pertinentiarum, & tenimenti, & omnium in Inſtrumento contentorum prædicto, poſſeſſionem, tenutam vel quaſi, auctoritate propria per vos, vel per alium, ſeu alios ingredi, recipere, apprehendere, & tenere libere valeatis. Inſuper quicquid in ſæpedicto Caſali, & in quibuſvis aliis in memorato Inſtrumento contentis ex quacumque culpa, offenſa, inobedientia, contemptu, vel rebellione, & ſpecialiter ratione criminis hæreſos, aut ſciſmatis, vel auxilii ſeu favoris hæreticis, ſeu ſciſmaticis impenſorum, ſeu ratione cenſus vel penſionis non ſolutorum, aut locationis ſeu locatiouum, vel contractus, ſeu contractuum emphitheuſis, vel locationum quomodolibet finitorum, ad Sedem Apoſtolicam, Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aut ipſorum aliquem, vel aliquos, aut eorum Eccleſias intitulatas vel commendatas aut commiſſas; ſeu Capitula, vel Collegia earumdem, & ad quæcumque Monaſteria vel Eccleſias alias infra Urbem & extra, & ſpetialiter ad Dilectos Filios Abbatem & Conventum Monaſterii Sancti Pauli prope Urbem & ipſum Monaſterium, ſeu ad quoſcumque alios Prælatos ſeu Perſonas Eccleſiaſticas, Religioſas vel Seculares, cujuſcumque eminentiæ, dignitatis, conditionis, ſtatus, aut ordinis devolutum eſſet, vel devolvi poſſet de jure, aut ad eos, ſeu ipſorum aliquem, vel aliquos ſpectare, vel pertinere poſſet; quicquid etiam proprietatis, poſſeſſionis, & juris prædictis Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, Prælatis, & Perſonis Eccleſiaſticis, Monaſteriis, Eccleſiis Regularibus, vel Secularibus, & ſpetialiter dicto Monaſterio Sancti Pauli, ad quod prædictum Caſale pertinere dicebatur, cum ipſum Monaſterium de illo utilitatem habuerit vel perceperit, & nos in aliquo jam providerimus, & intendamus vita comite propter hoc prædictis Abbati, Conventui, & Monaſterio largiter providere, ſive alicui, vel aliquibus eorum in eiſdem, Caſali, quod dicitur Tres Columpnæ, poſſeſſionibus, bonis, juribus, vel habitatoribus, & pertinentiis, territoriis, & diſtrictibus, & omnibus & ſingulis contentis in dicto Inſtrumento, ex quacumque ratione, occaſione, vel cauſa competit vel competere poteſt; illud de eadem poteſtatis plenitudine, dictæ Venerandæ Baſilicæ & vobis pro ipſa concedimus & donamus, ac transferimus in eamdem. Ita quod prædicta omnia & ſingula liberæ & plenariæ ſint proprietatis, poſſeſſionis, & juris Baſilicæ ſæpedictæ abſque omni onere, præſertim alicujus penſionis, ſeu cenſus ratione præteriti temporis vel futuri quomodolibet ſolvendorum; & quod tu Archipresbyter, & ſucceſſores tui in Archipresbyteratu, cum conſenſu Capituli dictæ Baſilicæ, vel majoris, & ſanioris partis ipſius poſſitis de fructibus, redditibus, & proventibus Caſalis, & aliorum prædictorum ſtatuere, ordinare, atque diſponere ad utilitatem, & comodum dictæ Baſilicæ perſonarum, & miniſtrorum ipſius, prout

Ejus fines deſignat.

Ejuſmodi Prædium in Baſilicam Donationis titulo transfert.

Ab alieno jure, etiam Apoſtolicæ Sedis eximit.

Omnimoda Capituli in Caſalis poſſeſſione libertas.

(a) Supra excurrendis. (b) Conſulendum præcedens Diploma.

prout videritis expedire, ſalvis hiis quæ per nos, vel alium, ſeu alios de mandato noſtro ſuper eis contigerit ordinari: *Clauſulæ derogatoriæ.* Non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, & indulgentiis, ac prohibitionibus dictæ Sedis, conſtitutionibus, conſuetudinibus, vel Statutis juramentis, confirmationibus Sedis ejuſdem, ſeu quacumque alia firmitate vallatis, per quæ effectus præſentium poſſet quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, ſeu de Monaſteriorum, Eccleſiarum, ſeu quarumvis perſonarum propriis nominibus habenda eſſet mentio ſpetialis. Præſentes autem litteras per te Archipresbyterum, & dictum Camerarium noſtrum offerri volumus Beato Petro, & Baſilicæ memoratæ ſuper Altari Beati Bonifatii, quod in Baſilica ipſa ereximus, & juxta quod elegimus ſepeliri. *Inſtrumenti tenor.* Tenor vero dicti Inſtrumenti talis eſt. In Nomine Dñi Amen, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo Tertio, Indictione prima, Pontificatus Sanctiſſimi Patris Domini Bonifatii Papæ Octavi Anno Nono, Menſe Februarii die vigeſima tertia: Hac quidem die in præſentia mei ſubſcripti Notarii, & Teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpetialiter vocatorum & rogatorum, Nobilis Vir Dominus Urſus, de Filiis Urſi, Frater Reverendi in Chriſto Patris Dñi Mathæi Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis, *Ultroneus venditionis contractus.* conſtitutus coram ipſo Dño Cardinali Fratre ſuo, & Venerabili Viro Dño Johanne Domini Papæ Camerario, non vi coactus, nec dolo inductus, ſed ſua bona & libera voluntate vendidit, & conceſſit Sanctiſſimo in Chriſto Patri Domino Bonifatio Papæ Octavo, & prædicto Dño Johanni Camerario recipienti nomine ipſius Domini Papæ, & pro ipſo; & in ipſum Dominum Papam, & dictum ejus Camerarium pro ipſo tranſtulit Caſale, quod vulgariter vocatur, Tres Columpnæ, *Rei venditæ jura, pertinentia, fineſque deſignantur.* cum Turribus, Muris, Renclaſtro, & Ædificiis circa vel prope ipſas Turres, & cum omni ſuo tenimento, territorio, pertinentiis, & diſtrictu, aquis, fontibus, aquarum decurſibus, pratis, ſylvis, ſtirpariis, ripis fluminis, lapidibus, & lapidicinis, & arnariis, ac terris cultis & incultis, & omni jure & juriſdictione ad ipſum Caſale quomodolibet pertinentibus: quod quidem Caſale poſitum ſeu ſitum eſt juxta viam ſeu ſtratam, qua itur ab Urbe in partes ſeu contratam Collini, ab una parte habens Caſtrum, Caſale, ſeu locum, qui dicitur Valca, ab alio latere ripam fluminis, & ſi qui alii ſunt confines: Vendidit etiam, & conceſſit quicquid ipſi Dño Urſo juris, & poſſeſſionis competiit, vel competit, vel competere poteſt in dictis Caſali, & Turribus, & quolibet prædictorum de facto vel de jure, vel quocumque modo ſeu cauſa, & ſpetialiter ex contractibus habitis inter ipſum Dñum Urſum, *Jurium plena translatio.* & nonnullos Cives Romanos, qui dicebant, ſe aliqua jura habere vel ſibi competere in prædictis, vel aliquo prædictorum, maxime ſub prætextu contractuum, vel conventionum initorum, vel habitorum inter Venerabile Monaſterium Sancti Pauli de Urbe ſeu Roma, Ordinis Sancti Benedicti, & ipſos Cives, vel prædeceſſores eorum, aliquem vel aliquos eorumdem, nec non prætextu vel ratione quorumcumque contractuum ſeu conventionum initorum, ſeu habitorum inter bonæ memoriæ Bartholomæum Abbatem, & Conventum ipſius Monaſterii, & præfatum Dñum Urſum; & licentiam dedit, quod apprehendere poſſent poſſeſſionem, & tenutam omnium prædictorum. *Rei venditæ pretium taxatur, & ſolvitur.* Prædictam autem venditionem, conceſſionem, & tranſlationem idem Dominus Urſus fecit eidem Domino Papæ, & ejus Camerario recipienti pro ipſo, pro pretio ſexmilium florenorum boni & puri auri, legalis ponderis, & valoris, quos prædictus Dñus Urſus a præfato Dño Camerario, & Gerardo de Bardis, pro ipſo Dño Papa ſolventibus, præſentialiter recepit: Et ad cautelam ipſe Dominus Urſus confeſſus eſt, ſe habuiſſe & recepiſſe pretium ſupradictum, & ab ipſo Papa, & pro ipſo ſibi fuiſſe ſolutum; renuntians exceptioni non numeratæ & non ſolutæ ſibi pecuniæ, vel non ſolutorum & non numeratorum ſibi florenorum prædictorum. *Venditor evictionem ſpondet, uno dumtaxat excepto caſu.* Verum quia Caſale, & alia ſupradicta juris & proprietatis, prout ipſe Dominus Urſus dicebat, ſunt & eſſe dicuntur Monaſterii ſupradicti, & directum dominium eorumdem, præfatus Dominus Urſus expreſſit & dixit, quod nullo modo volebat de evictione dicti Caſalis, & aliorum prædictorum præfatis Domino Papæ, & dicto ejus Camerario recipienti pro ipſo teneri, vel emptorem defendere, ſi totaliter, vel pro parte evincerentur per Monaſterium ſupradictum, vel alios quoſcumque. Promiſit tamen ſæpedictus Dñus Urſus ſub obligatione bonorum ſuorum, quod ſi qua jura ſibi competierunt, vel competunt in Caſali, & aliis ſupradictis, alteri non vendidit, nec in alterum tranſtulit; fructus tamen perceptos conſumpſit, & fecit quod ſibi placuit de eiſdem. Sed ſi contrarium quocumque tempore factum apparuerit per ipſum Dominum Urſum, & dictus Dominus Papa dampna, expenſas exinde ſuſtinuerit, vel de eis evictus fuerit, omnia ipſa dampna, expenſas, & evictionem ſibi reddere, & reſtituere promiſit dictus Dominus Urſus de propriis bonis ſuis. Pro quibus omnibus obſervandis dictus Nobilis obligavit eidem Domino Papæ, & dicto ejus Camerario recipienti pro

pro ipſo omnia bona ſua, quæ quantum ad prædicta tantum ſuo nomine tenere conſtituit, & precario poſſidere: Quæ quidem omnia dictus Dominus Urſus pro ſe ſuiſque Heredibus & ſucceſſoribus promiſit dicto Domino Papæ, & ejus Camerario recipienti pro ipſo, quo ſupra nomine, rata & firma habere perpetuo, & ea attendere, & obſervare, & contra non facere, vel venire. Actum in loco, ubi Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe congregatur, coram præfatis Dominis Cardinali, & Camerario, præſentibus Domino Bertuldo Nepote dicti Domini Cardinalis, Domino Petro Gualengi, Domino Johanne de Tuderto, Domino Odone de Sancto Euſtachio, Domino Leonardo Jacobini, Domino Diomede, Domino Thoma Gratiani, & Domino Petro Judicis Baſilicæ præfatæ Canonicis, ac Magiſtro Mathia de Theate Cameræ Domini Papæ Clerico, & Johanne de Pontecurvo Domini Papæ Scriptore, Teſtibus ad hæc vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Odo Leonardi Andreæ de Sermineto publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius, prædictis omnibus vocatus interfui, rogatus ſcripſi fideliter, & in hanc publicam formam redegi, & ſignum meum poſui conſuetum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum conceſſionum, donationum, tranſlationum, & largitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Teſtium nomina & Notarii ſubſcriptio.

Donationis confirmatio.

Dat. Lateran. vi. Id. Martii, Pontificatus noſtri Anno Nono.

CLEMENS V.

Poſtquam Beatus Benedictus XI. qui Bonifacio VIII. ſucceſſor datus eſt, Nono ſui Pontificatus Menſe nondum expleto ad ſuperos evolavit; Rei Chriſtianæ ſummam Clementi V. Cardinales deferunt Nonis Junji anno 1305. Hic die 14. Novembris coronatur, & exactis in ſupremo regimine annis 8. menſibus 10. diebus 15.; objit 12. Kal. Majas anno 1314.

Canonicis indulget, ut duorum menſium ſpatio annuatim a Baſilica, prævia tamen licentia, abeſſe liceat; & interim proventus, acſi præſentes fuerint, percipere.

Ex Regeſt. Anni 1. de Curia Clem. V. ep. 710. fol. 146. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1306.

Præcipuus in Baſilicam honos & amor.

Licet Eccleſiarum omnium cura ſit nobis diſponente Domino commiſſa; præcipue tamen venerandam Baſilicam ad honorem Beati Petri Apoſtolorum Principis, æterni Regni Clavigeri, in Urbe conſtructam, & ſui nominis Titulo inſignitam, honorificentia digna proſequimur, & libenter Miniſtris ſervientibus in eadem Apoſtolicæ munificentiæ dexteram aperimus. Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut ſinguli veſtrum & omnes præfatæ Baſilicæ poſteri Canonici ſingulis annis per duorum menſium ſpatium continue vel per vices, petita per ſe vel alium licentia a prædictæ Baſilicæ Capitulo, vel màjori parte ipſius, ſeu ab illo qui pro tempore ſuper hoc fuerit a nobis ſpecialiter deputatus, abſque defalcatione ſeu diminutione aliqua ſolutionis ſex librarum provenientium Senatus (*a*) ſecundum ſtatuta felicis recordationis Nicolai Papæ III. (*b*) Prædeceſſoris noſtri pro ſingulis ejuſdem Baſilicæ Canonicis faciendæ (*c*), quorundam proventuum qui vocantur excepta (*d*); poſſint ſe libere extra Urbem & inſra, pro corporum infirmitate vitanda & ſanitate

Bimeſtri ſpatio Canonici quotannis a Baſilica abeſſe poſſunt impune, prahabita tamen licentia.

(*a*) Huc revocanda, quæ alibi prænotavimus. *Libra quælibet provenientium Senatus*, uti noſter Grimaldus exiſtimat, duobus ſcutis argenteis Romanis cum dimidio æquiparatur. Vide Bzovium tom. 13. Annal. Eccleſ. ad an. 1250. col. 916.

(*b*) Conſulatur pag. 157. col. 1.

(*c*) Supplenda videtur particula copulativa & 1 quemadmodum in ipſo Bullæ contextu mox inſpiciemus.

(*d*) Hæc enumerant Joannes XX. dictus XXI., & Nicolaus III.

Vel ad ipſam Exceptorum diſtributionem Privilegium extenditur.

ſanitate recuperanda, ſuis ac ſuorum honeſtis negotiis promovendis, ab eadem Baſilica abſentare, ac extra Canonicam ſeu Clauſtrum ipſius licite pernoctare. Et quoad perceptionem Dilectorum Filiorum, ſex librarum & proventuum qui dicuntur excepta, reputentur pro dictis duobus menſibus, vel pro rata dierum quibus abſuerint ab eadem, in ipſa Baſilica ſeu ejus Canonica perſonaliter reſidentes (*a*): Non obſtantibus contrariis ejuſdem Baſilicæ conſuetudinibus, vel ſtatutis ſub quacumque forma verborum expreſſis, juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, vel quacumque firmitate alia roboratis, etiamſi de illis ſervandis per ſe vel per alios ſeu alium præſtiterint, vel eos impoſterum præſtare contigerit juramentum: Proviſo, quod dicta Baſilica propter hoc debitis non fraudetur obſequiis, & in ea ſufficiens remaneat numerus Miniſtrorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſe noverit incurſurum.

Cavet vero nè Baſilicæ ſervitium idcirco negligatur.

Datum apud Caſtrum Sancti Cirici in Monte Aureo prope Lugdunum Nono Kalendas Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Ea quæ Carolus I. Siciliæ Rex, ejuſque Filius Carolus II. Vaticano D. Petri Templo elargiti fuerant, dona enumerat; Regia Donationum Privilegia inſerit, & Pontificio Diplomate confirmat.

Ex Autogr. in Archivo Capitulari Capſ. 42. Faſc. 167.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Priori, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1306.

Præcipua Pontificis in Vaticanam Baſilicam cura.

Privilegii Caroli I. Siciliæ Regis ſumma capita.

Uncias auri quinquaginta ex proventibus regiæ Curiæ Neapolitanæ detrahendas,

Etſi cunctarum Eccleſiarum nos ſollicitudo ſollicitet, ſi cotidiana ipſarum ad nos pulſet inſtantia; præcipue tamen excitant mentem noſtram Apoſtolorum Principis jura Baſilicæ; & ferventi deſiderio affectamus, ut præfata Veneranda Baſilica temporalibus augeatur ſubſidiis, proſperis ſecundetur ſucceſſibus, ac ſalubriter dirigatur. Oblata ſiquidem nobis ex parte veſtra petitio continebat, quod claræ memoriæ Carolus (*b*) Rex Siciliæ ex intimæ devotionis affectu, quem gerebat ad ipſam Baſilicam, in qua olim per Regni ſui Siciliæ inveſtituram ſolemnem, ſibi ab Apoſtolica Sede conceſſam primum divulgata ſui honoris inſignia claruerunt, ac ſacræ in ipſa unctionis liquore perunctus Regni eiuſdem dyadema ſuſcepit (*c*), donavit vobis in perpetuum, & conceſſit, ac aſſignavit in proventibus doanæ, & aliorum jurium ad Curiam Regiam in Civitate Neapolitan. ſpectantium, annuum redditum quinquaginta Unciarum boni auri ad generale pondus Regni eiuſdem, procuratori, vel certo nuncio veſtro per Officiales Regios annis ſingulis in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli in Civitate præfata integre perſolvendum (*d*); volens, ut pecunia ipſa per partes in certis diebus, & feſtivitatibus anni, & poſt mortem ſuam in die anniverſarii ſui diſtribueretur per Canonicos eiuſdem Baſilicæ, ſecundum eorum providentiam & diſpoſitionem Regiæ voluntatis. Poſtea ſiquidem Cariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Secundus præfati Regni Siciliæ Rex Illuſtris prædicti Regis Patris ſui ſequens pium propoſitum in devotionem ad Baſilicam memoratam donum paternum & conceſſionem hujuſmodi, & quicquid ſuper hiis per Patrem ſuum factum eſt, per ſuas litteras in perpetuum confirmavit: Hoc ſalvo, quod annuum redditum prædictarum quinquaginta unciarum

annuatim perſolvi Carolus præcipit, certis Baſilicæ injunctis oneribus.

Paternam donationem Carolus II. confirmat, imo & adauget uſque ad uncias auri centum.

laus III. in Conſtitutionibus ab ſe editis pro Vaticana S. Petri Baſilica. Adeas pag. 181. & ſeqq.

(*a*) Conſer. Nicolai III. Indultum pag. 187. col. 2.

(*b*) Hujus nominis Primus, de quo ſupra fol. 144.

(*c*) Ejus rei publicum Inſtrumentum ex Ms. Codice Vaticano evulgavit Odoricus Raynaldus ad annum 1266. num. 2. In eo ſiquidem Rodulphus Albanenſis Epiſcopus, Ancherius Tit. S. Praxedis Presbyter, Riccardus S. Angeli, Gotifredus S. Georgii ad Velum aureum, & Matthæus S. Mariæ in Porticu Diaconi Cardinales, teſtantur, ſe a Clemente IV. mandatum accepiſſe, ut Carolum Regem, ac Beatricem uxorem ejus ſolemni ritu regia inunctione linirent: *Nos igitur* [inquiunt] *volentes hujuſmodi mandatum Apoſtolicum exequi diligenter, in Urbe convenimus, & in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, præſente tam Prælatorum, quam aliorum Fidelium multitudine copioſa, Regi & Reginæ prædictis memorati Regni Siciliæ coronas commiſſa nobis auctoritate tribuimus &c.* Cetera legeſis apud laudatum Raynaldum n. 3.

(*d*) Regiæ liberalitatis monumentum Vaticanus D. Petri Clerus poni curavit in appendice ad Martyrologium ejuſdem S. Petri Baſilicæ; uti ex Baronii ſchedis obſervavit citat. Raynaldus num. 5. Ceterum quæ a Clemente V. hic inſeruntur Donationum Diplomata, opportunius illuſtrabimus in poſtrema hujus Bullarum Collectionis parte, quo amandavimus Regum & Imperatorum Privilegia.

rum auri aſſignatum vobis in Civitate Neapolitan. prædicta ex dono paterno pro celeriori, & habiliori ſatisfactione ipſius commodius conſequenda de voluntate, & aſſenſu veſtro percipiendum apud Civitatem Ortonæ (a) de Juſtitiaratu (b) Aprutii aſſignavit, & de novo donavit vobis, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum; & conceſſit alias quinquaginta uncias auri eiuſdem ponderis annis ſingulis percipiendas apud præfatam Civitatem Ortonæ: De quibus quadraginta uncias annuatim voluit erogari duobus ultra Canonicorum numerum tunc in eadem Baſilica inſtitutum addendis de novo Canonicis, ſicut accepimus jam adauctis; Reliquas vero decem uncias auri diſtribui ordinavit & voluit inter Canonicos, & Beneficiatos ſæpedictæ Baſilicæ, qui interfuerint Miſſæ ad honorem Apoſtolorum Petri & Pauli annis ſingulis, in Octava Beati Martini, die videlicet ortus ſui, vel die ſequenti, quoad vixerit Rex præfatus, in dicta Baſilica celebrandæ, & poſt mortem ipſius diſtribuendas in die Anniverſarii ſui per Canonicos, & Beneficiatos eoſdem ſingulis annis in ipſa Baſilica ſolenniter celebrandi, prout in patentibus litteris ſuper hoc confectis prædictorum Regum aurea bulla bullatis plenius dicitur contineri. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper prædictis omnibus & ſingulis per Reges præfatos taliter factum eſt, ratum & gratum habentes, id auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: Tenores prædictarum litterarum præſentibus inſeri facientes, qui tales ſunt. In Nomine Domini Amen. Nos Carolus Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Andegaviæ, Provinciæ, & Forcalquerii Comes, conſiderantes, quod dextera Domini nobiſcum faciente virtutem, Noſque clementer ad Regni Siciliæ faſtigia ſublimante, in Sacratiſſima Principis Apoſtolorum de Urbe Baſilica per Regni ipſius inveſtituram ſolennem, Nobis ab Apoſtolica ſede conceſſam, primum divulgata noſtri honoris inſignia claruerunt, ac deinde ſacræ in ipſa unctionis liquore peruncti, Regni prædicti ſuſcepimus diadema; dignum fore prævidimus, ut eidem Baſilicæ more Dominorum Regum Francorum progenitorum noſtrorum, quibus Nos tam originis, quam dignitatis compago conſolidat, pronis & pronctis ſemper famulemur obſequiis, & illi velud Matri ſtrictius obligemur ex debito, a cuius utero per Cæleſtis adoptionis gratiam quaſi nova progenies dinoſcimur prodiiſſe. Hinc eſt, quod nos Capitulo & Canonicis eiuſdem Sacroſanctæ Baſilicæ tam præſentibus, quam futuris in perpetuum donamus, concedimus, & aſſignamus in proventibus Doanæ (c), & aliorum Jurium ad Curiam noſtram in Civitate Neapolitan. ſpectantium, annuum redditum quinquaginta unciarum Auri boni ad generale pondus ipſius Regni, Procuratori vel certo Nuntio ipſius Capituli per Officiales noſtros quocumque nomine cenſeantur, qui pro tempore dictis Juribus, & proventibus præfuerint, in feſto beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli annis ſingulis in ipſa Civitate integre perſolvendum: Volentes, ut huiuſmodi pecunia diſtribuatur hoc modo per Canonicos Baſilicæ prælibatæ; videlicet, Sacerdoti ad laudem Sancti Spiritus, quamdiu vixerimus, & poſt obitum noſtrum pro defunctis Miſſam in eadem Baſilica cotidie celebranti provideatur de ipſa pecunia competenter; Trium quoque unciarum ſumma dicti Auri hiis, qui Miſſæ de Sancto Spiritu iiii. Kal. Martii, dum vixerimus, annuatim pro nobis ſolenniter in ſæpedicta Baſilica celebrandæ interfuerint, annis ſingulis erogetur, poſt deceſſum noſtrum in diſtributionem noſtri Anniverſarii convertenda: Reſiduum vero prædictæ pecuniæ inter memoratos Canonicos ſecundum providentiam diſpoſitionis eorum, in Nativitatis Domini, Octavarum ipſius, ac Epyphaniæ, qua in ipſa Baſilica dignitatis Regiæ Diadema ſuſcepimus, Reſurrectionis Dominicæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, ac Purificationis, Annunciationis, Aſſumptionis, & Nativitatis glorioſæ Dei Genitricis Mariæ, omniumque Sanctorum ſolennitatibus, in Commemoratione etiam omnium fidelium defunctorum, nec non in Beatorum Petri & Pauli, aliorumque Apoſtolorum, ac Beati Johannis Baptiſtæ, Sanctorum Marci, & Lucæ Euangeliſtarum, Natalitii quoque, Inventionis, & Tranſlationis Beati Stephani Prothomartiris, ac Beatorum Clementis, Laurentii, Ypoliti, Dyoniſii, Euſtachii, & Georgii Martirum, Nicolai inſuper, Martini, Remigii, Gregorii, & Benedicti Confeſſorum, ac Sanctarum Mariæ Magdalenæ, ac etiam Agathæ, Luciæ, Agnetis, Margaritæ, ac Catherinæ Virginum feſtivitatibus, dividatur. Ut autem huiuſmodi noſtra donatio, conceſſio, & aſſignatio, & alia præmiſſa perpetuum robur optineant

Ex Civitate Ortonæ & Juſtitiaratu Aprutii percipiendas.

Nonnulla Carolus II. imponit onera quotannis implenda.

Regis utriuſque donationem Pontifex confirmat.

Tenor Privilegii Regis Caroli I. inſeritur.

Gratus & obſequens Caroli animus in Baſilicam S. Petri.

Uncias auri quinquaginta, ex juribus Doanæ in Civitate Neapolitana quotannis percipiendas, donat.

Ejuſmodi pecuniæ diſtributio, certa methodo, & definitis anni diebus facienda.

(a) Ea eſt citerioris Aprutii Urbs cognomento *a Mari*; ſita quippe in ora Maris Adriatici, 12. mill. a Theate in ortum, 8. ab Anxano in Boream diſtat.

(b) Juſtitiariatus, apud Cangium, eſt Judicis regio ſeu diſtrictus. Verum hæc alibi diſcutiemus.

(c) Vectigalia, ac tributa pro mercibus & mercium tranſvectione, hic indigitari opinamur.

(a) Vo-

Privilegium perpetuo valiturum Regio obſignat ſigillo.

optineant firmitatis, & tam a nobis, quam Heredibus & ſucceſſoribus noſtris inviolabiliter & perpetuo obſerventur, præſens Privilegium ex inde fieri, & aurea bulla Typario (*a*), noſtræ Maieſtatis impreſſa juſſimus comuniri. Actum Romæ in præfata Baſilica Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto in prædicta Epiphania Domini ſexto Januarii, Nonæ Indictionis. Dat. apud Lacum Penſulem per manum Magiſtri Johannis de Atiaco Decani Melden. Regni Siciliæ Cancellarii XXVIIII. Junii Anno Domini, & Indictione præſcriptis, Regni vero prædicti Domini Caroli Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Anno Secundo feliciter, Amen. Item, Carolus Secundus Dei gratia, Rex Jeruſalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forcalquerii Comes; Univerſis præſens Privilegium inſpecturis tam præſentibus, quam futuris. Etſi Regalis excellentiæ dignitas per munificæ gratiam liberalitatis ad homines, grandi credatur augmento provehi, & firmitate fulciri, conſequens eſt & certum, quod dum gratæ cor referens recognitionis ad Deum in ejus obſequium a quo cuncta ſuſcepit, ſaltem de multis aliqua reverenter exponit, incomparabiliter grandiori, & incremento provehitur, & fortitudine roboratur. Sane conſtitit nuper nobis, quod claræ memoriæ Dominus Pater noſter Jeruſalem, & Siciliæ Rex Illuſtris tempore, quo in Sacratiſſima Principis Apoſtolorum de Urbe Baſilica Regni Siciliæ inveſtituram, unctionem Sacram, & dyadema ſuſcepit, Capitulo & Canonicis eiusdem ſanctæ Baſilicæ in perpetuum donavit, conceſſit, & aſſignavit in proventibus doanæ, & aliorum Jurium ad Curiam Regiam in Civitate Neapolitan. ſpectantium, annuum redditum unciarum auri quinquaginta generalis ponderis dicti Regni, per Officiales Curiæ procuratori, vel certo nuntio dicti Capituli in feſto Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſingulis annis in Civitate prædicta integre perſolvendum, certo quidem modo diſtribuendum per Canonicos Baſilicæ prælibatæ, quem præfati Domini Patris Noſtri privilegium ſerioſe deſignat. Nos igitur tam pia volentes paterni operis, & affectus veſtigia immitari, donationem, & conceſſionem prædictam dictis Capitulo & Canonicis, quamquam ex auctoritate donantis pleni vigoris eſſet, ad uberiorem tamen cautelam in perpetuum confirmamus:

Aliud Caroli II. Privilegium aſſeritur.

Patrium Diploma commemorat, atque confirmat.

Uncias auri quinquaginta ex Civitate Ortonæ, & Juſtitiaratu Aprutii percipiendas decernit.

Hoc ſalvo, quod redditum ipſum de voluntate & conſenſu dicti Capituli, non in Civitate prædicta Neapolitan. proviſa per dictum Dominum Patrem noſtrum, ſed in Civitate noſtra Orton. de Juſtitiaratu Aprutii, pro ſatisfactione redditus eiuſdem, in illa celerius & habilius conſequenda providimus aſſignandum; ceteris quæ paternum privilegium ſuper hoc illis indultum continent, tam in diſtributione quam aliis in ſuo robore duraturis. Verum diebus non longe præteritis ab eiſdem Capitulo & Canonicis intellecto, quod ab anno duodecimæ Indictionis primo præteritæ, non fuit eiſdem dicto redditu ſatisfactum, quod contigiſſe ſcimus tum ob eiuſdem Domini Patris noſtri obitum, tum ob noſtræ in manu noſtrorum hoſtium detentionis eventum (*b*), & inpotentiam forte magis, quam repugnantiam Officialium, qui eidem regno hactenus præfuerunt, magnis neceſſitatibus ad alia diſtractorum: Nos eis volentes debitam inde totius præteriti temporis & futuri ſatisfactionem impendi, illis per patentes litteras noſtras indulxiſſe meminimus, quod a principio anni primo futuræ nonæ indictionis in antea, ſuper Baiulatione aliiſque Juribus noſtris dictæ Civitatis Orton. ſingulis annis dictas uncias quinquaginta paterni doni perciperent, & pro debito præteriti temporis, quod fuiſſe inventum eſt uncias Auri ſexcentas, totum reſiduum bajulationis & jurium eorumdem tamdiu haberent, donec inde plena dicti debiti ſatisfactio compleretur. Nunc autem devotius attendentes, quod dictæ Baſilicæ, velut Matri ſtrictius obligamur, ac volentes in ea relinquere ſpecialia noſtræ donationis inſignia, Capitulo prædicto imperpetuum, modo qui ſequitur, providemus: Videlicet, quod ultra prædictas uncias quinquaginta paterni doni, non ſolum uſque ad ſatisfactionem debiti memorati reſiduum bajulationis, & jurium eorumdem percipiat, ſed in perpetuum de ipſo reſiduo habeat alias uncias annuas quinquaginta ponderis ſupradicti; ita quod ſint per totum, tam ex dono paterno quam ex noſtro, annuæ unciæ auri centum: Volentes, & tam Secretis Aprutii, quam Bajulis dictæ Civitatis Orton. præſentibus & futuris firmiter injungentes, quod a principio dicti anni nonæ Indictionis in antea venditis per Secretos noſtros anno quolibet Bajulatione, ac Juribus ſupradictis plus offerentibus, debita ſubaſtatione præmiſſa, & aliis ſolennitatibus obſervatis, quæ in talibus

Auri ſummam præteritis annis non ſolutam, ſolvendam præcipit.

Uncias auri quinquaginta annuatim ſolvendas ſuperaddit; certamque, ut ſolutiones perficiantur omnino, præſcribit methodum.

(*a*) Vocabulum a græco idiomate derivatum, quod imaginem hoc in loco ſonat.

(*b*) Cum enim Carolus navalem pugnam cum Rogerio, Petri Aragonum Regis Ammiralio, imprudens commiſiſſet; victus captuſque eſt, ac diutino carceri traditus: quemadmodum videre licet apud Raynald. ad annum 1284. num. 14.

libus requiruntur, ac receptis & auditis augmentis, ſi qua medio tempore fieri contigerit in eiſdem; vel ſi vendi non poſſent aliquando, in cabellam per eos commiſſis in credentiam procurandis; deinde Capitulum & Canonicos ſupradictos percipere, ſeu per eorum procuratores percipi patiantur annuatim de Bajulatione, & Juribus ipſis prædictas utriuſque doni tam paterni, quam noſtri, uncias auri centum, reſiduo ſi quod erit noſtræ Curiæ remanente: quam ſolutionem dicti Bajuli cabellati, vel Credencerii eis vel ipſorum Procuratori abſque alio mandato noſtro, vel Heredum noſtrorum, aut noſtri Vicarii, ſeu dictorum Secretorum, ſucceſſive per terminos, qui fuerint in locatione contenti, vel ſicut in credentiam percipientur, facere teneantur integre, remoto quolibet difficultatis anfractu, ſub pœna dupli ejus, in cujus ſolutione defecerint quantitatis; Secretis etiam ipſis, ſi qui ad id impedimenta præſtiterint, ſimili pœna plectendis. Non obſtantibus quibuſcumque mandatis vel ordinationibus factis, aut per nos, Heredes, vel Officiales noſtros inpoſterum faciendis, per quæ præſentis noſtræ voluntatis executio poſſet aliquatenus impediri; cum noſtræ intentionis non ſit, nos, Heredes, vel Officiales eoſdem, ordinationes ſeu mandata talia edere, quæ tam pio propoſito refragentur. Ordinamus quidem, & volumus, quod dictæ unciæ quinquaginta doni noſtri diſtribuantur hoc modo, ſcilicet, ultra numerum Canonicorum, qui nunc eſt in Baſilica ſupradicta, de novo addantur Canonici duo, quorum quilibet habeat annuatim uncias auri viginti; Reliquæ vero decem unciæ diſtribuantur inter Canonicos, & etiam Beneficiatos ejuſdem Baſilicæ in Octava Beati Martini, in die ſilicet ortus noſtri, quo, vel ſequenti ad honorem & laudem dictorum Apoſtolorum per ipſos Canonicos, & Beneficiatos omnes ſolennis Miſſæ Officium celebretur, & hoc quamdiu vixerimus; & poſt deceſſum noſtrum in die ipſius fiat ipſarum decem unciarum diſtributio inter illos, ac celebretur pro nobis Anniverſarium per eoſdem. In cujus rei fidem, perpetuamque memoriam, ac prædictæ Baſilicæ, dictorumque Capituli, Canonicorum, & Beneficiatorum cautelam præſens Privilegium exinde fieri, & aurea bulla typario noſtræ Majeſtatis impreſſa juſſimus communiri, alio Privilegio conſimili ſub cereo ſigillo ejuſdem Majeſtatis noſtræ ſibi tradito ad cautelam. Actum Romæ præſentibus Americo de Sus, & magnæ curiæ noſtræ Magiſtris Rationalibus (a), Johanne Pipino de Barulo, & Henrico de Girardo Militibus dilectis, conſiliariis, familiaribus, & fidelibus noſtris, ac pluribus aliis. Dat. ibidem per manus Magiſtrorum Rationalium magnæ Curiæ noſtræ Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto, die v. Menſis Julii, Octavæ Indictionis, Regnorum noſtrorum Anno Undecimo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Nullo prætextu ſolutio retardanda;

Unciarum quinquaginta diſtributio quibus, & quando facienda.

Omnimoda Diplomatis firmitas ex Regio placito,

Ac Pontificis confirmatione.

Dat. apud Caſtrum Sancti Cirici in Monte aureo prope Lugdunum VIIII. Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Canonicis & Beneficiatis Choro Vaticanæ Baſilicæ inſervientibus indulget, ut quorumlibet Beneficiorum ad quaſcumque Eccleſias pertinentium fructus percipere valeant, quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis (b).

Ex vetuſtis Apographis in Archivo noſtro Capitulari Lib. A. fol. 4. Lib. B. fol. 59., & Lib. I. fol. 158.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1306.

Baſilica Vaticanæ dignitas, ejuſque dignitatis argumenta.

ILle, qui ſolus Romanam fundavit Eccleſiam, & ſupra firmam petram Fidei mox naſcentis Eccleſiæ Beato Petro æternæ Vitæ Clavigero, cæleſtis & terreni ſimul Imperii jura committens, inſignem ejus Baſilicam ad honorem ipſius in Urbe conſtructam, & ſui nominis vocabulo inſignitam, tanto majori veneratione conſtituit digniorem,

(a) Qui ſcilicet rationibus ſeu Principis ærario præerant; liteſque, uti Cangius obſervat, ad iſtud ſpectantes dijudicabant.

(b) Conſulantur Nicolai IV. Diplomata, quæ idem argumentum tractant.

(a) Rubei

rem, quanto ipſam ceteris amplioris dignitatis privilegio præcellere, & uberioris titulo laudis & gloriæ voluit decorari. In ea namque ſui pretioſiſſimi Vultus Imaginem, quam Veronicam Fidelium vox communis appellat, in ſingularis amoris inſigne tribuit venerari: In ea glorioſiſſimum corpus ejuſdem ætherei Janitoris, ac innumerabilium Martyrum, aliorumque Sanctorum venerandas Reliquias collocavit, ut quo plura in ipſa veneranda concurrerent, eo amplior erga eam cunctorum devotio & reverentia creſceret, & ad ipſam conflueret Fidelium multitudo, dans Domino laudem & gloriam, & pietatis officio venerans, ut ipſo aperiente, qui a Domino claves Regni Cælorum accepit, Cæleſtis Aulæ janua referetur. Cupientes igitur in eadem Baſilica cultum Divini nominis adaugeri, & eo devotius atque frequentius inibi debitas Deo laudes exſolvi, quo ipſius Miniſtri Baſilicæ, qui nunc reſident, & pro tempore reſidebunt in ipſa, majorem a Sede Apoſtolica fuerint gratiam conſecuti; auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut ſinguli veſtrum, & etiam Beneficiati Chori ejuſdem Baſilicæ, necnon ſinguli futuri præfatæ Baſilicæ Canonici, & Chori Beneficiati ejuſdem, fructus, redditus, & proventus omnium & ſingulorum Canonicatuum, Præbendarum, Officiorum, Perſonatuum, Dignitatum, & quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura, quæ in quibuſcumque Eccleſiis, ſive locis obtinent, & quæ etiam in poſterum obtinebunt, cum ea integritate, cotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis, reſidendo annis ſingulis per ſex menſium ſpatium vel ultra, continue vel per vices in Baſilica memorata, ſecundum morem reſidendi, qui inibi obſervatur, vel obſervabitur in futurum, etiamſi Canonici, & Beneficiati præfati ad loca aliqua pro negotiis ipſius Baſilicæ, ſeu Capituli tranſmittantur, dum in executione negotiorum hujuſmodi fuerint, eundo, morando, & redeundo ad dictam Baſilicam, percipere valeant, cum qua illos perciperent, ſi continue in eiſdem Eccleſiis ſive locis, in quibus hujuſmodi Beneficia obtinent, & in poſterum obtinebunt, perſonaliter reſiderent: Nec interim ad reſidendum perſonaliter in ipſis Eccleſiis, ſive locis aliquatenus teneantur; neque ad id quoquam valeant coarctari: Non obſtantibus Conſtitutionibus ſuper hoc editis in Conciliis generalibus; ſeu ſi aliqui veſtrum, aut Beneficiati prædicti, vel futuri Canonici, & Beneficiati ſæpedictæ Baſilicæ in ipſis Eccleſiis, ſive locis, in quibus hujuſmodi Præbendas, Offitia, Perſonatus, Dignitates, ſeu Beneficia obtinent & in poſterum obtinebunt, non fecerint primam perſonalem reſidentiam conſuetam, & quibuſcumque tam præfatæ Baſilicæ, quam prædictarum Eccleſiarum, & locorum contrariis conſuetudinibus, vel ſtatutis, ſub quacunque forma verborum expreſſis, juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, vel quacunque firmitate alia roboratis; etiamſi de illis ſervandis, & non impetrandis per ſe vel alium ſeu alios literis Apoſtolicis contra ea, nec de impetratis utendo, præſtiterint per ſe vel Procuratores ſuos, vel eos in antea præſtare contigerit juramenta; ſive ſi locorum Ordinariis, aut quarumcunque Eccleſiarum Capitulis, vel quibuſvis aliis conjunctim, vel diviſim a præfata ſit Sede indultum, vel in poſterum indulgeri contigerit, quod Clericos, & quoſcumque alios in ipſis Eccleſiis, ſive locis Præbendas, Offitia, Perſonatus, vel Dignitates, ac Beneficia obtinentes poſſint compellere ad reſidendum perſonaliter in eiſdem; ſeu ſi Capitulis earundem Eccleſiarum a prælibata ſit Sede conceſſum, vel medio tempore concedi contigerit, aut ſi in ſtatutis ipſorum contineatur expreſſum, quod Canonicis, & perſonis Eccleſiarum ipſarum, maxime in terra ſuæ originis reſidentibus, prædictorum Canonicatuum, & Beneficiorum fructus, redditus, & proventus miniſtrare in abſentia minime teneantur; aut quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, quibuſvis Dignitatibus & Perſonis, generaliter vel ſpecialiter, ſub quacunque forma vel conceptione verborum a prædicta Sede conceſſis, & in poſterum concedendis, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus hujuſmodi noſtræ gratiæ impediri valeat vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in præſentibus ſpecialis, & expreſſa mentio ſit habenda: Proviſo quod Beneficia, Perſonatus, & Dignitates prædicta debitis obſequiis non fraudentur, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Jus tribuit Canonicis & Beneficiatis, ut, modo Baſilicæ inſerviant, Beneficiorum quorumcumque fructus percipiant, exceptis dumtaxat quotidianis diſtributionibus.

Contrariis quibuſcumque nequaquam obſtantibus.

Cavet ſedulo ne cultus Divinus minuatur.

Clauſula pœnalis.

Datum apud Caſtrum Sancti Cirici prope Lugdunum VIII. Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Neapo-

Neapoleoni Cardinali Urſino defert Archipresbyteratum Baſilicæ S. Petri de Urbe.

Ex Regeſto Anni I. Epiſt. Clementis V. Epiſt. 5. fol. 1. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Neapolioni S. Adriani Diacono Cardinali; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1306.

Cardinalis Urſini nobilitatem et virtutem commendat.

QUÆ ad tui ſtatus decorem, tuique honoris augmentum pertinere comperimus, affectu paternæ promptitudinis promptæque liberalitatis munificentia promovemus. Quanto enim Romanam Eccleſiam, cujus nobile membrum exiſtis, plenius tuorum honoras magnitudine meritorum, tanto per eam promereris attolli favoris gratia potiori. Perſonam itaque tuam, quam gerimus in viſceribus caritatis, plenitudine benivolentiæ proſequentes, Archipresbyteratum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe per obitum bonæ memoriæ Mathæi (*a*) Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis Archipresbyteri dictæ Baſilicæ (*b*) nunc vacantem, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis tibi conferimus & providemus de illo (*c*); curam & regimen dictæ Baſilicæ cum domibus & Cappellis ſibi ſubjectis in ſpiritualibus & temporalibus; Canonicorum quoque, & Beneficiorum ſeu Clericorum inſtitutionem & deſtitutionem in Baſilica & Cappellis prædictis, necnon correctionem & reformationem ipſorum tam in capite quam in membris tibi auctoritate Apoſtolica committentes, diſponendi quoque de hiis per te vel alium ſicut videris expedire, prout prædeceſſores tui Archipresbyteri dictæ Baſilicæ conſueverant exercere, & contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, plena tibi conceſſa tenore præſentium facultate: Tecum nihilominus ex uberioris dono gratiæ quod Archipresbyteratum dictæ Baſilicæ cum dictis domibus & Cappellis, & Sancti Adriani cujus Diaconus Cardinalis exiſtis, & Sancti Apolinaris de Urbe Eccleſiis una cum præpoſitura de Oeto in Eccleſia Sancti Martini Turonen., Rothomagen., Pariſien., Cameracen., Eboracen., Lincolnien., Sancti Audomari Morinen Dioceſis Eccleſiarum Canonicatibus & Præbendis, conſtitutione generalis Concilii (*d*) ſuper hoc edita, & quibuſlibet aliis Eccleſiarum ipſarum indulgentiis, ſtatutis, vel conſuetudinibus contrariis juramento vel confirmatione Apoſtolica vel quacumque firmitate alia vallatis, aut ſi de ipſis vel eorum aliquo vel aliqua obſervandis per te vel Procuratorem tuum generaliter vel ſpecialiter præſtiteritis juramentum, nequaquam obſtantibus, auctoritate præſentium diſpenſantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Archipresbyteratum Baſilicæ Urſino Cardinali cum ampliſſima juriſdictione concedit.

Ut Eccleſias, Titulos, aliaſque Præbendas quas poſſidet, jure in futurum poſſideat, benigne indulget.

Datum in Monte Bellepertice xiii. Kalendas Octobris, Anno Primo (*e*).

Bona

(*a*) Rubei Urſini, de quo ſupra fol. 144. not. *b*. Eodem defuncto, Archipresbyteratum octo menſibus vacaſſe, tradit noſter Grimaldus in Lib. Ms. de Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyteris pag. 69.

(*b*) Id munus, teſte mox laudato Grimaldo pag. 63., Matthæus Urſinus obivit annos XXVII.

(*c*) Archipresbyteratus Dignitatem Annos XXXV. [XXXVI, judice Grimaldo] menſ. VI, totidemque dies Neapoleo Urſinus adminiſtravit: obiit autem die 24. Martii anno Chriſti 1342. quemadmodum Liber Benefactorum noſtræ Baſilicæ apud eumdem Grimaldum pag. 78. relatus, his verbis declarat: *In anno Nativitatis Domini* 1342. *hac die præſente* [nimirum 9. Kal. Aprilis] *obiit bo. mem. Rever. Pater, & Dnus D. Neapoleo de filiis Urſi, S. Hadriani Diac. Card. Archipresbyter noſtræ Baſilicæ, qui reliquit noſtræ Baſilicæ quartam partem Caſalis, quod dicitur de Piſcionibus; Item reliquit proprietates ſive cenſus terrarum vinearum emptarum a filiis Piſcis, qui valent annis ſingulis florenos* 6., *& ſolidos* 16., *& cenſus ſive proprietates terrarum vinearum emptarum a Maſcio Rogerii, qui valent annis ſingulis florenos* 14.

(*d*) Lateranenſis Quarti cap. 29.; aut, ſi mavis, Tertii cap. 13.

(*e*) Qui cum anno æræ Chriſtianæ 1306. concurrit, a die coronationis deducto hujus Pontificatus exordio: quod ſi a præſtituta electionis die ipſum auſpicemur, annus procul Diplomatis numerari oportet 1305. Prior ſententia nobis magis arridet: Cum etenim tria Clementis V. Diplomata, quæ jam protulimus, & quæ ſub initium anni 1306. procul dubio edita ſunt, Priori & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, nulla de Archipresbytero mentione facta, inſcribantur; inde conjicimus, ejuſdem Baſilicæ Archipresbyteratum fuiſſe tunc temporis vacantem; ex quo rurſus illud conficitur, ut ipſam Archipresbyteratus Dignitatem Neapolioni Cardinali Urſino Clemens Quintus nonniſi hoc anno 1306. ad exitum vergente detulerit. A die igitur Coronationis repetendum videtur hujuſce Pontificatus exordium.

(*a*) Ex-

Bona Monaſterii S. Martini in Montibus injuſte alienata mandat reſtitui; quamvis alienationes literis Apoſtolicis in forma communi expeditis, fuerint confirmatæ.

Ex Autogr. in Archiv. Baſil. Capſ. 13. Faſc. 288.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Abbati Monaſterii Sancti Siverii Urbevetan.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1307.

Multa Monaſterii Bona, ac jura, Abbatis & Monachorum culpa perperam alienata & diſtracta.

AD audientiam noſtram pervenit, quod tam Dilecti Filii Petrus Abbas, & Conventus Monaſterii S. Martini in Montibus prope Viterbium Ordinis Ciſtercien. quam Prædeceſſores eorum decimas, terras, domos, poſſeſſiones, vineas, prata, paſcua, nemora, molendina, redditus, jura, juriſdictiones, & quædam alia bona ipſius Monaſterii, datis ſuper hoc litteris, confectis exinde publicis Inſtrumentis, interpoſitis juramentis, factis renuntiationibus, & pœnis adjectis, in gravem ejuſdem Monaſterii læſionem nonnullis Clericis, & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad vitam, vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui ſuper hiis confirmationis litteras in forma communi a Sede Apoſtolica impetraſſe dicuntur. Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de opportuno remedio providere, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ea, quæ de bonis ipſius Monaſterii per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite, vel diſtracta, non obſtantibus litteris, Inſtrumentis, juramentis, renuntiationibus, pœnis, & confirmationibus ſupradictis, ad jus & proprietatem ejuſdem Monaſterii legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

Illicitas alienationes revocari mandat.

Contradictores, ac moroſi teſtes cenſuris coercentur.

Datum Avinion. v. Id. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Illicitam alienationem Bonorum, quæ ad Monaſterium S. Martini in Montibus pertinent, revocandam decernit.

Ex Original. in Capſ. 13. Faſc. 288. Tabularii Baſilicæ

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Priori Sancti Matthæi de Suncia Viterbien; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1308.

DIlectorum Filiorum Abbatis, & Conventus Monaſterii Sancti Martini in Monte Viterbien. Ciſtercien. Ordinis precibus inclinati, præſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, quæ de bonis ipſius Monaſterii alienata invenies illicite, vel diſtracta, ad jus & proprietatem ejuſdem Monaſterii legittime revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

Datum Pictavis iiii. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Canoni-

Canonicos Vaticanæ Baſilicæ collaudat, quod ad Lateranenſem Eccleſiam reparandam ſuppetias tulerint; ut complures trabes eidem operi perficiendo tribuant, rogat & hortatur.

Ex Regeſto anni III. Clementis V. ep. 40. fol. 233. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1308.

Canonicis Vaticanæ Baſilicæ gratulatur, quod in reparationem Baſilicæ Lateranenſis trabes contulerint.

LÆtanter audivimus, quod vos tanquam benedictionis & gratiæ Filii, Lateranenſis Eccleſiæ in miſerabili caſu ejus (*a*), quem lugere magis expedit quam referre, quemve vos oculis veſtris in amaritudine cordium vidiſſe conjicimus, condolentes; ad reparationem ipſius de quatuor trabibus Baſilicæ veſtræ liberaliter providiſtis eidem: Quod tanto gratum gerimus & acceptum, & veſtram exinde providentiam commendamus, quanto celerem reparationem caſus ipſius, qui noſtra profecto viſcera vehementer amaricat & conturbat, ardenter appetimus & flagrantibus deſideriis affectamus. Verum quia ſperamus & credimus quod vos, & alii, quos Chriſti contingit caritas, tanquam Eccleſiæ membra fidelia nobiſcum ad reparationem ipſam in eiſdem affectibus concurratis; diſcretionem veſtram rogamus & hortamur attente, vobis per Apoſtolica ſcripta in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus ſervata trabium ſufficientia Baſilicæ veſtræ, reddatis vos in pluribus trabibus erogandis ad opus reparationis ejuſdem benivolos & promptos & ad manus retributionis veſtræ meritum totis affectibus liberales, ut ab eo cujus res agitur, æterna vobis adveniant præmia, & noſtram & Apoſtolicæ Sedis benedictionem & gratiam uberius promereri poſſitis.

Hortatur ut novas ferant ſuppetias.

Datum Pictavis iii. Idus Auguſti, Anno Tertio.

Coronationem Henrici Romanorum Regis, in Vaticana S. Petri Baſilica celebrandam quinque Cardinalibus demandat, ritum in ea ſervandum præſcribit.

Ex Regeſto Clem. V. anni VI. ep. 754. fol. 186. ap. Archiv. Apoſt. Vatic. (*b*).

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Arnaldo Sabinen. Apoſtolicæ Sedis Legato, ac Leonardo Albanen., & Nicolao Oſtien. Epiſcopis, & Dilectis Filiis Franciſco Sanctæ Luciæ in Silice, & Lucæ Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconis Cardinalibus Nuntiis ejuſdem Sedis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1311.

Eccleſia Chriſti nobilitate ac dignitate conſpicua.

REX Regum & Dominus dominantium, Dei clementiſſimus Filius Jeſus Chriſtus honore multiplici Reginam præfulgidam, ſibi in veſtitu deaurato circumamicta varietate aſſiſtentem a dexteris, Sanctam videlicet Eccleſiam Sponſam ſuam, quam ſuo pretioſiſſimo Sanguine redimitam clementer ſibi inſeparabili fœdere conjungi voluit, honore Primatus multiplicis ac multipharïæ preheminentiæ inſignivit; ſed in eo potiſſime ipſam honorabilem & felici ac præcellenti reddidit Dignitatis ſtatu fulgentem, quod eidem tantam tribuit plenitudinem poteſtatis, ut Perſonis quantumcumque conſpicuis, quantacumque ſolemnitate inſignibus & præclaris, in hiis poſſit ſibique competat adeſſe magnifice, per quæ ipſæ clari nominis titulum & famoſæ conſequantur potentiæ cultmen, & etiam incrementum. Dominator enim Cæli, qui ſolus Altiſſimus poteſtatem habet in Regno hominum, & quemcumque voluerit ſuſcitat ſuper illud, poteſtatem dedit ei & honorem & Regnum, poteſtatem, inquam, æternam, quæ non aufertur, & Regnum quod non corrumpitur, ut Imperatores & Reges in ipſa & per ipſam doctrina ſalutari

Ab ea Imperatores ac Reges Dignitatis accipiunt incrementa.

(*a*) Innuit lugubre incendium, quo Lateranenſis Baſilica die 6. Maji anno 1308. conflagravit. Legeſis Raynaldum ad eumdem annum num. 10.

(*b*) Extat & apud Raynald. ad ann. 1311. num. 7.

(*a*) Co-

ſalutari intelligant & erudiantur, Judices Orbis terræ eidem ſervire & obſequi in timore, qui imperat ventis & Mari. Cuncta namque quæ in Cælo ſunt & in terra, ſua ſunt; ſuum eſt Regnum; ipſe eſt ſuper omnes Principes; ſuæ ſunt divitiæ, ſua gloria, qui dominatur omnibus; & in manu ejus virtus & potentia, magnitudo & imperium omnium, ſub quo curvantur qui portant Orbem: per eum enim Reges regnant & Principes, & legum conditores juſta decernunt; qui habet in femore ſuo ſcriptum: Rex Regum & Dominus dominantium; ad cujus præceptum elevabitur aquila & ponet in arduis nidum ſuum.

Electus Imperator certiorem de electione Pontificem reddit per Nuncios.

Sane dudum poſt electionem Cariſſimi in Chriſto Filii noſtri Henrici Regis Romanorum Illuſtris (a), celebratam concorditer per Regni Alamanniæ Principes, in electione Romanorum Regis vocem habentes, cum imminet facienda; ſolemnes dicti Regis Ambaxiatores ac Nuncii ad noſtram præſentiam accedentes, & nobis ejuſdem electionis præſentato Decreto, ad eorum inſtantem & devotam ſupplicationis inſtantiam coram nobis & Fratribus noſtris iteratis vicibus & per interſtitia temporum repetitam, præfatum Regem, quia per Decreti præfati, & conditionis Perſonæ ipſius non levi notitia antea nobis & Fratribus noſtris notæ examinationem coram nobis & eiſdem Fratribus habitam diligenter, in quantum fieri potuit eodem abſente, ſufficientem ipſum ydoneum & habilem invenimus ad præfatum Imperium obtinendum, ac electionem ipſam Canonicam extitiſſe de eorumdem Fratrum noſtrorum conſilio ipſum reputavimus, nominavimus, approbavimus, denuntiavimus, & declaravimus Romanorum Regem juſtitia exigente, ac fore idoneum, ſufficientem & habilem ad dignitatem Imperialis celſitudinis obtinendam:

Electionem Pontifex approbat;

Imperatoris Conſecrationem & Coronationem decernit.

Pronuntiantes inſuper ac etiam decernentes, ſibi per noſtras manus loco & tempore oportunius debere concedi unctionem & ipſius Imperii Diadema, certum ad hoc ei terminum aſſignantes. Cumque poſtmodum Rex præfatus Italiæ partes fuiſſet potenter ingreſſus, & a Lombardiæ Civitatibus, aliiſque locis inſignibus, ad quæ declinaverat, honorifice & pacifice jam receptus;

Alii ab Imperatore mittuntur Nuncii, ut Conſecratio ac Coronatio ipſo Pentecoſtes die perficiatur.

alii præfati Regis Ambaxiatores & Nuncii ad Apoſtolicæ Sedis præſentiam acceſſerunt, qui cum multa Nobis inſtantia inter cetera ſupplicarunt, quod cum ipſi patenter adverterent, ſicut eis jam per nos ſuper hoc reſponſum extiterat, quod propter Generale Concilium (b), quod in Kalendis Octobris proxime venturis diſpoſueramus, dante Domino, & diſponimus celebrare, aliaque multa & ardua, plurimumque urgentia, quæ neceſſario in Citramontanis partibus expedienda nobis negotia incumbebant tunc temporis & incumbunt, prædictam unctionem & Imperii Diadema, aliaque ſolemnia per noſtras manus Regi non poterant memorato concedi; terminum ipſum ſub ſpatio temporis brevioris concludere, ipſamque unctionem & Imperii diadema ceteraque ſolemnia per aliquos de Fratribus ſupradictis in feſto Pentecoſtes tunc proxime ſecuturo impendi facere dignaremur. Nos vero prædictis Nunciis receptis manſuetudine conſueta, & hiis & aliis, quæ coram nobis voluerunt proponere, diligenter auditis, eis certo modo duximus reſpondendum; ejuſdem Regis, ſuper hoc cum prædictis Fratribus noſtris diligenti deliberatione præhabita, nihilominus deſideriis annuere intendentes.

Ob temporis anguſtias, ritus conſecrationis in alium diem ab Imperatore ſtatuendum transfertur.

Et quia propter temporis nimiam brevitatem in dicto feſto Pentecoſtes ſolemnitatem unctionis & Coronationis hujuſmodi non poſſe fieri credebamus, nec Rex ipſe in præfato feſto ſibi, ut ejus decebat honorem, de apparatu ad hoc neceſſario potuiſſet forſitan providiſſe, ſignificavimus ei per noſtras litteras ſpeciales, ut tanti arduitate negotii diligenter inſpecta, & conſiderata prudenter temporis qualitate, aliquem certum & ſolemnem diem, prout crederet convenire, poſt feſtum prædictum eligere, ipſumque nobis ſignificare illius deliberatio non differret, ut infra diem ipſum aliquos de Fratribus ſupradictis, de quibus Apoſtolica deliberatio provideret, qui ei unctionis ejuſdem munus impenderent, & imponerent vice noſtra præfatum Diadema Imperii, ac alia inibi agenda ſolemnia peragerent, mitteremus Dilectos Filios Magiſtros Robertum Electum Salernitan., & Hugonem Geraldi Cantorem Petragoricen., Cappellanos noſtros ad eundem Regem ſuper hiis cum eiſdem noſtris Litteris deſtinantes, per quos ſibi paternæ ſinceritatis affectum, & mentis Apoſtolicæ puritatem, quos ad ſtatus ipſius & exaltationem magnificam habebamus, mandavimus clarius aperiri.

Imperator Feſtum Aſſumptionis B. M. V. ſibi deligit.

Verum Rex præfatus ſuper hoc matura deliberatione præhabita, feſtum Aſſumptionis Beatæ Virginis proxime venturum, pro termino ad recipiendum in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe more ſolito

(a) Comitis Lucemburgenſis electio in Romanorum Regem Henricum VII. appellatum, contigit anno Chriſti 1308.; quod produnt ejus rei documenta apud Raynaldum relata ad hunc annum num. 19. & ſeq.

(b) Scilicet Viennenſe.

ſolito unctionem hujuſmodi, & ipſius Imperii Diadema, aliaque inibi ſolemnia peragenda (*a*) recepit, prout nobis per ſolemnes ſuos Ambaxiatores ac Nuntios, & ſpeciales litteras intimavit ſuo Regali ſigillo pendenti munitas, cum multa devotionis inſtantia ſupplicans per eoſdem, ut ad eum aliquos mitteremus de Fratribus memoratis pro impendenda unctione hujuſmodi, & imponendo ſibi ejuſdem Imperii Diadema, aliiſque ſolemnibus peragendis. Porro ſi deſuper datum eſſet, ut circa tanti celebritatem negotii exhiberi poſſet noſtra præſentia corporalis, ut ubi mente vigilanter intendimus, ibi præſentialiter noſtrum deſiderium panderemus; ad quod etiam ejuſdem Regis concurrunt, ut pro certo novimus, eum promptitudine multiplicis devotionis affectus; gauderemus in Domino, & plurimum ſatisfieret noſtris votis. Verum quia ex cauſis prædictis non poſſumus in hac parte affectibus ſatisfacere mentis noſtræ, prædicti Regis frequentibus & devotis ſupplicationibus inclinati, & ad perſonas veſtras Apoſtolicæ mentis oculos fiducialiter dirigentes; vobis, quorum nobis ſunt notæ virtutes, quaſque in magnis & arduis dicta Sedes diverſis vicibus eſt experta, & de quorum operibus fructus uberes proveniſſe conſpicimus, ſuper hoc noſtræ ſolicitudinis onus duximus imponendum; ſperantes quod tanquam viri virtute magnifici, opus hujuſmodi viriliter aſſumetis ad divini nominis laudem & gloriam effectualiter exequendum. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos ad dictam Urbem die aſſumptionis prædictæ perſonaliter conferentes, ac ibidem convenientes in unum, tu Frater Oſtien. Epiſcope Miſſam celebres, & Regem inungas eundem, Voſque Fratres Albanen., Oſtien., & Sabinen. Epiſcopi, Voſque Franciſce & Luca Diaconi Cardinales vel illi veſtrum, qui præſentes fuerint, eiſdem Regi & Reginæ Mitras & Diademata Imperii, Regi quoque Sceptrum, Pomum, & gladium, & alia ſolemnia, prout infra patentius & diſtinctius vobis injungitur, tribuatis; eorumque vertices inlitos, reddatis illorum inſigniis cum ſolitis ſolemnitatibus decoratos: In nomine ac virtute Altiſſimi prudenter, honorifice, ac etiam diligenter, prout decet tam arduum & ſolemne negotium, quem vobis committimus, noſtris vice & nomine exequentes in dicto feſto Aſſumptionis, ſi poteritis commode, vel alio certo convenienti die, quem idem Rex ad hoc pro qualitate negotiorum imminentium duxerit eligendum. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe; quatuor, tres, duo, aut unus ex vobis ea nihilominus exequatur. Et ne quis in agendis ſolemnibus antedictis error, quod abſit, intervenire valeret, modum & formam, & locum agendorum, & ubi, & per quas Perſonas agenda fuerint, particulariter & diſtincte duximus præſentibus inferenda, prout in Archivo Eccleſiæ, & in Pontificali Ordinario (*b*) continetur: quorum forma talis eſt. Cum Rex in Imperatorem Electus, pervenerit ad Portam Collinam (*c*), quæ eſt juſta Caſtellum Creſcentii (*d*), recipiatur honorifice a Clero Urbis cum Crucibus & Turibulis, & proceſſionaliter deducatur uſque ad gradus Baſilicæ Sancti Petri, cantantibus univerſis: Ecce mitto Angelum meum &c. (*e*) Camerarius ejus miſſilia (*f*) ſpargen-

Dolet Pontifex quod intereſſe non poſſit.

Eos, qui conſecrationis ac Coronationis ritum perficiant, deſignat.

Ordinem in Cæremonial. præſcriptum ſervari mandat.

(*a*) Vaticanum S. Petri Templum ſolemnibus hiſce functionibus deſtinatum, clamant Romanæ Eccleſiæ monumenta propemodum innumera. Unum vel alterum exhibet Romanus Ordo Jac. Cajetani, quem allegavimus pag. 117. not. *c*. Item Ordo Cencii Camerarii cap. 49. num. 89. & ſeq. apud Mabillon. tom. 2. Muſ. Ital., tum Ordo Septimus Rituum Coronationis Imperatoris, in Urbe habendæ per manus Papæ, apud Codicem Bigotianum repertus, vulgatuſque tom. 3. Rituum Eccl. Martenii; & Canonic. Romanus tit. 10. hanc de qua agimus, Baſilicæ noſtræ prærogativam luculentiſſime teſtantur. Cur vero Henricus VII. non in Vaticana, ſed in Lateranenſi Eccleſia fuerit Sacra unctione linitus, & Imperiali cinctus diademate, ratio in promptu eſt, ſi ea quæ Robertus Apuliæ Rex in ejuſdem Henrici coronationem fuerit molitus, animadvertamus. Suſpicatus enim Robertus, ſibi ab Henrico parari exitium, fratrem ſuum Joannem multo equitatu inſtructum Romam ſubmiſit, ut Henrici inunctionem diſturbandam curaret. Audire præſtat Albertinum Muſſatum, qui anno Chriſti 1316. claruit, & in lib. 8. de geſtis Henrici VII., hæc de ipſo Cæſare literis mandavit: *Summiſſis itaque, qui ab Joanne Roberti fratre, ac Urſinis exquirerent, ut conceſſa Principis Apoſtolorum Baſilica, præordinata per Papam ſanctione coronam accipiat, mitigatione adverſariorum, nil voto conſonum aſſecutus eſt, referentibus his in Roberti Regis hac aſſenſu conſiſtere: Expectatuſque is aſſenſus fruſtra, diuque præmiſſis ac remiſſis ad Robertum Regem Legatis Laicis ac Clericis, nullatenus habitus eſt*. Et infra: *Cæſar, his perrentatis, propoſito deficiens, Cardinales, ut ſe apud Lateranum coronarent, ſollicitavit*. Quamvis autem id exequi Cardinales primum renuerent, quod nefas eſſe ducerent, a Pontificia Conſtitutione, ac more longævo, quo ad ſtatum Inunctionis locum, diſcedere; ob Populi tamen commotionem, Regi tandem obſequuntur, eique in Lateranenſi Baſilica coronam auream imponunt; *proteſtantibus Cardinalibus, ſcilicet Legato, & Luca de Fliſco, non ſua ſponte, ſed plebis Regiſque impulſibus coactos parere*: Ut ſubjicit idem Muſſatus.

(*b*) Nempe, uti opinamur, Ordine Romano, ſeu Romanorum Pontificum Cæremoniali, ubi ritus Coronationis deſcribuntur.

(*c*) Juxta Hadriani Molem extabat olim *Porta Collina*, cujus meminit Canonicus noſter Benedictus in ſuo Romano Ordine num. 50. Iter enim ad S. Petri Baſilicam Feria ſecunda Paſchatis a Romano Pontifice ſuſcipiendum deſcribens, inter cetera ſic habet: *Intrat* [Pontifex] *per Pontem & exit* per Portam Collinam ante Templum & Caſtellum Adriani: *proficiſcens ante Obeliſcum Neronis, intrat per Porticum juxta Sepulcrum Romuli: aſcendit ad Vaticanum in Baſilica B. Petri Apoſtoli &c.*

(*d*) Hadrianea Moles, vulgo *Caſtel S. Angelo*, in vetuſtis monumentis *Caſtellum Creſcentii* nuncupatur, quod Creſcentius Romanus Civis in ampliorem Arcis formam, eam redegerit.

(*e*) Excurrantur veteres Francorum Annales ad annum 800, Liber Pontificalis in Sergio II, Chronicon Caſſin. editionis Angeli de Nuce lib. 4. cap. 37. & Romanus Ordo Jacobi Cajetani.

(*f*) *Miſſilia*, appellantur dona, [præſertim nummi] quæ Imperator in ſui Coronatione Populo elargiebatur. Recentior Eccleſiæ Romanæ Liber Cæremonialis lib. 1. cap. 3. *Inter equi-*

ſpargentibus ante ipſum, & Præfecto Urbis gladium præferente. Cum autem pervenerit ante Baſilicam &c. (*ut in alia poſteriori Bulla Innocentii VI. Ex Reg. 2. Parte 1. Anni 3. Epiſt. Com. & de Curia Epiſt. de Cur. 6. uſque*) reſumat Mantum pariter & Coronam. *Omittenda tamen quæ Romano duntaxat Pontifici in obſequii argumentum præſtanda ſunt.* Preceſſus autem ejuſdem Imperatoris ad locum, ubi Summus Pontifex equitare deberet, & detentio ſcapedii ſellæ ejus, & arrepto fræno equi, cui Romanns Pontifex inſideret, adextratio (*a*), Officiique ſtratoris (*b*) exhibitio, quia ſoli Romano Pontifici competunt, & præſentiam ipſius exigunt corporalem, omittantur omnino. Reliqua autem ſolemnia, prout exprimuntur in Ordinario, ſolemniter & honorifice compleantur. Quia autem, ut ex prædictis apparet, multæ obſervantiæ, multaque ſolemnia, multæque reverentiæ & honorificentiæ Romano Pontifici competentia, propter noſtram abſentiam omittuntur; proteſtamur & volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, *Ne iſthac omiſſio, Eccleſiæ, & Romanorum Pontificum Juribus quidquam detrahat opportune cavet.* nullum ex hoc Juris vel facti Romanæ Eccleſiæ, ac nobis noſtriſque Succeſſoribus præjudicium generari; quin cum caſus Regis Romanorum in Imperatorem coronandi occurreret, omnia exhibeantur & fiant per coronandos Reges Romanorum Pontificibus, ſicut in forma, quæ in Archivó Eccleſiæ, & Pontificali Ordinario continetur, ſuperius deſcripta ſerioſius eſt expreſſum. Ad ejuſdem autem Eccleſiæ Romanæ, noſtram & Succeſſorum noſtrorum conſervationem Juris, atque cautelam, volumus per vos ab eodem tam Rege coronando, quam Imperatore coronato expreſſe hiis noſtris proteſtationi & decreto conſentiente, recipi Patentes litteras quadruplicatas de verbo ad verbum, tenorem præſentium continentes, ſuo regali primum ſigillo, ac poſtmodum ſua Imperiali bulla Aurea communitas, quas vos Albanen., Oſtien., & Lucas, duo aut alter veſtrum nobis aut Cameræ noſtræ fideliter aſſignetis.

Datum in Prioratu de Grauſello prope Malauſan. Vaſionen. Dioceſis xiii. Kalendas Julii, Anno Sexto.

Munus cuſtodiendi Altaris Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, perſonæ cuipiam idoneæ conferendum demandat.

Ex Regeſt. Anni VIII. Clem. V. ep. 295. fol. 101. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Neapoleoni Sancti Adriani Diacono Cardinali, Archipresbytero Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1313.

Ejus, qui Altaris Baſilicæ Vaticanæ cuſtodiam gerat, electio, ab una pendet Pontificis voluntate.

CUM ſicut, te referente, nuper accepimus officinm cuſtodiæ Altaris Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, cujus quidem officii diſpoſitio ad Romanum dumtaxat Pontificem pertinet, & in qua Pontifex ipſe cuſtodem (*c*) pro tempore ponit & amovet pro ſuæ libito voluntatis, per obitum quondam Joannis de Tnderto (*d*) Cuſtodis ipſius Altaris, Cuſtode carere noſcatur ad præſens; nos tuam volentes in hac parte honorare perſonam, & de circumſpectione tua in hoc & aliis plenam in Domino fiduciam obtinentes, tibi quem ad eandem Baſilicam affici novimus, committendi hac vice, anctoritate noſtra *Decernit ut cuſtos eligatur idoneus, ad nutum Pontificis amovendus.* prædictum officium alicui perſonæ ydoneæ, & non partiali, de qua expedire cognoveris, ſuper quo tuam intendimus conſcientiam onerare, per eam uſque ad noſtrum & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum gubernandum, ipſamque faciendi ad dictum officium ut eſt moris admitti, necnon contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi; non obſtante, *Quæ obeſſe poſſunt, e medio tollit.* ſi aliquibus communiter vel diviſim a prædicta ſit Sede indultum quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem; plenam & liberam concedimus tenore præſentium poteſtatem.

Datum Avenioni Sexto Nonas Martii, Anno Octavo.

JOAN-

---

equitandum [ait] *Cæſaris Camerarius pecuniam ſpargere conſuevit, ut diximus in Coronatione Papæ* &c. Videſis doctiſs. Petrum Morett. Part. 3. Lucubrat. de Presbyt. ſect. 9.

(*a*) Adextratio perinde eſt ac miniſterium Romano Pontifici a Viris illuſtribus & Magnis Principibus exhibitum, ut a lateribus ejuſdem, maxime equitantis, ipſi ſtarent, equi fræna tenentes.

(*b*) Hadrianus IV. Pontifex, uti Eccleſiæ Annales produnt, Frederico I. Aenobarbo in Italiam advenienti occurrens, pacis oſculum denegavit, donec ſibi Stratoris officium de more præſtaret.

(*c*) De Cuſtode Altaris Vaticanæ Baſilicæ, adeas Joannis XX. alias XXI. Diploma fol. 156. & 157.

(*d*) Baſilicæ noſtræ Canonici, quem ſuperiores Bullæ non ſemel commemorant.

JOANNES XXI. *dictus* XXII.

Clementi V. vita functo Joannes XXI. *dictus* XXII. poſt interregnum annorum amplius duorum ſubrogatur die 7. Auguſti anno 1316., die autem 5. Septembris eodem anno coronatur. Sedit annos 18. menſ. 3. dies 27. moritur pridie Nonas Decembris Anno Domini 1334.

Conſervatores ac Judices amplis facultatibus inſtructos decernit, qui Vaticanæ S. Petri Baſilicæ bona & jura ſua vindicent, atque tueantur.

Ex Regeſto Epiſt. com. Joannis XXII. Anni III. Ep. 1004. fol. 316. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Urbevetan. & Dilectis Filiis Abbati Monaſterii Sancti Blaſii in cantu ſecuta (a), *ac Archipreſbytero Eccleſiæ Sancti Vincentii de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

AN. CH. 1319.

Quo major Baſilicæ Vaticanæ dignitas, eo graviores, quæ in illam inferuntur injuriæ.

IN mentibus Fidelium ſingulorum circa exaltationem Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe conſideratio tanto celebrior debet eſſe, quanto Princeps ipſe a Domino meruit præ ceteris Apoſtolis altius honorari; propter quod cum aliqui maxime de Plebe Dominica de pharetra iniquitatis contra eandem Baſilicam afflictionis educentes ſagittas, ejuſdem Principis devotione præterita, ad bona ejuſdem Baſilicæ reprobas & violentas manus extendant; non poſſumus, nec mirum, vehementius non turbari. Sane Dilectorum Filiorum Prioris & Capituli ejuſdem Baſilicæ conqueſtione percepimus, quod nonnulli Venerabiles Fratres noſtri Archiepiſcopi & Epiſcopi ac alii Eccleſiarum Prælati, Clerici ac Eccleſiaſticæ Perſonæ, tam religioſæ quam etiam ſeculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Communia Civitatum, Univerſitates Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac aliæ ſingulares perſonæ occuparunt & occupari fecerunt Caſtra, Villas, Caſalia, & alia loca, necnon Eccleſias, Cappellas, membra, Terras, Domos, Poſſeſſiones, Prata, Paſcua, Nemora, Molendinæ, Jura, Juriſdictiones, ac Fructus, Cenſus, Redditus, Proventus eorumdem, & nonnulla alia bona immobilia & mobilia, ſpiritualia & temporalia ad Baſilicam, Priorem & Capitulum prædictos ſpectantia, & ea detinent indebite occupata, ſeu eadem detinentibus præſtant auxilium vel favorem. Nonnulli etiam Civitatum & partium prædictorum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eiſdem Baſilicæ, Priori & Capitulo in prædictis Caſtris, Villis, Caſalibus, Eccleſiis, Cappellis, & membris aliis, ac Terris, Domibus, Poſſeſſionibus, Pratis, Paſcuis, Molendinis, Nemoribus, juribus, & juriſdictionibus, ac pecuniarum ſummis, fructus Cenſibus, redditibus, & proventibus eorumdem, ac quibuſcumque aliis bonis, mobilibus & immobilibus, ſpiritualibus & temporalibus, ac aliis rebus ad Baſilieam, Priorem & Capitulum prædictos ſpectantibus multiplices moleſtias & injurias inferunt ac jacturas. Quare præfati Prior & Capitulum pro ſe, & dicta Baſilica nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum eiſdem valde reddatur difficile pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, providere ſibi ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adverſus occupatores, præſumptores, moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi illo volentes eiſdem remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrum, per vos vel per alium ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſervatores, & Judices, præfatis Priori & Capitulo efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis, eoſdem ſuper hiis, & quibuſlibet aliis bonis & juribus ad Baſilicam, Priorem & Capitulum prædictos ſpectantibus, ab eiſdem vel quibuſcumque aliis indebite moleſtari, vel eiſdem

Multi Jurium ac Bonorum Baſilicæ iniqui occupatores.

Alii in Baſilicam injurii ſunt ac moleſti.

Mandat ut Baſilica Vaticana ab injuriis ac moleſtiis eximatur.

(a) Nunc, ut vulgo dicitur, *della Pagnotta*, in Via Julia.

(a) Con-

dem gravamina ſeu damna aut injurias irrogari: facturi eiſdem Priori & Capitulo, cum ab eis aut Procuratore ſeu Procuratoribus ſuis fueritis requiſiti, de prædictis & aliis perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione Caſtrorum, Villarum, Caſalium, & aliorum locorum, Eccleſiarum, Cappellarum, membrorum, Terrarum, Domorum, poſſeſſionum, juriſdictionum, jurium, ac bonorum immobilium, & mobilium, reddituum quoque ac proventuum, & aliorum quorumcumque bonorum, necnon & de quibuſlibet moleſtiis, injuriis atque damnis præſentibus & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, in aliis vero, prout qualitas ipſorum exegerit; juſtitiæ complementum: occupatores ſeu detentores, moleſtatores, præſumptores, injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles, cujuſcumque Dignitatis, etiamſi Pontificalis, vel cujuſvis ſtatus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque & quotieſcumque expedierit, per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio Brachii ſecularis: Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam Civitatem & Diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices & Conſervatores a Sede deputati prædicta, extra Civitatem & Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine Diœceſis eorundem trahere præſumant, ſeu quod de aliis quam de manifeſtis injuriis & violentiis, & aliis quæ judicialem indaginem exigunt, pœnis in eos, ſi ſecus egerint, & in id procurantes adjectis, Conſervatores ſe nullatenus intromittant, & tam de duabus dietis in Concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam dietam aliquis extra ſuam Civitatem & Diœceſim auctoritate præſentium non trahatur; quam aliis quibuſcumque Conſtitutionibus a prædictis noſtris Romanis Pontificibus tam de Judicibus delegatis & Conſervatoribus, quam perſonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis, quæ veſtræ poſſent in hac parte juriſdictioni aut poteſtati ejuſque libero exercitio quomodolibet obviare; ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a præfata ſit Sede indultum quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, & eorum Perſonis, & locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, vel qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam veſtræ juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cujuſque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis. Ceterum volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum & per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico impeditus; quodque a data præſentium ſit vobis & unicuique veſtrum in præmiſſis omnibus & eorum ſingulis, ceptis & non ceptis, præſentibus & futuris perpetuata poteſtas & juriſdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus, ceptis & non ceptis, præſentibus & futuris, & pro prædictis procedere, acſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cepta fuiſſent, & juriſdictio veſtra & cujuſlibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet, Conſtitutione prædicta ſuper Conſervatoribus, & qualibet alia contraria non obſtante.

Brevi ac ſummario judicio, nec non juris remediis, etiam cenſurarum ope, negocium expediri decernit.

Quibuſcumque in contrarium non obſtantibus.

Delegatorum juriſdictionem amplias, & extendit.

Datum Avenioni Nono Kalendas Julii, Anno Tertio.

Eos,

Eos, qui Provinciæ Maſſæ Trabariæ, aliorumque locorum trabes, Vaticanæ Baſilicæ ædificiis addictas, ſuccidere ac transferre tenebantur; ad hæc officia exequenda, pœnis propoſitis, compelli jubet.

Ex Regeſto Epiſt. com. Joannis XXII. Anni Tertii Epiſt. 1265. fol. 398. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Sancti Pauli, Sancti Blaſii in Cantu ſequita de Urbe Monaſteriorum Abbatibus, ac Rectori in ſpiritualibus Maſſæ Trabariæ; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1319.

Jus habet Baſilica S. Petri, ut pro ædificiis trabes incidantur & ad certum deferantur locum.

Significarunt nobis Dilecti Filii Prior & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod licet de antiqua & approbata & hactenus pacifice obſervata conſuetudine a longis retroactis temporibus, quorum in contrarium non exiſtit memoria, ſit obtentum, quod Univerſitates, & Communitates, ac quamplures ſingulares perſonæ Provinciæ Maſſæ Trabariæ, & aliorum locorum Trabes adjectivas pro ædificiis & reparatione tectorum dictæ Baſilicæ ſæpius oportunas in Silvis ſive Alpibus Maſſæ prædictæ teneantur incidere, & uſque ad certa & determinata loca deferre; tamen ſuper hiis interdum ſe difficiles exhibent & etiam renitentes in ſuarum animarum periculum, & ejuſdem Baſilicæ præjudicium & gravamen. Quia igitur noſtra intereſt, eidem Baſilicæ ſuper ſuorum defenſione jurium de oportuno remedio providere; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum, per vos vel per alium ſeu alios, Univerſitates, Communitates, & ſingulares perſonas prædictas, quæ ad præmiſſa tenentur juxta conſuetudinem prælibatam, quoties prædictæ Baſilicæ expedire cognoveritis, ad præſtandum eidem Baſilicæ hujuſmodi debita & conſueta ſervitia per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellatis.

Jus hocce ſervandum, & contradictores etiam cenſuris compellendos decernit.

Datum Avenioni Kalend. Auguſti, Anno Tertio.

Certas Oblationes ac redditus in quotidianarum diſtributionum ſubſidium elargitur.

Ex Regeſto epiſt. com. Joannis XXII. Anni Tertii ep. 1386. fol. 437.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Archipresbytero, Priori, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1319.

Cur Baſilica S. Petri præcipua quadam Apoſtolicæ Sedis ſolicitudine digna ſit.

Ad Baſilicam Beati Petri Principis Apoſtolorum de Urbe, in qua ejuſdem glorioſi Apoſtoli Corpus Venerabile requieſcit, & in qua præter innumera Sanctorum Corpora ibidem quieſcentia, quibus eadem decoratur, Redemptor noſter Vultus ſui venerandam ymaginem, quam Veronicam Fidelium vox communis appellat, voluit collocari; eo magis præcipuum zelum gerentes ardoris, quo digne ipſam cognoſcimus excellentius honorandam, ſummo deſiderio cupimus, ut cultus ibidem augeatur Divinus, Divinis laudibus intendatur, & per Apoſtolicæ ſolicitudinis ſtudium, ſiquis defectus temporalium rerum interdum obrepit, ne Miniſtris ejuſdem Baſilicæ incomodi cauſam præſtet, celeriter ſuppleatur. Hinc eſt quod intellecto, quod a quibuſdam temporibus proximis redditus & obventiones dictæ Baſilicæ ſunt adeo diminuti, quod reſponſiones & proviſiones ſolitæ non poſſunt vobis fieri ex eiſdem; ac propterea paterno dictæ Baſilicæ compatientes affectu, & cupientes quibuſlibet obviare defectibus, qui poſſent occaſionem miniſtrare vel cauſam, ex quibus Divinus cultus, quem ibidem augeri cupimus, poſſet, quod abſit, diminui in eadem; omnes oblationes & univerſa vota, quæ fiunt & fient impoſterum ymagini vel ymaginibus conſtitutis in media facie

Ut redditum decrementis conſulat, oblationes quaſdam, & penſiones concedit.

Pilaſtri

Pilaſtri vel Coſſæ dictæ Baſilicæ inter Altaria Sancti Jacobi (*a*) & Sanctæ Mariæ Magdalenæ infra dictam Baſilicam conſiſtentia, nec non penſiones ſive certos redditus, quos debent & debebunt ſolvere Campſores & vendentes mercimonia ſive alia quæcumque conſiſtentes a januis juxta quas eſt Cimiterium Canonicorum uſque in pede Plateæ contiguæ gradibus dictæ Baſilicæ ad Cameram veſtram ſpecialiter pertinentes, Cameræ dictæ Baſilicæ uſque ad beneplacitum noſtrum in cotidianarum diſtributionum ſubſidium, tenore præſentium duximus concedenda: Proviſo, quod propter conceſſionem hujuſmodi dicta Baſilica ſolitis luminaribus non fraudetur. *Conceſſioni conditionem adjicit.*

Datum Avenioni Idus Auguſti, Anno Tertio.

Quorumdam Privilegiorum & ſententiarum tranſumpta Amelio Marchiæ Anconitanæ Rectori tranſmitti jubet.

Ex Regeſto Epiſt. com. Joannis XXII. Anni III. Ep. Cur. 167. fol. 537.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1319.

CUM Dilectus Filius Amelius, Præpoſitus Bellimontis, Cappellanus noſter, Marchiæ Anconitanæ Rector, tranſumptis Privilegiorum ſuper conceſſionibus factis Eccleſiæ Romanæ de Provincia Marchiæ Anconitanæ, Maſſa Trabaria, Terra Sanctæ Agathæ, ac Civitate & quondam Comitatu Urbini: necnon & ſententiarum contra incidentes lignamina in nemoribus veſtris, & Apoſtolicæ Sedis infra Maſſam prædictam conſiſtentibus, ac vendentes & ementes eadem lignamina prolatarum ex certis cauſis indigere noſcatur. Volumus & Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus dicta tranſumpta præfato Rectori, cum ab eo per litteras ſuas fueritis requiſiti, ſub forma publica, omni occaſione & dilatione poſtpoſitis, tranſmittatis. *Jura Baſilicæ in maſſa Trabaria.* *Horum aliorumque jurium tranſumpta a Canonicis Baſilicæ tranſmitti mandat.*

Datum Avenioni Octavo Kalendas Septembris, Anno Tertio.

Regeſta ad juriſdictionem Ducatus Valliſpoletan. pertinentia, ejuſdem Ducatus Rectori tradenda jubet.

Ex Regeſto Epiſt. com. Anni Quarti Joannis XXII. Ep. Cur. 44. fol. 12. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1320.

CUM Regeſta juriſdictionem Ducatus Valliſpoletan. tangentia penes vos fore dicantur, dictaque Regeſta Dilecto Filio Rectori Ducatus prædicti fore neceſſaria dinoſcantur; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus copiam dictorum Regeſtorum Rectori prædicto, vel Dilecto Filio Theſaurario Patrimonii Beati Petri in Tuſcia per Romanam Eccleſiam deputato, aſſignanda per eum memorato Rectori ſub manu publica quamtocius aſſignare curetis.

Datum Avenioni x. Kalendas Martii, Anno Quarto.

Nonnul-

(*a*) Conſulatur not. *a* fol. 80.

(*a*) Non

Nonnullas Vaticani Templi Trabes ac ligna, temporis vetuſtate conſumta; ſolicitus innovanda curat.

Ex Regeſto Epiſt. com Joannis XXII. Anni IV. Ep. 647. fol. 307. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Viterbien., & Dilectis Filiis Abbati Monaſterii Sancti Anaſtaſii de Urbe, & Guillelmo Gervaſii Vicario Venerabilis Fratris noſtri Guillelmi Epiſcopi Sabinen.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1320.

Baſilica S. Petri affectu digna præcipuo.

INter Univerſas Orbis Eccleſias, quibus nos divina Clementia prætulit, Venerabilem Principis Apoſtolorum de Urbe Baſilicam ſpecialis favoris prærogativa proſpicimus, & amoris proſequimur privilegio ſingularis, ut eadem, in qua Redemptor Noſter precioſi ſui Vultus ymaginem in ſingularis amoris inſigne tribuit venerari, & glorioſiſſimum Corpus ejuſdem ætherei Janitoris, & innumerabilium Martyrum, aliorumque Sanctorum Reliquias collocavit; incrementis proficiat, & illæſa a defectibus præſervetur. Sane Dilecti Filii Prior & Capitulum ejuſdem Baſilicæ Nobis intimare curarunt, quod Trabes ejuſdem Baſilicæ, ſuper quibus ſtructuræ tectorum conſiſtunt, in ſuis capitibus quæ parietibus incumbere dinoſcuntur, tanta ſunt vetuſtate conſumptæ, & etiam putrefactæ, quod illa lignamina ſuper dictis Trabibus contignata verſus Majorem & alias Portas ejuſdem Baſilicæ propter defectum ipſarum Trabium non abſque ruinæ periculo plicatæ ſunt, & etiam inclinatæ; Itaquod non abſque deformitate ipſius Baſilicæ aliis ſuppoſitorum lignaminum ſubſtentaminibus fulciuntur, ac præter dictas Trabes dicuntur adhuc eſſe octo aliæ principales ſimilibus defectibus ſubjacentes, licet earum defectus parietum & aliorum ſuppoſitorum lignorum velamine occupati palpari nequeant, vel ſic evidenter oculis apparere. In eadem etiam Baſilica verſus locum qui dicitur Sanctæ Mariæ Prægnantis (*a*), unde itur ad Canonicam, quatuor caballaturæ lignorum incurvatæ ſimiliter fore dicuntur; propter quarum Trabium reparationem ſunt neceſſariæ viginti Trabes conſimilis magnitudinis, & propter aliorum lignaminum reſtaurationem centum alia lignamina non tamen æqualis magnitudinis cum trabibus ſupradictis, prout hæc omnia per quoſdam Magiſtros in hujuſmodi arte peritos dicuntur aſſeri per eorum proprium juramentum. De veſtra igitur fidelitate & circumſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinentes, præſentium vobis auctoritate committimus & mandamus, quatenus ad prædictam Baſilicam vos perſonaliter conferentes, prædictos defectus trabium & lignaminum omnium prædictorum per vos & Magiſtros alios in tali arte peritos diligentius inſpicere ſtudeatis, & prædictos & alios quoſcumque defectus ejuſdem Baſilicæ, quos reparationis miniſterio videritis indigere; nobis, quantocitius poteritis, intimetis, ut veſtra ſuper hoc relatione plenius informati, circa reparationem ejuſdem Baſilicæ provideamus quæ fuerint oportuna.

Nonnullæ Baſilicæ trabes ruinoſæ.

Magna item tecti pars inſtauranda.

Mandat idcirco ædificium inſpici, ac Peritorum de illius ſtatu ſententiam tranſmitti.

Datum Avenioni xiii. Kalendas Aprilis, Anno Quarto.

Bona

(*a*) Non longe ab Altari S. *Mariæ de Cancellis*, quod ſupra commemoravimus, Joannes Card. Cajetanus Sacellum in ejuſdem Deiparæ honorem extrui curavit. Beatæ Virginis imago ibi exiſtens, *de Prægnantibus* dicta eſt; a feminis nimirum prægnantibus, quæ ad ipſam religioſe colendam confluebant. Vide Alpharani Tabulam Ichnographicam num. 18.

(*a*) Ejuſ-

Bona ac jura ad Vaticanam S. Petri Baſilicam ſpectantia, eidem vindicanda curat, decretis ea de re Conſervatoribus ac Judicibus, quos perampla exornat juriſdictione (*a*).

Ex Autograph. in Archivo noſtro Capitulari Capſ. 5. Faſc. 261. (*b*).

Johannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus..(c) Tuſculan. &..(d) Urbevetan. Epiſcopis, Dilecto Filio .. Abbati Monaſterii Sancti Blaſii in Campoſecuti (e) de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1320.

Baſilica S. Petri veneratione ac præſidio ceteris dignior Eccleſiis.

Etſi quibuslibet Sacroſanctis Eccleſiis, & ceteris piis locis, ex injuncto nobis Apoſtolatus officio adverſus oppreſſorum injurias aſſiſtere teneamur, inſignem tamen Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe, tanto potioribus tenemur fovere præſidiis, quanto ipſa veneratione majori dignior fore conſpicitur, & prærogativis pluribus præ aliis decoratur. Sane Dilecti Filii noſtri Neapoleonis Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, Archipresbyteri, & dilectorum filiorum Capituli ejuſdem Baſilicæ conqueſtione percepimus, quod nonnulli Venerabiles fratres noſtri, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii Eccleſiarum Prælati, ac Clerici, Eccleſiaſticæque perſonæ, ſeculares, & regulares, nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Burgenſes (*f*), Communia quoque Civitatum, Univerſitates Caſtrorum, Terrarum ſeu Villarum, & aliæ ſingulares perſonæ ſuper Monaſteriis, Eccleſiis, Capellis, Membris, Caſtris, Villis, & aliis locis, Caſalibus, Grangiis, terris, domibus, Maneriis (*g*), Poſſeſſionibus, molendinis, piſcariis, pratis, paſcuis, nemoribus, juribus, & juriſdictionibus, fructibus, cenſibus, redditibus, & proventibus, aliiſque bonis mobilibus & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus ad dictam Baſilicam pertinentibus, multas eiſdem injurias inferunt, & preſſuras, & interdum Baſilicam prædictam eiſdem ſpoliant, vel eadem Bona diripiunt, & alias in eis multa eidem Baſilicæ inferunt detrimenta. Quare præfati, Cardinalis & Capitulum, pro ſe & dicta Baſilica humiliter poſtularunt a nobis; ut, cum difficile ſit eiſdem pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, providere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur attendentes, quod dicta Baſilica ad laudem Dei, & honorem ejuſdem Apoſtolorum Principis, in cujus honorem eadem Baſilica eſt fundata, ejuſque glorioſo nomine inſignita, magnis eſt proſequenda favoribus, & auxiliis confovenda, & propterea adverſus talium præſumptores illo volentes eiſdem remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel duo aut unus veſtrum, per vos vel per alium ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſervatores & Judices, præfatis Cardinali & Capitulo ejuſdem Baſilicæ efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eoſdem ſuper præmiſſis, ab eiſdem vel quibuſcumque aliis occupatoribus, detentoribus, moleſtatoribus, præſumptoribus, & injuriatoribus indebite moleſtari, vel eiſdem gravamina, ſeu dampna, vel injurias irrogari; facturi Cardinali & Capitulo ſupradictis, cum ab eis, vel Vicariis aut Procuratoribus ſuis, vel eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis, & aliis perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione Monaſteriorum, Eccleſiarum, Capellarum, membrorum, & quorumlibet Eccleſiaſticorum locorum, nec non Caſtrorum, Terrarum, Villarum, Caſalium, terrarum, piſcariarum, pratorum, molendinorum, paſcuorum, nemorum, poſſeſſionum, jurium, juriſdictionum ſpiritualium & temporalium, fructuum quoque, redditiuum, proventuum, cenſuum, & aliorum quorumcumque Bonorum mobilium & immobilium ad dictam Baſilicam ſpectantium, necnon de quibuslibet moleſtiis, atque dampnis præſentibus

Capituli expoſtulatio contra iniquos Bonorum occupatores.

Apoſtolicæ Sedis auxilium implorat.

Pontifex voti annuit, & Judices deſignat.

(*a*) Ejuſdem generis eſt Diploma ab ipſo Joanne Pontifice procuſum, quod primo loco exhibuimus.

(*b*) Extat & apud Archiv. Apoſtol. Vatic. in Regeſt. Epiſt. communium Joannis XXII. Ann. V. part. 1. epiſt. 155. fol. 215.

(*c*) Berengario Fredolo.

(*d*) Guitto de Nobilibus e Farneſio.

(*e*) Alias *in Campuſecuto*, ſeu *Campuſequita*, ut ſupra vidimus pag. 254.

(*f*) Burgenſes, uti Cangius notat, ſunt Burgorum ſeu Villarum clauſarum municipes, aut in iis tenimenta poſſidentes. Meminit quoque *Burgenſium Regis*, eorum nempe, qui licet alterius Domini juriſdictioni ſubdantur; ab illa tamen eximuntur, & ſub regia dumtaxat juriſdictione manent.

(*g*) Scilicet habitationibus, aut villis ruſticis. Vide prælaudatum Cangium.

Plenam Delegatis tribuit juriſdictionem.

ſentibus & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, de plano ſine ſtrepitu & figura judicii, in aliis vero prout qualitas ipſorum exegerit; juſtitiæ complementum: Occnpatores, ſeu detentotores, moleſtatores, præſumptores, & injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque & quotieſcumque expedierit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; Invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis: Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii PP. VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne aliquis extra ſuam Civitatem & Dioc. niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Dioc. ad judicium evocetur; ſeu ne Judices, & Conſervatores a Sede deputati prædicta, extra Civitatem & Dioc. in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, ſive alii vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine Dioc. eorundem trahere præſumant; ſeu qnod de aliis, quam de manifeſtis injuriis & violentiis, & aliis, quæ judicialem indaginem exigunt, pœnis in eos, ſi ſecus egerint, & in id procurantes adjectis; Conſervatores ſe nullatenus intromittant, & tam de duabus dietis in Concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam dietam aliquis extra ſuam Civitatem, & Dioc. auctoritate præſentium non trahatur, niſi occupatores, moleſtatores, præſumptores, injuriatores, contradictores, & rebelles hujuſmodi de Urbe præfata, ſeu circumvicinis locis ſitis infra tres, vel quatuor dietas legales ab ipſa Urbe contra prædictam Baſilicam, Monaſteria, Prioratus, Eccleſias, Capellas, Grangias, Caſtra, Caſalia, terras, domos, poſſeſſiones, aliaque bona præmiſſa, talia præſumpſiſſent, vel duxerint præſumenda, quos etiam perſonaliter poſſitis, præmiſſis Conſtitutionibus nequaquam obſtantiſius, coram vobis citari facere, quotiens & quando perſonarum, negotiorum, vel exceſſuum qualitate, aliiſque circumſtantiis circa id penſatis videritis expedire, quam aliis quibuſcumque Conſtitutionibus a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus tam de Judicibus delegatis & Conſervatoribus, quam perſonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis, quæ veſtræ poſſent in hac parte juriſdictioni, aut poteſtati ejuſque libero exercitio quomodolibet obviare; ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a prædicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu extra, vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, & eorum perſonis, & locis, ordinibus & nominibus propriis mentionem, vel qualibet alia indulgentia dictæ Sedis generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, veſtræ juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cujuſque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis. Ceterum volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico impeditus, quodque a Dat. præſentium ſit vobis, & unicuique veſtrum in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis, ceptis & non ceptis, præſentibus, & futuris perpetuata poteſtas & juriſdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus, ceptis & non ceptis, præſentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cepta fuiſſent, & juriſdictio veſtra, & cuilibet veſtrum in præmiſſis omnibus & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legittimum extitiſſet: Conſtitutione prædicta ſuper Conſervatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obſtante.

Bonifacii VIII. aliorumque Pontificum Conſtitutionibus nequaquam obſtantibus.

Etſi cauſa ab uno fuerit incepta, poſſe alius Judex illam proſequi ac definire.

Datum Avinion. v. Non. Octobris, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Joanni

Joanni, dicto Provinciali, & Guillelmo Gervaſii demandat, ut quæ in Vaticano S. Petri Templo trabes ac ligna, temporis vetuſtate, conſumta fuerant; reparanda curent: pecuniam eidem operi impendendam ſuppeditat; eaque unde petenda ſit, diſtincte enunciat.

Ex Regeſto Epiſt. com. Joannis XXII. parte 1. An. V. Epiſt. de Cur. 122. fol. 48. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Magiſtro Joanni, dicto Provinciali, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; & Guillelmo Gervaſii, Vicario Venerabilis Fratris noſtri Guillelmi Epiſcopi Sabinen.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1321.

Multæ trabes, quibus Baſilicæ tectum innititur, reparatione indigent.

Dudum Dilectis Filiis Priore & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe nobis per ſuas litteras intimantibus, quod Trabes ejuſdem Baſilicæ ſuper quibus ſtructuræ tectorum conſiſtunt, in ſuis capitibus quæ parietibus incumbebant, tanta erant vetuſtate conſumptæ & etiam putrefactæ, quod alia lignamina ſuper dictis trabibus contingnata verſus majorem & alias Portas ejuſdem Baſilicæ propter defectum ipſarum Trabium non abſque ruinæ periculo fuerant inclinata, ita quod non ſine deformitate ipſius Baſilicæ aliorum lignaminum ſuppoſitorum ſuſtentamine fovebantur; ac præter dictas Trabes dicebantur adhuc eſſe octo aliæ principales ſimilibus defectibus ſubjacentes, licet earum defectus parietum & ſuppoſitorum lignorum velamine occultati palpari non poſſent, vel evidenter oculis apparere; & quod in eadem Baſilica verſus locum, qui dicitur Sanctæ Mariæ Prægnantis erant quatuor caballaturæ lignorum ſimiliter incurvatæ. Nos volentes ſuper prædictis, & aliis defectibus ejuſdem Baſilicæ per celeris & oportunæ reparationis auxilium utiliter providere, Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Viterbien., & Dilecto Filio Abbati Monaſterii Sancti Anaſtaſii de Urbe, ac tibi Fili Guillelme Gervaſii noſtris dedimus litteris in mandatis, ut ad dictam Baſilicam vos perſonaliter conferentes, dictos defectus Trabium & lignaminum prædictorum per vos & magiſtros in tali arte peritos diligentius inſpicere ſtudeatis, & prædictos & alios defectus ejuſdem Baſilicæ, quos videritis reparationis miniſterio indigere, intimare nobis quamtotius ſtuderetis. Cum autem per litteras, quas præfati Epiſcopus, & Abbas, & tu Fili Guillelme, qui prædictos defectus per vos oculata fide, & alios magiſtros in Architectoria arte peritos præſentialiter inſpexiſtis plene fuerimus informati; nos ad celerem reparationem eorum tanto celerius & oportunius intendere cupientes, quanto inter ceteras Orbis Eccleſias eandem Baſilicam amoris proſequimur privilegio ſingularis, ac de ſolicitudine & fidelitate veſtra plenam in Domino fiduciam obtinentes, diſcretioni veſtræ præſentium tenore committimus & mandamus, quatenus aſſumptis aliquibus magiſtris ydoneis, quos ad reparationem prædictorum defectuum magis videritis oportunos, juxta modum quem vobis ſub Bulla noſtra mittimus, reparari ſolicite & fideliter faciatis: & ne, quod abſit, propter expenſarum defectum opus reparationis hujuſmodi valeat retardari, Dilectis Filiis de Caranſonum, & Sabactariorum, ac Rogerii Romanutii de Urbe ſocietatum ſociis & mercatoribus, noſtris damus litteris in mandatis, ut ipſi tria milia florenorum auri, quos Dilectis Filiis Joanni Caranſoni de Caranſonum, & Sabactariorum pro medietate, & pro reliqua medietate Saulo Sabatini de Rogerii prædictorum ſocietatibus ſociis & mercatoribus in Romana Curia commorantibus, per Camerarium & Theſaurarium noſtros in eadem Romana Curia nomine ſocietatum ipſarum fecimus aſſignari, & ab eis de dicta pecunia vobis integraliter aſſignanda pro reparatione prædicta ydoneam recipi cautionem particulariter ſecundum quod opus hujuſmodi reparationis expoſcet, ſicut eis ut præfertur, extitit aſſignata; vobis aſſignare procurent, & recipiant a vobis ad futuram cautelam de hiis, quæ vobis aſſignanda duxerint, apodixas (*a*), vel publica confici Inſtrumenta faciant, a quibus prædictam pecuniam, prout expedire videritis, requirere & recipere ſtudeatis.

Pontifex periculum inſpiciendum decernit.

Cognito periculo, tectum quamocius inſtaurari mandat.

Tria aureorum millia pro neceſſariis expenſis ſuppeditat, a mercatoribus exſolvenda.

Datum Avenioni Quinto Idus Februarii, Anno Quinto.

Tria

(*a*) Græcum omnino eſt vocabulum, ac Syngrapham deſignat, qua quis fatetur, ſe aliquid accepiſſe.

Tria florenorum auri millia, quæ reparandis Vaticani Templi trabibus & lignis addixerat; Joanni dicto Provinciali, ac Guillelmo Gervaſii tradenda jubet.

Ex Regeſto Epiſt. com. Joannis XXII. parte 1. An. V. Epiſt. de Cur. 122. fol. 48. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Univerſis de Caranſonum, & Sabactariorum, ac Rogerii Romanutii de Urbe Societatum Sociis & Mercatoribus; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1321.

AD celerem reparationem quorundam defectuum, qui in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe eſſe dicuntur, tanto celerius & oportunius intendere cupientes, quanto inter ceteras Orbis Eccleſias eandem Baſilicam amoris proſequimur privilegio ſingularis; Dilectis Filiis Magiſtro Joanni, dicto Provinciali, Canonico ejuſdem Baſilicæ, ac Guillelmo Gervaſii Vicario Venerabilis Fratris noſtri Guillelmi Epiſcopi Sabinenſis de quorum ſolicitudine & fidelitate plenam in Domino fiduciam obtinemus, per ſpeciales noſtras litteras committimus & mandamus, ut aſſumptis aliquibus magiſtris ydoneis in Architectoria arte peritis, Trabium & lignaminum & alios defectus dictæ Baſilicæ, reparationis auxilio indigentes, juxta modum quem ſub Bulla noſtra ipſis tranſmittimus, faciant fideliter & ſolicite reparari; deputantes ad opus reparationis hujuſmodi tria millia florenorum auri, in dicta reparatione per manus eorum utiliter & fideliter erogandа, quos quidem florenos Dilectis Filiis Joanni Caranſoni de veſtra Filii Caranſonum & Sabactariorum pro medietate, & pro reliqua medietate Saulo Sabatini de tua fili Rogeri ſocietatibus concivibus & ſociis veſtris in Curia Romana morantibus, recipientibus ipſos, eorum & ſocietatum veſtrarum nomine per Camerarium & Theſaurarium noſtros in eadem Romana Curia integre fecimus aſſignari; ab eis per ſtipulationem ſolemnem ydonea cautione recepta, quod dictam pecuniam vos & ſocietates veſtræ, prout dictæ reparationis neceſſitas exiget, integraliter aſſignabitis Canonico & Vicario ſupradictis; dantes eiſdem Canonico & Vicario noſtris litteris in mandatis, ut a vobis pro dicto opere requirant & recipiant pecuniam ſupradictam, pro ut eiſdem veſtris ſociis, ſicut præfertur, extitit aſſignata. Quo circa diſcretioni veſtræ, præſentium tenore mandamus, quatenus ad requiſitionem eorundem Canonici & Vicarii, ne, quod abſit, propter expenſarum defectum dicta reparatio retardetur, dictam pecuniam particulariter, ſecundum quod ipſi viderint oportunum, eiſdem aſſignare curetis, recipientes ab eis ad futuram cautelam de hiis, quæ ipſis aſſignaveritis, Apodixas, vel exinde facientes confici publica Inſtrumenta.

Pontifex de celeri Baſilicæ reparatione ſolicitus,

Pecuniam ſuppeditat,

Quam ſine mora ſolvendam decernit.

Datum Avenioni v. Idus Februarii, Anno Quinto.

Trabium ac lignorum in Vaticana S. Petri Baſilica temporis vetuſtate conſumtorum innovationem iterato demandat; pecuniam in idem opus erogandam ſuppeditat; eaque unde petenda ſit, enunciat.

Ex Regeſto Epiſt. comm. Joannis XXII. part. 1. An. V. Epiſt. 130. fol. 51. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Magiſtro Joanni dicto Provinciali &c.

AN. CH. 1321.

DUdum Dilectis Filiis Priore & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe nobis per ſuas litteras intimantibus, quod Trabes &c. (*a*)

Dat. Avenion. iii. Kal. Martii, Anno V.

Datis

(*a*) Ut in ſuperiori Bulla quinto Idus Februarii edita, ad finem uſque.

(*a*) Hanc

Datis ad Magiſtrum Joannem dictum Provincialem, Baſilicæ S. Petri Canonicum, & Guillelmum Gervaſii iteratis literis memoratum reparationis negotium urget.

Ex Regeſto Epiſt. com. Joannis XXII. parte I. An. V. Epiſt. de Cur. 131. fol. 52. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Magiſtro Joanni dicto Provinciali, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Guillelmo Gervaſii Vicario Venerabilis Fratris noſtri Guillelmi Epiſcopi Sabinenſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1321. *Commenda Pontificis diligentia, ne pecuniarum, pro Baſilica inſtauranda, ſolutio retardetur.*

NUper vobis litteras noſtras direximus in hac forma: Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Magiſtro Joanni dicto Provinciali, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & Guillelmo Gervaſii Vicario Venerabilis Fratris noſtri Guillelmi Epiſcopi Sabinenſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Dudum Dilectis Filiis &c. (a). Ne igitur expeditio dicti negotii retardetur, volumus, quod ſi propter impedimentum Nuntii dictas litteras deferentis, vel ex alia cauſa contingeret ad vos non pervenire litteras ſupradictas, prædicta omnia juxta litterarum præmiſſarum tenorem proinde exequi & adimplere curetis, acſi a vobis litteræ ipſæ fuiſſent habitæ & receptæ.

Datum Avenioni Nonas Martii, Anno Quinto.

Pro celeriori eorumdem trabium ac lignorum reparatione, ad univerſos de Caranſonum & Subactariorum atque Rogerii Romanutii de Urbe ſocietatum ſocios & Mercatores, iteratas dat literas.

Ex Regeſto Epiſt. com. Joannis XXII. parte I. An. V. Epiſt. de Cur. 132. fol. 52. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Univerſis de Caranſonum & Subactariorum (b) ac Rogerii Romanutii de Urbe ſocietatum ſociis & Mercatoribus; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1321. *Iterata Pontificis ſollicitudo pro reparatione Baſilicæ.*

NUper vobis litteras noſtras direximus in hac forma: Joannes Epiſcopus Servus ſervorum Dei. Dilectis Filiis Univerſis de Caranſonum & Subactariorum ac Rogerii Romanutii de Urbe ſocietatum ſociis & mercatoribus; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad celerem reparationem &c. (c). Ne igitur expeditio dicti negotii retardetur; volumus, quod ſi propter impedimentum Nuntii dictas litteras deferentis, vel ex alia cauſa contingeret ad vos non pervenire litteras ſupradictas, prædicta omnia juxta præmiſſarum litterarum tenorem proinde adimplere curetis, acſi a vobis litteræ ipſæ fuiſſent habitæ & receptæ.

Datum Avenioni Nonas Martii, Anno Quinto.

Univer-

(a) Hanc Bullam ſupra exhibuimus ex Regeſto Epiſt. Joannis XXII. Ann. V. epiſt. 130. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

(b) Mercatorum ſocietatem excipe, cui id nomen indidit quiſpiam e *Caranzonum* familia, ſocietatis ejuſdem fortaſſe inſtitutor, aut ſaltem princeps. Idem judicium eſto de *Sabacteriorum*, aut *Subactariorum* ſocietate, a Nicolao aut quopiam alio de *Sabateriis*, uti quidem conjicimus, ita nuncupata. Conſulantur quæ inferius promentur ipſius Joannis Papæ literæ anno V. ſui Pontificatus v. Non. Martii editæ.

(c) Ut in præallato Diplomate, quod apud Archiv. Apoſt. Vatic. in Regeſto Epiſtolar. hujus Pontificis eſt epiſt. 122. fol. 45.

(a) An-

Univerſis Chriſtifidelibus, qui ad Vaticanam S. Petri Baſilicam inſtaurandam pia eleemoſynarum ſubſidia contulerint, unum annum de injunctis pœnitentiis ad biennium relaxat.

Ex Regeſto Epiſt. Secret. tertio Joannis XXII. fol. 100. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1322. *Baſilicæ Vaticanæ laudes.*

INſignem Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe largitor ille mirificus, qui eum cæleſtis Regni Clavigerum deputavit, tanto majori conſtituit veneratione colendam, quanto ipſam ampliori dignitate præcellere voluit, & potioris honoris privilegio decorari. *Pergratum Deo obſequium in Eccleſiis exhibitum.* Licet igitur immenſa noſtri Salvatoris benignitas multiplex ad bonitatem & artifex ad ſalutem, lapſibus humanis compatiens, Fidelium cordibus, ut ſibi gratam exhibeant ſervitutem, ſui timoris ſpiritum & amoris infundat; illud tamen obſequium, quod in ſtructura Domus ejus de copia caritatis impenditur, eo magis redditur in oculis ſuæ Majeſtatis acceptum, quo in illa frequenter devotis laudationum præconiis ipſe glorificatur Omnipotens, & pro expiatione criminum offertur Hoſtia ſalutaris. Cum igitur memorata Baſilica, ſicut pro parte Dilecti Filii Capituli ejuſdem Baſilicæ fuit expoſitum coram nobis, multiplici reparatione indigere noſcatur, & ad hujuſmodi reparationis opus veſtra ſuffragia ſint eis plurimum opportuna; Univerſitatem veſtram rogamus & hortamur in Domino, vobis in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pias ad hoc elemoſinas & grata caritatis ſubſidia porrigatis, ut per ſubventionem veſtram opus hujuſmodi valeat feliciter conſumari: & vos per hoc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æternæ beatitudinis poſſitis gaudia pervenire. *Indulgentiarum theſauros iis aperit, qui in Baſilicæ reparatione ſubſidia contulerint.* Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & ejuſdem Principis ac Beati Pauli Apoſtoli auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad opus hujuſmodi manum porrexerint adjutricem, unum annum de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus: *Conceſſio poſt biennium expirat.* Præſentibus poſt biennium minime valituris: Quas mitti per quæſtuarios prohibemus, eas ſi ſecus actum fuerit carere viribus decernentes.

Datum Avenioni v. Nonas Martii, Anno Sexto.

Rationem præſcribit, qua ſervandæ atque erogandæ ſint piæ Fidelium eleemoſynæ ad Vaticani Templi reparationem collatæ.

Ex Regeſto III. Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 100. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Terracinen. Vicario Urbis in ſpiritualibus (a) & Dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1322. *Superiorem Bullam commemorat.*

CUM nuper univerſis Chriſtifidelibus, qui ad opus reparationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe manum porrexerint adjutricem, certam indulgentiam duxerimus concedendam; Volumus & diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, *Archam in quam eleemoſynæ pro Baſilicæ inſtauratione immittantur, conſtrui mandat.* quatenus in aliquo apto loco infra præfatam Baſilicam unam Arcam ſeu Troncum ſuffoſum & cavatum, benefirmatum & clauſum duabus ferreis ſerraturis, qui cum duabus omnino diſſimilibus. aperiatur clavibus & claudatur. in quo ſubſidium per Fideles eoſdem præſtandum ad opus hujuſmodi, prout eis miniſtrabit Dominus, offeratur & etiam recundatur; conſtitui faciatis: quodque tu, Frater Epiſcope, unam clavium earundem, & vos Filii Capitulum, *Clavibus duabus archa obſignetur.* vel alius quem ad hoc duxeritis deputandum, reſiduam

(a) Andream anno Chriſti 1319. electum Epiſcopum Terracinenſem, Romano Pontifici vicariam operam præſtaſſe, ex Vaticanæ Baſilicæ monumentis obſervat Ughellus to. 1. pag. 1297.

(a) An-

Quovis menſe arca reſeranda, ac eleemoſyna in opus Baſilicæ certa methodo, diſpenſanda.

reſiduam clavium cuſtodiatis & etiam conſervetis, ac ſingulis menſibus eadem Arca ſeu Trunco in præſentia Dilectorum Filiorum Sabæ Sabetini, & Rogerii Romanutii de Romanutiorum, & Joannis Caranzonis, ac Pauli Galgani, & Filiorum Nicolai Sabaterii de Urbe ſocietatibus ſociorum, vel aliquorum ex eis aperto, pecuniam in hujuſmodi ſubſidium oblatam, eis, pro medietate videlicet ſociis cujuſlibet ſocietatum ipſarum, integraliter aſſignetis, per eos poſtmodum Dilecto Filio Joanni Provinciali dictæ Baſilicæ, & Guillelmo Gervaſii Sanctæ Cæciliæ de Urbe Canonicis in opus convertendam prædictum, ſicut pro eodem opere neceſſarium fuerit, perſolvendam: illam in præmiſſis ſolicitudinem impenſuri, quod non poſſitis de negligentia reprehendi.

Datum Avenioni Quinto Nonas Martii, Anno Sexto.

Quaſdam pecunias ex certis proventibus cum perceptas tum percipiendas, Magiſtro Joanni dicto Provinciali, & Guillelmo Gervaſii tradi jubet, ab eiſdem in Vaticanæ Baſilicæ reparationem impendendas.

Ex Regeſto Epiſt. III. Secret. Joannis XXII. fol. 100. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Sabæ Sabetino, & Rogerio Romanutii de Romanutiorum, & Joanni Caranzonis, Paulo Galgani, & Filiis Nicolai Sabaterii & aliis de Sabateriorum de Urbe ſocietatibus ſociis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1322.

Pecunia a Pontifice collecta & penes mercatorum ſocietatem depoſita.

CUM nos Venerabilibus Fratribus Terracinen. Vicario Urbis in ſpiritualibus, & Viterbinen. Epiſcopis demus per noſtras litteras in mandatis, ut ſummam quadringentarum & octuaginta quatuor librarum & novem ſolidorum denariorum Senatus, de proventibus nobis debitis in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe perceptam, apud dilectum Filium Feum Cioni, Mercatorem Florentinum habitatorem Urbis, per Magiſtrum Joannem de Unciola ejuſdem Baſilicæ Altararium depoſitam; necnon & pecuniam percipiendam per duos annos proximo venturos de proventibus & fructibus antedictis, quos vendi per eoſdem duos annos mandavimus; ac omnem pecuniam ratione indulgentiæ, quam ad opus reparationis Baſilicæ per biennium duximus concedendam, pervenire continget; vobis, videlicet pro medietate ſociis cujuſlibet ſocietatum veſtrarum, faciant aſſignari; per vos poſtmodum tradendam Dilectis Filiis Magiſtris Joanni Provinciali dictæ Baſilicæ, & Guillelmo Gervaſii Sanctæ Cæciliæ de Urbe Canonicis, per eos in opus reparationis hujuſmodi, ſicut pro eodem opere neceſſarium fuerit, convertendam: Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hujuſmodi pecunias recipere; & ſicut pro eodem opere neceſſaria fuerit, præfatis Canonicis ſolvere ſtudeatis.

Canonicis Vaticanæ Baſilicæ, in opus fabricæ impendenda, tradatur.

Datum Avenioni Quinto Nonas Martii, Anno Sexto.

Nonnullos redditus ad ſe pertinentes venumdari; pecuniam ex venditione partam, certis mercatoribus primum, deinde Joanni Provinciali & Guillelmo Gervaſii ad reparandum S. Petri Templum committi præcipit.

Ex Regeſto tertio Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 100. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Terracinen. Vicario Urbis in ſpiritualibus & Viterbien. (a) Epiſcopis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1322.

DE veſtræ circumſpectionis induſtria & fidelitate probata plenam in Domino fiduciam obtinentes, ac ſperantes, quod ea, quæ veſtræ prudentiæ committuntur, exequi fideliter ſtudeatis, vobis & cuilibet veſtrum vendendi omnes proventus ac

(a) Angelo de Tineoſis, de quo complura habet Ughellus tom. 1. Ital. Sacr. col. 1415. & ſeqq.

(a) Qui

Nova ad conquirendam pecuniam pro Baſilica inſtauranda, Pontificis cura.

tus ac redditus & fructus tam ex Altari Majori Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quam de Viridario & Vinea ejuſdem Baſilicæ, & aliis ad nos in Baſilica ipſa ſpectantibus proventuros pro duobus annis proxime complendis; ac omnem pecuniam recipiendam ex illis, Dilectis Filiis Sabæ Sabetino, & Rogerio Romanutii de Romanutiorum, & Joanni Caranzonis, & Paulo Galgani, ac Filiis Nicolai Sabaterii, & aliis ſociis de Sabateriorum ſocietatibus de Urbe ſociis, videlicet pro medietate ſociis cujuſlibet ſocietatum earundem aſſignandi, per eos tradendam poſtmodum Dilectis Filiis Magiſtris Joanni Provinciali dictæ Baſilicæ, & Guillelmo Gervaſii Sanctæ Cæciliæ de Urbe Canonicis, per eos in opus reparationis dictæ Baſilicæ convertendam, ſicut pro eodem opere neceſſarium fuerit; necnon & contradictores impedientes quoſlibet per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi plenam vobis & unicuique veſtrum concedimus tenore præſentium poteſtatem.

Collecta pecunia penes mercatores deponenda; ab his, tradenda Canonicis ejuſdem Baſilicæ.

Datum Avenioni Quinto Nonas Martii, Anno Sexto.

Pecuniam a Joanne de Unciola, Vaticanæ Baſilicæ Altarario, pro ſui muneris ratione perceptam, prævio diligenti calculo exigi; eamque certis mercatoribus primum, tum Joanni Provinciali & Guillelmo Gervaſii ad ipſam S. Petri Baſilicam inſtaurandam tradi mandat.

Ex Regeſt. Tertio Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 100. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Terracinen. Vicario Urbis in ſpiritualibus, & Viterbien. Epiſcopis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1322.

Statuit ut Baſilicæ Vaticanæ Altararius de percepta pecunia rationem reddat.

INtendentes, ut Dilectus Filius Magiſter Joannes de Unciola, Altrarius Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe de omni pecunia, quæ ad eum qualitercumque & quomodocumque ratione Officii Altariæ pervenit (*a*), reddat plenam & integram rationem, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum de hujuſmodi pecunia, de qua videlicet plenam, ut prædicitur, non reddidit rationem, ſummarie, de plano, ſimpliciter, ſine ſtrepitu & figura judicii vos plenius informantes, ab eo de pecunia hujuſmodi plenum computum & integram rationem petere, exigere, & recipere cum diligentia ſtudeatis; facientes hujuſmodi receptam pecuniam, detractis neceſſariis expenſis, Dilectis Filiis Sabæ Sabetino, & Rogerio Romanutii de Romanutiorum, & Joanni Caranzonis, ac Paulo Galgani, & Filiis Nicolai Sabaterii, & aliis de Sabateriorum ſocietatibus de Urbe ſociis, videlicet pro medietate ſociis cujuſlibet ſocietatum ipſarum ſolvendam, per eos poſtmodum Dilectis Filiis Magiſtris Joanni Provinciali dictæ Baſilicæ, & Guillelmo Gervaſii Sanctæ Cæciliæ de Urbe Canonicis in opus reparationis dictæ Baſilicæ convertendam, ſicut pro eodem opere neceſſarium fuerit, integraliter aſſignari; eundem Magiſtrum Joannem ad id per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellendo.

Pecunia inde collecta penes mercatores deponatur.

Depoſita, Canonicis Baſilicæ tradatur in bonum fabricæ inſumenda.

Datum Avenioni Quinto Nonas Martii, Anno Sexto.

Certam

(*a*) Qui nunc *Altararius* dicitur, in ſuperioribus Bullis *Cuſtos* Vaticanæ Baſilicæ nuncupatur. Ejus præcipuum munus, Vaticanas Oblationes ad Romanum Pontificem ſpectantes percipere ac ſervare. Adeas præallatum Joannis XX. dicti XXI. Diploma pridie Nonas Martii editum Pontificatus ſui anno I.

(*a*) Con-

Certam pecuniæ Summam apud Feum Cionem a Joanne de Unciola, Vaticanæ S. Petri Baſilicæ Altarario depoſitam, quibuſdam mercatoribus primum, tum Joanni Provinciali & Guillelmo Gervaſii ad ipſam Baſilicam reparandam committi jubet.

Ex Regeſto Tertio Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 100. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Terracinen. Vicario Urbis in ſpiritualibus, & Viterbien. Epiſcopis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1322.

Pecunia ſumma ab Altarario percepta, et penes mercatores depoſita,

CUM Dilectus Filius Feus Cioni Mercator Florentin. habitator Urbis ſummam quadringentorum & octuaginta quatuor librarum & novem ſolidorum denariorum Senatus tam de proventibus Majoris Altaris, quam de fructibus Viridarii & Vineæ, & aliis redditibus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ad nos & Apoſtolicam Sedem ſpectantibus, per Joannem de Unciola eiuſdem Baſilicæ Altararium perceptis apud eundem mercatorem depoſitam habeat & conſervet; nos volentes, ut hujuſmodi pecuniæ ſumma in opus reparationis ejuſdem Baſilicæ convertatur, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum hujuſmodi pecuniæ ſummam Dilectis Filiis Sabæ Sabetino, & Rogerio Romanutii de Romanutiorum, & Joanni Caranzonis, & Paulo Galgani, ac Filiis Nicolai Sabaterii, & aliis de Sabateriorum de Urbe ſocietatibus ſociis, videlicet pro medietate ſociis cuiuſlibet ſocietatum earundem, ſolvendam Dilectis Filiis Magiſtris Joanni Provinciali dictæ Baſilicæ, & Guillelmo Gervaſii Sanctæ Cæciliæ de Urbe Canonicis * eos in opus reparationis dictæ Baſilicæ convertendam, ſicut pro eodem opere neceſſarium fuerit; faciatis integraliter aſſignari: eundem mercatorem ad id, ſi neceſſe fuerit, necnon & contradictores & impedientes quoſlibet per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Canonicis Baſilicæ Vaticanæ, in opus fabricæ expendenda, tradatur.

* *Sup. per.*

Datum Avenioni Quinto Nonas Martii, Anno Sexto.

Angelo Epiſcopo Viterbienſi, Joanni Baſilicæ Vaticanæ, & Petro Lateranenſis Eccleſiæ Canonicis demandat, ut ducentos florenos auri a Fr. Michaele Ord. Min. Generali Miniſtro recipiant, eoſque apud certos Mercatores deponant, in Lateranenſis Baſilicæ reparationem & ſtructuram impendendos.

Ex Regeſto III. Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 296. ſub Anno VII. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Viterbien., & Dilectis Filiis Joanni Provinciali Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Petro Capotiæ Lateranen. Canonicis.

AN. CH. 1322.

Lateranenſis Eccleſia reparatione indiget.

AD reparationem ædificiorum & ſtructuræ Lateranenſis Eccleſiæ, quam dudum veſtræ fidelitati & induſtriæ duximus committendam, piis affectibus intendentes; ecce quod Dilecto Filio Michaeli, Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, damus per alias noſtras litteras in mandatis, ut ducentos florenos auri ad nos & Romanam Eccleſiam pertinentes, ac per eundem Miniſtrum receptos in Urbe, quos in uſum reparationis hujuſmodi deputavimus fideliter committendos, vobis ſeu duobus veſtrum aſſignare procuret. Quare diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo ex vobis dictos ducentos florenos ab eodem recipiatis Miniſtro, eoſque apud Dilectos Filios ſocietatis Caranſorum & Sabateriorum de Urbe ſocios & mercatores particulariter tradendos, prout oportunum fuerit pro Fabrica reparationis & ſtru-

Pontifex pecuniam ſuppeditat.

Depoſita penes mercatores pecunia in reparationem Baſilicæ conſervatur.

& ſtructuræ Eccleſiæ Lateranen. prædictæ (*a*) facientes tam ſuper aſſignatione prædicta, quam etiam ſuper depoſito hujuſmodi duo fieri conſimilia publica Inſtrumenta, quorum altero penes vos remanente, reliquum ad noſtram Cameram mittere, quamtotius commode poteritis, non tardetis. Volumus autem, quod veſtrum Miniſtrum de hiis, quæ receperitis ab eodem, quitare (*b*) & abſolvere plenarie, noſtro & ejuſdem Eccleſiæ Romanæ nomine valeatis.

Datum Avenioni xv. Kalendas Octobris, Anno Septimo.

Tarracinenſi, ac Viterbienſi Epiſcopis eam committit provinciam, ut de nonnullis pecuniarum ſummis & bonis aliis mobilibus, quæ nuper vita functus Joannes Unciola tum Cameræ Apoſtolicæ tum Vaticanæ Baſilicæ debebat, utrique ſatisfaciendum curent.

Ex Regeſto Tertio Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 296. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Terracinen. Vicario Urbis in ſpiritualibus, & Viterbien. Epiſcopis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1322.

Quidquid ſuperioribus literis circa hereditatem Canonici Altararii decreverat, hic commemorat.

Fide dignis relatibus intellecto, quod quondam Joannes de Unciola Canonicus & Altararius Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, qui de nonnullis pecuniarum ſummis quantitatibus, & bonis aliis mobilibus, tam ad nos (*c*) & Cameram noſtram, quam Baſilicam ipſam ſpectantibus tenebatur, ſicut accepimus, prædictis Cameræ & Baſilicæ reſpondere nuper diem clauſit extremum, nulla ſufficienti ratione reddita de prædictis: Nos volentes noſtris & ejuſdem Baſilicæ indemnitatibus ſuper hiis præcavere, Dilecto Filio Magiſtro Joanni Provinciali dictæ Baſilicæ Canonico exigendi & recipiendi ab heredibus vel executoribus Teſtamenti, ſi qui ſint, dicti defuncti rationes legitimas ſuper bis * eas que & reliqua; necnon ſi forſan beredes vel executores non apparerent, prædicta bona omnia mobilia quæ dictus defunctus habebat tempore mortis ſuæ, in quibuſcumque conſiſtant, vel de illis pro ſatisfactione præmiſſorum & alias, prout ſecundum Deum vobis videbitur, valeat ordinari, petendi, exigendi & recipiendi & in mann veſtra fideliter conſervandi, per alias noſtras certi tenoris litteras concedimus poteſtatem. Quocirca Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos & quilibet veſtrum, per vos vel per alium ſeu alios, dictos heredes vel executores ad reddendum rationes de prædictis & reliqua præſtandum dicto Joanni, noſtro & præfatæ Baſilicæ nomine, auctoritate noſtra per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellatis; & ſi ut præmittitur, heredes ſeu executores non apparerent, prædicta omnia bona mobilia quæ babebat præfatus defunctus tempore dictæ mortis, quæcumque ſint & per quaſcumque detineantur perſonas ſibi faciatis ſummarie, ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu & figura Judicii integraliter aſſignari: Contradictores cujuſcumque ordinis ſtatus vel conditionis exiſtant etiamſi Pontificali vel quavis alia præmineant dignitate, appellatione remota, cenſura ſimili compellentes; Invocato, ſi opus fuerit, auxilio Brachii ſecularis; non obſtante ſi eis vel eorum aliquibns communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſit per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem: nos ac noſtram Cameram redditurí per veſtras litteras vel Inſtrumentum publicum harum ſeriem continens, de omnibus & ſingulis quæ in hac parte feceritis, certiores.

* *Sic.*

Præcipit hic, ut Heredes rationem reddere, & defuncti mobilia bona quæcumque deponere compellantur.

Pari jure; contradictores compelli decernit, quidquid, ne compeſcantur, opponant.

Datum Avenioni iii. Kalendas Januarii, Anno Septimo.

Quoad

(*a*) Conſulatur Clementis V. Bulla fol. 248.

(*b*) Nimirum dare apocham, & chirographo fateri acceptum.

(*c*) De Proventibus, quos Romanus Pontifex olim percipiebat ex Vaticana D. Petri Confeſſione; præter allata ſuperius, antiquum extat monumentum anno Chriſti 1220. circiter confectum, atque a Viro Clariſſimo Ludov. Muratorio evulgatum tom. 5. Antiquitat. Ital. medii ævi pag. 85.

(*d*) Nem-

Quoad nonnullas pecuniarum ſummas & Bona alia mobilia, quæ Joannes de Unciola vita functus tum Cameræ Apoſtolicæ tum Vaticanæ Principis Apoſtolorum Baſilicæ debebat, utriuſque indemnitatibus proſpicit, ejus rei curam Joanni Provinciali demandans.

Ex Regeſto Tertio Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 297. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Joanni Provinciali, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1322.

Joannes Unciola Canonicus & Altararius Vaticanæ Baſilicæ diem obiit, multo ære gravatus.

RElatione nuper accepimus fide digna, quod quondam Joannes de Unzola Canonicus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, qui de nonnullis pecuniarum quantitatibus & bonis aliis mobilibus, tam ad nos & Cameram noſtram, quam Baſilicam ipſam ſpectantibus tenebatur eiſdem Cameræ & Baſilicæ reſpondere, nuper diem clauſit extremum, nulla ſufficienti ratione reddita de prædictis. Volentes itaque noſtris & ejuſdem Baſilicæ indemnitatibus ſuper hiis præcavere, & de tuæ circumſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinentes; ut ab heredibus vel executoribus teſtamenti dicti defuncti rationes legitimas & reliqua de prædictis; vel ſi non apparent heredes & executores prædicti, omnia bona mobilia quæ habebat dictus defunctus tempore mortis ſuæ, quæcumque ſint & in quibuſcumque conſiſtant & per quaſcumque detineantur perſonas; petere, exigere, & recipere, & ad manum noſtram ponere & fideliter conſervare valeas, ut pro ſatisfactione præmiſſorum & alias poſſit ordinari de illis, prout ſecundum Deum nobis videbitur expedire, plenam tibi concedimus tenore præſentium poteſtatem. Volumus tamen, quod aſſignantes tibi reliquam ſeu bona prædicta, abſolvere valeas & quitare de hiis, quæ recipere te continget; Ita quod inde duo fieri facias conſimilia publica Inſtrumenta, quorum altero penes aſſignantes dimiſſo, reliquum ad eandem mittere Cameram non poſtponas.

Ejus bona, pro Cameræ Apoſtolicæ, & Baſilicæ indemnitate cuſtodiri mandat.

Joanni Provinciali Baſilicæ Canonico plenam tribuit auctoritatem.

Datum Avenioni Tertio Kalendas Januarii, Anno Septimo.

Occupata a nonnullis Canonicis & Clericis quæ Joannes de Unciola reliquerat Bona, integre reſtitui jubet, Cameræ Apoſtolicæ & Vaticanæ Baſilicæ pro ſuis juribus adjudicanda: contumaces, pœna anathematis plecti demandat.

Ex Regeſto Tertio Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 298. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Terracinen. Vicario Urbis in Spiritualibus, & Viterbien. Epiſcopis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1323.

Præcipua Pontificis cura in Bonum Apoſtolicæ cameræ, & Vaticanæ Baſilicæ.

ETſi juxta debitum paſtoralis Officii, ne Jura quarumlibet Eccleſiarum depereant, ſolertem nos deceat vigilantiam adhibere; in recuperandis tamen & manutenendis Eccleſiæ Romanæ & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe bonis & juribus tanto reddimur attentione majori ſoliciti, quanto eas amplioris favoris prærogativa reſpicimus, & amoris proſequimur privilegio ſingularis. Nuper ſiquidem ad noſtri Apoſtolatus auditum relatio fide digna perduxit, quod quondam Joannes de Unzola Altararius dictæ Baſilicæ, qui in quatuor milibus & centum quinquaginta libris provenientium (a) præter annulos aureos, aurum & argentum laboratum, ſericum, tovalias

Altararius Vaticanæ Baſilicæ, ære alieno nondum ſoluto, vita cedit.

(a) Nempe Solidorum, qui *provenientes* dicebantur, vel a loco ubi cuderentur, vel cuſi primum fuiſſent, uti Cangius opinatur, eos reducens ad monetam Pruvinenſem, quam ait Comitibus Campaniæ Gallicæ fuiſſe ſic appellatam, quod in Oppido Pruvinenſi dictæ Campaniæ procudebatur: vel a proviſionibus ſeu redicibus Eccleſiarum, aut Altarium quibus Clerici inſer-

tovalias ſericatas, & pannos, aliaque jocalia (*a*) in altari memoratæ Baſilicæ per Chriſtifideles oblata, necnon & pro certis lignaminibus per eum de opere Fabricæ dictæ Baſilicæ receptis & in uſus ſuos proprios applicatis, in duobus milibus florenis Auri vel circa, & nonnullis aliis reſtitutionibus & emendis ex cauſis diverſis tam noſtræ Cameræ quam eidem Baſilicæ tenebatur; nulla de præmiſſis ſatisfactione præſtita, diem clauſit extremum: quodque tam dilecti Filii Bertuldus de Filiis Urſi & Paulus Comitis ejuſdem Baſilicæ Canonici, quam nonnulli alii Clerici & laici jocalia prælibata ac bona dicti Altararii, quæ Cameræ & Baſilicæ memoratis remanere obligata pro præmiſſorum ſatisfactione noſcuntur, occupaverant, & ea detinent in dictarum Cameræ & Baſilicæ præjudicium, ſuæque ſalutis diſpendium contra juſtitiam occupata, non curantes ſatisfactionem debitam impendere de præmiſſis. Nos itaque volentes, ut tenemur, earundem Cameræ & Baſilicæ ſuper hiis indemnitatibus præcavere, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos & quilibet veſtrum, per vos vel per alium ſeu alios, dictos Canonicos & quoſcumque alios tam Clericos quam laicos, cujuſcumque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, ſtatus vel conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali vel quavis alia dignitate præfulgeant, ad quorum manus bona ſeu jocalia prædicta devenerint, ex parte noſtra moneatis & efficaciter inducatis, ut infra peremptorios terminos competentes, per vos eis juxta veſtræ diſcretionis arbitrium ſuper hoc præfigendos, eadem bona & jocalia, in quibuſcumque conſiſtant, vobis ſeu veſtrum alteri, noſtro & Eccleſiæ Romanæ nomine pro ſatisfactione præmiſſorum cum integritate reſtituant & aſſignent; quatenus de prædictis omnibus, in quibus dictus Altararius prædictis Cameræ & Baſilicæ, ſicut præmittitur tenebatur, plenariam ſatisfactionem impendant; alias in eos, qui monitionibus hujuſmodi parere contempſerint, auctoritate noſtra excommunicationis ſententiam proferatis, quam uſque ad ſatisfactionem condignam faciatis inviolabiliter obſervari: Non obſtante ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem: reſcripturi nobis fideliter per veſtras litteras, vel Inſtrumentum publicum harum ſeriem continens, quicquid ſuper præmiſſis duxeritis faciendum.

Altararii debitoris bona injuſte occupantur.

Ea mandat veſtitui, propoſita in contumaces excommunicationis cenſura.

Contrariis nequaquam obſtantibus.

Datum Avenioni Kal. Junii, Anno Septimo.

Priorem Vaticanæ Baſilicæ, Joannem de Saracenis Lateranen., Bartholomæum Manſellam S. M. Majoris, novemque alios diverſarum Urbis Eccleſiarum Clericos, in Rectores Romanæ Fraternitatis aſſumit; formam electionis eorumdem deſcribit; officii tempus nonniſi ad biennium protendit; juriſdictionem coarctat.

Ex Regeſto Epiſt. com. Joannis XXII. Anni IX. Parte II. Epiſt. 2061. fol. 289. Apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Joanni de Saracenis Lateranen., Bartholomeo Manſella Sanctæ Mariæ Majoris, Angelo Petri Matthei Sanctæ Cæciliæ, Magiſtro Joanni Sancti Georgii ad Velum aureum, Berardo Presbytero Sancti Angeli, Jacobo Niza Sancti Laurentii in Damaſo, Landoni Sancti Marci, Jacobo de Cancellario Sanctæ Mariæ in Aquiro, Joanni Gaballini Sanctæ Mariæ Rotundæ, Thomæ Sancti Nicolai de Funariis, (b) Canonicis, ac Rectori Sanctæ Mariæ de Publico, (c) Eccleſiarum de Urbe Fraternitatis Romanæ Rectoribus (d); Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1325.

In Rectorum Romanæ Fraternitatis juriſdictionem, munus, electionem Pontifex ſedulo inquirit.

Dudum de conditione Rectorum Fraternitatis Romanæ, qui de cauſis ad Eccleſiaſticum forum ſpectantibus de conſuetudine vel Privilegio Apoſtolico ſpeciali cognoſcunt; ac de Juriſdictione, quæ eis competebat de conſuetudine vel Privilegio ſu-

inſerviebant, & pro ſua quiſque opera ſtipendium accipiebant, uti exiſtimat Conradus Janningus tom. 7. Jun. Bolland. pag. 38. col. 2. in adnotat. ad cap. 1. Petri Manlii; vel tandem, Macro judice, a ſolita proviſione per Senatum Romanum aſſignata, a qua proveniebant. Librarum Provenientium valorem ex Grimaldo alibi expendimus.

(*a*) Eas, quæ hic recenſentur, aliaſque id genus res pretioſas vox *Jocalia* deſignat; uti ex ipſo Bullæ contextu ſatis liquet.

(*b*) Ad Capitolii radices, in Vico *Turris Speculorum*.

(*c*) Alias *de Publicolis* in Regione S. Angeli.

(*d*) Hæc Joannis XXI. Epiſtola, cujus notitia ſero ad nos perve-

gio ſupradictis, deſiderantes plenarie informari; Venerabilibus Fratribus noſtris Nepeſin. (a) tunc noſtro in Urbe Vicario, ac Viterbien. Epiſcopis, & quondam A... Abbati Monaſterii Sancti Pauli de Urbe noſtris dedimus litteris in mandatis, quod ipſi vel duo eorum de Officio dictorum Rectorum, & de ſpectantibus ad illud de conſuetudine ſeu Privilegio memoratis, necnon de tempore creationis ipſorum, & de Eccleſiis & earum nominibus, a quibus debebant vel conſueverant aſſumi, & de Perſonis quæ ad illud exercendum ydoneæ viderentur; de hiis quoque, in quibus foret dictum Officium reformandum, & etiam de circumſtantiis univerſis, qualiter inſuper per nos eſſet in talibus providendum, & quomodo ſuper hiis procedi hactenus fuerat conſuetum; curarent diligentius indagare, & quæcumque ſuper præmiſſis & ſingulis invenirent, fideliter in ſcriptis redacta, cum earundem litterarum ſerie ſub ſigillis eorum nobis quantocitius intimarent, ut ex relatione ipſorum ſuper hiis plenius informati, quæ ſuper hoc agenda per nos & reformanda forent, ac etiam ordinanda, actore Deo ſecurius agere & ordinare utilius valeremus: dictique Epiſcopus Viterbieu. & Abbas in executione mandati hujuſmodi abſque dicto Epiſcopo Nepeſino, prout ex forma dictarum litterarum noſtrarum poterant, procedentes; de præmiſſis omnibus & ſingulis diligentius indigarunt, & quæ ſuper hiis invenerunt, fideliter in ſcriptis redacta, unacum depoſitionibus Teſtium, quos ſuper hiis receperunt, ſub ſigillis eorum nobis fideliter intimarunt. Quia igitur ex eorum relatione comperimus, quod quantum ad creationem dictorum Rectorum pertinet, tota Urbs dividitur in tres partes, de quarum qualibet quatuor Eccleſiæ eligi debent, ac de unaquaque ipſarum eſt unus Clericus eligendus pro Rectore Fraternitatis prædictæ; in creatione veſtra qui eſtis de tribus partibus memoratis, modum volentes ſimilem obſervare; vos, de quibus laudabilia nobis teſtimonia perhibentur, auctoritate præſentium in Rectores Fraternitatis aſſumimus ſupradictæ. Verum quia de hiis, quæ ad Juriſdictionem veſtram, & eorum qui vobis in dicto ſuccedent officio, & durationem ejuſdem officii pertinent, ex atteſtationibus nobis miſſis per inquiſitores prædictos, diverſos reperimus depoſuiſſe diverſa; de Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate præſentium ordinamus, quod deinceps officium veſtrum & aliorum Rectorum dictæ Fraternitatis qui erunt pro tempore, a tempore creationis veſtræ, & eorum qui futuris temporibus creabuntur, ultra biennium non perduret: teneamini tamen vos & ſucceſſores veſtri Rectores Fraternitatis prædictæ qui erunt pro tempore, ante finem dicti Biennii per quatuor menſes certificare nos & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices per Nuntium & litteras ſpeciales de menſe & die, quo dicti biennii finis inſtat. Vobis inſuper ac univerſis Rectoribus dictæ Fraternitatis, qui pro tempore fuerint, edicto perpetuo prohibemus, ne de uſurarum & matrimoniorum ac Judæorum ſeu Judæos quocumque modo tangentibus & hæreticæ pravitatis cauſis, litibus, vel quæſtionibus, necnon de Eccleſiis intitulatis ſeu commendatis eiſdem Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus & perſonis ipſarum, ſeu de Cappellis & Parochiis ipſarum Eccleſiarum ac Clericis & Parochianis earum vos aliquatenus intromittatis aut etiam intromittantur. Vobis quoque ac ipſis de aliquorum exceſſibus, vel alias ex officio inquirendi omnem interdicimus poteſtatem: decernentes irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis contigerit attentari.

Re cognita, nonnulla decernit. Et primo, Rectores ſ.... deſignatos confirmat;

Deinde, cavet ne eorum munus ultra biennium perduret;

Poſtremo, nonnullas cauſas ab eorum eximit juriſdictione.

Datum Avenioni Nonis Junii, Anno Nono.

Canonicatum in Vaticana Principis Apoſtolorum Baſilica Angelo Frajapani defert; eique Præbendam, vel in præſentia vacantem vel poſthac vacaturam, tribui mandat.

Ex Reg. Ep. com. Joan. XXII. an. IX. Parte 2. Ep. 2316. fol. 381. ap. Arch. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Angelo Frayapani (b) de Urbe Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1325.

Apoſtolicæ Sedis copioſa benignitas illis nonnumquam conſuevit ſuæ liberalitatis januam aperire, quibus ad id propria virtutum merita, laudabiliter ſuffragantur. Volentes itaque meritorum tuorum intuitu quibus apud nos fide digna teſtimonia te com-

pervenit; egregie illuſtrat Alexandrini Diplomatis locum pag. 140. not. c, uti & alterum Clementinæ Bullæ fol. 147. not. b.

(a) Nepeſinam Eccleſiam tunc temporis adminiſtrabat Frater Gentilis Bentivenga ex Ord. Prædicat. de quo Ughellus in Italia Sacra col. 1129.

(b) Quæ alias dicebatur *Frayapanentum*, nunc appellatur *Frangi-*

Angelo Frangipano nobilitate ac virtute ſpectabili, Canonicatum Baſilicæ Vaticanæ primo vacaturum confert.

te commendant gratiam tibi facere ſpecialem, Canonicatum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe cum plenitudine Juris Canonici Apoſtolica tibi auctoritate conferimus & de illo etiam providemus. Præbendam vero nulli alii de jure debitam, ſiqua in dicta Baſilica vacat ad præſens vel cum vacaverit, quam per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime conſtitutum infra unius menſis ſpatium, poſtquam tibi vel eidem procuratori vacatio illius innotuerit, duxeris acceptandam, conferendam tibi (*a*) poſt acceptationem hujuſmodi cnm omnibus juribus & pertinentiis ſuis; donationi Apoſtolicæ reſervamus: diſtrictius inhibentes Dilectis Filiis Archipresbytero, & Capitulo ejuſdem Baſilicæ, ſeu illi vel illis, ad quem vel ad quos in dicta Baſilica Præbendarum collatio, proviſio, vel quævis alia diſpoſitio pertinet communiter vel diviſim, ne de dicta Præbenda interim, etiam ante acceptationem hujuſmodi, niſi poſtquam eis conſtiterit, quod tu vel procurator prædictus illam nolueritis acceptare; diſponere quoquomodo præſumant: ac decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari: Non obſtantibus de certo Canonicorum numero, & quibuſcumque aliis ſtatutis & conſuetudinibus ipſius Baſilicæ contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica vel quacumque alia firmitate vallatis; aut ſi aliqui Apoſtolica vel alia quavis auctoritate in eadem Baſilica in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant; ſeu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & Præbendis in ipſa Baſilica, ſpeciales vel de beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales Sedis Apoſtolicæ vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum; quibus omnibus, præterquam auctoritate noſtra, in Baſilica ipſa receptis ſeu Præbendas expectantibus in eadem, te in aſſecutione dictæ Præbendæ volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Præbendarum & Beneficiorum aliorum præjudicium generari; aut ſi eiſdem Archipresbytero & Capitulo vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non poſſint; ſive quod de Canonicatibus & Præbendis ipſius Baſilicæ ac Beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, vel quamcumque aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nequeat alicui provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet alia præfatæ Sedis Indulgentia, generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam, effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis; aut ſi præſens non fueris ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus ejuſdem Baſilicæ ſolitum Juramentum dummodo in abſentia tua per procuratorem idoneum, & cum ad Baſilicam ipſam acceſſeris corporaliter illud præſtes; ſive quod Sanctæ Mariæ Valliſcoch.e, & Sanctæ Mariæ in Monetula Eccleſias Tyburtin. Diœceſis noſceris obtinere. Volumus autem, quod poſtquam Canonicatus & Præbendæ hujuſmodi fueris pacificam poſſeſſionem adeptus, dictas Eccleſias, quas ex tunc vacare decernimus, omnino dimittere tenearis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ collationis, proviſionis, reſervationis, inhibitionis & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Cavet ne Capitulum S. Petri quid in contrarium moliatur.

Clauſulas apponit derogatorias.

Habita Canonicatus poſſeſſione, Canonicus ceteras Præbendas dimittat.

Pœna in Bullæ violatores.

Datum Avenioni Non. Julii, Anno Nono.

Angelo

Frangipanorum Familiam, generis nobilitate præſtantiſſimam.

(*a*) Confer Nicolai III. Bullam, ubi fol. 151. col. 1. Canonici extra numerum admiſſi & jus Canoniæ habentes, nullam vero Præbendam [ſcilicet antequam pro ipſis eam vacare contingeret] percipientes memorantur.

(*a*) Nem-

Angelo de Tineoſis, Viterbienſi Epiſcopo, Altararii munus in Vaticana S. Petri Baſilica adminiſtrandum committit.

Ex Regeſto 5. Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 170. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Viterbienſi, noſtro in Urbe Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1325.

Altarariūm, et Palatii Apoſtolici Cuſtodem deſignat.

AB experto gerentes de tuæ circumſpectionis induſtria fiduciam in Domino ſpecialem, adminiſtrationem officii Altarariatus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod helemoſinaria conſuevit alias nuncupari; necnon curam atque cuſtodiam Palatii & Viridarii noſtri dictæ Baſilicæ cum omnibus & ſingulis ad ea ſpectantibus, donec in dicta Urbe commiſſi tibi Vicariatus fungeris officio, & uſque ad beneplacitum noſtrum ac Apoſtolicæ Sedis, Fraternitati tuæ duximus tenore præſentium committendas; exigendi quoque & recipiendi a quibuſcumque olim adminiſtratoribus & receptoribus proventuum & reddituum helemoſinariæ prædictæ debitum & finalem computum de adminiſtratis & receptis hujuſmodi, necnon & ipſos ſeu quoſcumque alios, ad quos pecunia eorumdem proventuum & reddituum forte pervenit, ad exhibitionem illius tibi noſtro & Eccleſiæ præfatæ nomine faciendam, per Cenſuram Eccleſiaſticam & alias, prout de jure expedire putaveris, appellatione poſtpoſita, compellendi; non obſtante ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod excommunicari, interdici, vel ſuſpendi non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem; auctoritate noſtra plenam & liberam tibi concedimus facultatem. In quibus, Frater, ſic te fideliter & ſolicite gerere ſtudeas, quod pro hiis & aliis, de quibus tibi confidenter incumbimus, præter divinæ retributionis præmium, te propterea dignis in Domino laudibus commendemus.

Ejus munus, ac juriſdictio.

Ut munus fideliter exerceat, hortatur ac monet.

Datum Avenioni x. Kalendas Auguſti, Anno IX.

Vaticani Templi inſtaurationem nullo pacto retardandam declarat; etſi alter eorum, queis provincia iſta concredita eſt, muneri ſuo vacare nequeat.

Ex Regeſto Epiſt. Com. Joannis XXII. Parte 1. Anni IX. Ep. 12. fol. 4. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Viterbien. noſtro in Urbe Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1325.

De inſtauratione Vaticani Templi quamtocius expedienda Pontifex ſolicitus.

DE Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe illam habemus diligentiam atque curam, quam rationabiliter habere nos decet, tanquam ſingularem ejus Antiſtitem & Gubernatorem in Domino ſpecialem. Quamvis igitur Fabricam ſeu reparationem dictæ Baſilicæ Dilectis Filiis Joanni Provinciali Canonico dictæ Baſilicæ, ac Guillelmo Vicario Venerabilis Fratris noſtri Guillelmi Epiſcopi Sabinen. per ſpeciales noſtras certi tenoris commiſerimus litteras, & ſubſequenter ut illa celerius fieret, te ipſis duxerimus adjungendum; ne tamen ex occupatione aut impedimento vel defectu alicujus ex vobis opus Fabricæ ſeu reparationis hujuſmodi contra noſtri cordis affectum, diutius quam expediat, retardetur; volumus & tenore præſentium declaramus, expreſſe mandantes, quatenus ſi non omnes executioni commiſſorum vobis per hujuſmodi litteras, vacare poteritis, duo veſtrum ea nihilominus juxta ipſarum litterarum continentiam, exequantur.

Ampliorem idcirco iis qui huic operi præerant, conciliat auctoritatem.

Datum Avenioni Id. Auguſti, Anno Nono.

Eos

Eos Vaticanæ Baſilicæ proventus, qui ad Sedem Apoſtolicam ſpectabant, ad cenſum dari concedit.

Ex Regeſto 5. Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 312. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Viterbien. noſtro Urbis Vicario, & Dilecto Filio Altibrandino Lateranen., & Jacobo de Caſiis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe prædicta Canonicis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1326.

Proventuum Altarixratus collectionem aliis, qui cenſum perſolvant, concedi poſſe permittit.

SI, prout tu Frater Epiſcope nos per tuas litteras conſultaſti, pro noſtræ Cameræ commodo magis expedire videritis arrendare ſeu ad firmam dare (*a*) jura omnia, redditus & proventus ac obventiones Altarariatus ſeu helemoſinariæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quam quod illa per nos colligi facere ſeu levari; nos in hac parte gerentes de veſtræ circumſpectionis induſtria fiduciam in Domino ſpecialem, arrendandi ſeu ad hujuſmodi firmam dandi noſtro & præfatæ noſtræ Cameræ nomine jura, redditus, & proventus, ac obventiones hujuſmodi, ſalvis ſemper & retentis pro nobis & ipſa Camera ymaginibus ſeu ſtatuis argenteis & aliis quæ de Altarariatu ſeu helemoſinaria hujuſmodi retineri ſunt ſolita; plenam & liberam hac vice vobis concedimus tenore præſentium facultatem. Volumus autem quod de quantitate pecuniæ, pro qua arrendatio ſeu ad firmam datio fiet hujuſmodi, an ſeu quibus perſonis, pro quanto tempore, ac ſub qua etiam cautione illam contigerit fieri, per veſtras patentes litteras vel Inſtrumentum publicum nos plenarie informetis,

Excipit tamen aliquas oblationes.

De his quæ fieri continget, Pontifex certior fiat.

Datum Avenioni xiv. Kalendas Julii, Anno Decimo.

De Proventuum Altariatus Vaticani Templi reddenda ratione ſe ad Viterbienſem Epiſcopum literas dare, ſignificat Pandulpho de Sabellis, cui ob impenſum Rectori Patrimonii B. Petri in Tuſcia, favorem, laudes tribuit & gratias refert.

Ex Regeſto VI. Epiſt. Secret. Joannis XXII. Ep. 10. fol. 2. Apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Pandulpho de Sabellis, Notario noſtro; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1326.

Pandulphi diligentiam ſuper Altariaratus negotio commendat.

DEvotionis tuæ miſſas noviſſime litteras ſolitæ benignitatis affectu recepimus, & earum intelleximus ſeriem diligenter, tuæ diligentiæ ſtudium circa ea, quæ in ipſis continentur litteris, adhibitum multipliciter in Domino commendantes. Et ecce, Fili, quod ſuper audiendis rationibus de proventibus Altarariatus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe pro præterito tempore jam perceptis, & aliis quæ tua petivit prudentia, ſuper hiis Venerabili Fratri noſtro Angelo Epiſcopo Viterbien. noſtro in Urbe Vicario, & tibi litteras dirigimus opportunas. Super auxilio vero & favore, per te ac tuos Dilecto Filio Rectori Patrimonii Beati Petri in Tuſcia impenſis, & quæ impendere ſtrenue, ſicut idem Rector nobis inſinuare ſtuduit, non deſiſtis; devotionis tuæ promptitudinem, quam ad nos & Romanam Eccleſiam te gerere patenter operum exhibitione demonſtras, multæ laudis & commendationis præconiis attollimus, & actionibus uberibus proſequimur gratiarum.

Eidem gratias refert, quod Rectori Patrimonii favore et auxilio præſto fuerit.

Datum Avenioni decimoctavo Kalendas Januarii, Anno Undecimo.

Quoad

(*a*) Nempe ad cenſum ſive redditum annuum dare.

(*a*) Ut

Quoad Proventus Altariatus Vaticanæ Baſilicæ id præcipit, ut diligens rerum & Bonorum quorumdam antehac perceptorum ratio habeatur; reliqua, certis adhibitis cautelis, accipiantur.

Ex Regeſto VI. Epiſt. Secret. Joannis XXII. Epiſt. 1. fol. 1. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Viterbien. noſtro in Urbe Vicario, & Dilecto Filio Pandulpho de Sabellis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1326.

Adminiſtros Proventuum Altariatus Baſilicæ in ratione reddenda incuriofos.

CUM nonnulla bona & res de proventibus Altariatus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, de quibus rationes non fuerunt hactenus redditæ, ſicut accepimus, pro præteritis temporibus ſint percepta; Nos volentes noſtris & ipſius Baſilicæ providere indemnitatibus ſuper hiis, ac de veſtræ circumſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus de bonis & rebus hujuſmodi, de quibus aliquæ ſummæ pecuniæ in Archivo dictæ Baſilicæ repoſitæ, ut intelleximus, conſervantur, a quibuſcumque adminiſtratoribus & collectoribus bonorum & rerum hujuſmodi rationes audire legitimas, ipſaſque fideliter examinare, ac reliqua noſtro nomine recipere, & de receptis exinde quoſlibet ea vobis aſſignantes quitare & abſolvere procuretis, inde fieri duo conſimilia Inſtrumenta publica facientes, quorum altero penes aſſignantes ipſos dimiſſo, reliquum ad noſtram mittere Cameram ipſamque certificare ſuper prædictis plenarie ſtudeatis.

Audiri mandat, ac negocio diſcuſſo, abſolvi poſſe concedit.

Datum Avenioni xv. Kalendas Januarii, Anno XI.

Angelo Epiſcopo Viterbienſi, & Philippo de Camberlaco Vaticanæ Baſilicæ Canonico demandat, ut de certis criminibus, quæ a nonnullis Pœnitentiariis perpetrata dicebantur; ſedulo inquirant, ſibique referant.

Ex Regeſt. Epiſt. Secretior. VI. Joannis XXII. Epiſt. 7. fol. 1. Apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Viterbien., & Dilecto Filio Philippo de Camberlaco Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1316. *aut* 1317.

Graviora eorum crimina, qui criminibus extirpandis vacare debent.

QUamvis exceſſibus perſonarum Eccleſiaſticarum, per quas mandatorum obſervantia debet honorari, præcipue provocemur; exceſſus tamen illorum per quos eſſent alii a ſuis exceſſivis actibus, & erroribus retrahendi, nos acrius anxiant & conturbant. Sane nuper perduxit ad noſtri Apoſtolatus auditum rumor implacidus & infeſtus, quod aliqui Pœnitentiarii noſtri reſidentes in Urbe, qui hoc zelo fervere deberent, ut peccatorum ſordes juxta poteſtatem ſibi traditam manibus mundis diluerent, habendo præ oculis ſolum Deum; ad illicita & inconſulta dilapſi, nonnullos qui hæreticis & rebellibus partium Italiæ contra proceſſus noſtros adverſus tales hæreticos adhærendo, excommunicationis & alias ſpirituales pœnas & ſententias in eiſdem contentas proceſſibus incurrerunt, ab eiſdem pœnis & ſententiis, quarum abſolutio ſoli Romano Pontifici ſpecialiter eſt retenta, de facto, cum nulla ſint ſuper hoc poteſtate ſuffulti; nec non uſurarios & concubinarios maniſeſtos, forma Eccleſiæ prætermiſſa, & quoſdam alios a pœna & a culpa, ut ſuis fatuis verbis & præſumptuoſis utamur, abſolverunt hactenus & abſolvere in ſuarum & illorum animarum diſpendium, ſe claves habere Paradiſi & Inferni, temerariis jactantes auſibus moliuntur; nihilominus ad quæſtus execrandos & illicitos, tam per ſe quam per alios, quos ſibi ſubſtituiſſe in Pœnitentiariæ Officio propria temeritate dicuntur, extendendo damnabiliter & impudice, reſperſi cæcitate avaritiæ, ſicut aſſeritur, manus ſuas. Nos autem præmiſſa ſic execrabilia & horrenda nolentes, ſi eis

Dolet quod ex Pœnitentiariis aliqui Hæreticorum partes ſequantur.

Dolet etiam de abuſu Clavium in foro Sacramentali.

Pontifex certior fieri vult, ut malis occurrat.

ſi eis ſuffragetur veritas, relinquere conviventibus oculis incorrecta, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum ſuper prædictis & ea tangentibus, ſimpliciter, de plano, & ſummarie more, ſublato diſpendio, & ſolerti adhibita diligentia informantes, informationem ipſam & quicquid de præmiſſis repereritis, nobis per ſcripturam publicam, quam inde fieri volumus, referre fideliter & celeriter, ut per nos de celeri & oportuno in hac parte provideri poſſit remedio, ſtudeatis; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Avenioni ...., Anno Undecimo.

Nonnullos, qui Fontanellæ ac Trebariæ Alpibus ad Vaticanam Baſilicam & Romanam Eccleſiam ſpectantibus damna intulerant, atque anathematis ſententiam propterea ſubierant; ab eadem, certis præſcriptis legibus, abſolvi demandat.

Ex Regeſt. Epiſt. com. Ann. XI. Parte II. Epiſt. 1840. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Amelio Epiſcopo Caſtren., Marchiæ Anconitanæ Rectori; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1327.

Quamplures excommunicationis pœnam incurrunt, ob damna in Silvas Eccleſiæ Romanæ ac Vaticanæ Baſilicæ ſubjectas illata.

Significarunt Nobis dilecti Filii Commune Burgi Sancti Sepulchri Civitatis Caſtelli Diœceſis, quod nonnulli tam de Communi quam de Diœceſi ſupradictis incidendo arbores, ac emendo, & extrahendo lignamina de Fontanellæ & Trebariæ Alpibus ad Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe, & Romanam Eccleſiam immediate ſpectantibus, ac ſuper præmiſſis dantes conſilium auxilium vel favorem, excommunicationis ſententias per nos ac Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros in inciſores, emptores, & extractores hujuſmodi ac prædictos alios promulgatas, incurriſſe noſcuntur. Quare nobis iidem Commune humiliter ſupplicarunt, ut providere prædictis qui hujuſmodi ſententias, ut prædicitur, incurrerunt, ſuper hoc de oportunæ abſolutionis beneficio dignaremur. Nos igitur eorum animarum ſaluti paterna ſolicitudine in hac parte conſulere intendentes, Fraternitati tuæ præſentium auctoritate committimus & mandamus, quatenus omnes & ſingulos ſupradictos tam vivos quam mortuos, qui hujuſmodi excommunicationis ſententias propter præmiſſa vel præmiſſorum aliquod, ut præmittitur, incurrerunt; dummodo viventes hujuſmodi a prædictis ſententiis petierint humiliter ſe abſolvi, & in mortuis antedictis ſigna contritionis & pœnitentiæ apparuerint ante mortem, prius tamen per eoſdem viventes & eorum ſingulos ac dictorum defunctorum heredes ſuper præmiſſis juxta delinquentis exceſſum Dilecto Filio Theſaurario noſtro in præfata Marchia congrua ſatisfactione impenſa; ab hujuſmodi excommunicationis ſententiis juxta formam Eccleſiæ, auctoritate noſtra abſolvas, injungens eis pœnitentiam ſalutarem & alia, quæ de jure fuerint injungenda.

Pontifex abſolutionis beneficium concedit;

Modo pœnas ſubeant pro menſura criminis imponendas.

Datum Avenioni Quarto Kalendas Junii, Anno Undecimo.

Angelo Frayapano & aliis Vaticanæ Baſilicæ Canonicis, datis ad eorum ſingulos ſpecialibus literis, gratulatur, quod Ludovici Bavari communionem devitarint; ac Interdictum, cui Roma ipſa ſuppoſita fuerat, obſervandum ſtuduerint: ad infringendam perditiſſimi Hominis tyrannidem, præmiis propoſitis eoſdem hortatur.

Ex Reg. 6. Ep. Secret. Joannis XXII. ſub An. XII. fol. 116. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Angelo Frayapano, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1327.

Canonicum Frajapanum, qui Ludovico Bavaro non adhæſerat, commendat.

De te, Fili, lætanter audivimus, quod tanquam vir prudens, timoratus & juſtus ultionem Divinam ac noſtram & Eccleſiæ Romanæ indignationem effugiens & devitans, tuumque ſtatum prudenter illæſum conſervare procurans, illius iniquitatis & perditionis Filii, Ludovici de Bavaria, Dei & Eccleſiæ Sanctæ ſuæ, fideique Catholicæ

licæ hoſtis & perſecutoris atrociſſimi, ac jure, ſi quod ſibi ex electione diſcordi (*a*) quæ de ipſo celebrata fuiſſe dicebatur, ad Regnum Romanum vel Imperium competebat, juſto privati judicio, & de hæreſi ſententialiter & publice condemnati, qui ſuis nefandis greſſibus Urbem polluere hiis diebus damnabili temeritate præſumpſit, contagionem peſtiferam declinaſti hactenus & declinas; & ut obſervetur interdictum, cui propter præſentiam & tyrannidem dicti hæretici ſubjacere Urbs ipſa, quod doloſe referimus, noſcitur (*b*), operoſæ ſolicitudinis adbibere ſtudium non omittis: ſuper quibus Deo, nobis & ipſi Eccleſiæ gratis admodum & acceptis tuam circumſpectam providentiam plurimum in Domino commendantes, eam attentius exhortamur, quatenus conſideranter attendens, quod hoc famæ tuæ crebreſcit gloria, Deoque offertur ſacrificium obedientiæ victima melioris, ut præmiſſis ſic conſtanter & intrepide, ſpem ponens in Domino, qui nequiſſimi hominis qui ſe adverſus Dei ſcientiam & potentiam extollit, ſuorumque ſequacium elata confringet cornua, eorumque ad nihilum potentiam rediget, conſtringere non poſtponas; quod præter præmium, retributionis mercedem quam inde mereberis, noſtram & ejuſdem gratiam uberius aſſequaris.

Multa Frajapani ſolicitudo, ut interdictum Romæ ſervetur.

Hortatur illum Pontifex, ut in poſterum parem conſtantiam ſidemque ſervet illibatam.

Datum Avenioni iv. Kalendas Decembris, Anno XII.

Ejuſdem plane tenoris ſunt literæ ad ſingulos Canonicorum, hic recenſitos: Sunt autem: Paulum de Comite, Urſum de Filiis Urſi, Jacobum Anibaldi, Urſum de Anguilaria, Neapoleonem de Urſinis, Stephanum de Inſula, Bobum Joannis Boben., Alberuccium Joannis Boben., Nicolaum de Tboldargar., Laurentium de Tracoſis, Marinum de Anan., Rizardum Ricardi, Petrum Thoſect., Joannem de Flajan., Joannem Cincbii, Joannem Arlocti, Stephanum de Benedictin., Joanni de Frayapan.

An expediat, pecuniam Vaticani Templi Fabricæ addicendam in Æde ſacra tuto aſſervari, Epiſcopo Viterbienſi & Philippo Cambarlhaco decernendum committit.

Ex Regeſt. VI. Ep. Secret. Joannis XXII. ſub Anno XII. fol. 113. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Viterbienſi noſtro in ſpiritualibus Urbis Vicario, & Dilecto Filio Philippo de Cambarlhaco Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1327.

Fide digna relatione percepta, quod utilitati Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe plurimum expediret, quod pecuniæ, quas deputari vel aſſignari contigerit, in aliqua æde ſacra ſub tribus clavibus per perſonas aliquas fide ac facultatibus idoneas conſerventur fideliter; cum exinde poterint haberi pro dicta Fabrica melius & liberius, cum oportunum exiſteret, quam alias diſpenſandæ; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos qui de hiis habere poteſtis, docente magiſtra rerum experientia, notitiam pleniorem, quod utilius & melius pro dicta fabrica cognoveritis, eligatis ac etiam ordinetis; nos redditurі clare, particulariter, & diſtincte de prædictis omnibus certiores.

Datum Avenioni Quinto Idus Decembris, Anno Duodecimo.

Epiſcopo

(*a*) Ut enim narrat Ptolomæus Lucenſis lib. 24. cap. 41. Electores inter ſe diviſi, alii Ludovicum Bavariæ Ducem, alii Fridericum Ducem Auſtriæ, Romanorum Regem creatunt; *factaque eſt inter eos gravis & longa concertatio uſque ad ſtrages hominum.*

(*b*) Ludovico Bavaro Urbem ingreſſo, eos qui ex Clero & religioſis Ordinibus prudentia & ſanctitate præſtabant, in fugam ſeſe convertiſſe; Sacratiſſimam Veronicam, ne a Schiſmaticis & hæreticis indigne conſpiceretur, a Baſilicæ Vaticanæ Canonico pie abſconditam; inditumque Sacrorum inſtitium, ex Joanne Villano, aliiſque auctoribus refert Odor. Raynaldus ad ann. Chriſti 1328. num. 2.

(*a*) Exeſi

Epiſcopo Viterbienſi & Philippo Cambarlhaco facultatem impertitur, ut Eccleſiæ cenſuris urgere valeant debitores Fabricæ Vaticani Templi.

Ex Regeſto VI. Epiſt. Secret. Joannis XXII. ſub Anno XII. fol. 113. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Viterbienſi noſtro in ſpiritualibus Urbis Vicario, & Dilecto Filio Philippo de Cambarlhaco Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1327.

UT quoſcumque mercatores & perſonas alias ad obſervandum pacta vobiſcum ſeu cum altero veſtrum aut aliis quibuſcumque habita, ratione ſeu nomine Fabricæ vel reparationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; necnon & ad ſolvendum quaſcumque pecunias pro dicta Fabrica deputatas, ad quas ſolvendas eos teneri noveritis, per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellere licite valeatis, vobis plenam concedimus tenore præſentium facultatem.

Datum Avenioni Quinto Idus Decembris, Anno Duodecimo.

Quaſdam Epiſcopo Viterbienſi literas mittit, tum Abbatibus Monaſteriorum Urbis, tum Vaticanæ Lateranenſis, & Liberianæ Baſilicarum Canonicis ac Nobilibus Urbis tradendas.

Ex Reg. 6. Epiſt. Secret. Joannis XXII. ſub ann. XII. fol. 117. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Viterbien., in ſpiritualibus Urbis Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1328.

DIlectis Filiis de Urbe ac per Urbem Monaſteriorum Abbatibus, necnon Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Lateranen., & Sanctæ Mariæ Majoris Eccleſiarum de Urbe nonnullis Canonicis, ac Urbis ejuſdem Nobilibus, videlicet ſingulis per ſingulas litteras clauſas ſcribimus juxta formam, quam Cedula continet præſentibus intercluſa. Quas quidem litteras eis quibus nunc diriguntur præſentare per te vel alium, prout expedire videris, non poſtponas. Ceterum tibi ac .... Urbis prædictæ alias noſtras patentes litteras ordinamus, quas Clero prædicto publicare & conſignare ſtudeas, prout cognoveris opportunum; reſcripturus nobis quicquid egeris ſuper hiis, & alia quæ tibi occurrerint reſcribenda.

Datum Avenioni Non. Martii, Anno Duodecimo.

Joanni Sancti Theodori Diacono Cardinali demandat, ut de medietatis Caſalis Hortorum Græcorum nuncupati venditione a Capitulo Vaticano habita inquirat, & quod juſtum fuerit, decernat.

Ex Regeſto Epiſt. com. Joannis XXII. An. XIII. Part. III. Epiſt. 2741. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Joanni Sancti Theodori Diacono Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1329.

Canonicorum Baſilicæ Vaticanæ ex illicita Bonorum venditione reatus.

EXpoſuit nobis Dilectus Filius noſter Neapoleo Sancti Adriani Diaconus Cardinalis, Archipresbyter Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod Dilecti Filii Capitulum ejuſdem Baſilicæ ad propria commoda inhiantes, medietatem Caſalis quod dicitur Ortorum Græcorum, in Diſtrictu ejuſdem Urbis conſtituti, boni & magni redditus,

emptam

emptam per ipſum Neapoleonem & alios coexecutores Teſtamenti bonæ memoriæ Franciſci Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconi Cardinalis de pecunia dicti Franciſci relicta per eum ad arbitrium dictorum executorum in pios uſus expendenda ad opus dictæ Baſilicæ pro Anniverſario in ea pro anima dicti Cardinalis defuncti annis ſingulis faciendo, etiam ſine ipſius Neapoleonis ac dilecti Filii Pauli de Comite Præpoſiti Eccleſiæ Nivellen. Leodien. Diœceſ. ejuſdem Neapoleonis in Baſilica prædicta Vicarii conſcientia & conſenſu pro dicta quantitate pecuniæ de facto alienarunt & etiam vendiderunt, ipſamque pecuniam ſingulæ Perſonæ de dicta Baſilica ſingulariter pro rata in utilitatem propriam converterunt. Quare præfatus Neapoleo nobis humiliter ſupplicavit, ut ad ſtatum ejuſdem Baſilicæ proximis præteritis temporibus multipliciter deſolatum, paternæ pietatis oculos convertentes, alienationem & venditionem hujuſmodi revocare, dictoſque Capitulum ad reſtituendum pretium, quod ex prædicta medietate ut præmittitur receperunt, compelli, ac eos pro tantæ temeritatis exceſſu juxta ſanctiones Canonicas puniri facere auctoritate Apoſtolica dignaremur.

Gravior item culpa, quod pecuniam ex venditione collectam, ſibi vindicaverint.

Nos igitur, qui dictam Baſilicam brachiis ſpecialis affectionis & caritatis amplectimur, volentes indemnitati ejuſdem ſalubriter præcavere, ipſius Neapoleonis ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ de qua in hiis & aliis fiduciam in Domino gerimus ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vocatis qui fuerint vocandi, facias ſuper præmiſſis auctoritate Apoſtolica ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii quod juſtitia ſuadebit; Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, Cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere: Non obſtante ſi præfatis Capitulo, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Pontifex, cauſam expendi. ac ſummario judicio definiri decernit.

Datum Avenioni X. Kalendas Septembris, Anno Tertio Decimo.

Ex iis quæ ſibi reſervaverat Joannis de Unzola bonis mobilibus nonnulla elargitur Vaticano S. Petri Templo, in ejus Fabricam impendenda.

Ex Autogr. in Baſilicæ noſtræ Tabulario Capſ. 3. Faſc. 7. (a).

Johannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Priori & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1330.

CUM nos dudum ex certis rationabilibus cauſis, quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt, omnia bona mobilia, quæ fuerunt quondam Joannis de Unzola Altararii Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ubicumque & in quibuſcumque rebus conſiſterent, diſpoſitioni noſtræ duxerimus ſpecialiter reſervanda, diſtrictius inhibentes ne aliquis de dictis bonis ſe intromittere, aut ſine noſtra vel Cameræ noſtræ licentia diſponere præſumeret quoquomodo; ac de bonis eiſdem ſexcenti & quadraginta floreni auri, necnon libri juris Canonici & civilis, ac una Biblia, tres Cupæ de Argento & unus Calix, quorum librorum, Cuparum, & Calicis valor in univerſo ducentorum florenorum auri ſummam non excedit, apud vos, Filii Capitulum, depoſiti nomine noſtro exiſtant: Nos ad Baſilicam ipſam præcipuum gerentes devotionis affectum, ac propterea volentes ipſam favoribus proſequi oportunis, florenorum ſummam, ac libros, Cupas & Calicem prædictos, ſalvo jure cujuſlibet alieno, operi dictæ Baſilicæ præſentium tenore concedimus & donamus; volentes nihilominus, quod floreni, libri, Cupæ, & Calix præfati aliquibus honeſtis viris in eadem Urbe noſtro nomine aſſignentur, per eos fideliter in uſus Fabricæ dictæ Baſilicæ expendendi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, donationis & diſpoſitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

[P]ecuniam ex Altararii hereditate collectam Pontifex Baſilicæ donat.

Jubet pecuniam in opus fabricæ impendi.

Datum Avenioni VI. Id. Januarii, Pontificatus noſtri Anno Quartodecimo.

Populo

(a) Exeſi hujuſce Autographi loca quæpiam ſupplenda curavimus ex Regeſto VII. Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 205. apud Archivum Apoſtol. Vatic.

(a) Lo-

Populo Romano per Nuncios Bobonem de Boveſcis & Jacobum de Anibaldis Vaticanæ Baſilicæ Canonicos petenti culparum veniam, hanc certis quibuſdam legibus elargitur.

Ex Regeſto Epiſt. Secret. VII. Annor. XIII. & XIV. Joannis XXII. fol. 205. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Communi & Univerſitati ac Populo Urbis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1330.

Singularis Eccleſiæ pietas in peccatores qui crimina deteſtantur.

Copioſa Sacroſanctæ Eccleſiæ Matris Univerſorum Fidelium caritas adeo intenſæ dilectionis fervore proſequimur, filioſque ipſius (*a*) eam provocaverint injuriis & offenſis, dum contritis & humiliatis cordibus ſinum ejus ſtudent repetere, rigore juſtitiæ ſicut in Deo expedire conſpicit, oleo temperato miſericordiæ, neſcit eis ſuæ clementiæ ubera denegare. Sane Dilecti Filii Bobo de Boveſcis, & Jacobus de Anibaldis Principis, ac Philippus Candulphi duodecim Apoſtolorum Baſilicarum de Urbe Canonici, Sindici, Ambaxiatores & Nuncii veſtri auctoritate & decreto Conſilii veſtri ad hoc coadunati & congregati, necnon Dilectorum Filiorum nobilium Virorum Bertuldi Comitis Palatini, & Bertuldi Poncelli quondam Mathæi de Filiis Urſi Vicariorum Cariſſimi in Chriſto Filii noſtri Roberti Regis Siciliæ Illuſtris vice noſtra Urbis Senatoris prædictæ ad omnia infraſcripta ordinati & electi, ſicut ex tenore cujuſdam Inſtrumenti publici manu Dilecti Filii Poncelleti Jacobi Joannis publici auctoritate Apoſtolica Notarii, ut prima facie apparebat confecti, ac coram nobis & Fratribus noſtris in Conſiſtorio exhibiti & retenti penes nos, in noſtra & eorumdem Fratrum præſentia conſtituti, veſtro & Senatus Urbis prædictæ ſindicario nomine, ſua mera ſpontanea & libera voluntate recognoverunt, dixerunt, & aſſeruerunt, quod vos & Urbs prædicta tanquam Romanæ peculiares Filii Eccleſiæ, quæ aliarum Eccleſiarum Caput & Magiſtra eſſe dinoſcitur, eo amplius & ſpecialius eſtis & eſſe debetis ad tuitionem & defenſionem, necnon devotionem, reverentiam, obedientiam, & mandata noſtra & ipſius Eccleſiæ, ſucceſſorumque noſtrorum parati & prompti, quam aliæ Urbes & Civitates, ceterique Populi hujuſmodi Mundi, quo per eandem Eccleſiam ac nos, noſtroſque prædeceſſores Romanos Pontifices exiſtere noſcimini majoribus honoribus, excellentiis & beneficiis inſigniti; quodque ad nos, quamdiu vixerimus, & nullum alium niſi de mandato & voluntate noſtris, ſpectat Dominium dictæ Urbis; adjicientes præfati ſindici, quod quanto magis nobis, qui Urbem præfatam in promotionibus Perſonarum ipſius & aliis munificentiis ſpecialiter honoravimus, ac eidem Romanæ Eccleſiæ fore noſcimini fortius obligati, tanto gravius contra nos & ipſam Eccleſiam errando & delinquendo peccaſtis, cum illum damnatum hæreticum Ludovicum de Bavaria (*b*), noſtrum & Eccleſiæ ſupradictæ, Fideique Catholicæ atrocem perſecutorem & hoſtem, ſuoſque ſequaces & complices in Urbe recepiſtis prædicta, ipſumque Ludovicum tamquam Imperatorem coronari, ac Petrum de Corbario (*c*) hæreſiarcham & ſciſmaticum in Antipapam eligi permiſiſtis ibidem, & quamplures ex vobis eundem Petrum de Corbario, qui ſe faciebat Nicolaum Papam auſu nefandiſſimo nominari, honorare, ſibique ut Papæ exhibere reverentiam præſumpſiſtis, præfato Ludovico & Petro hæreticis & ſciſmaticis, ac ſuorum & cujuſlibet ipſorum ſequacibus, complicibus & fautoribus adhærendo nihilominus, ac conſilium, auxilium & favorem præſtando: Qui quidem Ludovicus & Petrus, eorumque complices & ſequaces, vobis patientibus, in eadem Urbe diverſos horrendos exceſſus & enormes contra nos & Sanctam Dei Eccleſiam, Fidemque Catholicam commiſerunt. Ad hæc recognoverunt dicti Ambaxiatores & Sindici veſtro quo ſupra nomine, & confeſſi fuerunt ulterius, quod vos dicto Ludovico Hæretico de facto, cum de jure non poſſetis, Senatum & dominium Urbis ad certum tempus conceſſiſtis, nec dictum Petrum de Cor-

Romanus Populus, ac Senatoris Urbis Vicarii, per Nuncios ad Pontificem miſſos veniam exorant.

Crimen fatentur eo deteſtabilius, quo majora in Urbem ac Populum a Summo Pontifice collata fuere beneficia.

Romanus Populus Ludovico Bavaro, ac Petro de Corbario favet:

Ludovico Urbis dominium concedit:

(*a*) Locus certe mendoſus, quem ſatius eſſe duximus ita fideliter exhibere, quam conjectando reſtituere.

(*b*) De quo in ſuperiori Bulla edita 4. Kalendas Decembris Anno XII.

(*c*) Petrum Raynalducii de Corbario, oppido Diœceſis Reatinæ, Ordinis Fratrum Minorum, Pſeudopontificem a Ludovico Bavaro conſtitutum commemorant Eccleſ. Annalium Scriptores. Adeundi Odoric. Raynaldus ad an. 1328. num. 42. & 43., Spondan. num. 2. & 6. ad eumdem annum, aliique.

(*a*) Quem

de Corbario Papam eſſe, quinimmo potius Apoſtaticum, ſciſmaticum, & damnatum, ſed per quondam Jacobum dictum Sciaram de Columna qui tunc ſua tiramnide vos premebat, ac ſequaces ſuos, expulſis tunc de Urbe præfata quaſi omnibus noſtris & memorati Regis fidelibus, & juramento per dictum Jacobum Sciaram præſtito quod nullo modo prædictum Ludovicum Urbem præfatam intrare permitteret, in præmiſſis & circa ea decepti & circumventi multipliciter extitiſtis. Clerus etiam dictæ Urbis per Joannem dicti Jacobi Sciarræ Filium, & Marſilium de Padua (*a*) hæreticum ad eligendum certos Clericos Urbis ejuſdem pro bono ſtatu, ſicut fingebant, ipſius, fraudulenter & deceptorie fuit inductus; quos quidem Clericos præfati Joannes & Marſilius procurarunt electioni dicti Petri de Corbario in Antipapam & Apoſtaticum conſentire.

Clerus item Urbis in electione Pſeudopontificis deceptus.

De inde vero præfati Sindici quibuſdam clauſis nobis directis litteris, necnon certis capitulis præmiſſa tangentibus præſentatis & lectis ibidem etiam coram nobis, aſſerentes veſtro nomine vos de prædictis & aliis commiſſis in Urbe præfata contra nos & candem Eccleſiam dolere plurimum ac etiam pœnitere, Nobis humiliter ſupplicarunt, ut nos non attendentes delictorum veſtrorum enormitatem & magnitudinem, ſed ſequentes potius divinæ miſerationis exemplum, vobis aperire ſinum pietatis & miſericordiæ dignaremur; vos ad noſtram & ejuſdem Eccleſiæ gratiam admittendo, ac providendo vobis ac perſonis ſingularibus dictæ Urbis & Diſtrictus ejuſdem de abſolutionis beneficio ab omnibus pœnis & ſententiis, quas propter præmiſſos exceſſus, & dependentibus ab ipſis, quomodolibet incurriſtis, ac abolendo a vobis omnem infamiæ maculam ſive notam ex præmiſſis obortam, voſque reſtituendo in integrum ad ſtatus, privilegia, honores, bona & famam, & interdictum cui Urbs cum ſuo Diſtrictu ſubjaceret, propterea relaxando;

Nuncii veniam petunt; atque ut a pœnis, infamia & Interdicto Populus Romanus eximatur, enixe rogant.

offerentes nobis prædicti Sindici Sindicario veſtro nomine, ac etiam promittentes, quod vos ac Urbem prædictam, ejuſque Diſtrictum ſub obedientia, ſervitio & honore noſtris & ejuſdem Eccleſiæ Romanæ, dictique Regis Siciliæ cui per nos prædictæ Urbis regimen eſt commiſſum, tenebitis & cuſtodietis tam contra præfatum Ludovicum de Bavaria ſuoſque complices, ſequaces & fautores, quam quoſvis alios noſtros & ejuſdem Eccleſiæ Romanæ, dictique Regis infideles, adverſarios, rebelles & hoſtes; quodque recipietis humiliter & complere curabitis efficaciter omnem pœnitentiam ſive pœnam perſonalem, pecuniariam & realem, quam vobis & veſtrum ſingulis pro præmiſſis & ea tangentibus imponendam duxerimus vel etiam infligendam; & ne videamini geſtis & factis dictorum hæreticorum & ſciſmaticorum ex propoſito conſenſiſſe, nec modo aliquo conſentire, mox ibidem præfati Sindici veſtro Sindicario nomine, Privilegiis, conceſſionibus, gratiis, dominiis, geſtis omnibus & ſingulis, factis, habitis, & conceſſis quomodocumque & qualitercumque per dictos Ludovicum & Petrum, hæreticos & ſciſmaticos, vel alterum eorundem, licet nulla ſint, utpote ab hæreticis & ſciſmaticis, & illis qui non habebant poteſtatem præmiſſa concedendi, præſumptis renuntiaverunt expreſſe, necnon promiſſiones, obligationes, confœderationes, conceſſinnes & pacta & quaſvis colligationes, pactiones, ſocietates & ligas per vos cum memoratis Ludovico & Petro, vel altero eorundem, quoquomodo facta & inita revocaverunt nomine veſtro & Senatus prædictorum, caſſaverunt, annullaverunt & irritaverunt, quantum in eis erat, ac ea pro caſſis, nullis & irritis habuerunt, quæ nos etiam ſub quibuſcumque modis, formis, conditionibus facta & inita, etiam ſi juramentorum præſtatione, pœnarum adjectione, vel aliis quibuſcumque firmitatibus vallata fuiſſent, nulla, caſſa, irrita & vacua fuiſſe ac eſſe decernimus, & quatenus proceſſerunt de facto, utpote cum hæreticis & ſciſmaticis in ſummi Regis offenſam temere præſumpta, caſſamus, irritamus, anullamus & omnino juribus vacuamus; decernentes ad eorum obſervationem, vos & quoſvis alios aliquatenus non teneri.

Obedientiam erga Pontificem atque Eccleſiam contra Ludovici Bavari molimina pollicentur.

Pœnas a Pontifice imponendas accepiant.

Pacta ac fœdera cum Ludovico ac Pſeudopontifice inita revocant ac execrantur.

Subſequenter autem nos, præmiſſis propoſitis, recognitis factis, & ſupplicatis per ſupradictos Ambaxiatores & Sindicos veſtro nomine coram nobis & eiſdem Fratribus, ſicut ſuperius exprimitur, plenius intellectis, vobiſcum quos velut noſtros & memoratæ Romanæ Eccleſiæ peculiares filios in noſtra & ipſius Eccleſiæ ſincera devotione & obedientia conſtanter & immobiliter de cetero permanſuros confidimus, volentes ſuper prædictis agere gratioſe, vos & Urbem ipſam cum ſuo Diſtrictu ad noſtram & ipſius Eccleſiæ gratiam & reconciliationem ſub forma quæ ſequitur, duximus admittendos. Prælibati namque veſtri Ambaxiatores & Nuncii in Conſi-

Pontifex Populum ac Urbem in gratiam recipit.

(*a*) Quem una cum Joanne Janduno Peruſino ſibi mancipavit Ludovicus Bavarus, ut Pontificem Opt. Max. Joannem XXI. al. XXII. a quo fuerat omni prorſus Imperii jure privatus, calumniis laceraret. Marſilii Patavini, & Joannis Janduni errores numerat ac proſcribit idem ſummus Antiſtes peculiari Conſtitutione apud Raynaldum ad an. 1327. num. 27. percurrenda.

(*a*) Con-

Conſiſtorio ibidem coram nobis & dictis Fratribus humiliter & devote flexis genibus exiſtentes, nomine ac vice veſtris & Vicariorum prædictorum & quarumlibet Perſonarum ſingularium dictæ Urbis, ejuſque Diſtrictus, ad Sancta Dei Euangelia corporaliter libro tacto, in animas veſtras & Vicariorum & ſingularum Perſonarum prædictarum juraverunt omnia & ſingula Capitula infraſcripta, eis lecta ibidem per Dilectum Filium noſtrum Anibaldum tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbyterum Cardinalem plene, intelligibiliter, ac etiam ſigillatim. Primo ſiquidem dicti Procuratores & Sindici veſtro nomine & pro vobis confeſſi fuerunt ibidem, vos tenuiſſe & tenere, cordeque credere & confiteri ore Fidem catholicam, quam Sancta Mater Eccleſia tenet, confitetur & docet: Item quod credidiſtis & creditis, quod ad Imperatorem nequaquam pertinet Papam deponere & alium ordinare, ſed hoc fore hæreticum & hæreſim damnatam per Eccleſiam, quam vos damnatis, & juſte reputatis damnatam: Item quod nec ad vos, nec Clerum Urbis prædictæ, nec ad aliquem veſtrum per vos ſeu cum Imperatore Summi Pontificis electio pertinet, ſed ad cœtum & Collegium Cardinalium præfatæ Eccleſiæ Romanæ dumtaxat: Item quod nec Imperatorem coronare ad vos pertinet quoquomodo: Item quod vos ſuper illatis injuriis, contumaciis, rebellionibus, fautoriis & aliis in Procuratorio ſeu ſindicatu prædicto contentis implicite vel explicite per eoſdem Sindicos confeſſatis & non confeſſatis, ac ceteris exceſſibus & delictis, pro quibus pœnas & ſententias incurriſtis ab homine vel a jure; ſtabitis & parebitis mandatis Eccleſiæ atque noſtris: Item quod nobis & ſucceſſoribus noſtris Canonice intrantibus ſervabitis & tenebitis fidelitatem & obedientiam & reverentiam debitas: Quodque Gentes, Officiales & Nuncios noſtros & Eccleſiæ, quos ad Urbem ipſam nos & * aliis vel alii auctoritate noſtra duxerimus tranſmittendos; receptabitis, honorabitis & defendetis pro poſſe: Item quod cum præfatis Ludovico de Bavaria & Petro de Corbario vel aliis ſciſmaticis & hæreticis ſeu complicibus & ſequacibus eorundem per Eccleſiam denotatis vel denotandis nunquam eritis, nec eis præſtabitis directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, conſilium, vel favorem; ſed in noſtra & ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, ſucceſſorumque noſtrorum canonice intrantium fidelitate, devotione, reverentia, & obedientia conſtanter perſeverabitis, ſicut ſuperius continetur; præfatumque Petrum de Corbario, ac ejus Officiales, Miniſtros, & ſequaces per eandem Eccleſiam denotatos vel denotandos, in eadem Urbe, ipſiuſque Diſtrictu, vel in Terris, quæ dominio, juriſdictioni & adminiſtrationi veſtris ſubiciuntur vel ſubicientur, non recipietis, nec eis præſtabitis quomodolibet auxilium, conſilium, vel favorem; ſed eos potius perſequemini, quouſque ad unionem & gratiam Eccleſiæ ſint reverſi: Item quod nulli obedietis nec adhærebitis ut Imperatori ſeu adminiſtratori Imperii, niſi fuerit primitus per Sedem Apoſtolicam approbatus: Item quod de Urbe ac Diſtrictu prædictis, ac terris quæ juriſdictioni & adminiſtrationi veſtris ſubiciuntur ſeu ſubicientur, univerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos vel denotandos expellere ac exterminare curabitis juxta poſſe; & ſuper hiis etiam Prælatis, & Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis aſſiſtetis auxiliis, conſiliis, & favoribus oportunis: Rurſus cum prædicto Ludovico de Bavaria & hæreticis aliis damnatis vel damnandis per Eccleſiam, nullam obligationem, conjurationem, conſpirationem ſeu ligam facietis ſeu inietis; & a factis ſeu initis, ſi quæ ſint, divertere, recedere, & ab eis reſilire quamtocius curabitis cum effectu: Item quod Univerſos Clericos vel Laicos, qui Beneficia vel Officia Eccleſiaſtica ſeu mundana ſub nomine ſeu titulo dictorum Ludovici & Petri hæreticorum & ſciſmaticorum vel alterius eorundem, aut cujuſcumque ab ipſis vel eorum altero auctoritatem vel poteſtatem ſe habere dicentis, quomodolibet occuparunt in Terris vel locis, ubi poteſtatem habetis vel habebitis, quod dicta Beneficia & Officia realiter & cum effectu dimittant, pro viribus ſtudebitis cohercere: Item quod nullo titulo honoris vel adminiſtrationis per eoſdem Ludovicum & Petrum vel eorum alterum vobis ſub quacunque forma verborum conceſſo utemini, ſed illum dimittetis, & ex nunc dicti Procuratores & Sindici veſtro nomine pure ac ſimpliciter dimiſerunt, ſive ſit titulus officii, beneficii, adminiſtrationis vel dominii cujuſcumque: Item quod Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, Præpoſitos, Decanos, Archidiaconos, Archipresbyteros, Presbyteros, Clericos Regulares & ſeculares, & alias Eccleſiaſticas Perſonas gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habentes omnibus bonis ſuis, libertatibus, redditibus & proventibus, juribus & obventionibus in Urbe ac Diſtrictu prædictis conſiſtentibus plene permittetis gaudere, nec ipſos impedietis ſuper hiis, nec impedientibus præſtabitis auxilium, conſilium, vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte. Quæ quidem omnia & ſingula in Capitulis ſupradictis contenta per eoſdem Ambaxiatores & Sindicos ut præfertur jurata,

Nuncii, flexis genibus, ad Sancta Dei Euangelia, quæ ſequuntur capita Populum Romanum ſervaturum ſpondent, ac ſolemniter jurant.

* *Sic*

rata, ipſi nomine veſtro quo ſupra promiſerunt ibidem ſolemniter, vos obſervaturos & efficaciter completuros. Poſt hæc autem nos juramentis ac promiſſionibus ſupradictis receptis, ac eorumdem Ambaxiatorum & Sindicorum devota & humili ſupplicatione, quam implorando humiliter noſtram & ejuſdem Sedis miſericordiam, ut prædicitur, porrexerunt veſtro nomine, præmiſſiſque omnibus aliis, plenius intellectis; quum illius vices in Terris, licet inſufficientibus meritis, gerimus, qui cor contritum & humiliatum non deſpicit ſed exaudit, volentes vobis, utique noſtris & ejuſdem Eccleſiæ Filiis peculiaribus, pietatis & miſericordiæ januam aperire, proteſtato primitus & retento ſpecialiter & expreſſe, quod ea quæ vos indebite detinetis & detinebatis indebite antea in Terris ejuſdem Eccleſiæ Romanæ immediate ſubjectis, quæcumque ſint, illa in reſtitutionis infraſcriptæ gratia includere non intendimus, ſed ea potius ſalva nobis & eidem Romanæ Eccleſiæ retinemus; vos, Commune, Univerſitatem, & Populum Urbis & Diſtrictus prædictorum, ſub modis & conditionibus infraſcriptis, ab omnibus & ſingulis pœnis & ſententiis juris & hominis, quas propter prædicta vel aliquod prædictorum incurreritis, quatenus nos & Sedem eandem tangunt & poſſunt tangere, de dictorum Fratrum conſilio, in perſonas eorundem Procuratorum & Sindicorum abſolvimus, ac omnem infamiæ maculam ſive notam, quam propterea vel eorum aliquod contraxeritis, amovemus, & totaliter de poteſtatis plenitudine abolemus, voſque reſtituimus in integrum ad omnia Privilegia, bona, honores, ſtatum, & famam, præterquam ad ea quæ indebite de juribus & bonis ejuſdem Romanæ Eccleſiæ occupaſtis: Interdictum ſeu Interdicta quæcumque in Urbe & Diſtrictu prædictis occaſione præmiſſorum appoſita penitus amoventes ac etiam relaxantes, ita tamen quod * dictique Vicarii præfati Regis Senatoris, per nos in eadem Urbe, ut prædicitur, deputati, ſeu alii Vicarii, qui ibidem deputabuntur, aliique præſidentes regimini dictæ Urbis per ipſum infra quindecim dies proximos poſtquam ſuper hoc fueritis & fuerint requiſiti, ſeu præſentes litteræ noſtræ vobis & ipſis fuerint præſentatæ, omnia & ſingula ſupradicta ratificetis & approbetis vos & ipſi ſpecialiter & expreſſe, inde confectis Inſtrumentis publicis ſeriem litterarum harum continentibus, veſtris dictorumque Vicariorum Sigillis munitis, quæ nobis fideliter per illum vel illos, quem vel quos ad hoc deputabimus, transmittantur. Alioquin in eaſdem pœnas & ſententias ſpirituales & temporales relabi eo ipſo vos volumus, & præmiſſas abſolutiones, reſtitutiones, & relaxationes haberi etiam pro infectis; quodque nihilominus Urbs a prædicto Eccleſiaſtico Interdicto ſubjaceat, ſicut antea ſubjacebat: Cui quidem Interdicto, ſi prædicta ratificare & approbare, ut præfertur, omiſeritis, ex tunc Urbem cum ſuo Diſtrictu ſupponimus ſupradictam. Rurſus etiam pœnas & ſententias ſpirituales & temporales, de quibus nobis videbitur per vos vel alium ſeu alios pro præmiſſis & eorum ſingulis ſeu dependentibus ab eiſdem imponendi vobis ſeu infligendi poteſtatem nobis ſpecialiter reſervamus. Quæ omnia & ſingula geſta & acta ſuperius prædicti Ambaxiatores & Sindici grata & rata veſtro nomine quo ſupra habuerunt ibidem, eaque cum gratiarum actionibus devote ac humiliter acceptantes, omnia prædicta & ſingula quo ſupra nomine promiſerunt vos inviolabiliter ſervaturos ac etiam completuros. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Avenioni xv. Kal. Martii, Anno Quartodecimo.

Populum Romanum a pœnis & cenſuris abſolvit.

Infamia ſublata, in primævos honores reſtituit.

Interdicto Urbem liberat.

[* *Deeſt aliquid.*]

Ea tamen quæ Nuncii polliciti ſunt, a Populo Romano infra certum tempus probanda decernit.

Secus, abſolutio irrita cadit, & iterum Urbs Roma ſubjicitur Interdicto.

Quæ Pontifex decreverat, Nuncii acceptant.

Plenam Bulla conciliat firmitatem.

Altararii munus in Vaticana Principis Apoſtolorum Baſilica Philippo de Cambarlhaco ejuſdem Eccleſiæ Canonico adminiſtrandum committit.

Ex Regeſto VIII. Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 285. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Philippo de Cambarlhaco, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1332.

Præcipuus in Baſilicam Pontificis amor, ac ſolicitudo.

Cupientes Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe, ad quam inter ceteras Mundi Eccleſias devotionem gerimus præcipuam, ſic ſalubriter dirigi, & cultum debitæ venerationis in ea jugiter exhiberi, quod nihil omnino ibidem reperiatur indecens, per quod offendi divinæ majeſtatis oculi valeant, vel in mentibus Fide-

Altarariium, neceſſaria auctoritate inſtructum, deſignat.

lium ad eam de diverſis Mundi partibus frequentia devota confluentium poſſit ſcandalum aliquod ſuboriri, ad horum promotionem libenter convertimus ſtudia mentis noſtræ. Gerentes itaque de tuæ circumſpectionis & fidelitatis induſtria fiduciam pleniorem, & ſperantes quod per tuam ſolicitudinem præmiſſa poterunt in eadem Baſilica, ſuffragante tibi divina gratia, promoveri, tibi cuſtodiam & adminiſtrationem Altarariatus ejuſdem Baſilicæ uſque ad noſtrum & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum tenore præſentium duximus committendum; faciendi, gerendi & exercendi omnia & ſingula quæ ad Altarariatus hujuſmodi officium pertinent, poteſtatem tibi plenariam concedentes. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad eandem Baſilicam te quamcitius conferens, officium hujuſmodi ſic ſolerter & fideliter exercere ſtudeas circa Fabricam ipſius Baſilicæ, ac Cuſtodiam Palatii, & Jardinorum Papalium, & alia quæ per illos, qui officium prædictum exercuerunt, hactenus ſolita ſunt fieri, curam ſedulam impenſurus, quod exinde fidelem rationem reddere valeas, & præter retributionis æternæ præmium, noſtram & ejuſdem Sedis gratiam uberius aſſequaris.

Hortatur, ut fidus ac ſolers, officium exerceat ſibi concreditum.

Datum Avenioni XVI. Kalendas Auguſti, Anno Decimoſexto.

Quæ de Oblationibus Aræ principis Vaticani Templi comparata fuerant, colligenda jubet, atque in ipſius Baſilicæ Fabricam impendenda.

Ex Regeſto VIII. Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 285. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Philippo de Cambarlhaco Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1332.

DE tuæ circumſpectionis induſtria gerentes in Domino fiduciam ſpecialem, tibi curam & adminiſtrationem Altarariatus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe per alias noſtras certi tenoris litteras uſque ad noſtrum & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum duximus committendum. Volentes itaque quod ea, quæ de proventibus & oblationibus obvenientibus in Altari Majori ejuſdem Baſilicæ ad nos ſpectant, in opus Fabricæ prædictæ Baſilicæ ad quam præcipuam devotionem gerimus, expendantur uſque ad noſtrum beneplacitum & fideliter diſpenſentur; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus circa collectionem oblationum & proventuum prædictorum, eoſque utiliter in opus hujuſmodi diſpenſandum, fidelem diligentiam adhibere procurans, ab omnibus & ſingulis qui dictos proventus & oblationes hactenus perceperunt, nec de illis nobis vel Cameræ noſtræ rationes legitimas reddiderunt, rationes ipſas exigere, audire, & examinare, ac reliqua per te in opus prædictum ſimiliter convertenda cum integritate recipere non poſtponas; contradictores quoſlibet & rebelles, cujuſcumque ſtatus, ordinis, diguitatis vel conditionis exiſtant, etiamſi Pontificali vel quavis alia dignitate præmineant, ad hoc auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compellendo: Non obſtante ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod eos qui tibi reſidua hujuſmodi aſſignaverint, abſolvere valeas plenius & quitare de hiis quæ inde receperis ab eiſdem; ſuper quibus necnon rationibus prædictis & aliis, quæ in hac parte quomodolibet egeris vel receperis, Cameram noſtram clare, particulariter & diſtincte procures reddere certiorem.

Proventus quos ex Oblationibus majoris Altaris Pontifex lucratur, in opus fabricæ impendi decernit.

Eos, qui de Oblationum adminiſtratione nondum rationem reddidere, compelli jubet.

Dignitate, ac Privilegiis quibuſcumque nequaquam obſtantibus.

Reddita adminiſtrationis ratione, adminiſtri abſolvantur.

Datum Avenioni XVI. Kal. Auguſti, Anno Decimoſexto.

Super

Super Oblationibus aræ principi Vaticanæ Baſilicæ imponendis antiqua Romanorum Pontificum iura tuetur; hæc ſubdole violantes, primum inhibitione, tum anathematis pœna coercet.

Ex Regeſto VIII. Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 285. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Philippo de Cambarlhaco, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1332.

Oblationum quæ in majori ara Baſilicæ offeruntur, certa quædam pars ad Pontificem pertinet.

INfeſtæ relationis aſſertione nuper accepimus, quod licet certæ partes oblationum & proventuum, qui a Fidelibus in Altari Majori Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe offeruntur, ad nos pertineant pleno jure; aliqui tamen cæca ducti cupiditate nos eis fraudare ſubtili ſeu fallaci potius ingenio molientes, Fideles ad offerendum venientes ibidem, inducere non verentur ut oblationes ipſas non in Altari prædicto, ſed alibi ponant vel offerant, ut exinde nihil ad nos proveniat, ſed totum Dilectis Filiis Canonicis ejuſdem Baſilicæ applicetur. Cum autem talis fraus, quæ in noſtrum & Eccleſiæ Romanæ præjudicium, & animarum illorum qui eam committunt ſalutis diſpendium redundare noſcatur, non ſit toleranda quomodolibet, ſed vitanda; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ex parte noſtra inhibitionem in eadem Baſilica facias generalem, ut nullus ejuſdem Baſilicæ Canonicus, vel quivis alius cujuſcumque ſtatus, ordinis, dignitatis, vel conditionis exiſtat, quemcumque Fidelem ad offerendum in Altari prædicto accedentem ſeu volentem accedere abinde retrahant, vel eum per ſe vel alium ſeu alios, verbo facto vel ſigno, directe vel indirecte, publice vel occulte, ad ponendum oblationem ſuam alibi quam in Altari prædicto inducant. Qui vero contrarium attentare præſumpſerit, poſtquam ibidem fuerit inhibitio hujuſmodi publicata, excommunicationis ſententiæ, a qua donec inde tibi nomine noſtro plene ſatisfecerit, eum abſolvi plene nequaquam volumus, ſubjaceat ipſo facto.

Nonnulli iniqua fraude, Oblationes in alio Altari deponendas curant.

Ne tale ſcelus in poſterum committatur Pontifex cavet.

Contra inobedientes, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam irrogat.

Datum Avenioni XVI. Kalendas Auguſti, Anno Decimoſexto.

Baſilicæ S. Petri Canonicos admonendos jubet, ne quid ex Vaticanis Oblationibus ad Romanum Pontificem ſpectantibus, pluſquam par eſt, ſibi ipſis vindicare audeant.

Ex Regeſto VIII. Epiſt. Secret. Joannis XXII. fol. 285. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Philippo de Cambarlhaco, Canonico Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1332.

In Oblationum diviſionibus æquitas omnimoda a Capitulo non ſervatur.

AUditui noſtri Apoſtolatus nuper innotuit, quod licet Dilecti Filii Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe in diviſionibus oblationum, quæ obvenerunt in Altari Majori ejuſdem Baſilicæ modicum quid recipere conſueverunt ab antiquo, ab aliquibus tamen citra temporibus propter incuriam ſeu negligentiam illorum, qui partem Papalem recipiebant ipſarum, nonnulla exinde ultra morem ſolitum receperunt, & adhuc in noſtrum & Eccleſiæ Romanæ præjudicium moliuntur recipere, ſicut fertur. Volentes itaque ipſos ſuis in hac parte jurIbus manere contentos, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eoſdem Canonicos moneas efficaciter & inducas, ut hiis quæ ab antiquo recipere de oblationibus ipſis conſueverunt eſſe contenti; ſuper quibus ſummarie, ſimpliciter & de plano, ſi neceſſe fuerit te informes; ad alia quæ ad nos, ut præmittitur pertinent, non præſumant extendere manus ſuas; ipſos ad hoc ſi opus fuerit, per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Princeps hac in re conſuetudinem ſervandam decernit.

Datum Avenioni XVI. Kalendas Auguſti, Anno XVI.

Hoſpitium quoddam Vaticano S. Petri Templo adjacens, Philippo de Cambarlhaco ad ſuæ habitationis uſum aſſignari præcipit.

Ex Regeſto Epiſt. com. Joannis XXII. Anni XVII. parte 1. Epiſt. de diverſis formis 20. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Viterbien. Vicario noſtro in Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1332. *Altarariis S. Petri, domum Baſilicæ proximam petit inhabitandam.*

PEtitio Dilecti Filii Magiſtri Philippi de Cambarlhaco Altararii Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Legum Doctoris nobis exhibita continebat, quod ipſe ratione Officii Altariatus quod in dicta Baſilica obtinet, non habet aliquod certum hoſpitium in quo poſſit prope dictam Baſilicam reſidere; propterquod nobis humiliter ſupplicavit, ut hoſpitium quod juxta locum, qui dicitur Paradiſus (*a*), inter navis & graduum ejuſdem Baſilicæ, Portas conſiſtit, aſſignari Vicecancellario Sanctæ Romanæ Eccleſiæ alias conſuetum, cum nulli poſſit in eodem hoſpitio ſine ſpeciali mandato noſtro jus eſſe quæſitum, faceremus eidem Philippo ad ſuæ habitationis uſum ſpecialiter aſſignari. Nos igitur ejuſdem Philippi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi abſque cujuſcumque injuria fieri poſſit, dictum hoſpitium eidem Magiſtro Philippo pro habitatione ſua facias aſſignari, amoto exinde quolibet detentore; contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Non obſtantibus ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. *Pontifex annuit.*

Datum Avenioni Idus Septembris, Pontificatus Noſtri Anno XVII.

Reparandæ S. Petri Baſilicæ negotium urget; redditus ex ejuſdem Templi ara principe cum antea collectos tum poſtea colligendos, eidem operi addici mandat.

Ex Regeſto Epiſt. Secret. Annor. XVII. XVIII. Joannis XXII. fol. 1. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Philippo de Cambarlhaco, Canonico & Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1332. *Pontifex de inſtauratione Baſilicæ ſollicitus.*

AD Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe præcipuæ gerentes devotionis affectum, deſideriis affectamus intenſis, ut reparatio ipſius Fabricæ, pro qua jamdudum ſcripſiſſe meminimus proſperetur. Cum itaque tibi, de cujus fidelitate ac circumſpectione plenam in Domino fiduciam gerimus, Altarariatus ejuſdem Baſilicæ officium per alias noſtras certi tenoris litteras duxerimus committendum, quoſcumque redditus & proventus ad Altare Beati Petri ejuſdem Baſilicæ provenientes colligendi, necnon de jam receptis temporibus præteritis rationes exigendi & audiendi legitimas, & reliqua recipiendi tibi nihilominus poteſtate conceſſa, ſicut in eiſdem litteris noſtris plenius continetur: Nos volentes, omnes proventus prædictos collectos & colligendos uſque ad noſtrum beneplacitum in eadem Fabrica fideliter diſpenſari; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus Venerabilis Fratris noſtri Angeli Epiſcopi Viterbien. noſtri ejuſdem Urbis in ſpiritualibus Vi- *Proventus ex Altari B. Petri colligendos in Fabricæ beneficium diſpenſari concedit.*

(*a*) Conſulatur quæ adnotavimus pag. 31. not. *e*.

(*a*) Huc

bus Vicarii, & aliorum de quibus tibi videbitur, adhibito conſilio, dictæ Fabricæ curam gerens, quæ reparanda in eadem Baſilica fuerint, fideli & ſolerti adhibita diligentia facias reparari, proventus & redditus ſupradictos, & alios qui applicari debent eidem Fabricæ, in ea prudenter & fideliter diſpenſando; te taliter ſuper hiis habiturus, quod præter perennis mercedis præmium, quod inde mereberis, noſtram & Apoſtolicæ Sedis uberiorem gratiam conſequaris.

Datum Avenioni xvi. Kalendas Octobris, Anno Decimoſeptimo.

Conſervatores ac Judices amplis facultatibus inſtructos decernit, qui Fratribus & Hoſpitali S. Thomæ de Formis bona ac jura ſua vindicent atque tueantur (a).

Ex Autograph. in Baſil. Vatic. Tabular. Capſ. 38. Faſc. 149. (b).

Johannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Reatin., & Dilectis Filiis Sancti Anaſtaſii de Urbe, & Sancti Laurentii extra muros ejuſdem Urbis Monaſteriorum Abbatibus; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1333.

Romanis Pontificibus Eccleſiarum incumbit cura.

Militanti Eccleſiæ licet immeriti, diſponente Domino, præſidentes, circa curam Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſoliciti, ut juxta debitum Paſtoralis officii eorum occurramus diſpendiis, & profectibus divina cooperante clementia, ſalubriter intendamus. Sane ex Dilectorum Filiorum Miniſtri, & Fratrum Hoſpitalis Sanctorum Thomæ, & Michaelis Archangeli de Formis de Urbe Ordinis Sanctæ Trinitatis, & redemptionis captivorum conqueſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, ceterique Eccleſiarum Prælati, & Clerici, ac Eccleſiaſticæ perſonæ, tam religioſæ quam etiam ſæculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laici, Communia Civitatum, Univerſitates Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum & aliæ ſingulares perſonæ Civitatum, & Dioc., & aliarum partium diverſarum occuparunt, & occupari fecerunt Caſtra, Villas, & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, jura, & juriſdictiones, necnon fructus, cenſus, redditus, & proventus, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, ſpiritualia & temporalia ad Miniſtrum, Fratres, & Hoſpitale prædictos ſpectantia, & ea detinent indebite occupata, ſeu ea detinentibus præſtant auxilium, conſilium, vel favorem; nonnulli etiam Civitatum, & Dioc. ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eiſdem Miniſtro, Fratribus, & Hoſpitali ſuper prædictis Caſtris, Villis, & aliis locis, terris, domibus, poſſeſſionibus, juribus, juriſdictionibus, necnon fructibus, cenſibus, redditibus, & proventibus eorundem, & quibuſcumque aliis bonis mobilibus & immobilibus, ſpiritualibus & temporalibus, ac rebus aliis ad eoſdem Miniſtrum, Fratres, & Hoſpitale ſpectantibus multiplices moleſtias & injurias inferunt & jacturas.

Bona Hoſpitalis S. Thomæ ab aliis inique occupantur;

Ab aliis, afficiuntur injuriis ac moleſtiis.

Quare dicti Miniſter, & Fratres nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum eis valde reddatur difficile, pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, providere ſibi ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adverſus occupatores, præſumptores, moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi illo volentes eis remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vos, vel duo aut unus veſtrum, per vos vel alium ſeu alios, etiam ſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſervatores & Judices, præfatis Miniſtro, & Fratribus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eoſdem ſuper hiis, & quibuſcunque aliis bonis, & juribus ad Miniſtrum, Fratres, & Hoſpitale prædictos ſpectantibus, ab eiſdem vel quibuſcumque aliis indebite moleſtari, vel ſibi gravamina ſeu dampna, vel injurias irrogari; facturi dictis Miniſtro & Fratribus, cum ab eis aut Procuratore ſeu Procuratoribus ſuis, vel eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis, & aliis perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione dictorum Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum,

Fratres Judicem in partibus conſtituendum poſtulant;

Qui deſignatur, ac neceſſaria auctoritate munitur.

(a) Huc revocanda quæ diximus pag. 10. not. b.

(b) Extat & in Reg. anni XVII. Joann. XXII. part. 2. ep. 1036. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

(a) Quem

corum, terrarum, domorum, poſſeſſionum, jurium & juriſdictionum, necnon fructuum, cenſuum, redditum, & proventuum, ac aliorum bonorum, mobilium & immobilium, ſpiritualium & temporalium, & aliorum quorumcumque bonorum, necnon & de quibuſcunque moleſtiis, injuriis, atque dampnis præſentibus & futuris, in illis videlicet, quæ

Summario judicio cauſæ cognoſcuntur. judicialem requirunt indaginem, ſummarie & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, in aliis vero prout qualitas ipſorum exegerit, juſtitiæ complementum; occupatores, ſeu detentores, moleſtatores, præſumptores, & injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles cujuſcumque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel conditionis

Ampla delegatis conceditur juriſdictio. extiterint, quandocumque & quotienſcumque expedierit, auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; Invocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis: Non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne

Privilegiis conſtitutionibus atque conſuetudinibus nequaquam obſtantibus. aliquis extra ſuam Civitatem & Dioc., niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Dioc. ad judicium evocetur; ſeu ne Judices, & Conſervatores a Sede deputati prædicta, extra Civitatem & Dioc. in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, ſive alii, vel aliis vices ſuas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine Dioc. eorundem trahere præſumant; ſeu quod de aliis quam de manifeſtis injuriis & violentiis, ac aliis quæ judicialem indaginem exigunt, pœnis in eos, ſi ſecus egerint, & in id procurantes adjectis, Conſervatores ſe nullatenus intromittant, dummodo ultra duas dietas, aliquis extra ſuam Civitatem, ſeu Dioc. auctoritate præſentium, ad judicium non trahatur; quam aliis quibuſcumque Conſtitutionibus a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de Judicibus delegatis, & Conſervatoribus, quam perſonis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, aut aliis editis, quæ veſtræ poſſent in hac parte juriſdictioni & poteſtati ejuſque libero exercitio quomodolibet obviare; ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a præfata ſit Sede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi, & eorum perſonis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, veſtræ juriſdictionis in hac parte explicatio valeat quomodolibet impediri, & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit de verbo ad verbum in noſtris litteris mentio ſpecialis. Ceterum volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrum, proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico impeditus, quodque a Data præſentium ſit vobis, & unicuique veſtrum in præmiſſis omnibus & eorum ſingulis, cœptis & non cœptis, præſentibus & futuris perpetuata poteſtas & juriſdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus, cœptis & non cœptis, præſentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cœpta fuiſſent, & juriſdictio veſtra, & cujuſlibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet; Conſtitutione prædicta ſuper Conſervatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obſtante; Præſentibus poſt quinquennium minime valituris.

Cauſam ab uno Delegatorum inceptam alter proſequi valeat.

Datum Avinion. iii. Non. Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Decimoſeptimo.

Nonnullas, quæ nuper corruerant, Vaticani Templi Trabes reparari curat; quingentos auri florenos in idem opus impendendos elargitur.

Ex Regeſto Epiſt. Secretior. Annor. XVII. & XVIII. Joannis XXII. fol. 249. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Joannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Philippo de Cambarlhaco, Canonico & Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1134.

Ventorum impetu aliquot Baſilicæ trabes dejiciuntur;

EX tuarum percepimus ſerie litterarum, quod in nocte Feſtivitatis omnium Sanctorum proximo præteritæ, vehementi vento irruente in Urbe aliquæ trabes Baſilicæ Principis Apoſtolorum de eadem Urbe, in qua exiſtis Altararius, corruerunt. Nos itaque circa reparationem ædificiorum ejuſdem Baſilicæ volentes, ſicut tibi alias expreſſiſſe

preſſiſſe meminimus, oportunam diligentiam adhiberi; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocato Venerabili Fratre Angelo Epiſcopo Viterbien., in ſpiritualibus Urbis Vicario noſtro, ac Magiſtris & aliis Viris fidelibus, expertis in talibus tecum adhibitis, qualiter reparatio hujuſmodi melius & utilius, ac quantum decoſtare poterit, ſolerter & fideliter te informans, nos inde clare, particulariter & diſtincte reddere ſtudeas certiores. Interim ut imminentibus cautius obvietur periculis, quingentos Florenos auri de proventibus, nos & Cameram noſtram contingentibus, per te vel Dilectum Filium Theſaurarium Patrimonii Beati Petri in Tuſcia collectis ſeu colligendis, in reparatione hujuſmodi, ſicut magis neceſſarium vel expediens videris, nihilominus expenſurus.

Peritorum judicium ſuper hac re audiendum decernit.

Certam pecuniæ ſummam ſuppeditat.

Datum Avenioni Non. Januarii, Anno Decimooctavo.

BENEDICTUS XII.

Joanni XXI. *dicto* XXII. Succeſſor datus eſt die 20. Decembris Anno 1334. Benedictus XII., & 6. Idus Januarii Anno inſequente conſecratus. Eccleſiæ præfuit annos 7., menſes 4., dies 6. Ad ſuperos evolavit die 25. Aprilis 1342.

Quæ Prædeceſſor Joannes Pontifex de Vaticana S. Petri Baſilica ac Palatiis Pontificiis, inſtaurandis decreverat, executioni mandari jubet; hujuſmodi provinciam Joanni Piſcis committit.

Ex Regeſto Anni 1. par. 1. Epiſt. de Cur. Benedicti XII. Ep. 10. apud. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Joanni Piſcis, Rectori Eccleſiæ de Eſculentbis Narbonen. Diœceſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1335.

Baſilica S. Petri dilectione & honore digna præcipue.

Licet de cunctis Orbis Eccleſiis curæ noſtræ divina diſpoſitione commiſſis, ut præſervari valeant a noxiis, curam habere vigilem debeamus; ad Baſilicam tamen Principis Apoſtolorum de Urbe, in qua Sanctum Corpus ipſius celebri Memoria requieſcit, eo præcordialius mentis oculis contemplamur, quo ipſam ampliori dilectionis prærogativa proſequendam, & potioribus honoribus conſpicimus eſſe dignam. Sane ad Noſtri Apoſtolatus pervenit auditum, quod quamvis felicis recordationis Joannes Papa XXII. prædeceſſor noſter ad ipſam Baſilicam gerens, dum viveret, ſpecialis devotionis affectum, & volens circa ſtructuram ipſius, ne ob reparationis & reformationis defectum ſubjicetur periculis, providere, nonnullas de Camera ſua pecunias illuc miſerit, quas, necnon & eas quæ de proventibus Majoris Altaris ejuſdem Baſilicæ ad Apoſtolicam ſpectantes Cameram provenerant & provenirent etiam in opere reformationis prædictæ Baſilicæ ac Palatiorum Apoſtolicorum Urbis præfatæ mandaverit & voluerit expendi & fideliter diſpenſari; nondum tamen mandato & voluntati prædeceſſoris ejuſdem extitit in hac parte, ſicut accepimus, ſatisfactum, propter quod eiſdem Baſilicæ & Palatiis circa ſtructuram & ædificia ipſorum dicitur periculum in aliquibus eorum partibus imminere. Nos igitur plene informati ſuper hiis, & providere de oportuno remedio cupientes, diſcretioni tuæ, de qua fiduciam in Domino gerimus ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ad Urbem ipſam te perſonaliter conferens, de præmiſſis ſtructura ac pecuniis propter hoc illuc miſſis, & de proventibus Altaris prædicti receptis, necnon de nemoribus unde poterunt haberi lignamina pro præmiſſis reparatione & reformatione oportuna, ipſiſque lignaminibus & aliis neceſſariis, ac qualiter & quomodo lignamina ipſa portari ad Urbem prædictam commodius, dictæque reformationes & reparationes ac quibus ſumptibus fieri poterunt, & de omnibus & ſingulis præmiſſorum, & cujuslibet eorundem circumſtantiis, ea prout oportuerit propriis ſubjiciendo aſpectibus, ſic diligenter & fideliter te informes, quod ad noſtram poſtmodum rediens præſentiam, nos exinde plene, particulariter

Quæ Joannes Prædeceſſor circa Baſilicæ fabricam ſtatuerat, commemorat, ac exequi mandat.

Ut id perficiatur, methodum ac rationem hac in re ſervandam, præſcribit.

Quid faſto opus, ſi ruinam proximam ædificia minentur.

ter & diſtinćte reddere valeas certiores. Si vero in eiſdem Baſilica & Palatiis vel eorum aliquo eſſent aliqua forſan adeo ruinoſa, quæ non poſſent plenam reparationem & reformationem hujuſmodi expećtare, illa interim taliter ſuſtentari facias & fulciri, quod a ruinoſis periculis medio tempore præſerventur; eos qui pecunias receperunt prædićtas, ad miniſtrandum pro fulcimentis hujuſmodi neceſſaria, ſicut ordinaveris per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita, ſi neceſſe fuerit, nihilominus compellendo: Non obſtante ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Rurſus illos, de quibus tibi per informationem prædićtam pecunias recepiſſe prædićtas conſtiterit, ex parte noſtra citare procures, ut infra certum terminum competentem, per te ſibi ſuper hoc præfigendum apud Sedem Apoſtolicam per ſe vel alium ſeu alios ſuper hoc ſufficienter inſtrućtos compareant, rationes legitimas de ſupradićtis pecuniis noſtræ Cameræ reddituri, & reliqua prout rationis fuerit præſtituri. Nos & ipſam Cameram de die citationis hujuſmodi, & aliis quæ circa hæc egeris, reddituros per Inſtrumentum publicum harum ſeriem continens certiores.

Qui receptam pecuniam ſolvere, aut rationem reddant, compellantur.

Datum Avenioni II. Non. Martii, Anno Primo.

Epiſcopo Anagnino demandat, ut quingentos auri florenos Joanni Piſcis tradi curet, in Vaticani Templi reparationem inſumendos.

Ex Regeſto Epiſt. Secret. Anni 1. Benedićti XII. Epiſt. 95. fol. 15. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedićtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Joanni Epiſcopo Anagnin., noſtro in Urbe in ſpiritualibus Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedićtionem.

AN. CH. 1335.

Ex altarariatus proventibus certa pecuniæ ſumma in opus fabricæ detrahenda.

CUM nos Dilećtum Filium Magiſtrum Joannem Piſcis Rećtorem Eccleſiæ de Eſculenchis Narbonen. Diœceſ. ad Urbem pro certis negotiis Fabricam ſeu reparationem Baſilicæ Principis Apoſtolorum ac Palatiorum Papalium de Urbe ipſa tangentibus deſtinemus, velimuſque, quod de proventibus Altarariatus ejuſdem Baſilicæ quingenti floreni auri prædićto Magiſtro Joanni circa præmiſſa per eum diſpenſandi, ſicut ſibi videbitur, aſſignentur; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus dićtos quingentos florenos per eos qui hactenus proventus receperunt prædićtos, præfato Magiſtro Joanni ad requiſitionem ipſius facias aſſignari; Contradićtores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Non obſtante ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi vel excomunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nos enim dićto Magiſtro Joanni recipiendi prædićtos quingentos Florenos, & aſſignantes illos ſibi quitandi & abſolvendi de hiis, quæ inde receperit ab eiſdem, per alias concedimus litteras facultatem.

Hanc ſummam exſolvi præcipit, & contradictores compelli.

Datum Avenioni Idibus Martii, Anno Primo.

Joanni Piſcis concedit, ut quingentos auri florenos in ſuperiori Epiſtola memoratos accipiat, eoſque tradentibus chirographo caveat.

Ex Regeſto Epiſt. Secretior. Anni 1. Benedićti XII. Epiſt. 96. fol. 15. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedićtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilećto Filio Magiſtro Joanni Piſcis, Rećtori Eccleſiæ de Eſculenchis Narbonen. Diœceſ.; Salutem & Apoſtolicam Benedićtionem.

AN. CH. 1335.

Joanni Piſcis quingentos florenos auri tradendos decernit.

CUM tibi, quem ad Urbem ſuper certis negotiis Fabricam ſeu reparationem Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ac Palatiorum Papalium de Urbe ipſa tangentibus deſtinamus, quingentos Florenos auri velimus de proventibus Altarariatus ejuſdem Baſilicæ per te ſicut utilius circa præmiſſa diſpenſandos cognoveris, aſſignari;

gnari; recipiendi dictos quingentos florenos, & eos qui eos tibi aſſignaverint, de hiis quæ inde ab ipſis receperis, quitandi & etiam abſolvendi plenam tibi concedimus tenore præſentium facultatem.

Datum Avenioni Idibus Martii, Anno Primo.

Quingentos auri Florenos, ſi ex Altariatus reditibus ii ſuppeditari nequeant, ex proventibus ad Cameram Apoſtolicam ſpectantibus Joanni Piſcis tradi jubet; hujus rei curam Stephano Laſcout., Patrimonii B. Petri Theſaurario demandat.

Ex Regeſto Epiſt. Secret. Anni 1. Benedicti XII. Epiſt. 97. fol. 15. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Stephano Laſcout., Canonico Eccleſiæ Beatæ Mariæ Majoris Pictaven., Theſaurario Patrimonii Beati Petri in Tuſcia; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1335. *Pecunia in opus Fabricæ, ex proventibus Altarariatus deſumenda.*

VOlentes quod de proventibus Altarariatus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe quingenti floreni auri Dilecto Filio Magiſtro Joanni Piſcis Rectori Eccleſiæ de Eſculenchis Narbonen. Diœceſis, quem ad Urbem ipſam pro certis negotiis Fabricam ſeu reparationem ejuſdem Baſilicæ, ac Palatiorum Papalium de Urbe ipſa tangentibus deſtinamus, tradantur & etiam aſſignentur; diſcretioni tuæ præſentium tenore mandamus, quatenus ſi contingeret, quod idem Magiſter Joannes dictos quingentos florenos vel partem illorum habere non poſſet de proventibus ſupradictis, tu ei ad requiſitionem ſuam de proventibus Cameram noſtram contigentibus per te collectis dictos quingentos florenos, vel partem illam quam de proventibus dicti Altarariatus uſque ad prædictam ſummam habere nequiret, ſtudeas aſſignare. Nos enim eidem Magiſtro Joanni recipiendi a te ſummam hujuſmodi, vel partem quæ complenda uſque ad ſummam jam dictam, ut præfertur, reſtaret recipiendi, teque quitandi & abſolvendi de hiis quæ inde ſibi uſque ad ſummam aſſignanda duxeris, ſicut ſuperius exprimitur, ſupradictam, per alias noſtras litteras concedimus facultatem.

Si proventus illi pares non ſint, Cameræ Apoſtolicæ peculium ſuppleat.

Datum Avenioni Idibus Martii, Anno Primo.

Cujuſmodi curam Stephano Laſcout. in ſuperiori Epiſtola demandarat, Joanni Piſcis enunciat.

Ex Regeſto Epiſt. Secret. Anni 1. Benedicti XII. Epiſt. 98. fol. 15. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Joanni Piſcis Rectori Eccleſiæ de Eſculenchis Narbonen. Diœceſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1335. *Quæ ſuperioribus literis decreverat, hic repetit.*

VOlentes, quod ſi de proventibus Altarariatus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe quingentos florenos auri, quos inde tibi aſſignari mandamus, habere forſitan pro toto vel pro parte nequires, illos vel partem quæ complenda uſque ad ſummam ipſius reſtaret, a Dilecto Filio Magiſtro Stephano Laſcout., Canonico Eccleſiæ Beatæ Mariæ Majoris Pictaven., Theſaurario Patrimonii Beati Petri in Tuſcia recipere valeas & habere; præfato Theſaurario alias noſtras litteras dirigimus ſuper hoc oportunas. Quare recipiendi ab eodem Theſaurario dictos quingentos florenos vel partem illorum, quam forſan de proventibus Altarariatus prædicti habere uſque ad ſummam dictorum quingentorum florenorum non poſſes, ipſumque Theſaurarium quitandi & abſolvendi de hiis quæ inde uſque ad prædictam ſummam, prout expreſſum eſt ſuperius, receperis ab eodem; plenam diſcretioni tuæ concedimus tenore præſentium facultatem.

Altarario jus tribuit, ut pecuniam recipiat, & Theſaurarium liberet.

Datum Avenioni Idibus Martii, An. I.

Ex pecuniis ad Cameram Apoſtolicam ſpectantibus, mille & quingentos vel duo millia florenos auri perficiendo in Vaticani Templi inſtauratione cuidam operi dedicat.

Ex Regeſt. Epiſt. Secretior. Anni 1. Benedicti XII. Epiſt. 456. fol. 75. Apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Stephano Laſcout., Canonico Eccleſiæ Beatæ Mariæ Majoris Pictaven., Patrimonii Beati Petri in Tuſcia noſtro, & Eccleſiæ Romanæ Theſaurario.

AN. CH. 1335. *Ad Vaticanam Baſilicam reparandam novæ exiguntur ſubſidia.*

CUM Dilectus Filius Magiſter Joannes Piſcis, Rector Eccleſiæ de Eſculenchis Narbonen. Diœceſ., quem dudum ad Urbem pro reparationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum ac Palatiorum Papalium ejuſdem Urbis opere deſtinavimus, nobis duxerit inter cetera reſcribendum, quod pro quodam reparationis ejuſdem Baſilicæ opere jam incepto ad finem laudabilem perducendo, mille quingentis vel duobus milibus florenis auri noſcitur indigere; nos volentes opus hujuſmodi ad honorem Dei & eorumdem Apoſtolorum, augendamque devotionem Fidelium laudabiliter conſumari, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de pecuniis Cameram noſtram contingentibus, per te undecumque receptis dictos mille quingentos florenos auri, vel uſque ad ſummam in univerſo duorum milium florenorum auri, ſi præfatus Rector pro hujuſmodi opere tantam neceſſariam noverit eſſe pecuniam, ſtudeas aſſignare; faciendo ſuper aſſignatione ipſa duo confici conſimilia publica inſtrumenta, quorum altero penes te retento, reliquum ad noſtram Cameram mittere fideliter non poſtponas. Nos enim præfato Rectori te quitandi & abſolvendi de hiis, quæ inde ſibi aſſignaveris, plenam per alias litteras concedimus facultatem.

Florenos mille quingentos ex Cameræ proventibus miniſtrari decernit.

Datum apud Pontem Sorgiæ Avenionen. Diœceſis Octavo Kalendas Auguſti, Anno Primo.

Joanni de Piſcis facultatem concedit, ut pecuniæ ſummam in proximo Diplomate memoratam accipiat, ipſamque tradenti caveat chirographo.

Ex Reg. Epiſt. Secr. Anni 1. Benedicti XII. Epiſt. 457. fol. 75. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Joanni de Piſcis, Rectori Eccleſiæ de Eſculenchis Narbonen. Diœceſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1335. *Altarariis Baſilicæ Vaticanæ novam pro Templi ædificio pecuniam poſtulat.*

CUM tu, quem dudum ad Urbem pro reparationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum ac Palatiorum Papalium ejuſdem Urbis opere deſtinavimus, nobis duxeris inter cetera reſcribendum, quod pro quodam reparationis ejuſdem Baſilicæ opere jam incepto ad finem laudabilem perducendo, mille quingentis vel duobus milibus florenis auri noſceris indigere; nos volentes opus hujuſmodi ad honorem Dei & eorumdem Apoſtolorum, augendamque devotionem Fidelium laudabiliter conſumari, Dilecto Filio Stephano Laſcout. Canonico Eccleſiæ Beatæ Mariæ Majoris Pictaven. damus per noſtras litteras in mandatis, ut de pecuniis Cameram noſtram contingentibus, per ipſum undecumque receptis dictos mille quingentos florenos vel uſque ad ſummam in univerſo duorum milium florenorum auri, ſi tu eis pro hujuſmodi opere neceſſariam noveris tantam ſummam, tibi ſtudeat aſſignare. Quare tibi recipiendi dictam ſummam duorum milium florenorum auri ab eodem Theſaurario, vel illud quod uſque ad illam pro eodem opere te utiliter egere cognoveris; ipſumque Theſaurarium quitandi & abſolvendi de hiis, quæ inde receperis ab eodem, plenam tibi concedimus tenore præſentium poteſtatem.

Pontifex florenos mille & quingentos aſſignat a Theſaurario ſolvendos.

Datum apud Pontem Sorgiæ Avenionen. Diœceſ. Octavo Kalendas Auguſti, Anno Primo.

Vati-

Vaticanæ Baſilicæ Altararium deſignat Joannem Piſcis, eumque ut ſedulam huic muneri obeundo impendat operam, hortatur ac monet.

Ex Reg. Ep. Secr. Anni 1. Benedicti XII. Ep. 636. fol. 127. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Joanni Piſcis, Rectori de Permbaco Narbonen. Diœceſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1335.

BAſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe, ad quam gerimus ſpecialis devotionis & dilectionis affectum, ſic ſalubriter & utiliter dirigi cupimus, & in ea cultum debitæ venerationis jugiter exhiberi, ut nihil in ea reperiatur indecens, quod oculos divinæ Majeſtatis offendat. Sane quia hæc pro magna parte in devota & fideli cuſtodia majoris Altaris ejuſdem Baſilicæ conſiſtere aſſeruntur; nos perſonam ad id idoneam deputare volentes, & ad te, per cujus fidelitatem, devotionem ſinceram & circumſpectionem providam poſſe noſtris in hac parte ſperamus votis ſatisfieri, dirigentes intuitum mentis noſtræ, tibi cuſtodiam & adminiſtrationem Altarariatus ejuſdem Baſilicæ uſque ad noſtrum & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum duximus tenore præſentium committendas; faciendi, gerendi, & exercendi plenarie omnia & ſingula quæ ad Officium Altarariatus prædicti pertinent, poteſtatem tibi plenariam concedentes. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Officium hujuſmodi ſic ſolerter & fideliter ſtudeas exercere circa Fabricam ipſius Baſilicæ, pro qua te dudum ad Urbem eandem confidenter deſtinavimus, ac cuſtodiam Palatiorum & Jardinorum Papalium, & cetera quæ per illos, qui Officium Altarariatus prædicti exercuerunt, ſolita ſunt hactenus fieri, adeo curam ſedulam & utilem impenſurus, quod exinde fidelem rationem reddere valeas, & præter perennis retributionis mercedem, noſtram & dictæ Sedis gratiam uberius merearis.

Pontifex de Baſilicæ Vaticanæ cultu ſollicitus.

Joannem Piſcis Altararium deſignat.

Hortatur ut ſedulam utilemque in muneris exercitio curam impendat.

Datum Avenioni Septimo Kalendas Novembris, Anno Primo.

Proventus ex Baſilicæ Vaticanæ Ara principe ad Romanum Pontificem ſpectantes, in ejuſdem Templi fabricam erogandos præcipit.

Ex Reg. Ep. Secret. Anni 1. Benedicti XII. Ep. 637. fol. 127. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Joanni Piſcis, Rectori Eccleſiæ de Permbaco Narbonen. Diœceſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1335.

COnfidentes de tuæ fidelitatis & circumſpectionis induſtria, tibi cuſtodiam & adminiſtrationem Altarariatus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe per alias noſtras certi tenoris litteras uſque ad noſtrum & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum duximus committendas. Sane quia Fabricam ejuſdem Baſilicæ, pro qua promovenda & dirigenda te dudum ad Urbem præfatam confidenter & ſpecialiter miſimus, proſperari deſideriis optamus intenſis; volumus & diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ea quæ de proventibus & Oblationibus obvenientibus in Altari Majori ejuſdem Baſilicæ ad nos ſpectant, in opus & Fabricam dictæ Baſilicæ utiliter expendere ac diſpenſare procures; necnon & ab omnibus & ſingulis, qui proventus & Oblationes hujuſmodi hactenus perceperunt, & de illis rationes legitimas minime reddiderunt, rationes hujuſmodi & reliqua omnia exigere ac recipere, rationeſque prædictas examinare fideliter non poſtponas, eadem religua una cum aliis quæ de proventibus & oblationibus prædictis obvenient, ad nos ſpectantia, ut præfertur, in opus & Fabricam hujuſmodi utiliter expenſurus; contradictores quoſlibet & rebelles cujuſcumque ſtatus, ordinis, conditionis vel dignitatis exiſtant, etiamſi Pontificali vel quavis alia præmineant dignitate, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Non obſtante

Altarario nuper electo jus tribuit, ut oblationes Aræ Principis in Fabricæ opus impendat.

Debitores ad reddendam rationem adigat.

Quæ contra objici poſſent nihili faciat.

ſtante ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim a Sede ſit indultum prædicta, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, Volumus autem, quod eos a quibus reliqua prædicta receperis, abſolvere valeas pleniuſ & quitare de hiis, quæ inde tibi duxerint perſolvenda.

Datum Avenioni Septimo Kalendas Novembris, Anno Primo.

Joanni de Piſcis concedit, ut Apoſtolicis literis ad Philippum de Cambarlhaco datis uti valeat.

Ex Reg. Ep. ſecret. Anni I. Benedicti XII. Ep. 638. fol. 128. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Joanni de Piſcis, Rectori Eccleſiæ de Permbaco Narbonen. Diœceſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1335.

Altarariatum recens electum commendat;

Majorem authoritatem illi conciliat.

CUM tibi, de cujus circumſpectionis induſtria confidimus, cuſtodiam & adminiſtrationem Altarariatus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe duxerimus per noſtras certi tenoris litteras uſque ad noſtrum & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum committendas; nos cupientes commiſſum tibi officium per tuam ſolertem diligentiam proſperari, ut omnibus litteris per felicis recordationis Joannem Papam XXII. Prædeceſſorem noſtrum Dilecto Filio Magiſtro Philippo de Cambarlhaco Archidiacono Ganden. in Eccleſia Tornacen. Cappellano noſtro, in eodem officio prædeceſſori tuo ſuper quibuſcumque tangentibus jura vel obventiones Altaris Majoris dictæ Baſilicæ ac ejuſdem Altarariatus directis, tam ſuper cœptis, quam non cœptis cauſis & negotiis uti poſſis, & contenta in eis adeo plene exequi & complere, acſi tibi directæ ſpecialiter & expreſſe fuiſſent, plenam diſcretioni tuæ concedimus tenore præſentium facultatem.

Datum Avenioni vii. Kal. Novembris, Anno Primo.

Cum Apoſtolicas literas, quæ ad Altariatus jura & reditus pertinent, tum ipſorum proventuum rationes a Philippo de Cambarlhaco Joanni Piſcis reddendas præcipit.

Ex Reg. Ep. Secret. Anni I. Benedicti XII. Ep. 639. fol. 128. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Philippo de Cambarlhaco Archidiacono Ganden. in Eccleſia Tornacen. Cappellano Noſtro; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1335.

Quas ſuper Altarariatus negotio ſcripturas ſervat, novo Altarario tradi mandat.

Præcipit ut de Oblationibus ac proventibus rationem reddat.

UT Dilectus Filius Magiſter Joannes Piſcis, Rector Eccleſiæ de Permhaco Narbonen. Diœceſis Officium Altarariatus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ſibi uſque ad noſtrum & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum per litteras noſtras commiſſum, utilius valeat exercere; volumus & diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes litteras quæcumque jura vel proventus Altaris Majoris Baſilicæ vel Altarariatus prædictorum quoquomodo tangentes, quæ dudum tibi tunc officium prædictum gerenti per felicis recordationis Joannem Papam XXII. Prædeceſſorem noſtrum directæ fuerunt, memorato Joanni, cui eis utendi poteſtatem per alias litteras concedimus, reſignans, de quibuſcumque proventibus & Oblationibus dicti Altaris per te receptis, aliiſque circa præmiſſa geſtis & adminiſtratis, eidem fidelem & legitimam rationem reddere, reliquaque præſtare, ac ipſum ſuper agendis taliter dirigere, prout te requiſierit, non poſtponas, quod tua poſſit diſcretionis fidelitas merito commendari.

Datum Avenioni Septimo Kalendas Novembris, Anno Primo.

Joannis

Joannis Piſcis in reparanda S. Petri Baſilica diligentiam commendat; nova pecuniarum ſubſidia pollicitus, eumdem hortatur, ut operi perficiendo ſtudeat.

Ex Reg. Ep. Secret. Anni 1. Benedicti XII. Ep. 640. fol. 128. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Joanni Piſcis, Rectori Eccleſiæ de Permbaco Narbonen. Diœceſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1335. *Altararii diligentiam commendat.*

GErentes de tuæ fidelitatis & circumſpectionis induſtria fiduciam pleniorem, zelum quoque, quem te ad Fabricam & ſtructuram Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe habere percepimus diligentius attendentes, Officium Altarariatus ejuſdem Baſilicæ tibi duximus uſque ad noſtrum & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum committendum, confectis exinde litteris Apoſtolicis, quas tibi cum præſentibus mittimus oportunis: ſiquidem ea, quæ per te ſuper reparatione ſtructuræ dictæ Baſilicæ facta ſunt & fiunt, ſicut nobis per tuas litteras quas benigna & læta manu recepimus, intimaſti; grata Deo, ac nobis & Apoſtolicæ Sedi exiſtunt plurimum & accepta: Volentes, quod ad perficiendum opus prædictum utiliter & laudabiliter intelleximus * inchoatum procedere ſolerti & fideli adhibita diligentia non poſtponas, pro eodem opere nihilominus expendendo & diſpenſando, ſicut expedire cognoveris, pecunias tibi aſſignatas propter hoc haſtenus, & etiam ſicut neceſſarium fuerit aſſignandas, necnon & illa quæ de proventibus & oblationibus dicti Altaris ad nos ſpectantibus recipere te continget. Si vero pro præmiſſis ultra prædictas pecunias aliqua alia ſumma pecuniæ fuerit oportuna, illam tibi aſſignari mandabimus, cum ſuper hoc per te fuerimus informati: Præmiſſa taliter completurus, & te in exercitio officii dicti Altarariatus habiturus, quod exinde commendari merito, ac noſtram & ejuſdem Sedis gratiam uberius valeas promereri; nobiſque circa præmiſſa quomodolibet egeris, quoties oportunum extiterit, nuntiando.

Ut reparatio Baſilicæ perficiatur, pecunias aſſignat.
* *Sup. ut.*

Nova pecuniarum ſubſidia pollicetur.

Datum Avenioni Septimo Kalendas Novembris, Anno Primo.

Ab Eccleſiæ Romanæ Theſaurario quingentos ſupra mille Florenos aureos Joanni Piſcis tradi mandat.

Ex Regeſto Epiſtol. Secret. Anni 2. Benedicti XII. Epiſt. 43. fol. 12. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Stephano Laſcoutz, Patrimonii Beati Petri in Tuſcia noſtro & Eccleſiæ Romanæ Theſaurario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1336. *Pontificis cura pro celeri Baſilicæ inſtauratione.*

INceptam reparationis & ædificii Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ſtructuram, conſumari ad honorem Dei & conſolationem Fidelis populi cupientes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Dilecto Filio Joanni Piſcis Rectori Eccleſiæ de Eſculenchis Narbonen. Diœceſis, quem dudum ad eandem Baſilicam duximus propterea ſpecialiter deſtinandum, mille quingentos florenos auri expendendos & diſpenſandos per ipſum in ædificio & reparatione prædictis, ſtudeas de pecuniis Cameram noſtram contingentibus per te collectis vel etiam colligendis, ceſſante difficultate qualibet, aſſignare. Nos enim præfato Joanni recipiendi a te ſummam florenorum prædictam, teque quitandi de hiis quæ inde ſibi duxeris aſſignanda, plenam per alias litteras concedimus facultatem.

Pecuniam idcirco ſuppeditat Altarario ſolvendam.

Datum Avenioni ii. Idus Martii, Anno Secundo.

Pecu-

Pecuniæ Summam in proximo Diplomate memoratam Joannes Piſcis accipiat, & una cum aliis perficiendæ Vaticani Templi reſtaurationi ſedulo impendat.

Ex Regeſt. Epiſtol. Secret. Anni 2. Benedicti XII. Epiſt. 44. fol. 12. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Joanni Piſcis Rectori Eccleſiæ de Eſculenchis Narbonen. Diœceſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1336.

Altarario denunciat, ut pecuniæ ſummam a Theſaurario tradendam accipiat;

INceptam reparationis & ædificii Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ſtructuram, conſumari ad honorem Dei & conſolationem Fidelis populi cupientes, Dilecto Filio Stephano Laſcout. Patrimonii Beati Petri in Tuſcia noſtro & Eccleſiæ Romanæ Theſaurario damus per alias litteras in mandatis, ut de pecuniis Cameram noſtram contingentibus per ipſum collectis vel etiam colligendis mille quingentos florenos auri tibi per te in ædificio & reparatione prædictis expendendos & diſpenſandos aſſignare procuret. Quocirca recipiendi ab ipſo ſummam florenorum prædictam, ipſumque quitandi & abſolvendi de hiis, quæ inde tibi duxerit aſſignanda, plenam diſcretioni tuæ concedimus tenore præſentium facultatem; tibi diſtrictius nihilominus injungentes, quatenus tam prædictam quam alias pecunias per te pro præmiſſis receptas vel recipiendas utiliter in ædificio & reparatione prædictis expendere ac in eis procedere ac procedi facere, ut celerius & melius divina prævia gratia poterit, non poſtponas.

Quam in Fabrica beneficium impendat utiliter.

Datum Avenioni Secundo Idus Martii, Anno Secundo.

Bona Monaſterii S. Martini in Montibus injuſte alienata mandat reſtitui, quamvis alienationes Literis Apoſtolicis in forma communi expeditis, fuerint confirmatæ.

Ex Copia authentica in Archivi noſtri Capitularis Capſ. 13. Faſc. 288.

In Nomine Dñi Amen. Hoc eſt exemplum cujuſdam Privilegii Papalis, cujus tenor talis eſt:

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Hugoni Ougerii Canonico Narbon. in Monte Flaſcone Balneoregen. Dioc. commoranti; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN CH. 1336.

Monachorum querelæ contra multiplicem bonorum alienationem.

AD audientiam noſtram pervenit, quod tam Dilecti Filii Abbas & Conventus Monaſterii Sancti Martini in Montibus prope Viterbium Ciſtercien. Ordinis, quam Prædeceſſores eorum, decimas, terras, domos, vineas, grangias, piſcarias, Caſtra, caſalia, prata, paſcua, nemora, ſtagna, lacus, molendina, jura, juriſdictiones, & quædam alia bona ipſius Monaſterii, datis ſuper hoc litteris, confectis exinde publicis inſtrumentis, interpoſitis juramentis, factis renunptiationibus, & pœnis adjectis, in gravem ejuſdem Monaſterii læſionem nonnullis Clericis, & Laycis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui dicuntur, ſuper hiis confirmationis litteras in forma communi a Sede Apoſtolica impetraſſe. Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de opportuno remedio providere, diſcreptioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ea, quæ de bonis ipſius Monaſterii per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite, vel diſtracta, non obſtantibus litteris, inſtrumentis, juramentis, pœnis, renunptiationibus, & confirmationibus ſupradictis, ad jus & proprietatem ejuſdem Monaſterii legitime revocare procures: Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

Bona illicite alienata mandat reſtitui.

Contradictores, & teſtes, qui difficiles ſe præbent, cenſura mulctantur.

Datum Avinion. vii. Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Quod

Quod Privilegium bullatum erat vera Papali Bulla plumbea pendent. cum cordula canapis, ab una parte cujus Bullæ duo capita erant, Cruce mediante, cum punctis circumcirca conſuetis, & lictera ſupra ipſa capita dicentes S. Pa. S. Pe.; *ab altera vero parte ipſius Bulla erant lictera dicentes*: Benedictus PP. XII.

Et ego Nicolaus Magiſtri Angeli Jannis Floris, auctoritate alma Urbis Præfecti Notarius, & Judex ordinarius prædictum exemplum prout inveni in dicto Papali Privilegio, & ejus Bulla, ita hic fideliter de verbo ad verbum exemplando ſcripſi, nil addens vel minuens quod veritatis ſubſtantiam immutaret; Et una cum providis Viris Licteratis, & Notariis, Magiſtro Angelo Quintavallis, Magiſtro Nicola Magiſtri Petri Maſſia, Magiſtro Angelo Dñi Fauſtini, atque Magiſtro Joanne Magiſtri Uguicionis Notario & Judice ordinario, dictum exemplum, cum dicto Privilegio, & Bulla originalibus ſuis legi, & auſcultavi; ſub Anno Dñi MCCCXXXVII. tempore Dñi Benedicti PP. XII. die xxvi. *Menſis Februarii Ind.* v. *Viterbii in domo heredum Cola Magiſtri Jacobi poſita juxta Plateam Communis Viterbienſis: Qui Judex ordinarius ſupra nominatus dicta auſcultationi, & actui legitimo ſuam auctoritatem interpoſuit & judiciale Decretum; De cujus mandato in hanc publicam ſormam redegi.*

Novum pro Baſilica inſtauranda pecuniarum ſubſidium ex Cameræ Apoſtolicæ proventibus percipiendum ſuppeditat.

Ex Regeſt. Epiſt. Secretior. Anni 2. Benedicti XII. Epiſt. 230. fol. 64. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Joanni Piſcis, Canonico Narbonen.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1336.

Baſilicæ inſtauratio, nova indiget ope.

PErcepto, quod pro habendis lignaminibus & aliis neceſſariis circa reparationem Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, pro qua te dudum ad partes illas miſimus, ſumma quinque milium florenorum auri eges, Dilecto Filio Stephano Laſcout. Clerico Sarlaten. Diœceſ., Patrimonii Beati Petri in Tuſcia, noſtro & Eccleſiæ Romanæ Theſaurario per alias damus litteras in mandatis, ut de proventibus Cameram noſtram contingentibus per ipſum collectis vel colligendis tibi hujuſmodi florenorum ſummam in ea tamen incluſis mille quingentis florenis, quos tibi pridem per eum pro eodem opere tradi mandavimus, ſtudeat aſſignare: Ideoque recipiendi ab eo ſummam ipſam, vel ea quæ tibi pro præmiſſis neceſſaria fuerint infra illam, ipſumque quitandi & abſolvendi de hiis quæ inde receperis ab eodem, tibi poteſtatem plenariam tenore præſentium concedentes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus lignamina & alia pro dicta reparatione neceſſaria de locis & partibus de quibus utilius & celerius poteris habere, procurans, ad perfectionem operis reparationis ejuſdem procedere, ſicut nos deſiderabiliter appetimus, non poſtponas.

Pontifex quinque florenorum millia largitur.

Altarario jus tribuit, ut pecuniam exigat, & opus perficiat.

Datum apud Pontem Sorgiæ Avenionen. Diœceſis iiii. Idus Auguſti, Anno Secundo.

Ejuſdem argumenti literæ ad Stephanum Laſcout., Romanæ Eccleſiæ Theſaurarium.

Ex Regeſt. Epiſt. Secret. Anni 2. Benedicti XII. Epiſt. 229. fol. 65. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Stephano Laſcout. Clerico Sarlaten. Diœceſ., Patrimonii Beati Petri in Tuſcia, noſtro & Eccleſiæ Romanæ Theſaurario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1336.

Quas Altarario dederat literas commemorat.

CUM Dilectus Filius Magiſter Joannes Piſcis Canonicus Narbonen., quem dudum ad Urbem pro reparatione Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ipſa, & aliis negotiis tranſmiſimus, quinque milibus florenis auri pro emendis lignaminibus & aliis pro reparatione prædicta neceſſariis indigere, ſicut accepimus, dinoſcatur; nos

opus

opus reparationis hujuſmodi conſummari celeriter, dirigente domino, cupientes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Canonico ſummam dictorum quinque milium florenorum de proventibus Cameram noſtram tangentibus, per te collectis vel etiam colligendis, incluſis tamen in ſumma hujuſmodi mille quingentis florenis auri, quos per te pridem eidem Joanni tradi pro eodem opere mandavimus, ſtudeas aſſignare. Nos autem eidem Canonico ſummam a te recipiendi hujuſmodi, teque quitandi & abſolvendi de hiis, quæ inde ſibi aſſignaveris per alias noſtras litteras concedimus poteſtatem. Volumus autem, quod ſuper aſſignatione quam exinde ſibi feceris, duo confici facias conſimilia publica Inſtrumenta, quorum uno penes te retento, reliquum ad prædictam mittere Cameram non poſtponas.

Pecuniæ ſumma Aliarario tradatur.

Solutionem exutio ſequatur.

Datum apud Pontem Sorgiæ Avenionen. Diœceſis Idibus Auguſti, Anno Secundo.

De quibuſdam negotiis agit, & pecuniam reparandæ S. Petri Baſilicæ impenſam commemorat.

Ex Regeſto Epiſt. Secretior. Anni 2. Benedicti XII. Epiſt. 339. fol. 92. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Bertrando Archiepiſcopo Obredunen., Apoſtolicæ Sedis Nuntio; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN CH. 1336.

Contra inobedientes ſeverius agendum.

Litterarum Fraternitatis tuæ Miſſarum nobis noviſſime ſerie diligentius intellecta, credimus expedire, quod ſi Mercennarius de Monteviridi, Gentilis de Camerino, & alii Tyramni Marchiæ non complendo promiſſa reperiantur incoſtantes & varii, adverſus eos fortificando & juſtificando proceſſus, eo quod non compleverint quæ juramentis interpoſitis & pœnis adjectis promiſerant, & alias ſicut prudentiæ tuæ videbitur expedire, procedas; te quidem prudenter agere, quod proceſſus per te alias contra ipſos relaxare non intendis, donec tibi plenius & perfectius de ipſorum obedientia conſtiterit, reputamus. Super hiis autem, quæ de ſtipendiariis equitibus & peditibus habendis & tenendis in Marchia, & aliis quæ circa hujuſmodi articulum in tuis prædictis litteris adjeciſti, deliberatione pleniori præhabita, intendimus ordinare quod utilius cognoverimus, & inde tibi noſtram deliberationem hujuſmodi reſcribere * voluntatem. Sed non ſufficimus admirari ſi proventus illius Provinclæ ad ea minime poſſint ſufficere, quæ ibidem pro ejuſdem neceſſitatibus ſunt agenda, cum olim ultra hæc conſueverit non modica dictorum proventuum quantitas ad Cameram Apoſtolicam provenire. Porro de illa pecunia, quæ dicebatur eſſe in Patrimonio, non oportet loqui de cetero, cum ipſa vel major pars ipſius ad opus reparationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe de mandato noſtro jam extiterit aſſignata. Theſaurario autem Marchiæ, quod ſit circa officium exercendum ſolicitus & attentus, per venerabiles Fratres Gaſpertum Archiepiſcopum Arelatenſem Camerarium & Joannem Epiſcopum Avinionenſem Theſaurarium noſtros ſcribi mandavimus invective; qui ſi ſe non correxerit taliter quod eum merito inſufficientem reputes, aculeos procul dubio ſentiet duriores, cum nolimus officia per negligentiam vel inſufficientiam Officialium deperire. Ceterum cum ſuper ſingulis occurrentibus in eis partibus, utpote nobis innotis, deſignando quid agendum ſit tibi ſcribere nequeamus, tu qui velut in Scola experientiæ conſtitutus, illorum habere potes notitiam pleniorem, ac negotiorum qualitates, perſonarum conditiones, & ſtatum Patriæ plenius didiciſti, ordine procedas & exequaris, prout honori Dei & Eccleſiæ ac rei utilitati publicæ ſuper eis, cum occurrerint, cognoveris expedire. Propter hæc tamen non excludimus, quominus nos poſſis & debeas conſulere ſuper hiis, de quibus abſque moræ periculo cognoveris oportunum.

Circa milites ad Marchiæ cuſtodiam, eorumque ſtipendia nihil decernit.

* *Sic.*

Major pecuniæ pars, quæ ex Patrimonio colligitur, in Baſilicæ Vaticanæ reparationem expendenda.

Alia negotia Nuncii prudentiæ expedienda relinquit.

Datum Avenioni ii. Nonas Octobris, Anno Secundo.

De

De lignis, quæ Lateranenſi & Vaticanæ Baſilicis reparandis aſſignata fuerant, nonnulla decernit.

Ex Regeſto Epiſt. Secret. Anni 3. Benedicti XII. Epiſt. 113. fol. 33. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Joanni Piſcis, Canonico Narbonen., Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1337.

Parcior lignorum ad Baſilicam Lateranenſem inſtaurandam ſit uſus.

Quæ, pro Lateranenſi Baſilica inſerviunt ligna ad Vaticanam non transferantur, & viciſſim.

Pro faciliori lignorum tranſlatione dat literas.

INtellecto, quod quædam lignamina dudum ad Eccleſiam Lateranen. pro ſtructuræ reparatione ipſius, qua plurimum aſſeritur indigere, conducta, inutiliter & periculoſe conſervantur ibidem; Volumus, ut ipſa lignamina, quantum ſufficere poterunt in reparationem ejuſdem Eccleſiæ, prout magis neceſſarium vel utile cognoveris, præſertim in locis ubi divina Officia in eadem Eccleſia celebrantur, convertere ſtudeas diligenter, aliud opus non inchoando in Eccleſia ipſa præſentialiter, ac ſummopere præcavendo, ne illa quæ pro reparatione ipſius Lateranenſis Eccleſiæ deputata ſunt vel deputabuntur impoſterum, in fabricam vel reparationem Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe non ponas, vel etiam viceverſa. Rurſus pro lignaminibus pro reparatione dictæ Baſilicæ neceſſariis deferendis & conducendis tam patentes quam clauſas, ut petiiſti, mittimus litteras oportunas; quare ut eadem Fabrica perficiatur laudabiliter & feliciter, elaborare ſedulo non poſtponas; Nobis quid ſuper prædictis & eorum ſingulis egeris, nihilominus reſcripturus.

Datum Avenioni Idibus Maji, Anno Tertio.

Duo florenorum millia in Vaticanæ Baſilicæ reparationem impendenda, Joanni Piſcis ab Eccleſiæ Romanæ Theſaurario tradi jubet.

Ex Reg. Ep. Secret. Anni 3. Benedicti XII. Ep. 114. fol. 34. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Hugoni Cornuti Decano Ruperforten. Carnoten. Diœceſis, Patrimonii Beati Petri in Tuſcia noſtro & Eccleſiæ Romanæ Theſaurario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1337.

Altararius novo indiget pecuniarum ſubſidio;

Quæ tradi jubet.

De ſumma tradita Theſaurarius abſolvatur.

CUM Dilectus Filius Magiſter Joannes Piſcis Canonicus Narbonen., quem dudum ad Urbem pro reparatione Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe prædicta ſpecialiter deſtinavimus, pro lignaminibus & aliis ad reparationem prædictam neceſſariis indigere certa quantitate pecuniæ, ſicut ejus inſinuatione percepimus, dinoſcatur; Volumus & diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de pecuniis tibi per Dilectum Filium Stephanum Laſcout olim Patrimonii Beati Petri in Tuſcia noſtrum & Eccleſiæ Romanæ Theſaurarium, tuum in officio ipſo prædeceſſorem dimiſſis, duo milia florenorum auri præfato Magiſtro Joanni ſtudeas aſſignare. Nos enim eidem hujuſmodi ſummam pecuniæ a te recipiendi, teque de illa cum eam aſſignaverit, quitandi & abſolvendi per alias litteras concedimus poteſtatem. Volumus autem quod ſuper aſſignatione ipſa duo confici facias publica Inſtrumenta, quorum uno penes te retento, reliquum ad noſtram mittere Cameram non ommittas.

Datum Avenioni Idibus Maji, Anno Tertio.

De iis quæ in ſuperiori Diplomate ſtatuerat, Joannem Piſcis certiorem facit.

Ex Reg. Ep. Secret. Anni 3. Benedicti XII. Ep. 115. fol. 34. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Joanni Piſcis Canonico Narbonen., Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1337. *Nova pecunia ad Baſilicæ reparationem, neceſſaria.*

TUA inſinuatione percepto, quod tu, quem dudum ad Urbem pro reparatione ſtructuræ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe prædicta ſpecialiter deſtinavimus, pro lignaminibus & aliis ad reparationem prædictam neceſſariis certa quantitate pecuniæ noſceris indigere; Dilecto Filio Hugoni Cornuti Decano Rupeforten. Carnoten. Diœceſis, Patrimonii Beati Petri in Tuſcia noſtro & Eccleſiæ Romanæ Theſaurario damus noſtris litteris in mandatis, ut tibi duo milia florenorum auri de certis pecuniis Cameram noſtram contingentibus, quas apud ſe habere noſcitur, ſtudeat aſſignare. Ideoque tibi hujuſmodi duorum milium florenorum auri ſummam ab eodem Theſaurario recipiendi, eumque quitandi & abſolvendi de ſumma ipſa, cum eam tibi duxerit aſſignandam, plenam tibi concedimus tenore præſentium facultatem. Tu vero eandem ſummam ſic utiliter & fideliter procures expendere ac diſpenſare in reparatione prædicta, quod a Deo, cujus in hac parte res agitur, conſequaris meritum, & præfatæ Cameræ fidelem & legitimam de ſumma prædicta, & aliis quæ in reparatione prædicta expenderis, reddere valeas rationem.

Mandatum Pontificis de duobus florenorum auri millibus perſolvendis.

Altarario jus tribuit ut pecuniam accipiat, & Theſaurarium abſolvat.

Datum Avenioni Idibus Maji, Anno Tertio.

Ut ea quæ ex Calabriæ partibus & aliunde petenda erant ligna & inſtrumenta ad inſtaurandam S. Petri Baſilicam neceſſaria, facile comparentur & abſque ulla vectigalium ſolutione in Urbem deferantur, Robertum Siciliæ Regem enixe rogat.

Ex Reg. Ep. Secret. Anni 3. Benedicti XII. Ep. 116. fol. 34. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Cariſſimo in Chriſto Filio Roberto Regi Siciliæ Illuſtri; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1337. *Regis pietatem commendat.*

TAnto te, fili cariſſime, fidentius & libentius ad pia juvanda opera precibus & exhortationibus noſtris inducimus, quanto te, cujus ſalutem appetimus, ad id reperire confidimus promptiorem. Dudum ſiquidem non ſine magna compaſſione percepto, quod veneranda Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, propter vetuſtatem ſtructuræ ipſius, evidentibus periculoſæ ruinæ diſpendiis ſubjacebat, ad reparationem ipſius convertimus ſtudium mentis noſtræ; ac tandem cupientes quod tam pie conceperamus ſuper hiis perducere divina ſuffragante gratia in effectum, Dilectum Filium Magiſtrum Joannem Piſcis Canonicum Narbonen., doctum & expertum in talibus, ad eandem Baſilicam pro reparatione promovenda & dirigenda hujuſmodi providimus ſpecialiter deſtinandum, qui licet in reparatione ac reſtauratione ipſius Baſilicæ aliquandiu multum utiliter non ſine grandium noſtræ Cameræ profluviis expenſarum proceſſerit, adhuc tamen magna ejuſdem ſtructuræ pars reſtat, ſicut idem Canonicus nobis intimare ſtuduit reparanda. Cum autem ipſe certam quantitatem lignaminum ad hoc neceſſariorum de Calabriæ & certis aliis partibus per certas perſonas haberi ordinaverit pro Fabrica ſtructuræ hujuſmodi, & ad Baſilicam memoratam deferri, Regiam excellentiam attentius deprecamur, quatenus per oportuni favoris & auxilii promptam & devotam aſſiſtentiam in hac parte te pii operis hujuſmodi participem conſtituens & conſortem, memoratis perſonis, earumque factoribus & Nuntiis tranſeundi libere cum animalibus & rebus ſuis per Terras & Aquas partium Regni & Terrarum tuorum pro procurandis, habendis, deferendis, ac conducendis dictis lignaminibus, & inſtrumentis arti-

Baſilicæ ædificium, ut inſtauretur, ruinæ proximum.

Regem hortatur, ut ad ligna ex Calabriæ partibus exportanda, liberum ac expeditum concedat tranſitum.

artificialibus, quæ ſibi circa hæc oportuna fuerint, ad Baſilicam ſupradictam, abſque omni Pedagio & Gabella ſeu alia exactione quacumque, ſecuritatem & licentiam velit liberaliter Regia Sublimitas pro Divina, ac noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia concedere, ac ſuper hoc omnibus & ſingulis Juſtitiariis (a), Nobilibus, Communitatibus & Univerſitatibus, & aliis de quibus expediens extiterit, deſtinare patentes litteras Regias oportunas.

Datum Avenioni Idibus Maji, Anno Tertio.

Ejuſdem Argumenti ad Sanciam Siciliæ Reginam dat literas.

Ex Regeſto Epiſtol. Secret. Anni 3. Benedicti XII. Epiſt. 117. fol. 34. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Cariſſimæ in Chriſto Filiæ Sanciæ Reginæ Siciliæ Illuſtri; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN CH. 1337. *Sancia Reginæ pietas.*

Tanto te, filia cariſſima, fidentius & libentius ad pia juvanda opera precibus & exhortationibus noſtris inducimus, quanto te, cujus ſalutem appetimus, ad id reperire confidimus promptiorem. Dudum ſiquidem non ſine magna compaſſione percepto, quod veneranda Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, propter vetuſtatem ſtructuræ ipſius, evidentibus periculoſæ ruinæ diſpendiis ſubjacebat, ad reparationem ipſius convertimus ſtudium mentis noſtræ; ac tandem cupientes quod tam pie conceperamus ſuper hiis, perducere divina ſuffragante gratia in effectum, dilectum filium Magiſtrum Joannem Piſcis Canonicum Narbonen., doctum & expertum in talibus, ad eandem Baſilicam pro reparatione promovenda & dirigenda hujuſmodi providimus ſpecialiter deſtinandum, qui licet in reparatione ac reſtauratione ipſius Baſilicæ aliquandiu multum utiliter non ſine grandium noſtræ Cameræ profluviis expenſarum proceſſerit, adhuc tamen magna ejuſdem ſtructuræ pars reſtat, ſicut idem Canonicus nobis intimare ſtuduit, reparanda. Cum autem ipſe certam quantitatem lignaminum ad hoc neceſſariorum de Calabriæ, & certis aliis partibus per certas perſonas haberi ordinaverit pro fabrica ſtructuræ hujuſmodi, & ad Baſilicam memoratam deferri; Cariſſimo in Chriſto filio noſtro Roberto Regi Siciliæ Illuſtri, Viro tuo dirigimus preces noſtras, ut per oportuni favoris & auxilii promptam & devotam aſſiſtentiam in hac parte ſe pii operis hujuſmodi participem conſtituens & conſortem, memoratis perſonis, earumque factoribus & nuntiis tranſeundi libere cum animalibus & rebus ſuis per terras & aquas partium Regni & Terrarum ſuorum pro procurandis, habendis, deferendis ac conducendis dictis lignaminibus, & inſtrumentis artificialibus, quæ eidem Canonico circa hæc oportuna fuerint, ad Baſilicam ſupradictam, abſque omni pedagio & gabella ſeu alia exactione quacumque ſecuritatem & licentiam velit liberaliter Regia Sublimitas pro Divina, ac noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia concedere, ac ſuper hoc omnibus & ſingulis Juſtitiariis, Nobilibus, Communitatibus & Univerſitatibus, & aliis de quibus expediens extiterit, deſtinare patentes litteras Regias oportunas. Quocirca Serenitatem tuam attente rogamus, quatenus quanti mercedem præmii ex præmiſſis, ſi ea devote promoveris, apud Deum poteris acquirere conſiderans, diligenter tam erga Regem eundem, quam etiam prout ad te, filia dilectiſſima, pertinuerit, per te ipſam circa prædicta, ut votivis mancipentur effectibus, cures pro noſtra & ejuſdem Sedis reverentia, tuæque animæ ſalutis obtentu, efficaciter interponere partes tuas.

Pontificis pro reparatione Baſilicæ ſolicitudo.

Ligna quamplurima ad id operis neceſſaria ex Calabriæ partibus adducenda.

Pontificis litteræ ad Siciliæ Regem pro facili ac libero lignorum tranſitu.

Reginam hortatur, ut & ipſa, ſua apud regem interponat officia.

Datum Avenioni Idibus Maji, Anno Tertio.

Genera-

(a) Nempe Judicibus tum in Siciliæ Regno, tum etiam alibi ita nuncupatis. Adeundum Cangii Gloſſarium.

Generales ejuſdem argumenti literæ.

Ex Regeſt. Epiſtol. Secret. Anni 3. Benedicti XII. Epiſt. 118. fol. 34. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis Epiſcopis, & Dilectis Filiis electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpoſitis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Rectoribus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ipſorumque Viceſgerentibus, Capitulis quoque, Conventibus, ceteriſque Perſonis Eccleſiaſticis, Regularibus & ſecularibus, exemptis & non exemptis, Ciſtercien., Cluniacen., Premonſtraten., Camaldulen., Sanctorum Benedicti & Auguſtini, & aliorum Ordinum ac Domorum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani (a), Sanctæ Mariæ Theutonicorum (b), Calatraven. (c), & Humiliatorum (d) Magiſtris, Prioribus & Præceptoribus, necnon Nobilibus Viris, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Seneſcallis (e), Juſtitiariis (f), Poteſtatibus, Capitaneis, Rectoribus, ceteriſque Dominis temporalibus, Univerſitatibus quoque & Communitatibus Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum quoruncumque locorum, & aliis Univerſis & ſingulis, ad quos præſentes literæ pervenerint; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1337.

Altararius Baſilicæ curat ligna in uſum fabricæ ex Calabria partibus in Urbem deferri.

CUM Dilectus Filius Magiſter Joannes Piſcis, Canonicus Narbonenſis, quem dudum ad Venerandam Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe pro reparatione ac reſtauratione ſtructuræ ipſius, quæ propter vetuſtatem evidentibus ruinæ magnæ ſubjacebat periculis, promovenda & dirigenda providimus ſpecialiter deſtinandum, certam quantitatem lignaminum de Calabriæ & certis aliis partibus pro reparatione neceſſariorum hujuſmodi per certos mercatores haberi, deferri & conduci ordinaverit ad Baſilicam memoratam; Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & in Domino attentius exhortamur, quatenus præfatos mercatores, eorumque Procuratores & Nuncios, cum per terras, diſtrictus, portus, & loca veſtra tranſiverint pro dictis procurandis, habendis & deferendis lignaminibus, benigne recommendatos habentes, nullam eis inferatis moleſtationem, injuriam vel offenſam, nec ab aliis quantum in vobis fuerit permittatis inferri; ſed eos potius cum dictis lignaminibus ac inſtrumentis artificialibus circa præmiſſa quomodolibet oportunis, ſuiſque bonis & rebus tranſire, dictaque deferre lignamina pro divina & noſtra Sediſque Apoſtolicæ reverentia, abſque onere Pedagii vel Gabellæ ſeu alia exactione quacumque, libere permittatis; eis de ſecuro conductu, ſi a vobis illum petierint, ſic prompte nihilominus proviſuri, quod præter perennis mercedem præmii, noſtram & ejuſdem Sedis gratiam valeatis uberius promereri.

Pontifex hortatur, ut ſine moleſtia, ac onere ligna deferantur.

Datum Avenioni Idibus Maji, Anno Tertio.

Pro

(a) Ordinem innuit Equitum, qui vulgo *Melitenſes* nuncupantur.

(b) Qui ad ſuſcipiendos pauperes, peregrinos & infirmos, ex Teutonica gente ſeu ex Germania oriundos, inſtituti fuerant anno 1191. Vide Petrum de Dusburg in ſuo Chronico Pruſſiæ.

(c) Calatravenſem Ordinem a Calatrava Urbe ſic appellatum, an. Chriſti 1164. Beatus Raymundus Abbas Fiterii condidit ad Chriſtianorum tutelam adverſus Saracenos; quemadmodum, Aub. Miræus, & P. Labbè in Origin. Ord. Equeſtr., aliique demonſtrant.

(d) Quorum Ordinem Innocentius III. confirmavit, verum S. Pius V. ob inſidias Beato Carolo Borromæo ab eiſdem paratas, abolevit.

(e) Horum officia ac juriſdictionem deſcribit Cangius in ſuo Gloſſario.

(f) De quibus in præallata ad Robertum Siciliæ Regem Epiſtola.

(a) Quo

Pro comparandis, atque in Urbem deferendis lignis, rebuſque aliis ad reparandam S. Petri Baſilicam neceſſariis, Joannem Epiſcopum Anagnin. & Joannem Piſcis Altararium oportunis facultatibus inſtruit.

Ex Regeſt. Epiſtol. Secret. Anni 3. Benedicti XII. Epiſt. 119. fol. 35. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Joanni Epiſcopo Anagnin., noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario, & Dilecto Filio Magiſtro Joanni Piſcis Canonico Narbonen., Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1337. *Altararius ad Baſilicam ruinæ proximam, inſtaurandam, ligna ad opus neceſſaria, ex Calabriæ partibus comparat.*

TUA, Fili Altararie, inſinuatione percepimus, quod tu, quem dudum ad Venerandam Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe pro reparatione ac reſtauratione ſtructuræ ipſius, quæ propter vetuſtatem evidentibus ruinæ magnæ ſubjacebat periculis, promovenda & dirigenda providimus deſtinandum, certam quantitatem lignaminum de Calabriæ ac quibuſdam aliis partibus pro ipſa reparatione neceſſariorum per certos mercatores procurari, haberi, deferri, & conduci ad Baſilicam ordinaſti prædictam. Nos igitur cupientes ejuſdem Baſilicæ Fabricam proſperari, ut pro eiſdem lignaminibus ad eam neceſſariis procurandis liberius & facilius, ac habendis, quoſvis Eccleſiarum Prælatos & perſonas Eccleſiaſticas, etiamſi Pontificali vel quacumque alia præfulgeant dignitate, necnon Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Nobiles, Juſtitiarios, Bailivos, Poteſtates, Capitaneos, & alios Dominos temporales, & perſonas quaſcumque, ac inſuper Communitates & Univerſitates Civitatum, Caſtrorum, Terrarum, & aliorum quorumcumque locorum generaliter vel ſpecialiter, quando, quoties, & ubi vobis expedire videbitur, ex parte noſtra poſſitis rogare, monere, requirere, ſeu exhortari, ut eoſdem Mercatores, quos, tu Altararie prædicte, propterea duxeris deſtinandos, cum per terras, diſtrictus, portus, & loca ipſorum, per terram vel aquam tranſiverint pro dictis procurandis, habendis, & deferendis lignaminibus benigne recommendatos habentes, nullam eis inferant moleſtationem, injuriam vel offenſam, nec ab aliis, quantum in eis fuerit, permittant inferri; ſed eos potius cum dictis lignaminibus ac inſtrumentis artificialibus circa præmiſſa quomodolibet oportunis, ſuiſque bonis & rebus tranſire, dictaque lignamina deferre libere ab onere Pedagii vel Gabellæ ſeu alia exactione quacumque, pro divina, & noſtra, Sediſque prædictæ reverentia, ſuarumque animarum ſalutis obtentu permittant, eis de ſecuro conductu, ſi eo forſan indigeant, nihilominus proviſuri; plenam vobis & veſtrum cuilibet in ſolidum concedimus tenore præſentium facultatem.

Ut libera & expedita ſit lignorum tranſlatio, jus tribuit, ut Pontificis nomine ad eos, quorum intereſt, hortatoriæ ſcribantur literæ.

Datum Avenioni Idibus Maji, Anno Tertio.

Univerſis Chriſtifidelibus, qui ad inſtaurandam S. Petri Baſilicam pia eleemoſynarum ſubſidia contulerint, centum dies de injunctis pœnitentiis ad biennium relaxat.

Ex Reg. Ep. Secret. Anni 3. Benedicti XII. Ep. 120. fol. 35. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1337. *Potiſſima Pontificis cura, ut fideles ad inſtaurandam S. Petri Baſilicam manus porrigant adjutrices.*

ETſi Eccleſiarum Fabricis manum porrigere adjutricem, pium apud Deum & meritorium reputantes, frequenter Chriſtifideles ad impendendum Eccleſiis ipſis hujuſmodi auxilium, noſtris moneamus litteris & hortemur, & ut ad id fortius animentur, quo magis ex eis animarum profectum ſe ſenſerint adipiſci, nonnunquam pro hiis temporalibus ſuffragiis ſpiritualia munera eis, videlicet remiſſiones & indulgentias

Baſilica Sancti Petri ceteris mundi Eccleſiis, tamquam earum caput honorabilior.

tias largiamur; ad Fabricam tamen venerandæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, cui ad præſens opere non modicum ſumptuoſo intenditur, eo magis tenemur intuitum convertere mentis noſtræ, quo præ ceteris Mundi Eccleſiis velut caput earum honoribus eſt proſequenda præcipuis, & favoribus amplianda. Cupientes igitur Fabricam reparationis ejuſdem Baſilicæ feliciter & celeriter, adjuvante Domino, perfici & compleri, Univerſitatem veſtram rogamus & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis a Deo vobis collatis, ad opus dictæ Fabricæ pias elemoſinas & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram opus hujuſmodi citius & felicius valeat conſummari: Voſque per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad hujuſmodi conſummationem operis manus porrexerint adjutrices, centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus: Præſentibus poſt biennium minime valituris, quas mitti per quæſtores diſtrictius inhibemus; eas, ſi ſecus actum fuerit, carere viribus decernentes.

Fideles hortatur, ut in opus fabricæ ſubſidia conferant.

Iis qui eleemoſynas ſuppeditaverint, Indulgentias ad certum tempus concedit.

Datum Avenioni Idibus Maji, Anno Tertio.

Canonicatum ac Præbendam in Vaticana Baſilica Paulo de Sanctavictoria, modo reperiatur idoneus, conferri demandat.

Ex Reg. Anni 3. part. 1. Epiſt. Com. Benedicti XII. Epiſt. 95. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

*Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Hugoni Augerii * Canonico Narbonen. Rectori Patrimonii Beati Petri in Tuſcia; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

* *Al.* Ogerii.

AN. CH. 1337.

Canonicatus Baſilicæ Vaticanæ per obitum Cardinalis S. Theodori vacat.

Dignum arbitramur & congruum, ut illis ſe reddat Sedes Apoſtolica gratioſam, quibus nobilitas generis, vitæ ac morum honeſtas & alia propria virtutum merita laudabiliter ſuffragantur. Cum itaque Canonicatus & Præbenda Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quos bonæ memoriæ Joannes Sancti Theodori Diaconus Cardinalis ex conceſſione dictæ Sedis in eadem Baſilica, dum viveret, obtinebat, per ipſius obitum, qui dudum apud eandem Sedem diem clauſit extremum (a), apud Sedem ipſam vacare noſcantur ad præſens, nulluſque præter nos de ipſis poſſit hac vice diſponere, pro eo quod nos dudum vacationem hujuſmodi, omnes Canonicatus & Præbendas, ceteraque Beneficia Eccleſiaſtica tunc apud dictam Sedem vacantia & inantea vacatura diſpoſitioni noſtræ ſpecialiter reſervantes, decrevimus ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contigeret attentari; nos volentes Dilectum Filium Paulum Franciſci de Sanctavictoria Rectorem Sancti Salvatoris, & Sanctæ Mariæ in Pompenario, ac Sancti Petri de Stincho Eccleſiarum invicem unitarum Firman. Diœceſis, qui ætatis vigintiquinque annorum & ultra, necnon litteraturæ ſufficientis & idoneæ in grammaticalibus & dictamine rectorico exiſtere dicitur, quique de præmiſſis & aliis ſuarum virtutum meritis apud nos fide dignorum teſtimonio commendatur, favoribus proſequi gratioſis; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi ſimpliciter & de plano ipſum Paulum ad hoc ydoneum eſſe repereris, prædictos Canonicatum & Præbendam ſic vacantes cum plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Paulo auctoritate noſtra conferre & aſſignare procures, inducens eum per te vel alium ſeu alios in corporalem poſſeſſionem dictorum Canonicatus & Præbendæ, ac jurium & pertinentiarum ipſorum, & defendens inductum amoto exinde quolibet detentore, ac faciens ipſum vel dictum Procuratorem pro eo ad dictam Præbendam in eadem Baſilica in Canonicum recipi & in Fratrem, Stallo ſibi in Choro & loco in Capitulo ipſius Baſilicæ cum dicti juris plenitudine aſſignatis, ſibique de ipſorum Canonicatus & Præbendæ fructibus, redditibus, proven-

Paulus de S. Victoria in Canonicum deſignatur.

Ejus virtutes ac merita.

In Canonicatus poſſeſſionem immitti decernit.

(a) Quo tempore e vivis abierit Joannes Gayetanus S. Theodori Diaconus Cardinalis, de quo in præſenti Bulla ſermo eſt; veteris Ms. fragmentum a Turrigio in Lib. de Cryptis Vatic. pag. 161. relatum, declarat his verbis: *Tertio Kal. Septemb. anno Domini 1334. tertia Indictione Menſ. Aug. obiit Reverendiſſimus Pater Joannes Gayetanus de Domo Urſinorum, S. Theodori Diac. Card., Concanonicus noſter, cujus Corpus requieſcit apud ſuam Cappellam S. Mariæ Prægnantium, ſitam in noſtra Baſilica &c.* Legeſis prælaudatum Turrigium loco citato.

(a) Sil-

Digitized by Google

Quæ obeſſe poſſunt, conſuetudines, ſtatuta ac privilegia, nequaquam obſtare decernit.

proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo; Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus ejuſdem Baſilicæ contrariis, juramento, confirmatione dictæ Sedis vel quacumque firmitate alia roboratis; aut ſi aliqui Apoſtolica vel alia quavis auctoritate in eadem Baſilica in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant; ſeu ſi ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & Præbendis in ipſa Baſilica ſpeciales, vel de Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & Decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus in aſſecutione dictorum Canonicatus & Præbendæ ipſum Paulum volumus anteferri; ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Canonicatuum & Præbendarum, ac Beneficiorum aliorum præjudicium generari; ſeu ſi Dilectis Filiis Capitulo dictæ Baſilicæ, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a prædicta ſit Sede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint, vel quod de Canonicatibus & Præbendis ipſius Baſilicæ, ac aliis Beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem aut quamvis aliam diſpoſitionem, conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi noſtræ gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis; aut ſi dictus Paulus præſens non fuerit ad præſtandum de obſervandis Statutis & conſuetudinibus ejuſdem Baſilicæ ſolitum juramentum, dummodo in abſentia ſua per Procuratorem ydoneum, & cum ad Baſilicam ipſam acceſſerit corporaliter illud præſtet; ſeu quod idem Paulus ſicut aſſerit, Sancti Salvatoris, Sanctæ Mariæ in Pompenario, & Sancti Petri de Stincho Eccleſias invicem unitas prædictas, quæ tenentur ab aliis per violentiam occupatæ, noſcitur obtinere de jure. Volumus autem, quod dictus Paulus quamprimum vigore præſentis gratiæ dictos Canonicatum & Præbendam præfatæ Baſilicæ pacifice fuerit aſſecutus, prædictas Sancti Salvatoris, Sanctæ Mariæ in Pompenario, & Sancti Petri de Stincho Eccleſias, quas ut præmittitur, obtinet, quaſque ex tunc vacare decernimus, omnino, prout etiam ipſe ad id ſe ſponte obtulit, dimittere teneatur. Nos enim ſi dictus Paulus ydoneus ad hoc per te repertus fuerit, ut præfertur, perinde irritum, prout eſt, decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, attentatum forſan eſt hactenus, vel contigerit impoſterum attentari, acſi nos dictos Canonicatum & Præbendam eidem Paulo cum interpoſitione decreti duxiſſemus ſpecialiter conferendos.

Inſtitutus Canonicus alias, quas poſſidet Eccleſias, dimittat; ſin minus vacent ipſo jure.

Datum Avenioni ii. Kalendas Auguſti, Anno Tertio.

Monaſterium S. Martini in Montibus multa preſſum inopia, ab ea pecuniarum ſumma, quam Apoſtolicæ Cameræ debet, abſolvi poſſe concedit, modo id rationi ac æquitati ſit conſentaneum.

Ex Regeſt. Anni 3. part. 2. Epiſt. Com. Benedicti XII. Epiſt. 433. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Hugoni Augerii Canonico Narbonen. Rectori Patrimonii Beati Petri in Tuſcia; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1337.

Dudum Dilecti Filii Abbas & Conventus Montis Sancti Martini in Montibus prope Viterbium Ciſtercien. Ordinis nobis exponere curaverunt, quod Civitate Viterbien. olim in ſtatu pacifico exiſtente, Abbas dicti Monaſterii qui tunc erat, recepit & habuit de pecunia Decimæ Sedis Apoſtolicæ uſque ad ſummam ſexcentorum florenorum auri, quam fideliter pro Romana Eccleſia conſervabat; quodque poſtmodum quondam Silveſter Gattus (a) de Viterbio, tam Civitatem, quam Monaſte-

Magna vis auri ex Cameræ proventibus, penes Abbatem depoſita.

(a) Silveſter Gattus Viterbii Civis, dominatum, verius tyrannidem in Urbem ac Patriam exercere cœpit anno 1316., Buſſio Hiſtorico referente.

(a) Ca-

Graves per Gattum in Monaſterium inferuntur injuria.

naſterium prædicta per ſe ſuoſque complices tiramnice occupavit, expulſis & ejecto Abbate dicti Monaſterii de ipſo, & rebus omnibus ſpoliatis, poſitiſque quibuſdam ejuſdem Silveſtri complicibus in tenuta & cuſtodia Monaſterii antedicti, & deinde non ſolum ſublata per Turellam de Viterbio præfati Silveſtri ſatellitem dicta pecunia Decimæ, ſed etiam omnibus bonis mobilibus, ornamentis & Vaſis ac Libris ejuſdem Monaſterii ſacrilege aſportatis, abductis Animalibus & expoſitis cunctis rebus aliis in prædam, Caſtrum Sancti Salvatoris ad præfatum Monaſterium pertinens (*a*), ſpoliatis & ejectis laboratoribus ex eodem, per tirannum prædictum ejuſque complices ignis extitit incendio concrematum; propter quæ dictum Monaſterium ad tantam inopiam fuit deductum, quod Abbas & Conventus præfati, qui poſt mortem dicti Tiramni (*b*) ad Monaſterium redierunt, non habuerunt unde ipſum ſuſtentari valerent; & ulterius quod de magna parte pecuniæ dictæ Decimæ fuerat certis Theſaurariis Patrimonii Beati Petri in Tuſcia pro eadem Eccleſia ſatisfactum, & quod bonæ memoriæ Rayuerius Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diaconus Cardinalis (*c*) olim in eodem Patrimonio & certis aliis Eccleſiæ memoratæ Provinciis Romani Pontificis Viceſgerens, receperat mutuo pro negotiis ejuſdem Eccleſiæ ab Abbate qui tunc erat, & Conventu ſupradicti Monaſterii, diverſis vicibus tam in pecunia quam in Bladis, uſque ad valorem quatuor milium & nonaginta duarum librarum Senen. minutorum, ad quorum reſtitutionem faciendam ſe ac dictam Romanam Eccleſiam præfato Monaſterio ſolemniter obligavit. Quare cum hujuſmodi pecunia exigeretur ab eis, nobis humiliter ſupplicarunt Abbas & Conventus prædicti, ut cum eos oporteret non ſolum victum quærere, ſed etiam Vaſa, Libros, Cruces, Calices, & alia ornamenta pro divino cultu neceſſaria procurare, dignaremur eiſdem compatiendo benigne, ſuper hiis de oportuno remedio providere. Nos igitur tunc intellecta ſupplicatione hujuſmodi, attendentes quod tu de præmiſſis habere in eis partibus poteras notitiam pleniorem, tibi per noſtras certi tenoris litteras duximus committendum, ut de prædictis & eorum ſingulis ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura judicii plenaria informatione, auctoritate noſtra, recepta, nobis quicquid te reperire ſuper eis contingeret, procurares per tuas litteras vel alia documenta legitima intimare. Sane cum tu litteris noſtris prædictis receptis, ad informationem hujuſmodi faciendam proceſſeris, illamque nobis remiſeris juxta continentiam litterarum ipſarum, nos eam quam videri fecimus & relationem de contentis in ipſa nobis fideliter factam audivimus, tibi ſpecialiter remittentes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus viſa & diligenter examinata informatione prædicta, quod rationi & æquitati convenire ſuper præmiſſis cognoveris, decernere ac ordinare auctoritate prædicta procures, quod in hac parte decreveris & ordinaveris faciendo nihilominus firmiter obſervari.

Caſtrum Sancti Salvatoris incendit.

Aliqua depoſitæ pecuniæ portio jam ſoluta.

Monaſterii ad Pontificem ſupplex petitio.

Pontifex vult certior fieri.

Cauſam dirimendam Delegati arbitrio relinquit.

Datum Avenioni x. Kalendas Novembris, Anno Tertio.

Illicitas alienationes Bonorum ac jurium Monaſterii S. Martini in Montibus revocat; ipſumque Monaſterium ad primæva jura ac bona reſtituit.

Ex Autogr. in Archiv. Baſil. Vatic. Capſ. 13. Faſc. 288.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Archipresbytero Eccleſiæ Viterbien.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1335.

Monaſterium S. Martini Bona ac jura diſtrahit quamplurima.

Ad audientiam noſtram pervenit, quod tam dilecti filii Abbas, & Conventus Monaſterii Sancti Martini in Montibus prope Viterbium Ciſtercien. Ordinis, quam prædeceſſores eorum decimas, terras, Grancias, piſcarias, Caſtra, caſalia, prata, paſcua, nemora, lacus, molendina, jura, juriſdictiones, & quædam alia bona ipſius Mona-

(*a*) Caſtrum S. Salvatoris in Orcle, cujus ruinæ adhuc viſuntur in Territorio Vetrallæ, hæc Bulla deſignat. Quum ex Innocentii III. Diplomate, quod ſuo loco typis ſubjecimus, indubium ſit, pinguia latifundia ex Innocentii largitione in Monaſterium S. Martini fuiſſe tranſlata, haud temere ſuſpicamur, & ipſum Caſtrum fundis conterminum ejuſdem Pontificis beneficentia in jus & proprietatem ipſiuſmet Monaſterii perveniſſe.

(*b*) Cædem Silveſtri Gatti, cujus Tyrannidem jam ferre non poterant Viterbii cives, in an. 1329. rejicit memoratus Buſſius Hiſtoricus.

(*c*) Sive nomen, ſive titulum, ſive munus inſpicias, nemo alius, præter Raynerium Capoccia Viterbienſem, S. Mariæ in Coſmedin Diaconum Cardinalem, ac Sedis Apoſtolicæ in Tuſcia Legatum, poteſt intelligi.

(*a*) Ur-

Monaſterii, datis ſuper hoc litteris, confectis exinde publicis inſtrumentis, interpoſitis juramentis, factis renunciationibus, & poenis adjectis, in gravem ejuſdem Monaſterii læſionem, nonnullis Clericis, & Laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibuſdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui dicuntur ſuper hiis confirmationis litteras in forma communi a Sede Apoſtolica impetraſſe. Qnia vero noſtra intereſt ſuper hoc de opportuno remedio providere, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ea, quæ de bonis ipſius Monaſterii per conceſſiones hujuſmodi alienata inveneris illicite, vel diſtracta, non obſtantibus litteris, inſtrumentis, juramentis, renunciationibus, poenis, & confirmationibus ſupradictis, ad jus & proprietatem ejuſdem Monaſterii legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

Injuſtas alienationes revocandas decernit.

Contradictores, & teſtes qui ſe prabent difficiles, poenis coercentur.

Datum Avinion. iiii. Id. Maji, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Illicitam Bonorum Monaſterii S. Martini in Montibus alienationem revocandam decernit.

Ex Authentico Apographo in Capſ. 13. Faſc. 288. Archiv. Baſil. Vatic.

In nomine Dñi Amen. Hoc eſt exemplum cujuſdam Papalis Privilegii, vera Bulla plumbea bullati, cujus tenor talis eſt:

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Abbati Monaſterii Sancti Geneſii Urbevetan.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1335.

Quod ſuperioribus literis ſtatuerat, hic repetit.

Dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus Monaſterii Sancti Martini in Montibus prope Viterbium, Ciſtercien. Ordinis precibus inclinati, præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, quæ de bonis ipſius Monaſterii alienata inveneris illicite, vel diſtracta, ad jus & proprietatem ejuſdem Monaſterii, legitime revocare procures; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

Poenæ in contradictores ac teſtes ſtatuuntur poena.

Datum Avinion. Quarto Idus Maji, Pontificatns Noſtri Anno Quarto.

Quod autem Privilegium bullatum erat vera Bulla plumbea pendent. cum filo canapis, Papali; in una parte cujus Bullæ erant capita ad ſimilitudinem Beatorum Pauli & Petri, Cruce mediante, & littera ſupra ipſa capita dicentes: S. Pa. S. Pe. *In altera vero parte dictæ Bullæ erant literæ dicentes*. Benedictus PP. XII.

Et ego Nicolaus Magiſtri Angeli Jannis Floris auctoritate almæ Urbis Præfecti Notarius, & Judex ordinarius, prædictum exemplum, prout inveni in dicto Privilegio Papali, & Bulla originali autentica, ita hic fideliter ſcripſi, & exemplavi, ipſumque auſcultavi cum ipſo originali, una cum providis viris litteratis ſcilicet Laurentio Laurentii Notar., Presbitero Leonardo Franciſci etiam Notar. & ſcilicet Joanne Tutii Amate. Notar. & Jud. ordinario, Qui huic auſcultationi ſuam auct. interpoſuit, & judiciale decretum. Viterbii in domo Magiſtri Petri Magiſtri Raynaldi Barberii. Sub Anno Domini M. CCC. XXXVIII. Menſis Junii die 26. Indict. VI. tempore Sanctiſſimi Patris & Domini D. Benedicti PP. XII. De cujus Judicis Ordinarii mandato in hanc publicam formam redegi.

Jacobi de Gabrielibus & Boſonis Novelli in curanda Urbe ſolicitudinem commendat; quod inter eos & Joannem Piſcis obortum fuerat diſſidium componit; perſonarum Eccleſiaſticarum, ſacrarumque ædium, noſtræ potiſſimum Baſilicæ, cui reparandæ ſtudet, privilegia tuetur.

Ex Reg. Ep. Secretior. Anni 4. Benedicti XII. Ep. 177. fol. 50. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Nobilibus Viris Jacobo de Gabrielibus, & Boſono Novello Militibus Eugubin., Senatoriæ officium pro Nobis in Urbe gerentibus (*a*); *Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

AN. CH. 1338.

De Urbis tranquillitate lætatur.

NObilitatis veſtræ litteras Nobis hiis diebus præteritis præſentatas, benigne recepimus, & earum ſeriem quæ de ſtatu Urbis vigente, ſolicitudine veſtra mediante pacifico, & confluente ad eam hiis temporibus cauſa devotionis multitudine Fidelis Populi, necnon quibuſdam turbationibus ſuſcitatis inter vos, & Dilectum Filium Magiſtrum Joannem Piſcis (*b*) Canonicum Narbonen. Altararium Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe prædicta per Nos deputatum, mentionem inter cetera faciebant; intelleximus diligenter. Sane, Filii, de ſtatu ejuſdem Urbis pacifico, devotioneque Fidelis Populi lætamur admodum in Domino: circumſpectæ ſolicitudinis veſtræ ſtudium, quod circa cultum Juſtitiæ colendum in Urbe ipſa, & obſervandam ſub eo tranquillitatem, ſecuritatem & pacem adhibuiſtis hactenus, & adhibere curatis continue, ſicut etiam litteræ veſtræ prædictæ continent; multipliciter in Domino commendamus: ſed turbationes hujuſmodi Nobis ſunt procul dubio diſplicibiles & infeſtæ; ſiquidem vos & dictus Altararius tam collocutionibus & tractatibus mutuis, quam conſiliis, auxiliis & favoribus oportunis, in officiis vobis & eidem commiſſis, ut ad honorem Dei, & Eccleſiæ ſuæ Sanctæ, Reique utilitatem publicæ proſperari & felices ſortiri effectus valerent, jugiter fulcire, repulſis emulationibus, & relegatis odiis & rancoribus, deberitis. Quæ quidem utrique veſtrum expedientia utique poſſe utilius fieri credimus, ſi quilibet veſtrum permiſſis ſibi a Jure terminis ſit contentus; nempe vobis in Eccleſias & Perſonas Eccleſiaſticas, quantumcumque ipſæ Perſonæ delinquant graviter, nequaquam Juriſdictio eſt permiſſa, ſed ſi ex earum exceſſibus forſan turbari ſtatum prædictæ Urbis pacificum noveritis, tam prædicto Altarario, quam aliis ad quos juriſdictio & correctio dictarum Perſonarum pertinet, denunciare poteſtis, ut ipſi ſuper hoc interponere ſtudeant, prout ad eorum ſpectare noſcitur officium, partes ſuas; quod ſi forte neglexerint, id Nobis intimare debetis, qui mox tam adverſus delinquentes, quam negligentes hujuſmodi providere de remedio curabimus oportuno. Porro Baſilicam prædictam, quæ ſicut alias dignitate præcellit, ſic debet præcipuis honoribus & Privilegiis potioribus honorari, & alias Urbis ejuſdem Eccleſias, & loca Eccleſiaſtica ſic habere vos expedit in reverentia & honore, quod eorum non lædantur per vos vel veſtros Immunitates, nec Privilegia quomodolibet infringantur. Veſtram igitur prudentiam in Domino exhortamur & ſolicitamus attente, quatenus hæc quæ præmiſimus memoriter retinentes, & deducentes ſicut oportunum extiterit, in effectum; cum eodem Altarario, cui circa præmiſſa & alia per eum Nobis intimata ſcribimus oportune, unitatem habeatis & concordiam: Vos hincinde, ſicut oportunum extiterit, mutuo fulciendo, & nihilominus ſuper hiis, quæ tangunt negotium reparationis quam fieri facimus in eadem Baſilica, præfato Altarario, ſicut vos requiſierit, & honeſtate ſervata juſtitiæ poteritis, favorabiliter aſſiſtatis.

Dolet de privatis quibuſdam diſſidiis.

Nefas Secularibus, in Eccleſiaſticas Perſonas juriſdictionem exercere.

Baſilica Sancti Petri præcipuo digna obſequio, quia ceteris Eccleſiis excellentior.

Ad mutuam concordiam hortatur.

Datum Avenioni Nono Kalendas Junii, Anno Quarto.

Contro-

(*a*) Urbis *Senatorem, Capitaneum, Syndicum & Defenſorem* Romani Cives ex communi ſententia deſignarunt Benedictum Papam XII., uti ejus epiſtola [hæc proſtat apud Archivum Apoſt. Vatic. in Regeſto Liter. Comm. & de Cur. Part. 2., ac inter epiſtolas de Cur. enumeratur octava] pridie Kal. Auguſti tertio ſui Pontific. anno data, luculentiſſime teſtatur. Electioni Pontifex annuit: Sed cum Avenione ageret, vices ſuas in obeundo Senatoris munere Jacobo de Comitibus de Gabrielibus, & Boſoni Novello de Raphaelibus concredidit. Nobiles hi Viri in Catalogo Senatorum qui Urbem gubernarunt anno Chriſti 1338, recenſentur apud Creſcimbenium in Opere de Statu Baſil. S. Mariæ in Coſmedin anno 1719. lib. 3. cap. 4. pag. 140.

(*b*) Quæ proxime ſequitur Bulla, diſſidium enarrat.

(*a*) Non

Controverſiam, de qua egerat in ſuperiori Epiſtola, retractat: de Baſilica reparanda, ſe ad Jacobum de Gabrielibus & Boſonem Novellum dare literas enunciat.

Ex Regeſto Epiſt. Secret. Anni 4. Benedicti XII. Epiſt. 178. fol. 51. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Joanni Piſcis, Canonico Narbonen. Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe auctoritate Apoſtolica deputato; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN CH. 1338.

Altararii ad Pontificem querela contra Urbis Senatores.

Licet contineatur in tuis litteris nobis miſſis, quod Dilecti Filii Nobiles Viri Jacobus de Gabrielibus & Boſonus Novellus Milites Eugubin., Senatoriæ officium pro nobis in Urbe gerentes, per Mareſcallos (a) ſuos exceſſus in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, invadendo libertates & immunitates ipſius commiſerant deteſtandos, & alias ſatagebant Eccleſiaſticam multipliciter in Urbe ipſa offendere libertatem; ipſi tamen reverenter & prudenter nobis ſcripſerunt, ſe ſuper hiis excuſando, ac de te, quod contra eos ex arrupto & improvide proceſſeris, abſque tui tamen detractione aliqua notabili curialiter conquerendo, & aſſerendo nihilominus quod propter negligentiam correctionis & punitionis exceſſuum perſonarum Eccleſiaſticarum in Urbe prædicta ſtatus pacificus, quem ipſi manutenere auctoritate noſtra ſatagunt conantur, ibidem multipliciter non ſine læſione honeſtatis & damno Reipublicæ perturbatur. Sane quia te ſuper hiis, quæ tuo incumbunt officio, mature agere decet & expedit, & non prorumpere faciliter contra eos, quos Nos ad tanti culmen regiminis duximus aſſumendos, miramur quod ſic leviter, ut ipſi aſſerunt, eos feceris per Eccleſias dictæ Urbis excommunicatos publice nuntiari; præſertim cum ipſi, ſicut habet litterarum ſuarum ſeries, in nullo libertatem Eccleſiaſticam intendant ſeu intenderint lædere, ſed potius conſervare, ac de hiis quæ facta minus provide per ſuos fuerant, ſatisfactionem exhibuerint competentem. Ideoque ipſos tibi reconcilies, & ſibi eis nihilominus de abſolutionis beneficio, ſi opertuerit; providendo, ſicque te gerendo, quantum poteris, honoribus tamen, Juribus & libertatibus Eccleſiaſticis ſemper illæſis remanentibus, ſuper quibus eiſdem etiam oportune ſcribimus, ut tu & ipſi ſuper veſtris officiis mutuo vos juvetis, ſummopere præcavendo, ne Nobis ammodo præſumas aliqua, per quæ irritari debeamus adverſus aliquem ſcribere, niſi tibi conſtaret certitudinaliter, vera eſſe: præfatis autem Nobilibus, ut ſuper hiis, quæ* reparationem dictæ Baſilicæ quam per te fieri facimus, aſſiſtant, prout eos requiſieris, & honeſtate Juſtitiæ ſervata poterunt, ſcribimus oportune.

Senatorum contra Altararium accuſationes.

Pontifex Altararium benigne corripit.

Mutua amoris officia inter Altararium & Senatores exercenda, ut communibus ſtudiis reparationi Baſilicæ Vaticanæ diligentius incumbant.

* *Sup. tangunt.*

Datum Avenioni Nono Kalendas Junii, Anno Quarto.

Proventuum Altariatus, aliarumque pecuniarum, quas ad inſtaurandam S. Petri Baſilicam perceperat Joannes Piſcis, rationem reddi præcipit; pecuniam ſubducto calculo ſuperſtitem, Fabricæ ipſi perficiendæ erogari decernit.

Ex Regeſto Epiſt. Secret. Anni 4. Benedicti XII. Epiſt. 335. fol. 104.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Joanni Epiſcopo Anagnin. noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario, & Dilecto Filio Magiſtro Petro Laurentii Canonico Atrebaten.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1338.

Sedula Pontificis in Baſilicæ reparationem ſolicitudo.

Dudum relatibus fide dignis percepto, quod Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, quam inter ceteras Orbis Eccleſias præcipui proſequimur prærogativa favoris, in ſuis ſtructura & ædificiis ruinam utique minantibus, reparationibus neceſſario indige-

(a) Non una huic vocabulo eſt notio. Equorum ſtabulo Præfectum, aut Militum Ductorem præcipue deſignat; quemadmodum ex compluribus apud Cangium exemplis licet perſpicere. Poſteriori ſenſu accipiendum hic videtur; quod non obſcure deducimus ex altera paullo inferius producenda hujuſce Pontificis Bulla die 21. Maji Pont. An. 5. edita.

Pontifex de Baſilicæ reparatione ſollicitus. indigebat. Nos ad procurandum & dirigendum opus reparationis hujuſmodi, quod fieri ordinavimus ut decebat, quondam Joannem Piſcis Canonicum Narbonenſem, peritum & expertum in talibus ad eandem Baſilicam propterea providimus deſtinandum, eidem commiſſo nihilominus ejuſdem Baſilicæ Altarariatus Officio, & diverſis pecuniarum ſummis per Cameram noſtram vel ejus nomine de mandato noſtro pro hujuſmodi opere faciendo diverſis vicibus & temporibus aſſignatis. *Altararius diem obit ſupremum.* Cum autem dictus Joannes, qui ſicut intelleximus, in opere prædicto procedi non parum fecerat ſumptuoſe, & pro perfectione ipſius magnam quantitatem lignaminum procuraverat, quorum ſoluto per eum pretio pars non modica jam ad Urbem prædictam fuerat aportata, pridem ſicut Domino placuit, in eadem Urbe nondum de pecuniis prædictis, & proventibus Altarariatus præfati pro tempore quo illius regimini præfuit rationibus redditis, viam fuerit univerſæ carnis ingreſſus; Nos volentes tam ſuper hiis, quam perfectione operis ſupradicti quod non parum inſidet cordi noſtro, ſalubriter & celeriter provideri, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum de præmiſſis informatione recepta a Familiaribus ejuſdem Joannis, qui cum ipſo erant in partibus illis, & aliis qui circa prædictorum exercitium & adminiſtrationem aſſiſtebant eidem, rationes ſuper receptis de pecuniis & proventibus ſupradictis, ac expenſis inde factis exigatis, audiatis & recipiatis particulariter & diſtincte, ipſaſque in ſcripturam redactas publicam ad præfatam Cameram tranſmittatis; *Quæ ab Altarario geſta fuere ſedulo cognoſcenda.* pecunias vero, quas ex prædictis ſupereſſe, & ad Cameram ſæpefatam ſpectare repereritis, in continuatione ac perfectione dicti operis, ſicut utilius faciendum fuerit, ſic prudenter & provide diſpenſetis, quod a Deo perennis mercedis conſequi meritum, & a nobis commendari merito valeatis. *Si quæ poſt obitum ſuperſunt pecuniæ, in opus Fabricæ impendantur.* Ceterum alia bona, quæ ad præfatum Joannem tempore mortis ſuæ in illis partibus pertinebant, exinde tamen expenſis ſuis Funerariis, & Legatis ſiqua diſtincte in partibus eiſdem ad pias cauſas fecerit perſolutis, ad præfatam Cameram fideliter tranſmittatis, ut per eam fieri de illis valeat quod fuerit rationis; *Defuncti bona in Camera deponantur; Familiares audiantur.* præſertim cum dictus Joannes, antequam ad partes prædictas acceſſerit, ſuum condiderit teſtamentum. Rurſus noſtræ intentionis eſt, quod Familiaribus ſuis, qui cum ipſo erant de hiis partibus a tempore mortis dicti Joannis quouſque reddiderint, ut præmittitur, rationes, & abinde pro veniendo ad Romanam Curiam, pro ſuis expenſis congrue de bonis ſupradictis providere curetis, certificaturi nos & eandem Cameram clare, particulariter & diſtincte de omnibus & ſingulis, quæ quomodolibet egeritis in præmiſſis.

Datum Avenioni Octavo Idus Octobris, Anno Quarto.

Altararii munus Petro Canonico Atrebatenſi demandat; Aræ principis Vaticanæ Proventus, nonnullis exceptis, in Baſilicæ Fabricam erogandos jubet.

Ex Reg. Ep. Secr. Anni 4. Benedicti XII. Ep. 336. fol. 104. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Petro Laurentii, Canonico Atrebatenſi; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1338.

CUM, ſicut intelleximus, quondam Joannes Piſcis Canonicus Narbonenſis, cui dudum Altarariatus Officium in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe duximus committendum, pridem fuerit in eadem Urbe viam univerſæ carnis ingreſſus; *Altarario vita functo, novum deligit.* Nos nolentes, officium hujuſmodi Gubernatore ac adminiſtratore carere, tibi, de cujus fidelitate ac circumſpectione confidimus, dictum officium regendum & adminiſtrandum, quouſque de illo aliter ordinaverimus, tenore præſentium commendamus: ſic tamen, *Oblationes Majoris Altaris in Baſilicæ reparationem impendantur.* quod omnes & ſingulos proventus & oblationes, qui & quæ obvenient in Altari Baſilicæ ſupradictæ, in opus reparationis & Fabricæ ipſius diligenter & fideliter convertere ac diſpenſare procures, moderatis & rationabilibus expenſis pro ſervitoribus ejuſdem Altaris, ſicut teneri conſueverunt hactenus, quas inde fieri volumus, dumtaxat exceptis. *Munus ſedulo exerceatur.* Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad Baſilicam ipſam te conferens ſic te gerere ſtudeas circa hæc, quod exinde commendari merito & legitimam reddere valeas rationem; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Avenioni Octavo Idus Octobris, Anno Quarto.

Perficien-

Perficiendam Baſilicæ inſtaurationem Thomæ Giuraudi committit.

Ex Regeſt. Epiſtol. Secret. Anni 2. Benedicti XII. Epiſt. 339. fol. 105. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Thomæ Giuraudi, Layco Avenionen. Diœceſ.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1338.

Graves Pontificis curæ atque expenſæ ad Baſilicam inſtaurandam.

NON ſine mentis anxietate, nimioque compaſſionis affectu dudum, cum ad Summi Pontificatus apicem Nos divina miſeratio provexiſſet, percepto quod Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe in majori ſui parte propinquam, niſi provideretur celeriter, minabatur ruinam; Nos incommodis, periculis & ſcandalis, quæ poſſent ex ruina prædicta contingere, ſalubribus obviare remediis cupientes, quondam Joannem Piſcis Canonicum Narbonen., virum expertum in talibus, ad eandem Baſilicam propterea providimus ſpecialiter deſtinandum, eique pro reparationis & reſtaurationis opere dictæ Baſilicæ diverſas fecimus & mandavimus de noſtra Camera pecunias aſſignari. Et licet ipſe circa opus hujuſmodi ſedulam, ut intelleximus, curam agens, magnam partem reparationis & reſtaurationis hujuſmodi operis fieri fecerit, & pro parte reſidua procuraverit non modicam quantitatem lignaminum jam ad Urbem conductorum & delatorum prædictam; aliam tamen reparationis & reſtaurationis partem reſiduam nequivit ut optabat complere, ſicut Domino placuit, morte præventus. Nos igitur cupientes pium opus hujuſmodi ad Dei laudem & gloriam perfici ſic inceptum, te, quem fide dignorum teſtimonio eſſe virum fidelem ac peritum & expertum in talibus percepimus, ad ſupradictam Baſilicam propter hoc providimus tranſmittendum: Tibi præſentium tenore mandantes, quatenus te conferre perſonaliter ad Baſilicam eandem ſublata cunctatione procurans, circa proſecutionem & perfectionem utilem dicti operis ſic intendas, & labores fideliter & ſolerter, quod noſtris in hac parte ſatisfiat deſideriis, tuque præter mercedis perennis præmium, noſtram & Apoſtolicæ Sedis benedictionem & gratiam uberius merearis.

Ut opus perficiatur novum, Altarario defuncto, miniſtrum deſignat;

Quem ad ſolertiam & fidelitatem hortatur.

Datum Avenioni xv. Kalendas Novembris, Anno Quarto.

Congruum Petro Altarario ſtipendium decernit, ex Proventibus Altariatus percipiendum.

Ex Regeſt. Epiſtol. Secret. Anni 4. Benedicti XII. Epiſt. 337. fol. 105. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Petro Laurentii, Canonico Atrebaten.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1338.

Novum deſignat Altararium, cui ſtipendium aſſignat.

CUM de tuæ circumſpectionis & fidelitatis induſtria confidentes, te ad Urbem pro gerendo Altarariatus Officio in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe prædicta, necnon dirigendo & promovendo reparationis & reſtaurationis ejuſdem Baſilicæ opere inchoato, aliiſque certis noſtris & Eccleſiæ Romanæ negotiis ad Urbem deſtinemus eandem; Nos volentes tibi pro te, tuiſque Familiaribus de neceſſariis & congruis ſtipendiis providere, unum florenum auri a te percipiendum de Proventibus Altarariatus prædicti ſingulis diebus, quibus Officium dicti Altarariatus geſſeris, & circa promotionem & directionem operis prædicti vacaveris, tibi tenore præſentium pro dictis neceſſariis & ſtipendiis aſſignamus. Tu vero te in præmiſſis & circa ea fideliter gerere, Proventuſque Altarariatus jam dicti, qui ultra dicta ſtipendia ſupererunt, in opus prædictum diſpenſare, ac de hiis & aliis, quæ ad manus tuas nomine noſtro vel Cameræ noſtræ pervenerint, fidelem eidem Cameræ reddere rationem, juramentum ad Sancta Dei Evangelia præſtitiſti.

Hortatur, ut fidem quam juraverat, ſervet illibatam.

Datum Avenioni Duodecimo Kalendas Novembris, Anno Quarto.

Thomæ

Thomæ Giuraudi, ad perficiendam Baſilicæ inſtaurationem ſelecto, certum aſſignat ſtipendium.

Ex Regeſt. Epiſtol. Secret. Anni 4. Benedicti XII. Epiſt. 338. fol. 105. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Thomæ Giuraudi, Layco Avinionen. Diœceſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1338.

Peritum Virum inſtaurationi Baſilicæ præficit.

CUM ad dirigendum, complendum & perficiendum opus reparationis & reſtaurationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod non modicum inſidet Nobis cordi, te virum utique peritum & expertum in talibus ad eandem Baſilicam fiducialiter deſtinemus; Nos volentes tibi de neceſſariis & ſtipendiis congruis providere, tibi medium florenum auri, percipiendum de noſtra Camera ſingulis diebus, quibus in opere hujuſmodi fueris, tenore præſentium deputamus. Tu vero de præmiſſis diligenter & fideliter, prout tibi Dominus miniſtraverit, faciendis, in eadem præſtitiſti Camera juramentum.

Cui certam pecuniæ ſummam quotidie ſolvendam aſſignat.

Datum Avenioni xii. Kalendas Novembris, Anno Quarto.

Controverſiam inter Berardum, ac Riccardum Monachos, quorum uterque in Abbatem Magellani Cœnobii electus fuerat, exortam, Judici in partibus cognoſcendam committit; ea lege tamen, ut de univerſa facti ſerie Romanum Pontificem reddat certiorem.

Ex Regeſt. Epiſt. Com. & de Cur. Anni 5. Benedicti XII. Ep. 3. fol. 98. apud. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Caſſinenſi; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1339.

Berardus Aquaviva in Abbatem eligitur.

NUper pro parte Dilecti Filii Berardi de Aquaviva aſſerentis ſe Abbatem Monaſterii Sancti Salvatoris de Magella, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe immediate ſubjecti, Ordinis Sancti Benedicti, Theatin. Diœceſis, fuit in Conſiſtorio publico expoſitum coram Nobis, quod pridem Monaſterio ipſo vacante per obitum quondam Raynaldi ejuſdem Monaſterii Abbatis, Dilecti Filii Conventus præfati Monaſterii, dictum Berardum tunc Monachum Monaſterii Sancti Joannis in Venere Ordinis & Diœceſis prædictorum in eorum Abbatem unanimiter elegerunt; ſed cum poſt electionem hujuſmodi prædicti Conventus coacti per impreſſionem Dominii ſecularis, Dilectum Filium Riccardum de Grelis Monachum dicti Monaſterii Sancti Joannis minus Canonice elegiſſent in Abbatem Monaſterii Sancti Salvatoris præfati, Berardus & Riccardus prædicti ſic electi, ſuper eorum electionibus coram Dilectis Filiis Priore & Capitulo dictæ Baſilicæ aliquandiu litigarunt, & tandem per ipſos Priorem & Capitulum, utriuſque ipſorum Berardi & Riccardi electio ex cauſis tunc expreſſis ſententialiter caſſata extitit; ac deinde Prior & Capitulum prædicti, ex poteſtate ad eos devoluta ea vice providendi de Abbate Monaſterio Sancti Salvatoris prædicto, cum reperiſſent peccatum fore in forma dictarum electionum, de dicto Berardo providerunt eidem Monaſterio Sancti Salvatoris, præficientes eum illi in Abbatem, ſibique poſtea facientes munus benedictionis impendi. Subſequenter vero antequam ipſe Berardus corporalem poſſeſſionem Abbatiæ ac regiminis prædicti Monaſterii Sancti Salvatoris habere poſſet, idem Riccardus ſe in eodem Monaſterio Sancti Salvatoris procuravit intrudi, nec eundem Berardum ad dictam poſſeſſionem admiſit, ſed dictum Monaſterium Sancti Salvatoris ab olim cum favore ipſius Dominii Secularis, cujus præſidio fulciebatur, & fulcitur uſque nunc, de facto tenuit & poſſedit, & adhuc noſcitur poſſidere, quamvis pro parte dictorum Prioris & Capituli contra dictum Riccardum ejuſque fautores prolatæ fuiſſent proinde

Eligitur etiam in Monaſterii Præſidem Richardus de Grelis.

Capitulum S. Petri utramque electionem reſcindit.

Richardus Monaſterium occupat.

inde plures Cenſuræ Eccleſiaſticæ, quas iidem Riccardus & fautores temere incurrerunt, & denuntiati ſunt in partibus illis publice incurriſſe. Subjunxit namque poſtmodum idem Berardus, quod prædictus Riccardus erat excommunicatus a Canone, irregularis, & homicida, eo quod quemdam Diaconum tunc viventem fecerat fortiter verberari, ſibique amputari linguam, & quod ipſe Diaconus ex verberibus & amputatione hujuſmodi infra paucos dies expiravit; quodque idem Riccardus inceſtum cum quadam Moniali commiſerat, quam in Concubinam retinuerat publice ac etiam impudenter; & quod alias erat etiam homicida pro eo quod quemdam laicum interfecerat, & quemdam alium ultimo furcarum patibulo procuraverat deputari; & quod erat luſor ad taxillos, portator armorum, frequentator Tabernarum & alias publicus concubinarius, falſarius litterarum, excommunicatus a Jure, quia pluries etiam nocturno tempore inceſſerat temere, dimiſſo habitu Monachali; erat quoque dilapidator bonorum dicti Monaſterii Sancti Salvatoris; quodque de præmiſſis & ſingulis fuerant & erant contra eum in Civitate ac Diœceſi Theatin. & aliis circumvicinis partibus publica vox & fama.

Alia in Riccardum congeruntur crimina.

Riccardi in Berardum accuſationes, & criminum capita plurima.

Pro parte autem prædicti Riccardi, eodem Conſiſtorio durante, fuit ex adverſo reſponſum, quod idem Berardus procuraverat fieri litteras falſas ſub nomine Dilectæ in Chriſto Filiæ Nobilis Mulieris Thomaſiæ de Sangro relictæ quondam Ruffi de Soliaco Viduæ, inter cetera ſeu conſimilia continentes, quod ipſa Nobilis mandavit Monachis dicti Monaſterii Sancti Salvatoris quod deberent dictum Berardum ipſius Monaſterii Sancti Salvatoris eligere in Abbatem; Alioquin tam ipſi Monachi, quam idem Monaſterium Sancti Salvatoris diſſiparentur, & eaſdem litteras prædictus Berardus præſentari fecerat eiſdem Monachis per Ludovicum Fratrem ſuum Familiarem Nobilis antedictæ; & cum hæc audiſſet ipſa Nobilis mandavit jamdictis Monachis quod nunquam tales litteras fecerat fieri, nec eis præſentari, nec unquam de ipſius conſcientia emanaverunt; & tunc idem Ludovicus qui dictas litteras præſentaverat, aufugit, & pertimeſcens veriſimiliter dictus Berardus ne talia in lucem venirent, nunquam a loci Ordinario vel a Sede Apoſtolica alicujus electionis de ſe factæ confirmationem petiit, nec ſibi munus benedictionis impendi. Sed idem Riccardus in plena concordia omnium Monachorum dicti Monaſterii Sancti Salvatoris, & nemine diſcrepante, aliaſque Canonice in Abbatem ipſius Monaſterii Sancti Salvatoris extiterat electus, & confirmatus auctoritate loci Diœceſani, & eadem auctoritate ſibi munus Benedictionis impenſum. Adjecit inſuper deinde præfatus Riccardus, quod idem Berardus erat Homicida eo quod fecerat interfici quemdam Monachum, publicus Concubinarius, & exinde apparebant duo Spurii Filii ejus, incontinentiæ ſuæ teſtes; proditor, fur ſeu latro, ſacrilegus quia diſrobaverat Sacriſtiam cujuſdam Monaſterii, & inde aſportaverat Calices multaque alia Vaſa argentea, Cruces, paramenta ſerica, & alia ornamenta pro Divino cultu, & libros Eccleſiaſticos; perjurus, ſymoniacus, ac falſarius; & quod procuraverat per quoſdam aſſaſſinos dictum Riccardum interfici, nec per eum ſteterat quominus mors proinde ſecuta fuiſſet, ipſumque fecerat invadi & percuti uſque ad ſanguinis effuſionem, & etiam diſrobari; quodque ipſe Berardus eſt augur, ſomniorum expoſitor, divinator, ac incantator, & nigromantiam exercens, aliaſque incontinentiæ vitio laborans; & quod erat & ſemper fuerat ejuſdem Riccardi capitalis inimicus, quodque ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis publica infamia laborabat. Quare ex parte dicti Berardi extitit Nobis humiliter ſupplicatum, ut cum ipſe non confidat ſe poſſe veriſimiliter in dictis partibus jus ſuum aſſequi ſuper Abbatia ipſius Monaſterii Sancti Salvatoris, propter inobedientiam, rebellionem, & contemptum Riccardi, & fautorum prædictorum potentiam & terrorem, providere ſibi ſuper prædictis de oportuno remedio dignaremur. Cum itaque cauſarum merita partium aſſertione pandantur, & ex legitimis probationibus eliciatur nucleus veritatis, & judiciarius animus inſtruatur, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, de prædictis omnibus & ſingulis, juxta capitula tibi ſuper eis ab ipſis partibus exhibenda, ſimpliciter ac de plano ſine ſtrepitu & figura judicii plenam & ſufficientem informationem auctoritate noſtra recipias; Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, Cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Non obſtantibus tam de duabus dietis in Concilio Generali quod * felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi prædeceſſoris Noſtri qua inter cetera cavetur ne aliquis extra ſuam Civitatem vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, & quibuslibet aliis Conſtitutionibus a prædeceſſo-

Berardus Pontificis præſidium implorat.

Pontifex cauſam diſcuti, et teſtes audiri mandat.

* *Sic.*

deceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus in contrarium editis, per quas tuæ Juriſdictinnis explicatio & traditæ tibi poteſtatis executin in hac parte poſſint quomodolibet impediri; ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede indultum ſit eadem, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem; quicquid autem exinde per informationem hujuſmodi recipiendam inveneris, Nobis clare, particulariter, & diſtincte per tuas litteras, vel publica Inſtrumenta harum ſeriem continentia, quantocitius referre procures, ut cum per hujuſmodi tuam relationem fuerimus informati, providere ſuper hoc negotio rite, ſalubriter & utiliter diſponente Domino valeamus. Ceterum ejſdem partibus præfigas terminum peremptorium competentem, qun cum omnibus actis, juribus & munimentis eorum Apoſtolicn conſpectui perſonaliter ſe præſentent, juſtam ſuper hiis dante Domino ſententiam recepturi. Diem vero hujuſmodi præfictionis, & fnrmam Nnbis per tuas litteras harum ſeriem continentes ſtudeas etiam fideliter intimare.

Univerſam Cauſa ſtatum referat.

Partibus indicat, ut coram Pontifice ſe ſiſtant.

Datum Avenioni iiii. Idus Januarii, Anno Quinto.

Cum Proventuum Altariatus, tum pecuniarum a Joanne Piſcis pro Vaticana & Lateranenſi Baſilicis inſtaurandis perceptarum reddita ratione, ipſius Joannis germanus frater & heres Petrus abſolvitur & liberatur.

Ex Reg. Ep. Secret. Anni 5. Benedicti XII. Ep. 166. fol. 40. ap. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Petro Piſcis, Civi Mirapiſcenſi; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1339.

Joannis Piſcis Altararii obitum commemorat.

AD nnſtram dudum deducto notitiam, quod quondam Joannes Piſcis Canonicus Narbonenſis Germanus tuus, qui Altarariatus nfficium Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe de mandato nnſtro per aliqua tempora geſſerat, & diverſas pecuniarum ſummas a Camera noſtrà vel ejus nnmine de ſimili mandato receperat, in opus reparatinnis dictæ Baſilicæ, ac Eccleſiæ Lateranen. quas fieri facimus, per eundem Joannem, quem velut expertum in talibus, directnrem ejuſdem operis deputavimus, fideliter & utiliter diſpenſandas, viam univerſæ carnis in eadem Urbe fuerat ingreſſus, nondum redditis rationibus de præmiſſis; Nos volentes ſuper hiis providere, Venerabili Fratri Joanni Epiſcopo Anagnin. noſtro in Urbe in ſpiritualibus Vicarin, & Dilecto Filio Petro Laurentii Canonico Atrebaten., cui Altarariatus prædicti Officium commiſimus, per noſtras certi tennris litteras dedimus in mandatis, ut ipſi vel alter eorum de prædictis informatione recepta a familiaribus ejuſdem Joannis, qui cum ipſn fuerant in partibus illis, & aliis qui circa prædictorum exercitium & adminiſtrationem aſſiſtebant eidem, rationes de proventibus ejuſdem Altarariatus, qui tempore adminiſtrationis ejuſdem Joannis obvenerant, & pecuniis ſupradictis, & expenſis inde factis exigere, audire & recipere particulariter & diſtincte, ipſaſque in ſcripturam redactas publicam, ad præfatam Cameram tranſmittere procurarent: Quodque pecunias, quas de præmiſſis ſupereſſe ſpectantes ad præfatam Cameram reperirent, in continuatione ac proſecutione dicti operis, ſicut foret utilius faciendum, prudenter & provide diſpenſare curarent, ſicut in eiſdem litteris plenius continetur. Cum autem, ſicut tua coram Nobis exhibita petitio continebat, Dilectus Filius Petrus Joannis de Corneſano Clericus Carcaſſnnen., tuus & ejuſdem Joannis Nepos, qui, ut aſſeris, cum eodem Joanne continue, quamdiu vixit, in prædictis partibus ſuper præmiſſis omnibus interfuit, memoratis Epiſcnpo & Petro Laurentii rationes particulariter & diſtincte de prædictis reddiderit, & præfati Epiſcnpus & Petrus Laurentii eas ad Cameram ſupradictam tranſmiſerint in publicam formam redactas, quarum quidem rationum concluſiones ſecuntur in hunc mndum: Recepit equidem præfatus Joannes de proventibus Altarariatus prædicti ac regulis (*a*) fractis de metalln de coopertura veteri dictæ Baſilicæ habitis & venditis a die

Pontifex Altararii adminiſtrationem inſpiciendam præcipit.

Altararii Heredes adminiſtrationis rationem reddunt.

(*a*) *Tegulis*, legendum putamus; quas Honorii Papæ I. Biographus apud Anaſtaſium Bibliothecarium his verbis commemorat: *Hic* [Honorius I.] *cooperuit tectum Baſilicæ Beati Petri totum ex tabulis æneis, quas levavit de Templo, quod appellatur Romuli, ex conſenſu Eraclii piiſſimi Imperatoris*. Conſulatur Severanus in Lib. de VII. Urbis Eccl. fol. 127.

(*a*) Mi-

a die tertiadecima Januarii de Anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo ſexto uſque ad diem tertiam Menſis Julii de Anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo octavo, duo milia ducentos triginta duos florenos auri, quadraginta duos ſolidos, unum denarium & obolum proviſinorum: Item recepit tam a dicta Camera & etiam per manus diverſorum Mercatorum, ipſius Cameræ nomine tradentium, quam a Dilectis Filiis Rectore & Theſaurariis Patrimonii Beati Petri in Tuſcia de pecunia ipſius Cameræ decem milia ducentos triginta tres florenos & medium auri;

Univerſa pecuniæ ſumma, quam Altararius accepit, in unum colligitur.

Expenſarum ſeries attexitur.

Et ſic eſt ſumma omnium receptorum prædictorum univerſalis duodecim milia quadringenti ſexaginta ſex floreni auri, viginti ſolidi, unus denarius & obolus proviſinorum. Item expendit dictus Joannes primo pro dicto Altarariatu dicto tempore ſexcentos nonaginta duos florenos auri, quadraginta unum ſolidos, quinque denarios & obolum dictæ monetæ proviſinorum: Item tam in lapidibus, cæmento, lignaminibus, Magiſtris & aliis operariis pro reparatione Baſilicæ prædictæ tempore ſupradicto ſeptem milia trecentos quadraginta unum Florenos, quadraginta unum ſolidos, ſeptem denarios & obolum monetæ prædictæ proviſinorum, incluſis tamen ducentis quatuordecim florenis, undecim ſolidis proviſinorum, computatis pro expenſis ipſius Joannis & familiarium ſuorum, factis a die vigeſima quarta menſis Martii de Anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo quinto uſque in Kalendis Decembris ejuſdem anni, quibus Kalendis recepit Officium Altarariatus prædicti: Item expendit pro reparatione Lateranenſis Eccleſiæ quadringentos viginti octo florenos auri, decem ſolidos, octo denarios monetæ prædictæ: Item expendit dictus Vicarius in operibus ſupradictis de pecunia dicti Joannis poſt mortem ſuam ducentos quinquaginta quinque florenos auri; Et ita eſt ſumma totalis omnium expenſarum prædictarum, octo milia ſeptingenti decemocto floreni auri, quinque ſolidi, novem denarii prædictæ monetæ proviſinorum: Item computavit dictus Clericus, quod ſtipendia dicti Joannis fuerunt pro toto tempore Officii Altarariatus prædicti, videlicet a Kalendis Decembris de Anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimò quinto uſque ad viceſimam ſeptimam diem menſis Auguſti Anni Domini milleſimi trecenteſimi triceſimi octavi, ad rationem unius floreni & dimidii auri pro diebus ſingulis, mille quingenti floreni auri; Et ſic eſt ſumma totalis tam expenſarum quam ſtipendiorum prædictorum decem milia ducenti decemocto floreni, quinque ſolidi, & novem denarii monetæ prædictæ proviſinorum: Qua quidem ſumma deducta de ſumma receptorum prædictorum, eadem ſummà receptorum excedit ſummam expenſarum jamdictam de duobus milibus ducentis quadraginta octo florenis auri, quatuordecim ſolidis, quatuor denariis & obolo ejuſdem monetæ proviſinorum: De quibus aſſignati dictis Vicario & Petro Laurentii fuerunt in Urbe duo milia ducenti quadraginta unus floreni auri, viginti unus ſolidi monetæ prædictæ proviſinorum: Demumque, ſicut eadem petitio ſubjungebat, rationibus prædictis miſſis ut præfertur, ad eandem Cameram ac recenſitis & per præfatum Clericum iterum ibidem redditis, factaque de receptis prædictis ad aſſignata & expenſas, ſicut eſt expreſſum ſuperius, ratione ac calculatione legitima & fideli, & reperto exinde quod adhuc ut heres prædicti Joannis eidem Cameræ in ſex florenis auri, triginta ſeptem ſolidis, quatuor denariis & obolo dictæ monetæ proviſinorum teneris aſtrictus; nobis humiliter ſupplicaſti, ut tibi, qui heres & executor teſtamenti dicti Joannis exiſtere dinoſceris, providere de ſufficientis cautelæ remedio ſuper hiis de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Altararii Heres, ratione reddita, petit abſolutionem.

Nos igitur tuæ ſupplicationi hujuſmodi benignius inclinati, facta nobis per eandem Cameram relatione fideli ſuper hoc, & per nos plenius intellecta, rationes prædictas, prout in cartulariis inde confectis, expreſſis per particulas diſtinctas & expreſſatas ſingulariter continentur, approbantes, de prædictis expenſis tam pro reparationibus Baſilicæ, ac Eccleſiæ prædictarum & aliis quæ circa ea fuerunt neceſſaria, prout ſuperius eſt expreſſum, quam ſtipendiis & expenſis dicti Joannis factis, necnon & aſſignatis, ut præmittitur, dictis Vicario & Petro Laurentii;

Pontifex heredem abſolvit, ac liberat a moleſtiis.

Te ac tua & ejuſdem Joannis bona & ſucceſſorum tuorum perpetuo abſolvimus, & quitamus: Volentes quod tu & tui ſucceſſores de præmiſſis nulli alii deinceps teneamini reddere rationem.

Datum Avinioni iv. Kalendas Maji, Anno Quinto.

Digitized by Google

Ex Baſilicæ Canonicis, aliiſque miniſtris nonnullos multa peccantes, primum admonitione, tum cenſuris cohibendos demandat.

Ex Regeſt. Epiſtol. Secret. Anni 5. Benedicti XII. Epiſt. 179. fol. 48. apud. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Joanni Epiſcopo Anagnin. noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario, & Dilecto Filio Magiſtro Petro Laurentii Canonico Atrebaten. Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ipſa; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1339.

Baſilicæ Vaticanæ ſanctitas, præcipuam in iis, qui Baſilicæ inſerviunt exigit probitatem.

QUamvis Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, in qua Corpus ipſius celebri requieſcit memoria, ſit devotione præcipua & ſingularis honoris reverentia extollenda, & Dilecti Filii Canonici ejuſdem Baſilicæ, ac comminiſtri alii deputati ad cultum divinum ibidem, ſic deberent honeſtatis decore, venuſtate morum & aliis virtutibus componere jugiter actus ſuos, ut nihil inveniretur in eis, quod divinæ Majeſtatis oculos offenderet, nihilque per quod poſſet in mentibus Fidelium ad Baſilicam ipſam de diverſis Mundi partibus devota frequentia confluentium ſcandalum ſuboriri; aliqui tamen ex eis, ſicut diſplicenter nimis accepimus, ad illicita & inconſulta quandoque dilapſi, multas inſolentias & exceſſus deteſtabiles, ex quibus generantur ſæpius ſcandala, Fidelium decreſcit devotio, & alia ſpiritualia & temporalia ſubſequuntur incommoda, temerariis & nefandis auſibus committere non verentur, in geſtibus & habitibus ſe gerendo indecenter & indevote; nihilominus & cultum, ad quem deputati fore noſcuntur ſpecialiter, in ipſa Baſilica negligendo divinum, Conſtitutiones & ordinationes per felicis recordationis Nicolaum Papam Tertium & alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ſuper hoc olim factas tranſgredi damnabiliter non verentes.

Miniſtrorum Baſilicæ nonnulli in pravos labuntur mores.

Nos igitur talia vel ſimilia, ex quibus, ſi vera ſunt, Deus offenditur, animarum pericula proveniunt, & generantur in Clero & Populo ſcandala, nolentes quomodolibet tolerari; diſcretioni veſtræ (a) per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii vobis informatione prævia conſtiterit de præmiſſis, præfatique Canonici & comminiſtri per vos caritative moniti ab inſolentiis & exceſſibus hujuſmodi deſiſtere, dictaſque ordinationes ſeu conſtitutiones non curaverint obſervare, vos ipſos & eorum ſingulos ad hæc auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellatis; Non obſtantibus quibuſcumque Privilegiis, indulgentiis, gratiis & litteris Apoſtolicis, eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim conceſſis, quorumcumque tenorum exiſtant, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum eſſet in præſentibus ſpecialis & expreſſa mentio facienda. Si vero forſan ſint ex eis aliqui, ſe ſuper hiis reddentes incorrigibiles vel rebelles, Nos de illis ex informatione quam feceritis contra eos, curetis quamcitius commode poteritis, efficere certiores.

Mandat criminoſos corrigi, & contumaces puniri, etiam cenſuris adhibitis.

Privilegiis non obſtantibus quibuſcumque.

De iis qui inemendabiles ſunt, Pontifex certior fiat.

Datum Avenioni xii. Kalendas Junii, Anno Quinto.

Mareſcal-

(a) Mirari forte ſubit, cur delinquentium horumce Canonicorum ac miniſtrorum Vaticanæ Baſilicæ, Anagnino Epiſcopo qui Romani Pontificis Vicarium in ſpiritualibus agebat in Urbe, & Petro Altarario, non autem Neapoleoni Card. Urſino ejuſdem Baſilicæ Archipresbytero correctio demandetur. At mirari deſinet quiſquis ex Ciaconio tom. 2. Hiſt. Pont. Rom. & Cardin. col. 268. animadverterit, ipſum Neapoleonem a Clemente V. ad Provincias Tuſciæ, Romandiolæ, Marchiæ Tarviſinæ, Patriarchatum Aquilejenſem & Gradenſem Archiepiſcopatum, Provinciam Ravennatem, Ferrariam Civitatem & Diœceſim, Archiepiſcopatum Januenſem, ad Inſulas quoque Sardiniæ & Corſicæ ac Venetorum Dominium, Legatum fuiſſe deſtinatum, ut tumultibus ab *Albis* & *Nigris* temere excitatis finem imponeret, ac Italiam ſeditionibus concuſſam pacaret, atque illas Inſulas a Piſanorum incurſibus vindicaret. Quod ſi, Benedicto XII. Pontifice, Cardinalem hunc tot tantiſque muneribus jam defunctum, affirmare libeat; credere nihilominus par eſt, Virum egregium atque in rebus gerendis conſultiſſimum, apud Romanos Pontifices Avenione degiſſe, ubi teſte prælaud. Ciaconio diem clauſit extremum. Quod igitur delinquentium correctio ipſi Archipresbytero minime commiſſa fuerit, id utique ejus abſentiæ ab Urbe Roma tribuendum putamus.

(a) Quar-

Mareſcallorum, qui Altararii jura invadebant, temeritatem jubet coerceri.

Ex Regeſt. Epiſt. Secret. Anni 5. Benedicti XII. Epiſt. 180. fol. 49. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Joanni Epiſcopo Anagnin. noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario, & Dilecto Filio Magiſtro Petro Laurentii Canonico Atrebaten. Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ipſa; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1339.

Scandala & crimina prope Baſilicam committuntur.

INtelleximus, quod licet cuſtodia Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Plateæ juxta ipſam Baſilicam exiſtentis ad Altararium ejuſdem Baſilicæ pertineat & pertinuerit ab antiquo, tamen Mareſcalli & familiares illorum, qui officium Senatoriæ pro Nobis gerunt in Urbe prædicta, in Quadrageſima proximo præterita cum hominibus armatis ad cuſtodiam dictæ Plateæ abſque tua, Fili Altararie, requiſitione ac voluntate venerunt, facientes ibidem in cuſtodiæ ſignum excubias, ſuſcitantes ſcandala & adverſus Peregrinos qui cauſa devotionis ad eandem Baſilicam acceſſerant, oppreſſiones inferentes varias, & alios ibidem nefandos exceſſus temerariis auſibus committentes; & nihilominus propter hoc a te ſibi de noſtra Camera ſtipendia dari petebant & petunt. Cum autem talia, quæ in Dei offenſam & læſionem Eccleſiaſticæ libertatis redundant, non ſint aliquatenus toleranda; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus, ſi relatibus veritas ſuffragetur, attentari nequaquam præmiſſa vel ſimilia in eadem Platea de cetero permittatis; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Non obſtante ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Cavet ne in poſterum admittantur.

Cenſuras in contumaces intorquet.

Datum Avenioni duodecimo Kalendas Junii, Anno Quinto.

Quæ, occaſione cujuſdam Privilegii a Joanne XXII. Canonicis tributi, abſurda introducta fuerant, e medio tolli jubet.

Ex Regeſto Epiſt. Secret. Anni 5. Benedicti XII. Epiſt. 181. fol. 49. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Joanni Epiſcopo Anagnin. noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario, & Dilecto Filio Magiſtro Petro Laurentii Canonico Atrebaten. Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ipſa; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1339.

Joannis XXII privilegium Capitulo Baſilicæ conceſſum commemorat:

DUdum felicis recordationis Joannes Papa XXII. Prædeceſſor noſter certis cauſis inductus, Dilectis Filiis Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ut in gradibus ſeu ſcalis ejuſdem Baſilicæ poſſent habere tabularia, eaque conducere mercatoribus pro mercibus & mercaturis tenendis & vendendis ibidem dicitur uſque ad ſuum beneplacitum conceſſiſſe. Cum autem exinde contra intentionem concedentis ejuſdem, multa commiſſa ut fertur, fuerint & jugiter committantur indecentia, quæ in Dei offenſam & diminutionem devotionis fidelium confluentium ad Baſilicam prædictam redundant; Nos attendentes, quod domus Dei juxta verbum Salvatoris noſtri, domus negotiationis fieri non debet, & propterea nolentes talia ulterius in eadem Baſilica tolerari, maxime cum per concedentis obitum hujuſmodi beneplacitum ſit extinctum; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus, ſi eſt ita, removeri dicta tabularia faciatis, ea non permittentes ibidem de cetero abſque noſtro ſpeciali mandato teneri; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compe-

Privilegii abuſum, ipſumque Privilegium e medio tollit.

Cenſura inobedientes coerceri mandat.

compeſcendo: Non obſtante ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari noo poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi meotionem.

Datum Aveoioni duodecimo Kalendas Junii, Anno Quinto.

Cameræ Apoſtolicæ jura ſuper Oblationibus Aræ principis inique lædentes, admonitione ac cenſuris, ni reſipiſcant, cohibendos præcipit.

Ex Regeſt. Epiſtol. Secret. Anni 5. Benedicti XII. Epiſt. 183. fol. 50. apud. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Petro Laurentii Canonico Atrebaten. Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1339.

Oblationum quæ in Baſilica Ara principe offeruntur, quarta pars ad Capitulum Vatic. antum pertinet.

NUper inſiouatione percepimus diſplicibili admodum & infeſta, quod cum Oblationum, quas a Fidelibus in Altari majori Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe contingit fieri, tres partes ad Cameram Apoſtolicam, & quarta pars ad Dilectos Filios Capitulum & Canonicos ipſius Baſilicæ (*a*) præter illa quæ in auro & argento laborato ac pannis aureis & ſericis, certiſque aliis rebus ibidem obveniunt ad dictam Cameram in ſolidum ſpectantia, pervenire conſueverunt ab antiquo; aliqui ex eiſdem Canooicis defraudare dictam Cameram in ſuarum animarum periculum ſuper hiis non verentes, quandoque Fideles ad memoratam Baſilicam accedentes & in dicto Altari majori ex cauſa devotionis intendentes offerre, ab hujuſmodi ſuo pio & devoto propoſito retrahendo per ſe vel alias ſummiſſas perſonas callide, fraudolenter & malitioſe, ut in alio vel aliis Altaribus ipſius Baſilicæ, in quibus provenire ſolita ſunt ad eoſdem Capitulum & Canooicos ea quæ ibidem offeruntur (*b*), ioducunt. Nos igitur fraudibus pernicioſis hujuſmodi ex magnæ temeritatis audacia & avaritiæ radice, ſi eſt ita, prodeuntibus obviari juſtis & debitis remediis cupientes; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus Capitulum & Canonicos ſupradictos, ceteraſque perſonas Eccleſiaſticas ejuſdem Baſilicæ, necnon generaliter omnes alios & ſingulos Clericos & laicos cujuſcumque ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, de quibus cogooveris expedire, moneas ex parte noſtra efficaciter & ioducas, ne aliquis quamcumque perſooam ad eandem Baſilicam accedeotem verbo vel facto ab oblatione facienda in Altari majori prædicto retrahere fraudolenter ſeu malitioſe præſumat; contradictores quoſlibet ſuper hiis, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Non obſtante ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari ooo poſſint per litteras Apoſtolicas noo facientes pleoam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Canonicorum al qui, Fideles ut in aliis Altaribus Oblationes deponant, inducunt.

Pontifex vetat id fieri, propoſita in contradictores cenſurarum pœna.

Datum Avenioni duodecimo Kalendas Junii, Anno Quinto.

Canoni-

(*a*) Quartam Oblationum partem, ut vidimus fol. 51., Canonicis elargitus eſt Eugenius III.; ejuſque Succeſſores Hadrianus IV., Alexander III. & Clemens itidem III. confirmarunt. Latius ſeſe protendit Innocentii III. erga Vaticanum Capitulum ſingularis munificentia. Peculiari enim Diplomate, quod ſupra exhibuimus fol. 77., *alteram Quartam Miniſteriorum .... de communi Fratrum conſilio* eiſdem Canonicis *perpetua donatione conceſſit, ... itaut deinceps medietatem omnium Miniſteriorum ſine diminutione qualibet haberent*. Decima item hebdomada potiebantur, quemadmodum prænotavimus pag. 123. not. *b*. Ad hæc, ſtatis quibuſdam feſtis non modicam a remotiſſimis uſque temporibus merito ſibi vindicabant partem Oblationum, quæ fiebant in Altari principe. Id genus obventiones pro Vaticano S. Petri Capitulo ſingillatim ac fuſo calamo enumerat Petrus Mallius in veteri membrana, ſuperius laudata fol. 57. not. *e*. Vide Canonic. Romanum [ſeu potius ipſum Mallium] edit. Paul. de Angelis tit. 40., & 41.

(*b*) Conſulatur Innocentii II. Bulla huic Diplomatum Collectioni aſſuta fol. 46. & 47.

(*a*) A Ca-

Canonicis poſtulantibus, ut ex Oblationibus Aræ principis ad Cameram Apoſtolicam pertinentibus quædam ſibi portio donaretur; Petro Altarario rem expendendam committit.

Ex Regeſto Epiſtol. Secret. Anni 5. Benedicti XII. Epiſt. 184. fol. 50. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Petro Laurentii Canonico Atrebaten., Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1339. *Oblationum Majoris Altaris, nonniſi quarta pars Capitulo Vaticano tradenda.*

EXpoſitum nuper extitit coram Nobis, quod Dilecti Filii Canonici Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, dum Oblationes Altaris Majoris ipſius Baſilicæ, quarum tres partes ad Cameram noſtram, & quarta pars ad Canonicos, præter illas quæ offeruntur ibidem in auro vel argento laborato aut pannis aureis & ſericis, certiſque rebus aliis, pervenire conſueverunt, de locis ubi reponuntur communiter, extrahuntur, unum denarium, vocatum Carlenum (a) ſibi de parte dictam Cameram contingente, ac tandundem quando dividuntur oblationes hujuſmodi, ſibi vendicant pro ſingulis eorundem; & nihilominus petunt ulterius, ſibi per modum gratiæ de parte hujuſmodi elargiri, aſſerentes, ſic fuiſſe hactenus obſervatum. Nos igitur attendentes, quod quilibet ſuis juribus & terminis debet manere contentus, quodque pars dictarum Oblationum præfatam contingens Cameram, non eſt hiis præſertim temporibus, quibus eam una cum nonnullis aliis pecuniarum dictæ Cameræ non modicis ſummis ad reparationem Fabricæ Baſilicæ prædictæ, quam fieri facimus de præſenti, deputavimus, quomodolibet minuenda; cum afferatur ab aliquibus, eoſdem Capitulum & Canonicos jus non habere ſuper hiis, ſed hæc eos potius per impreſſionem & potentiam ſuam, ac ſimplicitatem Altarariorum qui fuerunt ibidem præteritis temporibus, uſurpaſſe: Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper præmiſſis & ea quomodolibet tangentibus, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii te informans, ſi per informationem hujuſmodi tibi conſtiterit de præmiſſis, nihil de dictis oblationibus niſi quartam partem tantummodo eoſdem Capitulum & Canonicos, ut præmittitur, contingentem, eiſdem aſſignare præſumas, alias tres partes integras in opus prædictum fideli adhibita diligentia diſpenſando; contradictores quoſlibet ſuper hiis & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Non obſtante ſi eis vel eorum aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Canonici Baſilicæ in oblationum diviſione minus æqui.

Nonniſi quartam Oblationum partem tradendam decernit.

Pœna in contradictores ſtatuitur.

Datum Avenioni duodecimo Kalendas Junii, Anno Quinto.

De Pro-

(a) A Carolo Andegavenſi Comite & Neapolis Rege ſic appellatum. Carleni, ſeu Caroleni Papales omnino ſecernendi a Carolenis Florentinis ac Neapoletanis. Quo ad Papales attinet, eoſdem illuſtrat Raphaelis Riarii Card. Camerarii Edictum anno 1508. procuſum, & curante Cl. Equite Franc. Victorio part. 3. num. 35. Oper. de Floreno aureo typis mandatum: Jubet namque prædictus Camerarius, *ut loco Carolenorum veterum exigantur Caroleni novi, Julii nuncupati, pro ut tempore Pauli Secundi fieri conſuevit, quando x. Caroleni pro uno Ducato auri in auro expendebantur in Terra Gualdi &c.* Poſt pauca vero hæc ſubdit: *Decernentes, quod ſalaria Rectorum & Officialium &c. ad monetam novam computentur Julium unum pro Caroleno uno veteri forenſium omnium ad rationem veteris monetæ &c.* Nonnulla de Carolenis Papalibus habet prælaudatus Victorius in cit. Opere tum part. 2. cap. 25., tum part. 3. in obſervation. ad num. 33. pag. 453. Unum hic adjicimus ex antiquo Baſilicæ noſtræ Cenſuali, quod anno 1489. compactum, apud Capitulare Archivum aſſervatur ſign. litt. A. Ibi etenim fol. 86. *Caroleni tres, & Groſſus unus ... ſunt in totum Boleni 28.*

De Progreſſu reparationis Baſilicarum Vaticanæ, ac Lateranenſis ſe certiorem vult fieri; declarat inſuper, Pœnitentiariis nil aliud aſſignandum, niſi quod primæva ferat conſuetudo.

Ex Regeſt. Epiſt. Secret. Anni 5. Benedicti XII. Epiſt. 185. fol. 50. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Petro Laurentii Canonico Atrebatenſi Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1339.

Altarario, ſabricæ operi curet, & de iis, quæ agit, certiorem reddat Pontificem.

SUper hiis quæ ſcripſiſti, litteras tibi mittimus, ſicut nobis viſum eſt expediens, oportunas, circa quarum executionem tam per te quam una cum Venerabili Fratre Joanne Epiſcopo Anagnin. noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario, prout ſecundum tenores earum ad te vel ad utrumque veſtrum pertinet, procedere ſtudeas diligenter; Nos qualiter proceditur, quantumque proceſſum extiterit in Fabrica reparationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Lateranenſis Eccleſiæ, circa quam ſolertis & fidelis adhibere ſtudium diligentiæ ſtudeas, redditurus ſæpius certiores. Porro ad id quod ſcripſiſti de Pœnitentiariis, reſpondemus quod niſi certificati plenius, per quem vel qualiter deputati fuerunt, tibi daremus aliud in mandatis, noſtræ intentionis non eſt, ut eis aliquid aliud aſſignes de noſtra Camera, niſi quantum & pro quibus ſolvi conſuetum eſt ab antiquo.

Novum Pœnitentiariis ſtipendium prohibet aſſignari.

Datum Avinioni duodecimo Kalendas Junii, Anno Quinto.

Certis Mercatoribus, duo florenorum millia ad perficiendam Baſilicæ reparationem ſuppeditantibus; ſatisfieri mandat ex Apoſtolicæ Cameræ pecuniis.

Ex Regeſt. Epiſtol. Secret. Anni 6. Benedicti XII. Epiſt. 206. fol. 78. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Guigoni Electo Caſinen. Rectori Patrimonii Beati Petri in Tuſcia; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1340.

Pontifex de reparatione Baſilicæ perficienda ſolicitus.

Certam pecuniæ ſummam a Mercatoribus perſolvi mandat.

DEſideriis optantes intenſis in opere reparationis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod fieri non ſine magnis ſumptibus facimus procedi utiliter, illudque ad finem votivum Domino præſtante perduci, nuper fecimus per noſtram Cameram ordinari, quod ſumma duorum milium Florenorum auri per Dilectos Filios Mercatores ſocietatis Azayalorum de Florentia Venerabili Fratri noſtro Joanni Epiſcopo Anagnin. noſtro in Urbe prædicta in ſpiritualibus Vicario, & Dilecto Filio Petro Laurentii Canonico Attrebaten. ejuſdem Baſilicæ Altarario, quibus per Nos cura reparationis hujuſmodi eſt commiſſa, vel eorum alteri aſſignentur, in reparatione prædicta utiliter & fideliter expendenda. Volentes igitur de hujuſmodi ſumma præfatis mercatoribus, cum eam prælibatis Epiſcopo, & Canonico, ut præfertur, aſſignaverint, debitam & celerem ſatisfactionem impendi; Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus mox cum prædicti mercatores tibi fidem fecerint, ſe dictam duorum milium Florenorum auri ſummam ſupradictis Epiſcopo & Canonico, vel eorum alteri aſſignaſſe, tu de pecuniis Cameram prædictam contingentibus in Patrimonio Beati Petri in Tuſcia, cujus Rector exiſtis, collectis, eandem ſummam mercatoribus ipſis perſolvas ſeu perſolvi facias abſque difficultate quacumque, præfatam exinde quantocitius redditurus nihilominus Cameram certiorem.

Mercatoribus tantundem ex Cameræ proventibus reſtituatur.

Datum Avenioni XVI. Kalendas Decembris, Anno Sexto.

Memo-

Memoratam in proxima Epiſtola florenorum ſummam una cum aliis pecuniis, operi inſtaurationis perficiendo impendi jubet.

Ex Regeſt. Epiſtol. Secret. Anni 6. Benedicti XII. Epiſt. 207. fol. 79. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Joanni Epiſcopo Anagnin. noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario, & Dilecto Filio Petro Laurentii, Canonico Atrebaten. & Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1340.

Novam pecuniarum ſummam ad Baſilicæ reparationem concedit.

INtellecto, quod pro continuatione ac perfectione operis quod fieri facimus in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, vos, quibus per nos cura ipſius operis commiſſa eſt, pecuniis indigetis; Ecce quod per Dilectos Filios Mercatores ſocietatis Azayalorum de Florentia ſummam duorum milium Florenorum auri vobis aſſignari, ſicut per Cameram noſtram & ipſos Mercatores nuper extitit ordinatum, mandamus; volentes ut ipſam ſummam cum aliis, quæ habetis penes vos, in eodem opere fideliter & utiliter expendatis; ſuper aſſignatione dictæ ſummæ pecuniæ, cum vobis facta fuerit per Mercatores prædictos, Cameram ipſam, & nihilominus Dilectum Filium Guigonem Electum Caſinen. Rectorem Patrimonii Beati Petri in Tuſcia reddituri quantocitius certiores.

De ſoluta pecunia ſumma Patrimonii Rector certior fiat.

Datum Avinioni XVI. Kalendas Decembris, Anno Sexto.

Jacobum de Sabellis, quo auctore Caſtrum Buccejæ vaſtatum fuerat, & igne combuſtum; ad ſatisfaciendum Vaticano Capitulo de incommodis eidem illatis compelli demandat.

Ex Regeſto Epiſt. Com. & de Cur. Benedicti XII. Anni 7. Epiſt. 103. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Magiſtro Bernardo de Lacu Canonico Ruthenen., Rectori Patrimonii Beati Petri in Tuſcia; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1341.

Præcipua cura Pontificis, ut jura Baſilicæ ſerva tectaque ſerventur.

ETſi quibuslibet Sacroſanctis Eccleſiis & aliis piis locis ex injuncto nobis Apoſtolatus Officio adverſus oppreſſorum injurias & inſolentias perverſorum aſſiſtere teneamur; Inſignem tamen Baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe adverſus nephandorum, qui bona & jura ipſius invadunt & rapiunt, præſumptuoſam audaciam compeſcendam, tanto majoribus tenemur fovere præſidiis, ſibique aſſiſtere in juſtitia miniſtanda, quanto ſumus ei ſpecialius obligati. Sane Dilectorum Filiorum Prioris & Capituli ejuſdem Baſilicæ querela gravis nuper ad Apoſtolatus noſtri perduxit auditum, quod Jacobus de Sabello Civis Romanus nulla rationabili cauſa exponente, ſed ſua temeritate propria Caſtrum Bire Bucceyæ (a) ſitum in diſtrictu dictæ Urbis, quod ſpiritualiter & temporaliter juris & proprietatis Beati Petri, & dictæ Baſilicæ fore dinoſcitur, per gentes & ſtipendiarios ſuos invadi, ſpoliari & totaliter diſrobari (b), ac Caſtrum ipſum totum poſtea expulſis exinde incolis ejuſdem, fecit ignis incendio auſu nephario concremari. Quare pro parte ipſorum Prioris & Capituli fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſuper prædictis indemnitati ipſorum & Baſilicæ ſupradictæ providere paterna diligentia de oportuno remedio dignaremur. Quocirca diſcretioni tuæ committimus & mandamus, quatenus per te vel alium ſeu alios, vocatis

Caſtrum Bucejæ diripitur, & incenditur.

Capituli Baſilicæ Vaticanæ ad Pontificem querela.

(a) Caſtrum Buccejæ, Vaticano Beati Petri Templo inſervientibus addictum, non pauca Romanorum Pontificum Diplomata ſuperius allata commemorant.

(b) Scilicet furari robam, expilari; ut videre eſt apud Petrum de Vineis, & Nicolaum de Jamſilla, quorum loca indicat Cangius.

(c) Con-

vocatis qui fuerint evocandi, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura Judicii ſuper prædictis te informes; & ſi per informationem hujuſmodi, vel alias tibi legitime conſtiterit de prædictis, eundem Jacobum ad ſatisfaciendum eiſdem Priori & Capitulo ac Baſilicæ de prædictis, & de aliis damnis & injuriis injuſte per eum illatis eisdem, auctoritate noſtra compellas; invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis; contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, Cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere: Non obſtantibus tam de duabus dietis in Concilio Generali, quam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inter cetera cavetur, ne aliquis extra ſuam Civitatem vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam, a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur; & quibuslibet aliis Conſtitutionibus a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus in contrarium editis, per quæ tuæ Juriſdictionis explicatio poſſit in hac parte quomodolibet impediri; ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede prædicta ſit indultum quod excommunicari, ſuſpendi vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Cognita rei veritate, ſi quæ in Capitulum illatæ ſunt injuriæ, ſarciantur.

Plenam contra reos, contradictores, & teſtes tribuit auctoritatem.

Apoſtolicis Privilegiis, & ſanctionibus nequaquam obſtantibus.

Datum Avenioni ii. Nonas Maij, Anno Septimo.

Berardum de Aquaviva, cujus virtutes commendat, Monaſterii S. Salvatoris de Magella Abbatem creat.

Extat Original. in Capſ. 21. Faſc. 242. Archiv. Baſilic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Berardo de Aquaviva Abbati Monaſterii S. *Salvatoris de Magella Ordinis Sancti Benedicti Theatin. Diœceſis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

AN. CH. 1341.

Multa Pontificis cura ſuper eorum, qui monaſteriis præſident, electione.

INter ſollicitudines varias, quibus aſſidue premimur, illa potiſſime pulſat & excitat mentem noſtram, ut ſtatus Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium curæ noſtræ Divina Providentia commiſſorum, ſpiritualiter & temporaliter augeatur; quodque illis, quæ ſuis deſtituta Paſtoribus, vacationis incomoda deplorare noſcuntur, tales Miniſtros præficere ſtudeamus, per quorum regimen utiliter & fideliter valeant gubernari. Dudum ſiquidem Monaſterio Sancti Salvatoris de Magella Ordinis Sancti Benedicti Theatinæ Diœceſis, per obitum quondam Rainaldi, ejuſdem Monaſterii Abbatis, qui in partibus illis diem clauſit extremum, Paſtoris regimine deſtituto, duas ibidem electiones, unam videlicet de te Ordinem ipſum expreſſe profeſſo & in Sacerdotio conſtituto, reliquam vero de Richardo de Guardiagrelis Monaſterii Sancti Joannis in Venere Ordinis & Diœceſis prædictorum Monachis a dilectis Filiis Conventu ipſius Monaſterii Sancti Salvatoris contigit in diſcordia celebrari. Et cum tu tuam, & Richardus prædictus ſuam a dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ad quos confirmatio & infirmatio electionis Abbatis dicti Monaſterii Sancti Salvatoris cum ſit pro tempore, de antiqua & approbata & hactenus pacifice obſervata conſuetudine dicitur pertinere (a), petiiſſetis electiones hujuſmodi confirmari; iidem Capitulum ex certis legitimis cauſis, electiones ipſas per ſuam diffinitivam ſententiam caſſaverunt, ac decreverunt eoſdem Conventum jure eligendi Abbatem dicti Monaſterii ea vice fore privatos, ac poteſtatem providendi ea vice dicto Monaſterio Sancti Salvatoris de Abbate, de ſimili conſuetudine ad ipſos Capitulum fore devolutum; ipſumque Capitulum, cum a dicta ſententia infra tempus legitimum appellatum non eſſet, jure devolutionis hujuſmodi de perſona tua ipſi Monaſterio Sancti Salvatoris de Magella providerunt, tibique, prout eis de dicta conſuetudine competebat, fecerunt ſubſequenter per Venerabilem Fratrem noſtrum Epiſcopum Marſican. munus benedictionis impendi. Et cum dictus Richardus ſe in eodem Monaſterio Sancti Salvatoris de Magella, fultus laicali potentia intruſiſſet, & ob hoc tu ipſius Monaſterii

Duo in Magellani Monaſterii Abbates eliguntur.

Capitulum S. Petri electionem utramque irritam declarat; & Berardum de Aquaviva Abbatem creat.

Obſtat Richardus, & monaſterium occupat.

(a) Conſulenda in rem hanc Nicolai IV. Bulla pag. 202., & ea quam Bullæ ſubjecimus animadverſio ſub lit. e.

(a) Hocce

naſterii poſſeſſionem adipiſci non poſſes, tu propter hoc ad Sedem Apoſtolicam perſonaliter acceſſiſti, & hujuſmodi negotio pro parte tua in Conſiſtorio propoſito coram Nobis, & nonnulli contra perſonam dicti Richardi parte, & pro parte dicti Richardi contra te, & proviſionem hujuſmodi de te factam, objectis defectibus, Nos bonæ memoriæ Raimundo Epiſcopo Caſinen. commiſimus per noſtras certi tenoris litteras, ut ſuper hujuſmodi hincinde propoſitis & objectis, ſe plenius in partibus informaret, quæ ſuper illis inveniret, Nobis poſtmodum relaturus; dictuſque Epiſcopus, juxta formam litterarum ipſarum, ſe ſtuduit informare, ac informationem ſuam hujuſmodi Nobis, ſub ſuo ſigillo incluſam, remittere procuravit. Noſque poſtmodum dilecto Filio Noſtro Gocio Tituli Sanctæ Priſcæ Cardinali commiſimus, oraculo vivæ vocis, ut informationem videret eandem, & Nobis relationem faceret de contentis in illa, & tandem te coram eodem Gocio comparente, dicto Richardo comparere non curante, nec aliquo pro eodem, omne jus quod ex præfectione tua hujuſmodi in dicto Monaſterio Sancti Salvatoris competebat, ſponte & libere, non tamen perſonæ tuæ vitio reſignaſti in manibus dicti Gocii Cardinalis, de mandato Noſtro reſignationem hujuſmodi admittentis. Nos itaque ad proviſionem ipſius Monaſterii Sancti Salvatoris celerem & felicem, de qua nullus, præter Nos, ſc hac vice intromittere poteſt, pro eo quod Nos diu ante ceſſionem hujuſmodi, proviſiones Monaſteriorum omnium, tunc vacantium, & vacaturorum in antea, quorum electos; ſeu proviſos electionibus, ſeu proviſionibus eorum, apud dictam Sedem cedere, ac ceſſiones eorum per Nos, ſeu authoritate Noſtra admitti contingeret, diſpoſitioni Noſtræ reſervantes, decrevimus extunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis, per quoſcumque, quavis authoritate ſcienter, ſeu ignoranter contingeret attemptari, ne ipſum Monaſterium Sancti Salvatoris prolixioris vacationis ſubjaceret incomodis, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam ſuper hoc diligentem habuimus, demum ad te, cui de Religionis zelo, litterarum ſcientia, vitæ munditia, honeſtate morum, & aliis multiplicibus virtutum meritis, fide digna Teſtimonia perhibentur (*a*), direximus oculos Noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona Tua, eidem Monaſterio de Magella, de Fratrum Noſtrorum conſilio, authoritate Apoſtolica providemus, Teque illi præficimus in Abbatem, curam & adminiſtrationem ipſius, tibi tam in ſpiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo: In illo, qui dat gratias & largitur præmia confidentes, quod dextera Domini Tibi aſſiſtente propitia, præfatum Monaſterium de Magella per tuæ circumſpectionis induſtriam proſpere dirigetur, & ſalubria dante Domino ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni Tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus onus regiminis dicti Monaſterii Sancti Salvatoris de Magella ſuſcipiens reverenter, ſic Te in eo ſollicite, prudenter, & fideliter exercendo, exhibeas ſtudioſum, quod proinde præmium æternæ retributionis acquiras, ac Noſtram, & dictæ Sedis gratiam uberius conſequi merearis.

Berardus adit Pontificem;

Qui cauſa cognitionem alteri demandat

Berardus juri ſuo ſponte cedit.

Pontifex eundem Berardum Abbatem creat

Quem hortatur ut fidum ac providum ſe prabeat.

Datum Avenion. Octavo Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

Ad Magellanæ Heremi Monachos ſcribit, ut Berardo de Aquaviva, quem Pontifex in Abbatem elegerat, obſequantur.

Ex Original. in Capſ. 23. Faſ. 45. Tabular. Baſil.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Conventui Monaſterii Sancti Salvatoris de Magella, Ordinis Sancti Benedicti Theatin. Dioc.; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1341.

Gravis Pontificem urget ſolicitudo, ut in Eccleſia digni præficiantur miniſtri.

INter ſolicitudines varias, quibus aſſidue premimur, illa potiſſime pulſat & excitat mentem noſtram, ut ſtatus Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium, curæ noſtræ divina providentia commiſſorum, ſpiritualiter & temporaliter augeatur; quodque illis, quæ ſuis deſtituta Paſtoribus, vacationis incommoda deplorare noſcuntur, tales Miniſtros præficere ſtudeamus, per quorum regimen utiliter & fideliter valeant gubernari. Dudum ſiquidem Monaſterio veſtro per obitum quondam Rainaldi ejuſdem Monaſterii Ab-

(*b*) Hocce Pontificis de Berardi virtutibus ac probitate teſtimonium, Canonicorum S. Petri, qui Richardo poſthabito, Berardum in Abbatem elegerant, prudentiam ac vigilem in Miniſtrorum electione curam commendat.

rii Abbatis, qui in partibus illis diem clauſit extremum, Paſtoris regimine deſtituto, duas ibidem electiones, unam videlicet de Dilecto Filio Berardo de Acquaviva Abbate veſtri prædicti Ordinis Sancti Benedicti expreſſe profeſſo & in Sacerdotio conſtituto, reliquam vero de Richardo de Guardiagrelis Sancti Joannis in Venere dicti Ordinis, Theatin Dioc. Monaſteriorum Monachis a vobis contigit in diſcordia celebrari; & cum idem Berardus Abbas ſuam, & Richardus prædictus ſuam, a Dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ad quos confirmatio & infirmatio electionis Abbatis dicti Monaſterii veſtrl cum fit pro tempore, de antiqua & approbata ac hactenus pacifice obſervata conſuetudine dicitur pertinere, petiiſſent electiones hujuſmodi confirmare; iidem Capitulum ex certis legitimis cauſis, electiones ipſas per ſuam diffinitivam ſententiam caſſaverunt, & decreverunt vos jure eligendi Abbatem dicti Monaſterii ea vice fore privatos, ac poteſtatem providendi ea vice dicto Monaſterio veſtro de Abbate ad ipſos Capitulum fore de ſimili conſuetudine devolutum; ipſique Capitulum, cum a dicta ſententia infra tempus legitimum appellatum non eſſet, jure devolutionis hujuſmodi de perſona euſdem Berardi Abbatis, ipſi Monaſterio veſtro providerunt, dictoque Berardo Abbati, prout eis de dicta conſuetudine competebat, fecerunt ſubſequenter per Venerabilem Fratrem noſtrum Epiſcopum Marſican. manus benedictionis impendi. Et cum dictus Richardus ſe in eodem veſtro Monaſterio fultus laicali potentia intruſiſſet, & ob hoc, idem Berardus Abbas poſſeſſionem adipiſci non poſſet, ipſe propter hoc ad Sedem Apoſtolicam perſonaliter acceſſit, & hujuſmodi negotio, pro parte ipſius Abbatis in Conſiſtorio propoſito coram Nobis, & nonnullis contra perſonam dicti Richardi per ipſum Abbatem, & pro parte dicti Richardi contra præfatum Abbatem & proviſionem hujuſmodi de eodem Abbate factam, objectis defectibus; Nos bonæ memoriæ Raymundo Epiſcopo Caſinen. commiſimus per noſtras certi tenoris litteras, ut ſuper hujuſmodi hinc inde propoſitis & objectis ſe plenius in partibus informaret, quæ ſuper illis inveniret Nobis poſtmodum relaturus; dictuſque Epiſcopus juxta formam litterarum ipſarum ſe ſtuduit informare, ac informationem ſuam hujuſmodi Nobis ſub ſuo ſigillo incluſam remittere procuravit; Noſque poſtmodum Dilecto Filio noſtro Gocio Tituli Sanctæ Priſcæ Presbytero Cardinali commiſimus oraculo vivæ vocis, ut informationem videret eandem, & Nobis relationem faceret de contentis in illa; & tandem eodem Abbate, coram eodem Gocio comparente, dicto Richardo comparere non curante, nec aliquo pro eodem, omne jus, quod ex præfectione hujus dicti Abbatis in dicto veſtro Monaſterio competebat, ſponte & libere, non tamen perſonæ ſuæ vitio præfatus Abbas reſignavit in manibus dicti Gocii Cardinalis, de mandato noſtro reſignationem hujuſmodi admittentis. Nos itaque ad proviſionem ipſius veſtri Monaſterii Sancti Salvatoris celerem & felicem, de qua nullus, præter Nos, ſe ea vice intromittere poterat, pro eo quod Nos diu ante ceſſionem hujuſmodi, proviſiones Monaſteriorum omnium tunc vacantium & vacaturorum in antea, quorum electos ſeu proviſos, electionibus ſeu proviſionibus eorum apud dictam Sedem cedere, ceſſiones ipſorum per Nos, ſeu authoritate noſtra admitti contingeret, diſpoſitioni noſtræ reſervantes, decrevimus ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper hiis per quoſcumque quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari; ne ipſum veſtrum Monaſterium prolixioris vacationis ſubjaceret incommodis, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam ſuper hoc diligentem habuimus, demum ad dictum Berardum Abbatem, cui de Religionis zelo, litterarum ſcientia, vitæ munditia, honeſtate morum, & aliis multiplicibus virtutum meritis fidedigna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis; quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona euſdem Berardi Abbatis eidem veſtro Monaſterio de Fratrum noſtrorum conſilio, authoritate Apoſtolica providimus, ipſumque illi præfecimus in Abbatem, curam & adminiſtrationem ipſius eidem Abbati tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo: In illo, qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quod dextera Domini præfato Abbati aſſiſtente propitia, dictum veſtrum Monaſterium per ejuſdem Abbatis circumſpectionis induſtriam proſpere dirigetur, & ſalubria dante Domino ſuſcipiet incrementa. Quocirca Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eundem Berardum Abbatem pro noſtra & ejuſdem Sedis reverentia benigne recipientes & honorifice pertractantes, exhibeatis ei obedientiam, & reverentiam debitam & devotam, ejus ſalubria monita & mandata ſuſcipiendo humiliter, & efficaciter adimplendo; alioquin ſententiam quam idem Abbas rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Datum Avinioni octavo Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Duo in Abbates eliguntur.

Capitulum S. Petri utranque electionem reſcindit.

Berardum Monaſterio præficit, ſed obſtat Ricardus, & Monaſterium occupat.

Berardi querele ad Pontificem, qui cauſam diſcutiendam committit.

Berardus ſuo juri cedit.

Pontifex Berardum Monachum, cujus virtutes commendat, Abbatem creat.

Abbati Berardo honor & obſequium a Monachis præſtatur.

Privi-

Privilegia ac libertates cum a Romanis Pontificibus, tum a Regibus ac Principibus Monaſterio Magellano conceſſas innovat atque confirmat.

Ex Autographo in Archiv. Baſil. Capſ. 21. Faſc. 242.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati & Conventui Monaſterii Sancti Salvatoris de Magella Ordinis Sancti Benedicti Theatin. Dioc. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1341.

Multa, ex Pontificum & Regum benignitate, nec non Fidelium oblationibus, Majellano Cœnobio competunt Privilegia;

CUM a Nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, Dilecti in Dño Filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia, vel alias indulgentias, vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus (a), & Principibus, vel aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis, & Monaſterio prædicto indultas, ſicut eas juſte & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Quæ Pontificia auctoritate roborantur; pœnis in contradictores ſtatutis.

Datum Avinion. xviii. Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Petro Altarario jus tribuit, ut de accepta pecunia in Baſilicæ inſtaurationem eroganda, Bernardum Patrimonii Rectorem abſolvat & liberet.

Ex Regeſt. Epiſtol. Secret. Anni 7. Benedicti XII. Epiſt. 198. fol. 82. apud. Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Petro Laurentii Canonico Attrebaten., Altarario Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1341.

Rectori Patrimonii injungitur, ut certam pecuniæ ſummam Altarario perſolvat.

CUM pridem pro parte Cameræ noſtræ mandatum fuerit Dilecto Filio Magiſtro Bernardo de Lacu, Canonico Ruthenen. juris civilis profeſſori, Rectori Patrimonii Beati Petri in Tuſcia, ut de pecuniis Cameram ipſam contingentibus apud eum exiſtentibus, tibi quingentos Florenos auri expendendos & fideliter diſpenſandos per te in reparatione ſtructuræ dictæ Baſilicæ quam fieri facimus ſicut noſti, faceret abſque moroſæ dilationis obſtaculo aſſignari, ac tu & idem Rector poſtmodum prælibatæ Cameræ ſcripſeritis, aſſignationem hujuſmodi fore factam; Nos volentes ejuſdem Rectoris indemnitatibus ſuper hiis præcavere, ut eundem Rectorem & omnia bona ſua de dictis quingentis Florenis auri, ſi eos ut præfertur, receperis, abſolvere valeas plenius & quitare, plenam tibi concedimus tenore præſentium facultatem.

Fit pecuniæ ſolutio.

Patrimonii Rector ſervetur indemnis.

Datum Avinioni XVII. Kalendas Novembris, Anno Septimo.

Certum

(a) Privilegia Rogerii, ac Guillelmi Siciliæ Regum, nec non Friderici Imperatoris hic ſubindicantur; quorum ſeriem in Diſſertatione de Abbatia Majellana dabimus ad calcem præſentis Tomi.

(a) Quod

Certum Canonicarum numerum in Monaſterio S. Catharinæ de Portica S. Petri, Epiſcopo Aſſiſienſi decernendum committit. (*a*)

Ex Reg. Epiſt. Com. & de Cur. Benedicti XII. Annor. 7. & 8., Anni 8. Ep. 57. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Nicolao Epiſcopo Aſſiſinaten., noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1342: *Inutilis Miniſtrorum multitudo, confuſionem parit.*

AD decorem & quietem Eccleſiarum & Monaſteriorum accedit, quod determinatus in eis exiſtat numerus Miniſtrorum, cum confuſionem inducere ſoleat multitudo maxime oneroſa, afferatque penuriam concurſus Miniſtrorum hujuſmodi ultra ſuppetentiam facultatum. Sane petitio Dilectarum in Chriſto Filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii Sanctæ Catarinæ de Portica Sancti Petri de Urbe, Ordinis Sancti Auguſtini, Nobis nuper exhibita continebat, quod ipſæ per Nobiles Viros de dicta Urbe & alios partium vicinarum, in receptione perſonarum in Canonicas ejuſdem Monaſterii ultra quam exigant ipſius Monaſterii facultates, pluries moleſtantur & etiam adgravantur. Quare præfata Abbatiſſa & Conventus nobis humiliter ſupplicarunt, ut certum Canonicarum numerum juxta hujuſmodi facultatum competentiam, in eodem Monaſterio duceremus auctoritate Apoſtolica ſtatuendum. Nos igitur de præmiſſis notitiam non habentes ac gerentes de circumſpectione tua fiduciam in Domino ſpecialem, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus de facultatibus hujuſmodi plenius informatus, in eodem Monaſterio certum Canonicarum numerum, juxta earundem facultatum exigentiam, auctoritate prædicta ſtatuas inibi perpetuis temporibus obſervandum; Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Non obſtante ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Monaſterium S. Catharinæ de Portica certum numerum definiri petit.

Annuit Pontifex, habeat Monaſterii proventuum ratione.

Quæ obeſſe poſſent, e medio tollit.

Datum Avenioni IX. Kalendas Aprilis, Anno Octavo.

Monaſterii S. Catharinæ de Portica S. Petri indemnitatibus proſpicit ſuper ædificiorum quorumdam conſtructione in Cœnobii ejuſdem vicinia.

Ex Reg. Epiſt. Com. & de Cur. Benedicti XII. Annor. 7. & 8. Anni 8. Epiſt. 58. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Nicolao Epiſcopo Aſſiſinaten., noſtro in Spiritualibus in Urbe Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1342. *Rei ſeriem enarrat.*

PEtitio Dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii Sanctæ Catarinæ de Portica Sancti Petri de Urbe, Ordinis Sancti Auguſtini, nobis nuper exhibita continebat, quod cum ipſæ a multis retroactis temporibus in ipſo Monaſterio ſub regulari habitu devotum impenderint Altiſſimo famulatum, & juxta dictum Monaſterium & earum Eccleſiam ſolo pariete ſeu ſpatio quatuor paſſuum mediante vel circa ſint quædam Mulieres recluſæ, quæ intendunt Monaſterium cum Eccleſia ibidem erigere: quod ſi fieret in ipſarum Canonicarum præjudicium & ſcandalum

(*a*) Quod hic memorantur S. Catharinæ Monaſterium, ejuſque Bona Paulus II. ſpeciali Bulla 3. Non. Januar. Pontif. ann. 6. edita, Baſilicæ Vaticanæ perpetuo univit: Antequam, Alexandro VII. Pontifice, ſolo æquaretur, extabat non longe ab eadem Sancti Petri Baſilica.

Novi operis ſtructura Monaſterio Sanctæ Catharinæ de Portica damnum infert.

dalum redundaret; ac hujuſmodi erectio, utrarumque ipſarum cauſa deſtructionis exiſteret; manifeſte pro parte ipſarum Abbatiſſæ & Conventus Nobis nuper extitit humiliter ſupplicatum, ut providere eis ſuper hoc de oportuno remedio miſericorditer dignaremur. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi vocatis qui fuerint evocandi, de præmiſſis auctoritate noſtra plenius informatus, inveneris quod prædictæ mulieres recluſæ in loco præfato Monaſterium & Eccleſiam ſine præjudicio ipſarum Abbatiſſæ & Conventus erigere ſeu ædificare non poſſint, eaſdem recluſas, Monaſterium & Eccleſiam hujuſmodi ædificare ſeu erigere aliquatenus non permittas; contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtante ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Nuria novi operis molimina, quibuſcumque non obſtantibus, prohibet.

Datum Avinioni Nono Kalendas Aprilis, Anno Octavo.

CLEMENS VI.

Benedicto XII. vita functo Clemens VI. die 7. Maji anno 1342. ſufficitur, die vero 19. ejuſdem menſis & anni coronatur. Exactis in Pontificatu annis 10. menſibus 7. diem ſupremum obiit 8. Idus Decembris anno 1352.

Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyteratu Anibaldum Epiſcopum Tuſculanum exornat.

Ex Regeſt. 6. Epiſt. Com. Clem. VI. Anni 1. Epiſt. 64. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Anibaldo (a) Epiſcopo Tuſculano; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1342.

Anibaldi Tuſculani Epiſcopi laudes.

DUm ad Perſonam tuam paternæ dirigimus conſiderationis intuitum, & attente perſpicimus, quod tu Romanam Eccleſiam; cujus honorabile membrum exiſtis, tuorum honoras magnitudine meritorum; decens reputamus & debitum, ut per eam congruis attollaris favoribus, ipſamque in tuis oportunitatibus reperias liberalem. Dudum ſiquidem felicis recordationis Benedictus Papa XII. prædeceſſor noſter in ſui Apoſtolatus primordiis omnes dignitates, perſonatus & officia, ceteraque beneficia Eccleſiaſtica quocumque modo apud Apoſtolicam Sedem tunc vacantia, & impoſterum vacatura diſpoſitioni ſuæ, donec miſerationis divinæ clementia ipſum univerſalis Eccleſiæ regimini præſidere concederet, reſervavit; decernens ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contingeret attentari: ac deinde dicto Prædeceſſore, ſicut Domino placuit, de hac luce ſubtracto; Nos ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, uno menſe a noſtræ promotionis exordiis tunc nondum elapſo, hujuſmodi dignitates, perſonatus & officia, ceteraque Beneficia Eccleſiaſtica tunc apud dictam Sedem quocumque modo vacantia & inantea vacatura, cum ſimilis interpoſitione decreti, collationi & diſpoſitioni noſtræ ſimiliter duximus reſervanda. Cum itaque Archipresbyteratus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quem bonæ memoriæ Neapoleo Sancti Adriani Diaconus Cardinalis in præfata Baſilica, dum viveret, obtinebat, per ipſius obitum qui dudum apud dictam Sedem, ipſo Prædeceſſore vivente, diem clauſit extremum, (b) apud dictam Sedem vacaviſſe & adhuc vacare noſcatur, nulluſque de dicto Archipresbyteratu, de quo ſic vacante idem Prædeceſſor, dum vixit, minime ordinavit, præter Nos hac vice diſponere potuerit neque

Canonem de collatione Beneficiorum, quæ apud Sedem Apoſtolicam vacant, Summo Pontifici reſervata, confirmat.

Neapoleone Baſilicæ Vaticanæ Archipresbytero vita functo; ſucceſſorem deligere ſolius eſt Pontificis.

(a) De Ceccano, qui Vaticanæ Baſilicæ Archipresbyterum egit annos 7. menſ. 7. dies 11., ab electionis die, Kalendis ſcilicet Decembris 1342. ſupputandos. Nam ut in Lib. de Archipresbyteris Jac. Grimaldus ex Archivii noſtri monumentis edoctus obſervat, Cardinalis Anibaldus ſupremum diem obiit v. Idus Julii anno Domini 1350.

(b) Caſtigandum ergo, quod apud Ciaconium legitur, ſcilicet Neapoleonem Card. Urſinum e vivis abiiſſe anno Chriſti 1347. Relege monumentum pag. 246. not. c. prolatum.

Cui dignitatem Archipresbyteratus confert.

que poſſit, reſervationibus & Decretis obſtentibus ſupradictis; Nos volentes tibi gratiam facere ſpecialem, dictum Archipresbyteratum ſic vacantem, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, tibi, quem etiam Dilecti Filii Capitulum ejuſdem Baſilicæ, præfatæ Baſilicæ utilem fore aſſerunt, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra liberalitate, Apoſtolica auctoritate conferimus, & de illo etiam providemus: Decernentes, prout eſt, irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel contigerit impoſterum attentari; ac tibi curam & regimen dictæ Baſilicæ, necnon Perſonarum ipſius plenam & liberam, inſtitutionem quoque & deſtitutionem, prout eam dictus Neapoleo & alii Archipresbyteri ejuſdem Baſilicæ qui fuerunt pro tempore, habuerunt & exercuerunt, auctoritate prædicta plenarie concedentes: Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus ejuſdem Baſilicæ contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica vel quacumque firmitate alia roboratis; aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de dignitatibus, perſonatibus aut officiis dictæ Baſilicæ ſpeciales, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales noſtras, vel Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, aut Legatorum Sedis Apoſtolicæ litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum; quibus omnibus in ipſius Archipresbyteratus aſſecutione te volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem dignitatum, perſonatuum, officiorum & beneficiorum aliorum præjudicium generari; aut ſi eiſdem Capitulo, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non poſſint, quodque de dignitatibus aut perſonatibus ſeu officiis dictæ Baſilicæ, vel Beneficiis aliis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem,

Plenam authoritatem, etiam inſtituendi & deſtituendi concilïat.

Quæ contra opponi poſſent, e medio tollit.

præſentationem vel quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis; ſeu ſi præſens non fueris ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus ejuſdem Baſilicæ ſolitum juramentum, ad quod præſtandum, dummodo per Procuratorem legitimum illud præſtes, te volumus non teneri. Tecum inſuper, ut Archipresbyteratum hujuſmodi libere recipere, ac illum unacum Epiſcopatu tuo Tuſculano, necnon Dignitatibus, Perſonatibus, Prioratibus, Canonicatibus, & Præbendis, Eccleſiis, & aliis Eccleſiaſticis Beneficiis quibuſcumque, cum cura vel ſine cura, quæ ex conceſſione & diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ obtines vel expectas, quæcumque, qualiacumque & quocumque ſint numero, valeas licite retinere, generalis Concilii & quibuſlibet aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium editis, nequaquam obſtantibus, auctoritate prædicta, motu ſimili diſpenſamus: Proviſo, quod Archipresbyteratus, Dignitates, Perſonatus, Prioratus, Canonicatus, & Præbendæ & alia Eccleſiaſtica Beneficia hujuſmodi debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ collationis, proviſionis, conſtitutionis, & diſpenſationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Jus tribuit Archipresbytero, ut per Procuratorem juramentum præſtet; atque Epiſcopatum Tuſculanum, aliaque beneficia non dimittat.

Modo debitis non fraudentur obſequiis.

Pœnæ in contradictores.

Datum Avenioni Kalendis Decembris, Anno primo.

S Pauli

S. Pauli, & S. Gregorii de Urbe Monaſteriorum Abbatibus, ac Franciſco de filiis Urſi demandat ſuperioris Bullæ exequutionem.

Ex Reg. *6.* Epiſt. Com. Clementis VI. anni primi epiſt. *65.* apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Sancti Pauli, & Sancti Gregorii de Urbe Monaſteriorum Abbatibus ac Franciſco de Filiis Urſi Theſaurario Eccleſiæ Eboracen. Cappellano noſtro; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1342.

Baſilicæ Archipresbyter in poſſeſſionem admittitatur.

DUm ad Perſonam &c. (*ut in præcedenti Bulla, iis variatis quæ varianda ſunt, uſque*) nullatenus negligatur. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum, per vos vel alium ſeu alios eundem Anibaldum Epiſcopum vel Procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem dicti Archipresbyteratus ejuſdem Baſilicæ ac jurium & pertinentiarum ipſius inducatis auctoritate noſtra & defendatis inductum, amoto exinde quolibet detentore; facientes ipſum vel dictum Procuratorem pro eo ad dictum Archipresbyteratum, ut moris eſt, admitti, ſibique de ipſius Archipresbyteratus fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi: Non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ſi eiſdem Capitulo vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem Sede indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Fructus perſolvantur, ſive tribuantur.

Contradictores cenſura multentur.

Datum Avenioni Kalendis Decembris, Anno primo.

Jubilæum, quod Bonifacius VIII. centeſimo quoque anno celebrandum inſtituerat, Clemens VI. ad annum quinquageſimum redigit: Baſilicis SS. Petri & Pauli, in quibus orare debent Fideles ad Jubilæum ipſum lucrandum, addit Lateranenſem.

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Tabular. Caps. 1. Faſc. 254. (*a*)

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei; Ad perpetuam rei memoriam.

AN. CH. 1343.

Chriſti Domini Incarnatio merita, ac Sanguinis profuſio in humanæ ſalutis beneficium.

UNigenitus Dei Filius de ſinu Patris in uterum dignatus eſt deſcendere matris, in qua, & ex qua noſtræ mortalitatis ſubſtantiam divinitati ſuæ in ſuppoſiti unitate ineffabili unione conjunxit; id quod fuit permanens, & quod non erat aſſumens, ut haberet nnde hominem lapſum redimeret, & pro eo ſatisfaceret Deo Patri. Ubi enim venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret, & adoptionem reciperent filiorum. Ipſe namque factus nobis a Deo ſapientia & juſtitia, ſanctificatio & redemptio, non per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium Sanguinem introivit ſemel in Sancta, æterna redemptione inventa; non enim corruptibilibus auro & argento, ſed ſui ipſius Agni incontaminati & immaculati precioſo Sanguine nos redemit, quem in ara Crucis pro nobis innocens immolatus, non guttam Sanguinis modicam, quæ tamen propter unionem ad Verbnm, pro redemptione humani generis ſuffeciſſet, ſed copioſe velut quoddam profluvium noſcitur effudiſſe, itaut a planta pedis uſque ad verticem nulla ſanitas inveniretur in ipſo. Quantum ergo exinde, ut nec ſupervacua, inanis, aut ſuperflua tantæ effuſionis miſeratio redderetur, theſaurum militanti Eccleſiæ acquiſivit, volens ſuis theſaurizare filiis pius Pater, ut ſic ſit infinitus theſanrus hominibus, quo qui uſi ſunt, Dei amicitiæ participes ſunt effecti. Quem quidem

Ex Chriſti meritis Eccleſiæ theſaurus.

(*a*) Proſtat etiam in Extravag. *Unigenitus* 2. de Pœnitentiis & Remiſſionibus, inter Communes, & apud Raynaldum ad ann. 1349. num. 11.

(*a*) Con-

Quænam ad Indulgentiam aſſequendam præſtanda opera.

legio decoretur, & devotus populus ab eodem Salvatore, qui in præfatis Apoſtolis mirabilis prædicatur, eorum meritis & precibus Indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc cenſuimus honorandam, cauſa devotionis modo præmiſſo viſitaverint, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum veniam conſequantur: Ita videlicet, ut quicumque voluerint Indulgeotiam hujuſmodi aſſequi, ſi Romani ad mious triginta continuis vel interpolatis ſaltem ſemel in die, ſi vero peregrini aut forenſes modo ſimili quindecim diebus ad prædictas Baſilicas, & Eccleſiam accedere teneantur, ac adjicientes, ut hii etiam qui pro ea conſequenda ad eaſdem Baſilicas, & Eccleſiam accedentes poſt iter arreptum impediti legitime quo minus ad Urbem illo anno valeant pervenire, aut in via, vel dietum prætaxato numero non completo in dicta Urbe deceſſerint vere pœnitentes ut

Qui legitimo detinentur impedimento poſſunt Indulgentias lucrari.

præmittitur, & confeſſi eandem Indulgentiam conſequantur. Omnes nihilominus, & ſingulas lodulgentias per Nos, vel Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices tam prænomioatis, quam aliis Baſilicis & Eccleſiis de dicta Urbe conceſſas, ratas & gratas habentes, ipſas auctoritate Apoſtolica confirmamus & approbamus, ac etiam innovamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reductionis, conſtitutionis, adjectionis, confirmationis, approbationis, & innovationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & dictorum Petri et Pauli Apoſtolorum, ſe noverit incurſurum.

Indulgentias alias a Prædeceſſoribus conceſſas confirmat.

In Bulla violatores, pœnas indicit.

Datum Avinion. vi. Kal. Februarii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Canonicis indulget, ut ſingulis annis duorum menſium ſpatio a reſidentia abeſſe liceat abſque ulla redituum, qui præſentibus erogantur, diminutione.

Ex Autogr. in Baſil. Vatic. Tabular. Capſ. 6. Faſc. 264.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Priori, & Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1343. *Peculiaris in Baſilicam cura Pontificis.*

Licet Eccleſiarum omnium cura ſit Nobis, Domino diſponente, commiſſa; præcipue tamen venerandam Baſilicam ad honorem Beati Petri Apoſtolorum Principis æteroi Regni Clavigeri in Urbe conſtructam, & ſui nominis titulo inſignitam honorificeotia digna proſequimur, & libeoter miniſtris ſervieotibus io eadem Apoſtolicæ munificentiæ dexteram aperimus. Hinc eſt quod Nos veſtris ſupplicationibus inclioati, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut ſinguli veſtrum, & omnes præfatæ Baſilicæ poſteri Canonici ſingulis Annis per duorum menſium ſpatium continue vel per vices, petita per ſe vel alium liceotia a prædictæ Baſilicæ Capitulo, vel majori parte ipſius, ſeu ab illo qui pro tempore ſuper hoc fuerit a vobis ſpecialiter deputatus, abſque defalcatione ſeu diminutione aliqua ſolutionis ſex librarum provenientium Senatus (a) ſecundum ſtatuta felicis recordationis Nicolai Papæ III. Prædeceſſoris noſtri pro ſingulis duobus Menſibus ſingulis ejuſdem Baſilicæ

Jus tribuit Canonicis, ut juſtis de cauſis bimeſtri ſpatio poſſint a Baſilica abeſſe; petita tamen licentia.

Canonicis faciendæ (b), & quorundam proventuum, qui vocantur Excepta (c), poſſint ſe libere extra Urbem, & infra pro corporum infirmitate vitanda, & ſanitate recuperanda, & ſuis ac ſuorum honeſtis negotiis promovendis ab eadem Baſilica abſentare, ac extra Canonicam, ſeu Clauſtrum ipſius licite pernoctare; Et quo ad perceptionem dictarum ſex librarum, & proventuum qui dicuntur Excepta, reputentur pro dictis duobus Menſibus, vel pro rata dierum, quibus abſuerint ab eadem, in ipſa Baſilica, ſeu ejus Canonica perſonaliter reſidentes: Non obſtantibus contrariis ejuſdem Baſilicæ conſuetudinibus, vel ſtatutis ſub quacumque forma verborum expreſſis, juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, vel quacumque firmitate alia roboratis, etiamſi de illis ſervandis per ſe vel per alios ſeu alium præſtiteriot, vel eos impoſterum præſtare contigerit juramentum: Proviſo quod dicta Baſilica propter hoc debitis non fraudetur obſequiis, & in ea ſufficiens remaneat oumerus miniſtrorum

Abſentes non ſecus ac præſentes, diſtributiones lucrantur.

Iis derogat, quæ huic conſtitutioni obeſſe poſſent.

(a) Huc revocanda quæ diximus fol. 173. not. d.
(b) De hujuſmodi diſtributione videſis pag. 137. hujus Collectionis Bullarum Vaticanæ Baſilicæ.
(c) A Nicolao III. ſuperius recenſita fol. 181.

Graves in violatores comminatur pœnas.

ſtrorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum apud Caſtrum Sancti Cirici in Monte aureo prope Lugdun. viiii. Kal. Martii, Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Ad reparationem Portalis Eccleſiæ Lateranenſis, necnon Aulæ Pontificiæ, ac Pinnaculi Vaticanæ Baſilicæ, quingentos aureos florenos ſupra mille ſuppeditari jubet.

Ex Reg. Epiſt. Secret. An. 2. Clem. VI. Epiſt. 1060. apud. Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Bernardo Electo Viterbien., Rectori Patrimonii Beati Petri in Tuſcia; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1343.

Inter ædificia, quæ reparatione indigent, etiam Baſilica S. Petri inſtauranda.

Pontifex pecuniam ſuppeditari decernit.

INtelleximus, quod tam pro reparatione Portalis (a) Eccleſiæ Lateranen. quam Aulæ ſeu Audientiæ Papalis, necnon & Pignaculi Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe pridem jactu fulguris multum læſi, certa pecuniæ ſumma exiſtere noſcitur oportuna. Nos igitur volentes ſuper hoc utiliter provideri, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de pecuniis per te collectis Cameram Noſtram tangentibus, Venerabili Fratri Noſtro Raimundo Epiſcopo Reatino, Noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario, mille quingentos Florenos auri, per eum in operibus reparationum hujuſmodi fideliter & utiliter convertendos, ſtudeas aſsignare. Nos autem eidem Epiſcopo te quitandi & abſolvendi de hiis, quæ inde ſibi aſſignaveris, per alias concedimus litteras poteſtatem.

Datum Avenioni Secundo Nonas Maji, Anno Secundo.

Raymundo Epiſcopo Reatino demandat, ut memoratam in proximis literis pecuniæ ſummam in deſignata opera impendat; & Patrimonii Rectorem, a quo pecunia ipſa erat tradenda, abſolvat & liberet.

Ex Reg. Epiſt. Secret. An. 2. Clementis VI. Epiſt. 1061. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Raimundo Epiſcopo Reatino Noſtro in Spiritualibus Urbis Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1343.

Lateranenſis, ac Vaticana Baſilica, necnon Pontificia ædes indigent reparatione.

Juſſu Pontificis pecunia ex Cameræ redditibus miniſtranda.

Urbis Vicario jus tribuit, ut pecuniam exigat, &, eum a quo pecuniam accepit, abſolvat.

INtelleximus, quod tam pro reparatione Portalis Eccleſiæ Lateranen., quam Aulæ ſeu Audientiæ Papalis, necnon & Pignaculi Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe pridem jactu fulguris multum læſi, certa pecuniæ ſumma exiſtere noſcitur oportuna. Nos igitur volentes ſuper hoc utiliter provideri; Dilecto Filio Bernardo Electo Viterbien., Rectori Patrimonii Beati Petri in Tuſcia, per litteras noſtras mandamus, ut de pecuniis per ipſum collectis Cameram Noſtram contingentibus, tibi mille quingentos Florenos auri, per te in operibus reparationum prædictarum fideliter & utiliter convertendos, ſtudeat aſſignare. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſummam Florenorum hujuſmodi recipiens, eam ſolerti & fideli adhibita diligentia in eiſdem operibus ſic prudenter diſpenſare procures, quod inde mereri valeas apud Deum, & a nobis merito commendari. Nos autem tibi quitandi & abſolvendi dictum Electum de hiis, quæ inde tibi duxerit aſſignanda, plenam concedimus tenore præſentium poteſtatem. Volumus tamen, quod ſuper aſſignatione hujuſmodi duo confici facias conſimilia publica Inſtrumenta, quorum uno penes eundem Electum dimiſſo, reliquum ad Noſtram Cameram quantocitius mittere non poſtponas.

Datum Avenioni Secundo Nonas Maji, Anno Secundo.

Obortam

(a) Quæ vox pro veſtibulo ſive atrio accipitur in nonnullis monumentis a Cangio relatis.

(b) Turris ſcilicet, ubi campanæ pendebant: quam notionem hoc vocabulum obtinet in notis ad Martyrol. Eccl. S. Salvatoris Aquenſis apud mox laudatum Cangium.

(a) Nunc

Obortam inter Vaticanum Capitulum & Præceptorem Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia controverſiam de Eccleſia Sanctæ Mariæ in Palazola, ſelectis viris dirimendam committit cum facultatibus oportunis.

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Tabular. Capſ. 5. Faſc. 261.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati Monaſterii Sancti Blaſii in Cantuſecuto (a), & Sancti Jacobi in Septingano, & Sanctæ Mariæ in Minerva Ordinis Fratrum Prædicatorum Prioribus de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1343. *Jura Capituli S. Petri in Eccleſiam S. Mariæ in Palazola a Præceptore Hoſpitalis S. Spiritus turbantur.*

Conqueſti ſunt Nobis dilecti filii Prior & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod licet Eccleſia Sanctæ Mariæ in Palazola (b) de dicta Urbe cum juribus & pertinentiis ſuis, eiſdem Priori, & Capitulo in proprios uſus eorum, auctoritate Apoſtolica canonice conceſſa fuiſſe noſcatur; tamen Præceptor, & fratres hoſpitalis noſtri Sancti Spiritus in Saxia de eadem Urbe Eccleſiam ipſam Sanctæ Mariæ contra juſtitiam occuparunt, & detinent occupatam, ac impediverunt, & impediunt, quominus prædicti Prior, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ valeant poſſeſſionem nanciſci. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis cauſam, & appellatione remota, fine debito decidatis; facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere: Non obſtante indulgentia, qua, fili Prior Fratrum Prædicatorum, Ordini tuo a Sede Apoſtolica dicitur eſſe conceſſa, ut ipſius Ordinis Fratres non teneantur ſe intromittere de quibuſcumque negotiis, quæ eis per ejuſdem Sedis litteras committuntur, niſi in eiſdem litteris de conceſſione hujuſmodi, plena & expreſſa mentio habeatur. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur.

Pontifex cauſſam cognoſci ac definiri mandat.

Conſtitutiones quæ Delegati jurisdictionem impedimento eſſe poſſent, derogat.

Datum Avinion. xv. Kal. Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Alteram inter Vaticanum Capitulum & Præceptorem Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia controverſiam ſuper nonnullis juribus ac poſſeſionibus, definiendam committit.

Ex Autogr. in Vatic. Baſil. Tabular. Capſ. 5. Faſc. 261.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati Monaſterii Sancti Blaſii in Cantuſecuto, & Sancti Jacobi in Septingano, ac Sanctæ Mariæ in Minerva Ordinis Fratrum Prædicatorum Prioribus de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1343. *Præceptor Hoſpitalis S. Spiritus Capitulo S. Petri ſuper fundis aliquot moleſtiam infert.*

Conqueſti ſunt nobis dilecti filii Prior, & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod Præceptor, & Fratres Hoſpitalis noſtri Sancti Spiritus in Saxia de dicta Urbe ſuper Bravi (c) & Pauli (d) Territoriis fundui vulgariter appellatis, eorumque juribus, & pertinentiis, terris, poſſeſſionibus, & rebus aliis ad dictam Baſilicam ſpectantibus injuriantur eiſdem. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus partibus convocatis, audiatis cauſam, & appellatione remota

(a) Nunc *della Pagnotta* in via Julia.

(b) De qua conſulatur pag. 25. not. *d.*

(c) Inter cetera Baſilicæ Vaticanæ prædia Hadrianus IV. aliique Summi Pontifices, ut ſupra vidimus, *Brani* al. *Bravi* fundum enumerant.

(d) *Pauli* Fundum ipſe Hadrianus IV. & S. Leo itidem IV. in præallatis Bullis commemorant.

remota ſine debito decidatis; facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. *Quidquid Delegati jurisdictionem impedire poſſet, e medio tollit.* Non obſtante indulgentia, qua, fili Prior Fratrum Prædicatorum, Ordini tuo a Sede Apoſtolica dicitur eſſe conceſſum, ut ipſius Ordinis Fratres non teneantur ſe intromittere de quibuſcumque negotiis, quæ eis per ejuſdem Sedis litteras committuntur, niſi in eiſdem litteris de conceſſione hujuſmodi plena & expreſſa mentio habeatur. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur.

Datum Avinion. xv. Kal. Julii, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Raymundo Epiſcopo Reatino committit, ut Mareſcalcos Curiæ Capitolii de Urbe, ſtatum ac libertatem Vaticanæ Baſilicæ perturbantes, cenſuris coerceat.

Ex Autogr. in Archivo noſtro Capitulari Caps. 5. Faſc. 262 (*a*)

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Raymundo Epiſcopo Reatino, & Dilectis Filiis Abbati Monaſterii Sancti Blaſii in Cantuſecuto, ac Archipreſbytero Eccleſiæ Sancti Vincentii de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1143. *Capituli querela contra Mareſcalcos, quibus Baſilicæ cuſtodia concreditur.*

QUerelam Dilectorum Filiorum Prioris, & Capituli Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe recepimus continentem, quod Mareſcalci (*b*) Curiæ Capitolii dictæ Urbis, qui ſunt pro tempore, quique tempore majoris ebdomadæ propter multitudinem Peregrinorum ad dictam Baſilicam confluentium, ad obviandum ſcandalis & periculis imminentibus, per dilectum Filium Altarerium ejuſdem Baſilicæ, ac dictos Priorem, & Capitulum aſſumuntur pro cuſtodia, quique aliqualem modici victus, & tenuem proviſionem ab ipſis Altarerio, Priore, & Capitulo conſueverunt quandoque habere; proviſione ſolita non contenti, ſed ſe ipſis Priori, & Capitulo reddentes infeſtos, ſtatum & libertatem dictæ Baſilicæ ſatagunt enormiter perturbare, ac ſibi de facto juriſdictionem vendicant in domibus cenſualibus dictæ Baſilicæ, tallias (*c*) inconſuetas, & prorſus inſolitas exactiones imponentes eiſdem; *Pecunias extorquent.* & quod nefandius eſt, ipſi Divini timoris, & amoris obliti, multas inhoneſtate mulierum, & turpitudines, violentias, & manifeſtas injurias in Platea, Scalis, & Paradiſo (*d*), & per totam Porticum ejuſdem Baſilicæ committunt & perpetrant impudenter; *Inhoneſta committunt.* in criminalibus & civilibus cauſis juxta ſcalas & diſtrictum Canonicæ dictæ Baſilicæ cognoſcunt, & judicium exercent *Judicium exercent.* ibidem in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ, honoris ejuſdem Baſilicæ, dictorum Peregrinorum grave ſcandalum, ac ipſorum Prioris & Capituli opprobrium, & non modicum detrimentum. Quare præfati Prior, & Capitulum nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ipſis, & eidem Baſilicæ in hac parte de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur talia deteſtantes, ac cupientes erga dictam Baſilicam a cunctis Fidelibus honeſtatem, modeſtiam, & reverentiam debitam obſervari, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatinus vos, vel duo aut unus veſtrum, per vos vel alium ſeu alios, præfatos Mareſcalcos ad ceſſandum & deſiſtendum omnino ab indebitis exactionibus, injuriis, violentiis, & enormitatibus ſupradictis per Cenſuram Eccleſiaſticam auctoritate Apoſtolica, ſublato appellationis obſtaculo, compellatis (*e*): *Ut tot tantiſque malis occurrat, Pontifex deſignat Judices, quibus opportunam juriſdictionem conciliat.* Non obſtante ſi eis, vel eorum alicui a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Datum apud Villam Novam Avenionen. Diœceſis xiii. Kalendas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Geminam

(*a*) Extat & apud Archivum Apoſtolicum Vaticanum in Reg. Anni ſecundi Epiſt. Comm. & de Cur. Clement. VI. in Rubrica de diverſis formis, Epiſt. 372.

(*b*) De Mareſcalcis diximus ſupra pag. 307. nota *a*.

(*c*) Scilicet impoſitiones. Vide Dictionarium Longobardicum apud Margarin. in Bullar. Caſin.

(*d*) Conſulatur not. *e*. pag. 31.

(*e*) Pontificium hocce Diploma executioni demandatum fuit a Raymundo Epiſcopo Reatino, & Clementis VI. in ſpiritualibus in Urbe Vicario; cujus rei authenticum extat documentum in Baſilicæ noſtræ Tabulario Caps. 5. Faſc. 262.

Geminam controverſiam, alteram inter Vaticanum Capitulum & Præceptorem Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia, alteram vero ipſum Capitulum inter, ac Raymundum Epiſcopum Reatin. & Matthæum Liberianæ Baſilicæ Canonicum, ob iteratas ad Sedem Apoſtolicam appellationes recognoſcendam atque dirimendam committit.

Ex Autogr. in Baſil. Vatic. Tabular. Caps. 5. Faſc. 261

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Abbati Monaſterii Sancti Blaſii in Cantuſecuto, & Sancti Jacobi de Septingiano, ac Fratrum Ordinis Predicatorum de Minerba Prioribus de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1344.

Praeceptor & Fratres S. Spiritus in Saxia literas Apoſtolicas impetrant contra Capitulum S. Petri.

SUa nobis dilecti filii Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe petitione monſtrarunt, quod cum Præceptor, & Fratres Hoſpitalis noſtri Sancti Spiritus in Saxia de dicta Urbe falſo aſſerentes, quod prædicti Capitulum ſuper quibuſdam domibus, ortis, caſamentis, plateis, caſarenis, terris, poſſeſſionibus, & rebus aliis ad dictum Hoſpitale ſpectantibus injuriabantur eiſdem, contra ipſos ſuper hiis noſtras ad Venerabilem Fratrem noſtrum Raymundum Epiſcopum Reatin. in dicta Urbe commorantem, & Archipresbyterum Sanctæ Agnetis, ac Mathæum Novelli Canonicum Beatæ Mariæ Majoris de dicta Urbe Eccleſiarum in communi forma litteras impetraſſent, hujuſmodi clauſula litteris ipſis appoſita; Quod ſi non omnes hiis exequendis intereſſe valerent, idem Epiſcopus cum eorum altero illa nichilominus exequi procuraret, dictoſque Capitulum feciſſent ſuper præmiſſis coram eiſdem Epiſcopo, & Mathæo Canonico, eodem Archipresbytero, ut dicebant, hiis intereſſe nequeunte, ſeque ſuper hoc legitime excuſante, auctoritate dictarum litterarum ad judicium evocari; præfati Epiſcopus, & Mathæus Canonicus, eoſdem Capitulum contumaces, quamvis non eſſent, reputantes, pro eorum libito voluntatis contra juſtitiam pronuntiarunt tanquam contra contumaces in cauſa hujuſmodi exiſtere procedendum: Propter quod pro parte dictorum Capituli exinde ſentientium indebite ſe gravari, fuit ad Sedem Apoſtolicam appellatum. Cumque poſtmodum præfatus Mathæus ſuo, & ut dicebat, dicti Epiſcopi nomine eoſdem Capitulum ad ſolvendum eis eorum ſalarium, ut dicebant, & purgandum contumaciam eorumdem Capituli coram ſe citari feciſſet ....., dictorum Capituli fuit coram eodem Mathæo excipiendo propoſitum, quod cum ab eiſdem Epiſcopo, & Mathæo ex præmiſſa cauſa pro parte dictorum Capituli ad eandem Sedem appellatum fuiſſet, ipſique eſſent infra tempus proſecutionis hujuſmodi appellationis, & de illo non modicum ſupereſſet, ſicut erant legitime probare parati, reſpondere ſuper hiis coram Epiſcopo, aut Mathæo prædictis minime tenebantur, & ad id compelli de jure non poterant, nec debebant: Et quia dictus Mathæus eos ſuper hoc audire contra juſtitiam recuſavit, pro parte dictorum Capituli iterato ad dictam Sedem extitit appellatum. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit appellatione ceſſante decernatis, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, cogatis veritati teſtimonium perhibere: Non obſtante indulgentia, qua, fili Prior Ordinis Prædicatorum, Ordini tuo a Sede Apoſtolica dicitur eſſe conceſſum, ut ipſius Ordinis Fratres non teneantur ſe intromittere de quibuſcumque negociis, quæ eis per ejuſdem Sedis litteras committuntur, niſi in eiſdem litteris de conceſſione hujuſmodi plena & expreſſa mentio habeatur. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nichilominus exequantur.

Capitulum in judicium vocant.

Judices delegati Capitulum damnant.

Capitulum appellat Sedem Apoſtolicam, nec a Delegatis auditur.

Iterum appellat.

Pontifex cauſam cognoſci ac definiri decernit.

Quæ contra objici poſſent, e medio tollit.

Datum Avinion. ii. Kal. Junii, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Anathe-

Anathematis ſententiam in Paulum de Podio Donadei, ac mulieres nonnullas, Vaticani jura Capituli in loco de Virginibus nuncupato invadentes latam, obſervari mandat.

Ex Autogr. in Baſil. Vatic. Archivo Capſ. 8. Faſc. 14.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Jacobo de Annibaldis, Canonico Lateranen. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1344.

Spiritualis Capituli jurisdictio in locum de Virginibus nuncupatum ac perſonas in eo commorantes.

SUA Nobis dilecti filii Prior, & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe petitione monſtrarunt, quod ſpiritualis juriſdictio in certo loco dictæ Urbis, vocato de Virginibus, prope dictam Baſilicam, & in perſonis conſiſtentibus in eodem, ad Archipresbyterum, & Priorem & Capitulum ejuſdem Baſilicæ communiter, ac eadem Baſilica Archipresbytero carente, ad præfatos Priorem & Capitulum dumtaxat, ex ſpeciali privilegio Sedis Apoſtolicæ noſcitur pertinere, & tam Archipresbyteri & Priores, qui fuerunt pro tempore, & Capitulum prædicti, quam præfati Priores & Capitulum dumtaxat, eadem Baſilica Archipresbytero carente, in pacifica poſſeſſione vel quaſi exercendi juriſdictionem hujuſmodi in loco, & perſonas prædictos fuerunt a tempore conceſſionis dicti privilegii, & cujus contrarii memoria non exiſtit. Cumque olim Paulus de Podio Donadei Presbyter, ac Margarita Pauli de Sancto Alberto, Agnes neptis dicti Pauli, Nicolaſia Berardellæ, Vannocia Theuli, Vannozia Jaquinti de Urbe, Catharina Pianciardini de Caſtro Curreſii, Mulieres in dicto Loco morantes, aſſerentes ſe Canonicas dicti Loci de Virginibus, quem Monaſterium, ac Ordinis Sancti Auguſtini falſo fore prætendunt, quoddam Oratorium in dicto Loco temeritate propria conſtruere incepiſſent, idque adeo eſſet notorium, quod nulla poterat tergiverſatione celari; præfati Prior & Capitulum, eadem Baſilica, per obitum bonæ memoriæ Neapoleonis Sancti Adriani Diaconi Cardinalis Archipresbyteri dictæ Baſilicæ, Archipresbytero tunc carente, eiſdem Paulo, & mulieribus ſub excommunicationis pœna, dicti privilegii auctoritate mandaverunt, ut ab ipſa conſtructione Oratorii infra certum terminum peremptorium omnino deſiſterent, & quod ædificaverant, demolirent, vel interim coram eis cauſam rationabilem allegarent, quare ad hoc minime tenerentur: Et quia Paulus, & mulieres prædictæ infra dictum terminum, & poſt ab ipſa ædificatione deſiſtere, vel quod ædificaverant demolire, contumaciter non curarunt, iidem Prior & Capitulum, cum adhuc dicta Baſilica Archipresbytero careret, in Paulum, & mulieres prænominatas excommunicationis ſententiam promulgarunt; quam quidem ſententiam Paulus, & mulieres prædictæ dampnabiliter contempnentes, eam per annum, & amplius ſuſtinuerant, & adhuc ſuſtinent animis induratis, dictis mulieribus redire non curantibus ad Eccleſiæ unitatem, in Eccleſiaſticæ diſciplinæ contemptum, animarum ſuarum periculum, & ſcandalum plurimbrum. Quare præfati Prior & Capitulum Nobis humiliter ſupplicarunt, ut hujuſmodi ſententiam robur faceremus firmitatis debitum obtinere. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſententiam ipſam, ſicut rationabiliter eſt prolata, facias auctoritate noſtra uſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter obſervari. Si vero Paulus, & mulieres prædictæ eandem excommunicationis ſententiam, poſtquam eam fore tibi conſtiterit rite latam, per unum menſem pertinaciter tolerarint, ipſos ex tunc, donec ſuper hiis congrue ſatisfecerint, ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, excommunicatos publice nunties, & ab aliis per omnia loca, in quibus expedire videris, nuntiari facias, & ab omnibus artius evitari.

Hæc juriſdictio novi operis ædificatione turbatur.

Obſtat Capitulum, tandemque contumaces excommunicationis pœna animadvertit.

Cenſura contemnitur.

Pontifex ſervari mandat; & ut contumaces reſipiſcant, excommunicatos publice denuntiandos ac vitandos decernit.

Datum Avenion. V. Nonas Julii, Pontificatus noſtri, Anno Tertio.

Cardinalem

Cardinalem Aymericum Apoſtolicæ Sedis Legatum in Baſilicæ Altari principe Miſſarum Solemnia celebrare, Canonici ſinant, modo honorem hunc Legato Apoſtolico antehac deferri conſueverit.

Ex Regeſt. Epiſt. Secret. Ann. 3. Clem. VI. Epiſt. 933. apud Archiv. Apoſtol. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1345. Aymericus Apoſtolicus Legatus Romam accedit.

RElatu fidedigno percepto, quod Dilectus Filius noſter Aymericus tituli Sancti Martini in Montibus Presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus eſt in proximo tranſiturus per Urbem. Nos volentes eum ibidem, prout decet, ſtatus ejus eminentiam honorari; diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatetus eidem Cardinali honorem congruum & debitum exhibentes, ſi retroactis temporibus extiterit conſuetum, per Cardinalem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, officio Legationis fungentem vel alium in Altari Majori Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Miſſarum Solemnia celebrari, ſuper quo vos habere ſupponimus notitiam pleniorem, per ipſum Cardinalem in eodem Altari Solemnia celebrari hujuſmodi, vobis eidem circa hæc honorabiliter, ut decebit, aſſiſtentibus permittatis.

Ut in Ara principe Vaticanæ Baſilicæ Sacrum peragat, jus illi tribuit; modo ita ferat conſuetudo.

Datum Avenioni ſecundo Nonas Aprilis, Anno Tertio.

Rem divinam agendi ad Aras principes cum Lateranenſis, tum Beatorum Petri & Pauli Baſilicarum de Urbe, Anibaldo Cardinali facultatem elargitur.

Ex Regeſt. Epiſt. Secret. An. 7. Clem. VI. Epiſt. 625. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Anibaldo Epiſcopo Tuſculano, Apoſtolicæ Sedis Legato (a); *Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

AN. CH. 1349. Annibaldi Epiſcopi Tuſculani preces.

PIæ devotionis, quam ad officia divina gerere comprobaris, intuentes affectum, in hiis votis tuis libenter annuimus, per quæ illis intentus exiſtas, & ſpiritualis ſalutis tibi proveniat incrementum. Hinc eſt, quod Nos tuis ſupplicationibus inclinati, ut cum Romam Deo duce perveneris, poſſis ſuper principalibus Lateranen., & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Baſilicarum de Urbe Altaribus Miſſarum Solemnia, quoties tibi devotio ſuadebit, non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus Baſilicarum prædictarum contrariis, celebrare Fraternitati tuæ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Jus habet ex Privilegio, ut Miſſarum ſolemnia in majori Altari cum Lateranenſis tum Vaticanæ Baſilicæ peragat.

In contradictores pœnas indicit.

Datum Avenioni Idus Januarii, Anno Septimo.

Pontificia

(a) Ad componendos Eduardum Anglorum, & Philippum Galliæ Reges inter ſeſe acriter diſſidentes, Cardinalis Anibaldus a Clemente VI. Legatus deſtinatus eſt. Sed & Italicam Legationem obivit, qua Pontificium Diploma de Jubilæo ad quinquageſimum quemque annum celebrando Romanis attulit. Videſis Raynaldum ad ann. 1342. num. 9. & ad ann. 1348. num. 12. ac 13., necnon Ciaconium tom. 2.

(a) Ex

Pontificia de celebrando Jubilæo Diplomata, aliaſque literas diverſis Eccleſiis, Capitulis, Clero, Nobilibus & Populo Urbis tradendas, ad Anibaldum Cardinalem mittit.

Ex Reg. Epiſt. Secret. An. 7. Clementis VI. Epiſt. 871. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Anibaldo Epiſcopo Tuſculano, Apoſtolicæ Sedis Legato; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1349. *Multiplices Pontificis literæ ſuper Jubilæi indictione.*

QUatuor Litteras Apoſtolicas uniformes ſuper Indulgentia anni quinquageſimi confectas mittimus tibi per præſentium portitorem, quarum unam Principis Apoſtolorum, & aliam Beati Pauli Apoſtoli Baſilicis, ac aliam Lateranen. Eccleſiæ aſſignabis, & quartam penes te retinebis per legationum tuarum Provincias Fidelibus populis publicandam. Mittimus etiam tibi una cum præſentibus litteras, quas Dilectis Filiis earundem Baſilicarum, & Eccleſiæ Capitulis, necnon Clero ac Nobilibus & Populo Urbis ſuper hujuſmodi conceſſione indulgentiæ deſtinamus, & earum copias præſentibus interclusas. Tu ergo litteras hujuſmodi dictis Capitulis, Clero, Nobilibus & Populo ex parte noſtra præſentans, ſeu faciens præſentari, eos juxta datam tibi a Deo gratiam & virtutem, quod noſtris monitis & exhortationibus condeſcendant, diligenter & ſolerter moneas & inducas. *Mandat literas, iis ad quos diriguntur, tradendas.*

Datum Avenioni Quarto Idus Aprilis, Anno Septimo.

De Jubilæo ad quinquageſimum quemque annum redacto, ad Urbis Clerum dat literas; eumque hortatur ac monet, ut ad præſtanda Peregrinis libera itinera, diſſidia exulare, & concordiam vigere potiſſimum curet.

Ex Reg. Epiſt. Secret An. 7. Clem. VI. Epiſt. 899. apud Archic. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Clero Urbis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1349. *Epiſtolas commorat ſuper Jubilæi indictione expeditas.*

AD honorem & ſtatum Urbis ſpiritualiter & temporaliter auctore Domino promovendos ex paternæ caritatis affectu, qua Urbem eandem velut filiam prædilectam ſpeciali quadam prærogativa proſequimur, in hiis maxime per quæ ſalus animarum fidelium procuratur, ſolicitis ſtudiis intendentes, litteras Apoſtolicas ſuper conceſſione Indulgentiæ Anni centeſimi ad quinquageſimum annum per Nos reducta confectas, Venerabili Fratri Noſtro Anibaldo Epiſcopo Tuſculano, Apoſtolicæ Sedis Legato præſentialiter deſtinamus, per eum Principis Apoſtolorum & Beati Pauli Baſilicis ac Lateranen. Eccleſiæ, quam pro reverentia Salvatoris Noſtri, cujus precioſo nomini dedicata eſt, & ex certis cauſis aliis in hoc honorandam eſſe cenſuimus, exhibendas; de gratia divina ſperantes, quod ſicut per conceſſionis reductionem hujuſmodi plures, qui propter humanæ vitæ brevitatem ad annum centeſimum pervenire non poſſent, fient Indulgentiæ memoratæ participes; ſic præfata Urbs pacis, quam peccatis exigentibus inimicus homo domeſticis & inteſtinis odiis atque diſſidiis hactenus laceravit, ibidem tranquillitate votiva inſtaurata lætabitur, & proſperi ſtatus incrementa ſuſcipiet, ac plurium ſucceſſuum ubertate felicium abundabit. Quocirca Univerſitatem Veſtram monemus, requirimus, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis nihilominus ſcripta mandantes, quatenus ſic divino cultui devote ac intente vacetis ac ſedule, ſicque honeſtate morum & vitæ meritis ac virtuoſis indeſinenter operibus vos commendabiles exhibere curetis, quod nihil inveniatur in vobis, quod oculos Divinæ Majeſtatis offendat, nihilque poſſit reprehenſibile argui vel notari, ut confluentes ad eandem Urbem undique ſuo tempore Peregrini

Quæ Pontificem impulerint cauſſæ ut Jubilæum ad annum quinquageſimum revocaret.

Urbis Clerum hortatur, ut ceteris ſit exemplo.

De pace ſolicitus, preces ad Deum fundit.

Peregrini, ſicut ſpiritualis largitione muneris reficientur ibidem, ſic vita veſtra laudabilis exemplo bonarum actionum eos conſoletur & ædificet ad ſalutem. Ceterum quia, ſicut liquido noſtis, guerrarum in tempore ſolet itinerantibus minus plena fore ſecuritas, & turbata pace præſertim in ipſa Urbe ac partibus vicinis eidem, multi nimirum reſilirent a bono propoſito aut impedirentur etiam in eodem; hujuſmodi monitionibus, requiſitionibus, exhortationibus, & mandatis noſtris adjicimus, ut illum qui parat concordiam in ſublimibus ſuis, & mari terminum poſuit, ut ultra non tranſeant fluctus ejus, devotis precibus exoretis, ut ad dictam Urbem, quam ipſe per ſacram Beati Petri Sedem totius Orbis conſtituit eſſe caput, pietatis ſuæ convertat benignus intuitum, & proceloſos turbines, quibus, pro dolor! tam præjudicialiter tamque damnoſe nobis & aliis pluribus fluctuavit & fluctuat, temporum quiete conceſſa, potentiæ ſuæ dextera comprimat & repellat; & nihilominus ſinguli veſtrum commiſſos vobis populos in Miſſarum ſolemniis & alias, prout oportunitas exigit, moneatis, quod ipſi antiquorum ſuorum geſta magnifica recenſentes, deponant odia, rancores ſopiant, diſcordias vitent, commotionibus finem imponant & terminum, ac pacem & concordiam, quarum fructus dulcedine pleni ſunt, unanimiter amplexentur: ita quod Peregrinis hujuſmodi ad dictam Urbem confluentibus, ut præfertur, ſic in veniendo, & morando, ac redeundo plena ſecuritas & commune bonum pro univerſali veſtra & aliorum ſalute Fidelium Apoſtolica liberalitate largitur particularibus, non contingat diſpendiis impediri.

Populi ad pacem & concordiam monitis excitandi.

Datum Avinioni Quarto Idus Aprilis, Anno Septimo.

Paulum de Scrofano Vaticanæ Baſilicæ Canonicum, ad annum dumtaxat 1350. Pœnitentiarium in Urbe deſignat, eumque de munere fideliter exercendo juramentum, cujus formam inſerit, præſtare jubet.

Ex Reg. 1. part. 2. Epiſt. Com. Anni 8. Clem. VI. Epiſt. 612. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Paulo de Scrofano Priori Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1349.

Paulum de Scrofano, durante Jubilei anno, Pœnitentiarium deſignat;

DE honeſtate morum, providentia ſpiritualium, & aliis virtutum meritis, ſuper quibus apud Nos tibi laudabile teſtimonium perhibetur, plenam in Domino fiduciam obtinentes; te, qui, ſicut accepimus in anno a Nativitate Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo proxime futuro, in quo plenariam in Urbe Indulgentiam ſub certa forma duximus ſtatuendum, in audiendis ibidem confeſſionibus Fidelium deſideras Altiſſimo ſamulari, Pœnitentiarium noſtrum in dicta Urbe ſtatuimus & etiam ordinamus, tibique committimus & mandamus, ut hujuſmodi Pœnitentiariæ officium in eadem Urbe, ſicut alii noſtri in Urbe ipſa Pœnitentiarii illud ibidem gerere & exercere conſueverunt, per annum ipſum dumtaxat (a) diligenter & fideliter exequaris. Volumus autem, quod tu, priuſquam officium ipſum incipias exercere, in manibus Venerabilis Fratris Pontii Epiſcopi Urbevetani, Noſtri in eadem Urbe Vicarii, de hujuſmodi officio fideliter exercendo præſtes corporaliter juramentum juxta formam præſentibus annotatam, quæ talis eſt. Ego Paulus de Scrofano, Prior Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Domini Papæ per annum a Nativitate Domini milleſimum trecenteſimum quinquageſimum dumtaxat in Urbe Pœnitentiarius, ab hac hora inantea fidelis ero Beato Petro, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, ac Domino meo Domino Clementi Papæ Sexto, ejuſque ſucceſſoribus canonice intrantibus. Non ero in facto, conſilio vel conſenſu, ut vitam perdant aut membrum vel capiantur mala captione. Conſilium, quod per ſe vel nuntium ſeu litteras mihi credituri ſunt, ſigno, verbo vel nutu, me ſciente, ad eorum damnum ſeu præjudicium nulli pandam, & ſi damnum eorum tractari ſcivero, pro poſſe meo impediam, ne fiat; quod ſi per me impedire non poſſem, per nuntium aut litteras ſignificare curabo, vel illi per quem citius ad eorum notitiam deducatur. Papatum

Cui, ut juramentum præſtet, injungit.

Juramenti formam præſcribit.

(a) Ex Regeſto 3. anni IX. Parte 1. Epiſt. 219. de diverſis formis, conſtat, prælaudatum Paulum de Scrofano perpetuum Baſilicæ S. Petri Pœnitentiarium fuiſſe electum.

tum Romanum & Regalia Sancti Petri, & omnia Jura Romanæ Eccleſiæ, quæ habet, ubique manutenebo totis viribus & defendam, ac adjutor eis ero ad retinendum & defendendum contra omnem hominem; res quoque ipſius Domini Papæ, & Eccleſiæ Romanæ, quæ meæ cuſtodiæ committentur, diligenter cuſtodiam & fideliter reſignabo; Ambaxiatas & quæcumque alia negotia, quæ mihi commiſſa fuerint, portabo fideliter & referam ſine fraude; Et pro confeſſionibus audiendis, vel abſolutionibus faciendis, ſeu aliis quæ ſpectant ad meum Officium, nihil omnino per me vel per alium exigam vel petam, & non abſolvam vel diſpenſabo ſcienter in aliquo caſu non permiſſo, nec quenquam ſcienter abſolvam a peccato ſeu peccatis aliquibus in aliquo caſu ambiguo, nec etiam in hujuſmodi caſu ambiguo ſcienter cum aliquo diſpenſabo, niſi de ſpeciali mandato Domini Papæ vel Pœnitentiarii Majoris vel alicujus ſeu aliquorum deputatorum ad hoc, ſeu deputandorum per Dominum noſtrum Papam, cui ſeu quibus exprimam dictum caſum ſine alicujus revelatione ſeu expreſſione perſonæ; Et quod non injungam pœnitentias pecuniarias, expreſſe mihi vel perſonæ alicui certæ alteri applicandas; ſuper reſtitutionibus vero injungendis & faciendis ſervabo prout eſt per Dominum Benedictum Papam XII. ordinatum, videlicet quod ſatisfactionem vel reſtitutionem pecuniariam aut realem quamcumque certam ſeu de certis per aliquos exhibendam, injungam & fieri mandabo illi vel illis tantum, quibus pro damnis eis illatis vel rebus ablatis (*a*): cum videlicet (*b*) ignorantur perſonæ vel loca, quibus ſic reſtitutio vel emenda præſtanda, me nullatenus intromittam, ſed hoc remittam Majori Pœnitentiario ſupradicto, aut deputato vel deputando in Urbe, ut præfertur, per dictum Dominum noſtrum Papam: Et ſupradicta omnia & ſingula promitto & juro attendere & ſervare ſine omni dolo & fraude & malitia. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Euangelia. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, ordinationis, commiſſionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Bullæ perpetuam conciliat firmitatem.

Datum Avenioni ii. Kalendas Julii, Anno Octavo.

Bullæ ſuperioris executionem Pontio Epiſcopo Urbevetano demandat.

Ex Reg. 1. part. 2. Epiſt. Com. Anni 8. Clem. VI. Epiſt. 613. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Noſtro Pontio Epiſcopo Urbevetano, Noſtro in Urbe Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1349.

Priorem Baſilicæ Vaticanæ Pœnitentiarium Jubilæi anno durante, deſignat.

De honeſtate morum, providentia ſpiritualium, & aliis virtutum meritis, ſuper quibus apud Nos Dilecto Filio Paulo de Scroſano Priori Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe laudabile teſtimonium perhibetur, in Domino fiduciam obtinentes; ipſum, qui, ſicut accepimus, in anno a Nativitate Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo proxime futuro, in quo plenariam in Urbe Indulgentiam ſub certa forma duximus ſtatuendam, in audiendis ibidem confeſſionibus Fidelium deſiderat Altiſſimo famulari, Pœnitentiarium noſtrum in dicta Urbe pro dicto anno dumtaxat auctoritate Apoſtolica ſtatuendum duximus & etiam ordinandum, ſibique per noſtras litteras commiſimus, ut hujuſmodi Pœnitentiariæ officium in eadem Urbe, ſicut alii noſtri in Urbe ipſa Pœnitentiarii illud ibidem gerere & exercere conſueverunt, per annum ipſum dumtaxat, diligenter & fideliter exequatur. Volumus autem quod ipſe Paulus priuſquam officium ipſum incipiat exercere, in manibus tuis de illo fideliter exercendo juxta formam tam in noſtris litteris ſuper dicto officio ſibi conceſſis, quam præſentibus annotatam præſtet corporaliter juramentum. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ab eodem Paulo juxta formam ipſam hujuſmodi recipias juramentum, eoque recepto ipſum Paulum pro dicto anno dumtaxat ad prædictum admittas officium & ab illis facias, ut eſt moris admitti. Forma autem juramenti talis eſt. Ego Paulus de Scroſano Prior Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Domini Noſtri Papæ per annum &c. (*ut in ſuperiori Bulla*).

Ab eodem Pœnitentiario juramentum præſtari, atque ab Urbis Vicario recipi mandat.

Datum ii. Kal. Julii, Anno Octavo.

Duos

(*a*) Supple, *debetur*, aut quid ſimile.

(*b*) Legendum potius: *Cum vero ignorantur perſonæ vel loca, quibus ſit reſtitutio vel ſatisfactio præſtanda eſt &c.*

Duos Altararios, alterum pro Vaticana Baſilica, & pro Lateranenſi Eccleſia alterum, qui Fidelium Oblationes colligant, ac tuto in loco deponant, ſeligendos demandat Epiſcopo Urbevetano.

Ex Reg. Epiſt. Secret. An. 8. Clem. VI. fol. 163. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Pontio Epiſcopo Urbevetano, Noſtro in Spiritualibus in Urbe Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1350. *Pontificis cura in Vaticanam Baſilicam, & Lateranenſem Eccleſiam.*

Duos Altararios deſignari mandat, alterum qui Baſilicæ S. Petri, alterum qui Eccleſiæ Lateranenſi Oblationes colligat.

Quanto Venerabiles, Principis Apoſtolorum Baſilicam, & Lateranen. Eccleſiam de Urbe propenſiori affectione proſequimur, & ſtatum earum attentius cupimus proſperari, tanto circa opportunitates & neceſſitates earum, Auctore Domino, relevandas efficacius ſtudium & potiorem diligentiam adhibemus. Cum itaque Oblationes, quas eiſdem Baſilicæ & Eccleſiæ pia & devota largitione Fidelium aut alias devenire ſeu mitti contigerit, neceſſitatibus & opportunitatibus Baſilicæ & Eccleſiæ prædictarum potiſſime, ac certis aliis piis uſibus duxerimus deputandas; Fraternitati tuæ, de qua in hiis & aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus aliquos Viros probos Deum timentes & ab æſtu avaræ cupiditatis extraneos, ſeculares vel regulares, cujuſcumque ſint profeſſionis, Religionis vel Ordinis, Altararios in Baſilica & Eccleſia prædictis, unum in earum qualibet, auctoritate noſtra deputare atque ſtatuere ſine dilatione procures, qui Oblationes omnes & ſingulas, qualeſcumque & quantæcumque fuerint, quas pia & devota largitione Fidelium, aut alias ad eaſdem Baſilicam & Eccleſiam devenire ſeu deferri contigerit, diligenter & ſolicite colligens, eas in aliquo ſecuro & tuto loco, quem ad hoc eligendum & deputandum duxeris, conſervandas cuſtodiendaſque fideliter componere non omittat; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: Non obſtantibus exemptionis ac aliis Privilegiis, indulgentiis & litteris Apoſtolicis contrariis quibuſcumque; ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Contrariis derogat quibuſcumque.

Datum Avenioni Nono Kalendas Martii, Anno Octavo.

Ad præſtandum Peregrinis Anno Jubilæi ad Urbem confluentibus itineris ſecuritatem, ex Vaticanæ ac Lateranenſis Baſilicarum Oblationibus milites conducendos præcipit.

Ex Reg. Epiſt. Secret. An. 8. Clem. VI. Fol. 167. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Pontio Epiſcopo Urbevetano, Noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1350. *Ex multis quæ inter Romanos Cives fervent odiis, Peregrinorum in Urbem acceſſus minus tutus.*

Multorum infeſta nobis frequens relatio, imo quia fama communis, ſed infamia verius, noſtrum pulſavit ſæpe, hactenus & quaſi continuo pulſat auditum, quod nonnulli Nobiles & alii Cives Romani particularibus &domeſticis odiis ac ſeditionibus, quæ ipſis per uſum vetera, & per augmentum nova ſunt, inquieti; ſic non ſolum Urbem eandem, ſed & circumpoſitam Patriam conturbarunt, ſicque ſecuritatem itinerum converterunt in metum, quod multis confluentibus undique Peregrinis ad Urbem ipſam in hoc ſalutari & acceptabili tempore anni quinquageſimi Jubilæi pro incomparabilis acquiſitione Theſauri, remiſſionis ſcilicet pleniſſimæ ſuorum omnium peccatorum, quibuſdam ſcilicet ex eis poſt verbera & vulnera paſſis, in eorum bonis rebuſque rapinam; nonnullis vero abductionem uxorum atque natarum deflentibus; & aliis interemptis, plurimi horum patratione ſcelerum territi, a tantæ conſe-

Graviores contra Peregrinos inferuntur injuriæ.

Dolet de diſſidentibus Civium Romanorum animis.

cutione gratiæ retrahuntur, ne ipſis cedat ad pœnam, quod pro univerſali ſalute Fidelium pie dinoſcitur inſtitutum: Quod profecto eo animum noſtrum pungit acerbius, eo mentem noſtram ſauciat gravius, & replet amaritudine ampliori, quo Nobiles & Cives præfati, peculiaris noſter utique Populus, quos modeſtiores & magis pacificos ejuſdem ſalutaris conſideratio temporis, & noſtra quoque monita, quæ ad eos præceſſerant, & ſæpe nunciis & litteris fuerant inculcata, conſtituere debuerunt, jactura gravioris lacerantur infamiæ, ac ſalutem propriam negligentes, damnationis æternæ, pro dolor! vinculis involvuntur. Paterna itaque pietate commoti, cupientes ſuper hiis utiliter providere, Fraternitati tuæ, de qua in hiis & aliis plenam in Domino fiduciam gerimus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de quibuſcumque Oblationibus factis jam, & quæ fient impoſterum in Altaribus Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Eccleſiæ Lateranen. de dicta Urbe, conducere ſeu conduci facere neceſſariam gentem Armigeram, peditem vel equitem, cum conſilio dilecti Filii nobilis Viri Jacobi de Gabrielibus Militis Eugubin., Rectoris Patrimonii Beati Petri in Tuſcia, cujus induſtria & experientia circa hoc utilis aſſeritur plurimum, pro hujuſmodi ſecuritate itinerum cun omni celeritate procures. Noſtræ tamen intentionis exiſtit, quod ſi ejuſdem Rectoris propter diſtantiam ejus a dicta Urbe, conſilium habere cito forte non poſſes, tu præmiſſa nihilominus ſolicite exequaris.

Ut peregrini tuto Romam accedant, milites cuſtodes viarum conſcribi mandat, iiſque ſtipendia ex oblationibus aſſignari.

Datum Avenioni 4. Nonas Martii, Anno Octavo.

De Vaticanis Oblationibus ad Sedem Apoſtolicam ſpectantibus, quæ a nonnullis raptæ & inter Canonicos diviſæ dicebantur, inquiri, & rei veritate comperta eas reſtitui mandat.

Ex Reg. Epiſt. Secret. An. 9. Clem. VI. Fol. 31. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Urbevetano, Noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1350.

Rem ex fama acceptam enarrat.

AD audientiam noſtram relatio fide digna multorum & publica fama, ſed infamia verius, perduxerunt, quod licet Oblationes factæ in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe hoc Anno quinquageſimo Jubilæo per Altararium in eadem Baſilica auctoritate deputatum, in Sacrario ipſius Baſilicæ repoſitæ fuiſſent, ſecundum conſuetudinem in dicta Baſilica obſervatam, & ordinationem Venerabilis Fratris Anibaldi Epiſcopi Tuſcnlani, & dilectorum filiorum noſtrorum Guidonis Tituli Sanctæ Cæciliæ Presbyteri Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatorum factam ſuper hoc, dividendæ; quidam tamen Canonici & Perſonæ ipſius Baſilicæ execrabilis & deteſtandæ cupiditatis ardore ſuccenſi ad idem Sacrarium acceſſerint, & fractis cophinis, in qnibus Oblationes ſervabantur hujuſmodi, violenter Oblationes ipſas rapere, & pro libito inter ſe dividere præſumpſerunt(a); deteſtabilis ſacrilegii facinus non verentes in gravem divinæ Majeſtatis offenſam, contumeliam noſtram, & Peregrinorum ad eandem Urbem confluentium pro Indulgentia conſequenda periculum, cum pro ſecuritate itinerum per quæ habent iidem Peregrini facere tranſitum, fuiſſent per Nos Oblationes pro parte hujuſmodi deputatæ. Nolentes igitur tantum facinus ſub conniventia pertranſire, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per te vel alium ſeu alios, omnes & ſingulos Canonicos & perſonas hujuſmodi, qnos per famam hujuſmodi, vel alias ſummariam & ſimplicem informationem habendam ſuper hoc inveneris culpabiles, de præmiſſis ex parte noſtra moneas & requiras, eiſqne ſnb excommunicationis necnon privationis

Canonicorum aliqui, vi adhibita, Oblationes ſibi ſumunt.

Pontifex facinus deteſtatur

(a) Siqua Canonicis nonnullis fuerit in hoc negotio vis adhibita, hanc certe viam eos vel invite iniiſſe putamus, ut primæva tuerentur Vaticani Capituli jura, eam ſcilicet Oblatorum portionem ipſi Capitulo vindicarent, quam Beati Petri Canonicis, tametſi ex Romanorum Pontificum Privilegiis ac vetuſtiſſima conſuetudine debitam, Altararius per ſummam injuriam denegabat. Quamquam vero Clemens Sextus, ejuſque ſucceſſor Innocentius itidem Sextus ſiniſtra quadam inſtructione adverſus Canonicos præoccupati aliquando fuerint; Ipſe tamen Innocentius, poſtquam rei veritatem comperit, Vaticani Capituli jura, quæ ad Oblatorum perceptionem ſpectant, ſarta tectaque ſervavit, & exortas Altararium inter & Canonicos ea de re controverſias compoſuit, quarto ſui Pontificatus anno edita pridie Idus Januarii peculiari Conſtitutione, quam ſuo loco dabimus infra.

(a) Nimi-

Gravioribus pœnis Oblata mandat reſtitui; modo de facti veritate conſtet.

privationis omnium & ſingulorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quæ obtinent, etiamſi dignitates, perſonatus, & officia fuerint, & curam habeant animarum, & inhabilitatis ad qualibet Beneficia ſimilia obtinenda pœnis, diſtricte præcipias & injungas, ut infra unius menſis ſpatium a monitione, requiſitione ac mandato hujuſmodi computandum, omnes & ſingulas Oblationes hujuſmodi tibi recipienti nomine noſtro aſſignare dum integritate procurent. Et ſi dicti Canonici & perſonæ monitioni, requiſitioni hujuſmodi & mandato devote parentes, Oblationes eaſdem per eos ſubtractas, ſicut præmittitur, tibi reſtituerint integraliter cum effectu, tu poſtquam illas tibi reſtituendas duxerint, ut præfertur, quartam partem juxta ordinationem Legatorum ipſorum eis tradere non omittas: Alioquin elapſo menſe hujuſmodi, eos omnes & ſingulos cites, ut quadrageſima die poſt citationem hujuſmodi, quam eis omnibus & ſingulis pro peremptorio termino aſſignamus, compareant perſonaliter coram Nobis, viſuri & audituri pœnarum inflictionem hujuſmodi, ac alias facturi & recepturi ſuper hiis, quod juſtitia ſuadebit; eis aperte prædicens, quod ſi in hujuſmodi termino contempſerint aut neglexerint forſitan comparere, Nos contra eos ad pœnarum inflictionem hujuſmodi, & alias prout juſtum fuerit, procedemus, ipſorum abſentia ſeu contumacia non obſtante: Diem hujuſmodi requiſitionis, monitionis, juramenti ac citationis, & formam, & quicquid egeris in præmiſſis, Nobis per tuas patentes litteras formam continentes præſentium reſcripturus.

Facta reſtitutione, quarta Oblationum pars Canonicis tradatur.

Termino elapſo, contumacibus dies dicatur; ut coram Pontifice ſe ſiſtant.

Datum Avenioni decimoſexto Kalendas Julii, Anno Nono.

Vaticanas Oblationes ad Sedem Apoſtolicam ſpectantes, Altarario tradendas; pecuniam vero ex eis partam, in milites de quibus egerat in ſuperiori Bulla, erogandam jubet.

Ex Reg. Epiſt. Secret. An. 8. Clem. VI. Fol. 211. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Pontio Epiſcopo Urbevetano, Noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1351.

Oblationum pars, quæ ad Cameram ſpectat, Altarario omnino tradenda.

NE circa negotium Oblationum, quæ fient & factæ ſunt in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, per Dilectos Filios Capitulum ejuſdem Baſilicæ qui eas nituntur, prout accepimus; propriis applicare commodis, contra intentionem & ordinationem noſtram impedimentum aliquod ingeratur; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus partem Oblationum hujuſmodi ad nos pertinentem, Altarario, per te auctoritate noſtra in eadem Baſilica deputato vel deputando cum integritate facias aſſignari: Non obſtante quacumque ordinatione per quoſcumque, quavis auctoritate, de ipſis Oblationibus forte facta; ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem: Ita quod de pecunia ex parte Oblationum hujuſmodi proventura, ſtipendiariis ad ſecuritatem itinerum & repreſſionem conatuum gentis illius, quæ in Patrimonio Beati Petri in Tuſcia non ſine gravi offenſa Dei, injuria noſtra & fidelium ac devotorum noſtrorum, & Eccleſiæ Romanæ detrimento commorari dicitur, deputatis, de illorum ſtipendiis ſatisfiat. Volumus autem, quod quicquid de hujuſmodi Oblationum parte recipere te continget, conſcribas fideliter; & inde duo confici facias conſimilia publica Inſtrumenta, quorum unum penes te retento, reliquum ad Cameram noſtram mittas.

Ex Oblationum proventibus, ſtipendia militibus, qui publicas cuſtodiunt vias, aſſignentur.

Datum apud Villam Novam Avenionen. Diœceſis Quarto Idus Maji, Anno Nono (a).

Littera

(a) Nimirum anno Chriſti 1351, a die coronationis deducto Pontificatus exordio.

Litteræ generales atque hortatoriæ pro facili ac libero Lignorum tranſitu, quæ ad Beatorum Petri & Pauli Baſilicarum reparationem ex Calabriæ partibus in Urbem erant transferenda.

Ex Reg. Epiſt. Secret. An. 10. Clem. VI. Fol. 53. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Dilectis Filiis Electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpoſitis, Archidiaconis, Archipresbiteris, Rectoribus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ipſorumque Viceſgerentibus, Capitulis quoque, Conventibus, ceteriſque Perſonis Eccleſiaſticis, Regularibus & Secularibus, exemptis & non exemptis, Ciſtercien., Cluniacen., Premonſtraten., Camaldulen., Sanctorum Benedicti, & Auguſtini, & aliorum Ordinum, ac Domorum Hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolymitani, Sanctæ Mariæ Theutonicorum, Calatraven., & Humiliatorum Magiſtris, Prioribus, & Præceptoribus, necnon Nobilibus Viris, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Seneſcallis, Juſtitiariis, Poteſtatibus, Capitaneis, Rectoribus, Bajulis, Officialibus, ceteriſque Dominis temporalibus, Univerſitatibus quoque & Communitatibus Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum quorumcumque locorum, & aliis Univerſis & ſingulis, ad quos præſentes litteræ pervenerint; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1351. *Multa lignorum vis ex Calabria Romam exportanda.*

CUm Venerabilis Frater Noſter Pontius Epiſcopus Urbevetanus, Noſter in ſpiritualibus in Urbe Vicarius certam quantitatem lignaminum de Calabriæ & certis aliis partibus pro reparatione Beatorum Petri & Pauli Baſilicarum de Urbe per certos Mercatores haberi, deferri, & conduci ordinaverit ad Baſilicas memoratas; Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & in Domino attentius exhortamur, quatenus præfatos Mercatores, eorumque Procuratores & Nuncios, cum per Terras, diſtrictus & loca veſtra tranſiverint pro dictis procurandis, habendis & deferendis lignaminibus benigne recommendatos habentes, nullam eis inferatis moleſtationem, injuriam vel offenſam, nec ab aliis quantum in vobis fuerit permittatis inferri; ſed eis potius cum dictis lignaminibus ac inſtrumentis artificialibus circa evectionem illorum quomodolibet oportunis, ſuiſque bonis & rebus tranſire, dictaque deferre lignamina pro divina & noſtra ac Apoſtolicæ Sedis reverentia, abſque onere Pedagii vel Gabellæ ſeu alia exactione quacumque libere permittatis eis de ſecuro conductu, ſi a vobis illum petierint, ſic prompte nihilominus providuri, quod præter mercedis æternæ præmium, noſtram & ejuſdem Sedis gratiam valeatis uberius promereri. Datum Avenioni Kal. Julij, Anno Decimo.

Hortatur, ut nulla in tranſitu inferatur moleſtia.

Nulla imo exiguum pedagia.

Univerſis Chriſtifidelibus, qui ad opus Fabricæ Vaticani Templi, ſubſidia contulerint, ſeptem annos ac totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis, ad decennium relaxat.

Ex Autog. in Vatic. Baſil. Tabular. Caps. 1. Faſc. 254. (a)

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1351. *Multa Pontificis ſolicitudo, ut Baſilica Vaticana inſtauretur.*

ETſi Eccleſiarum fabricis manum porrigere adjutricem, pium apud Deum, & meritorium reputantes, frequenter Chriſtifideles ad impendendum Eccleſiis ipſis auxilium noſtris moneamus litteris & hortemur, & ut ad id eo fortius animentur, quo magis exinde animarum profectum ſe ſenſerint adipiſci, nonnunquam eis pro hiis tempo-

(a) Extat etiam apud Archivium Apoſtol. Vatic. in Regeſto Epiſtolar. Secret. Clementis VI. anno 10. fol. 53.

Potiſſima Pontificis cura de instauranda Baſilica S. Petri, quæ cæterarum Orbis Eccleſiarum eſt tanquam caput.

temporalibus ſuffragiis ſpiritualia munera, videlicet remiſſiones, & Indulgentias largiamur; ad fabricam tamen Venerandæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe eo magis tenemur intuitum convertere mentis noſtræ, quo præ ceteris Mundi Eccleſiis, velut caput earum, honoribus eſt attollenda præcipuis, & favorabilius amplianda. Cupientes igitur hujuſmodi fabricam ejuſdem Baſilicæ feliciter & celeriter, adjuvante Domino, perfici & compleri, univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatinus de Bonis a Deo vobis collatis, ad opus dictæ fabricæ pias eleemoſinas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram opus hujuſmodi citius & felicius valeat conſummari, voſque per hæc & alia Bona, quæ, Domino inſpirante, feceritis, ad æterna poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad hujuſmodi conſummationem operis manus porrexerint adjutrices, ſeptem annos, & ſeptem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Præſentibus poſt decennium minime valituris, quas mitti per queſtuarios diſtrictius inhibemus; eas, ſi ſecus actum fuerit, carere viribus decernentes.

Indulgentiarum theſaurum aperit iis qui in Baſilica fabricam ſuppetias ferunt.

Indultum edit nonniſi ad decennium valiturum.

Datum Avenion. Nonis Julii, Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

Officio privari jubet univerſos in Urbe Pœnitentiarios, tribus dumtaxat exceptis, quorum duos in Vaticana Baſilica, unum vero in Eccleſia Lateranenſi, audiendis Fidelium Confeſſionibus vacare decernit.

Ex Reg. Epiſt. Secret. An. 10. Clementis VI. Fol. 194. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Pontio Epiſcopo Urbevetano, Noſtro in Spiritualibus in Urbe Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1352.

Olim nonniſi duo Pœnitentiarii in Urbe, atque hi in Baſilica Vaticana.

Quamvis olim in Urbe duo tantum Pœnitentiarii eſſe conſueverint ad audiendum confeſſiones Peregrinorum ad eandem Urbem confluentium, ac aliorum eis confiteri volentium, in Baſilica Principis Apoſtolorum de dicta Urbe communiter reſidentes; Noſque ad Apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, Lateranenſem Eccleſiam honorare, & commoditati Peregrinorum hujuſmodi providere volentes, tertium Pœnitentiarium qui in eadem Lateranen. Eccleſia reſidens, vacaret audientiæ confeſſionum ſibi volentium confiteri duximus etiam ordinandum, ac hii tres ſatis ſufficerent confeſſionibus hujuſmodi audiendis; tamen tot tam ex hiis qui in anno quinquageſimo Jubilæo præterito proximo pro eodem anno dumtaxat Pœnitentiarii in Urbe ipſa vel per Nos vel auctoritate noſtra ſtatuti fuerant, quam aliis etiam per importunas Magnatum & aliorum ſupplicationes & preces, interventrice pecunia ſicut accepimus, procuratis, provideri ſibi a Vobis de hujuſmodi Pœnitentiariæ in dicta Urbe officio extorſerunt, quod hujuſmodi officium Pœnitentiariorum exceſſivo numero & eorum inſuper viluit qualitate. Quidam etenim ex eiſdem, ut pecunias, quibus in eorum damnationem hujuſmodi mercati fuerant officia, redimant, ad augmentum damnationis eorum, venale ut fertur, conſtituunt Pœnitentiæ Sacramentum, ab eis quorum Confeſſiones audiunt, contra juramentum quod in receptione præſtiterunt, ipſorum pecunias exigentes. Volentes igitur ſuper hiis de oportuno remedio providere, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus de omnibus Pœnitentiariis ipſis tres dumtaxat, qui, pensatis omnibus quæ penſanda ſunt in Perſonis, quæ ad hujuſmodi officium aſſumuntur, ſufficientiores, peritiores, aptiores, & magis ydonei, ac vita & moribus irreprehenſibiles ſint, eligas; & eis, quorum duo in Baſilica, & unus in Eccleſia prædictis reſideant & vacent Fidelium confeſſionibus audiendis, in officio ipſo retentis atque admiſſis, reliquos omnes & ſingulos, auctoritate noſtra, officio prives hujuſmodi & repellas penitus ab eodem; inhibens eis diſtrictius, ne hujuſmodi officium poſt privationem & repulſionem hujuſmodi exercere præſumant; Contradictores & rebelles per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo: Non obſtante ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam

Tertium in Lateranenſi Eccleſia ſuperaddit.

Occaſione Jubilæi auctus numerus ex magnatum favore.

Horum nonnulli a Pœnitentibus pecunias extorquent.

E multis tres dumtaxat deſignat, quorum duo in S. Petri, alius in Lateranenſi Baſilica confeſſiones excipiat.

Quæ in contrarium produci poſſent, e medio tollit.

Nemo in poſterum eligatur in Pœnitentiarum, niſi ut alicui e tribus jam electis ſuccedat.

plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem: nec de cetero ad officium Pœnitentiariæ hujuſmodi, auctoritate quarumcumque litterarum Apoſtolicarum, quibuſvis Perſonis cujuſcumque ordinis, religionis, & ſtatus exiſtant concedendarum forſitan, quæ de præſentibus plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum non fecerint mentionem, ſeu jam conceſſarum per te vel tuos in Vicariatus dictæ Urbis officio ſucceſſores, niſi aliquem de hujuſmodi tribus deeſſe contigerit, quemquam admitti volumus quoquomodo. Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Dat. Avenioni xii. Kal. Martii, Anno Decimo.

Guillelmo S. Mariæ in Coſmedin Diacono Cardinali defert Archiprebyteratus Dignitatem in Beati Petri Baſilica.

Ex Reg. 1. Anni 11. Epiſt. Com. Clem. VI. Epiſt. de Ben. Vacan. Epiſt. 155. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Guillemo Sancte Marie in Coſmedin Diacono Cardinali; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1352.

Guillelmi Cardinalis encomia.

Dudum exquiſitam tuæ circumſpectionis induſtriam diligenter attendimus, & paterna meditatione penſamus, quod Tu Romanam Eccleſiam, cujus honorabile membrum exiſtis, honoras tuorum magnitudine meritorum, quin imo debitum reputamus, ut Apoſtolicam Sedem tibi reperias in gratiarum exhibitione munificam, & in tuis oportunitatibus liberalem. Cum itaque Canonicatus & Præbenda ac Archipresbyteratus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quos bonæ memoriæ Anibaldus Epiſcopus Tuſculanus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica, dum viveret, obtinebat, per ipſius Anibaldi obitum, qui dudum extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacaverint & vacare noſcantur ad præſens, nulluſque præter Nos hac vice de illis diſponere potuerit neque poſſit, pro eo quod Nos diu ante vacationem hujuſmodi omnes Canonicatus & Præbendas, necnon Dignitates, Perſonatus, & Officia, ceteraque Beneficia Eccleſiaſtica per obitum quorumcumque ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ubicumque decedentium, tunc vacantia & inantea vacatura collationi & diſpoſitioni noſtræ duximus reſervanda, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contingeret attentari: Nos volentes tibi, ut incumbentia tibi expenſarum onera commodius ſupportare valeas, de alicujus ſubventionis auxilio providere, tibique gratiam facere ſpecialem, Canonicatum & Præbendam necnon Archipresbyteratum prædictos ſic vacantes cum plenitudine juris Canonici ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis Apoſtolica tibi auctoritate, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate conferimus, & de illis etiam providemus (*a*); decernentes, prout eſt, irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel impoſterum contingeret attentari: Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus ejuſdem Eccleſiæ contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica vel quacumque firmitate alia roboratis; Aut ſi aliqui Apoſtolica vel alia quavis auctoritate in eadem Eccleſia in Canonicos ſint recepti vel ut recipiantur inſiſtant; ſeu ſi ſuper Proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & Præbendis necnon dignitatibus, perſonatibus & officiis ejuſdem Eccleſiæ ſpeciales, aut aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus in aſſecutione Canonicatus & Præbendæ ac Archipresbyteratus prædictorum volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Canonicatuum & Præbendarum ac dignitatum, perſonatuum, officiorum aut Beneficiorum aliorum præjudicium generari; ſeu ſi Dilectis Filiis Capitulo ipſius Eccleſiæ vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a dicta ſit Sede indultum, quod ad receptio-

Vacante Baſilicæ Vaticanæ Archipresbyteratu, collatio ad Pontificem ſpectat.

Guillelmum Cardinalem in Archipresbyterum eligit.

Iis quæ obſtare quoquo modo poſſent, derogat.

(*a*) Guillelmus Judicis Lemovicen. Gallus, Clementis VI. ex ſorore nepos, primum S. Mariæ in Coſmedin Diaconus, deinde Tituli S. Clementis Presbyter Card., in Caſtellæ Regnum ab Innocentio VI. Legatus, Baſilicæ noſtræ Archipresbyteratum dimiſit Raynaldo Urſino S. Hadriani Diacono Cardinali, obiitque Avenione an. 1374. iv. Kal. Maji. Ita Grimaldus in Lib. de Archipresbyteris pag. 84. & ſeqq.

receptionem vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non poſſint, quodque de Canonicatibus & Præbendis necnon dignitatibus, Perſonatibus & officiis ipſius Eccleſiæ ſeu aliis Beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem ſeu quamvis aliam diſpoſitionem conjunctim vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis; aut ſi præſens non fueris ad præſtandum de obſervandis ſtatutis & conſuetudinibus ejuſdem Eccleſiæ ſolitum juramentum, ad quod præſtandum, dummodo in abſentia tua per Procuratorem ydoneum illud præſtes, te volumus non teneri: Tecum inſuper, ut Archipresbyteratum prædictum libere recipere, & una cum Eccleſia Sanctæ Mariæ in Coſmedin de Urbe, quæ Tituli tui Cardinalatus exiſtit, necnon Prioratibus, dignitatibus, Perſonatibus, officiis, Canonicatibus, Præbendis, Eccleſiis & aliis Beneficiis Eccleſiaſticis, ſecularibus & regularibus quibuſcumque, cum cura vel ſine cura, quæcumque, quotcumque & qualiacumque fuerint, quæ ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica obtines vel expectas, cum illa fueris aſſecutus, licite retinere valeas, Generalium & Lateranen. ac Viennen. Conciliorum & quibuſcumque aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis nequaquam obſtantibus, de uberiori dono gratiæ, motu ſimili diſpenſamus: Proviſo, quod Eccleſia Sanctæ Mariæ in Coſmedin, ac Archipresbyteratus, Prioratus, dignitates, Perſonatus, officia, Canonicatus, & Prebendæ Eccleſiæ, ceteraque Beneficia Eccleſiaſtica ſupradicta debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ collationis, proviſionis, conſtitutionis, voluntatis & diſpenſationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Archipresbyteratum ſuper Beneficiorum pluralitate diſpenſat.

Cavet tamen, ne Beneficia debitis fraudentur obſequiis.

Perpetuam Diplomati conciliat firmitatem.

Datum Avenioni Octavo Idus Julii, Anno Undecimo.

Superioris Bullæ exequutionem demandat.

Ex Reg. 1. An. 11. Epiſt. Comm. Clem. VI. Epiſt. de Ben. Vacan. Epiſt. 156. apud. Archiv. Apoſt. Vatic.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Archiepiſcopo Arelaten., & Dilectis Filiis Sancti Pauli, ac Sancti Laurentii extra Muros Urbis Monaſteriorum Abbatibus; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1352.

Archipresbyteratus poſſeſſionem cum omnimoda juriſdictione concedendam decernit.

DUM exquiſitam (*ut in ſuperiori Diplomate, iis variatis quæ varianda ſunt, uſque*) nullatenus negligatur. Quocirca mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum, per vos vel alium ſeu alios eundem Cardinalem vel Procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem Canonicatus & Præbendæ ac Archipresbyteratus, juriumque & pertinentiarum prædictorum inducatis auctoritate noſtra & defendatis inductum, amoto exinde quolibet detentore, facientes ipſum vel dictum Procuratorem pro eo ad Præbendam in præfata Eccleſia in Canonicum recipi & in Fratrem, ſtallo ſibi in Choro & loco in Capitulo ipſius Eccleſiæ cum plenitudine Juris Canonici aſſignatis, & Archipresbyteratum prædictos, ut eſt moris, admitti; ſibique de ipſorum Canonicatus & Præbendæ ac Archipresbyteratus fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis integre reſponderi: Non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ſi eiſdem Capitulo vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a dicta Sede indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem; Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Contrariis derogat Privilegiis.

Datum Avenioni Octavo Idus Julii, Anno Undecimo.

INNO-

Silentio præterire non debemus, Clementem Sextum complura Diplomata procudiſſe, quibus ſacram noſtri Redemtoris Imaginem, Veronicam vulgo appellatam, Viris nonnullis ac Mulieribus, generis nobilitate, aut alio nomine præſtantibus oſten-

INNOCENTIUS VI.

Eccleſiæ adminiſtrandæ præficitur Innocentius VI. Anno Chriſti 1352. die 18. Decembris, die vero 30. coronatur. Sedit annos 9. menſes 8. dies 25. Mortem oppetiit pridie Idus Septembris Anno 1362.

De Vaticanis Oblationibus ad Sedem Apoſtolicam ſpectantibus, quæ a nonnullis rapta, & inter Canonicos diviſa dicebantur, iterum inquiri, & rei veritate comperta eaſdem reſtitui præcipit.

Ex Reg. 1. An. 1. Epiſt. Secret. Innocentii VI. fol. 142. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Pontio Urbevetan. noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario, & Stephano Caſtren. Epiſcopis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1353.

Nonniſi quarta Oblationum pars, Capitulo S. Petri a Cardinali Legato tribuitur.

Id ægreferentes Canonicorum aliqui Oblationes vi adhibita, ſibi ſumunt.

Quanquam Oblationum, quæ fieri conſueverunt & fiunt a Chriſtifidelibus in Altari Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, tres ad Romanum Pontificem, & una tantum partes ad Capitulum ipſius Baſilicæ pertineant & pertinuerint ex conſuetudine approbata & hactenus pacifice obſervata, & tam Venerabilis Frater Noſter Guido Epiſcopus Portuen., tunc Tituli ſanctæ Cæciliæ Presbyter Cardinalis, quam bonæ memoriæ Anibaldus Epiſcopus Tuſculanus, tunc Apoſtolicæ Sedis Legati, ordinaſſent de diviſione Oblationum hujuſmodi certo modo inter Cameram Apoſtolicam & dictos Capitulum facienda; tamen ad notitiam felicis record. Clementis Papæ VI. prædeceſſoris noſtri, fide digna relatione perducto, quod dicti Capitulum Oblationes hujuſmodi, quæ quatuor primis menſibus Anni Domini milleſimi treceteſimi quinquageſimi in eodem Altari dictæ Baſilicæ factæ fuerant, omnes receperant; & deinde quidam ex Canonicis ejuſdem Baſilicæ, mandantibus ipſis Capitulo, ad Sacrarium illius cum furore ac impetu accedentes, Cophinis & Archis, in quibus Oblationes quæ in eodem Altari poſt hujuſmodi quatuor menſes factæ fuerant, ſervabantur, violenter effractis, rapere & inter ſe dividere præſumpſerant (a) in contemptum & præjudicium Prædeceſſoris ipſius, nulla prorſus facta ſibi de Oblationibus hujuſmodi portione; idem Prædeceſſor dedit tibi, Frater Epiſcope Urbevetan., per ſuas litteras in mandatis, ut omnes & ſingulos Canonicos dictæ Baſilicæ quos per famam vel aliam ſummariam & ſimplicem informationem per te ſuper præmiſſis habendam de eis culpabiles reperires, Apoſtolica auctoritate moneres, eiſque ſub excommunicationis ac privationis Beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ obtinerent tunc, quæcumque illa forent, ac inhabilitatis ad quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinenda pœnis, ac Capitulo ipſius Baſilicæ, ſi in hiis culpabiles extitiſſent, mandares, ut infra certum terminum jam elapſum omnes Oblationes per eos receptas tibi, Epiſcope Urbevetan. prædicte, integre ac effectualiter reſtituere procurarent: Alioquin ſi elapſo dicto termino, monitioni & mandato tuis parere cum effectu forſitan non curarent, Canonicos & Capitulum prædictos culpabiles, ut præfertur, citares, ut infra certum competentem terminum jam elapſum coram eodem

Pœnis propoſitis in contumaces, mandantur Canonici ut Oblationes reſtituant.

---

oſtendendam juſſit. Duodecim hujus argumenti literas, quarum prior ad Anibaldum Epiſcopum Tuſculanum & Apoſtolicæ Sedis Legatum, reliquæ ad Vaticanum S. Petri Capitulum Avenione datæ ſunt, Jacobus Grimaldus in MS. Opere de Veronica pag. 51. & ſeqq. ex Regeſt. ejuſdem Pontificis accurate indigitat: ſunt autem hujuſmodi.

I. Pro Nobili Viro Hugone Domino Bavecii Comite Avellini; Dat. 12. Kal. Julii, Pontificat. Anno Nono. II. Pro Bertrando Caunaco Archidiacono Agathen. Clerico Cameræ; Dat. 11. Kal. Septembr. An. Nono. III. Pro Nobili Muliere Comitiſſa Inſulan.; Dat. Nonis Septembr. Anno Nono. IV. Pro Stephano Epiſcopo Eluen. Summi Pontificis conſanguineo; Dat. 2. Idus Septembr. Anno Nono. V. Pro Philiberto de Spinaſſia & Girardo de Borbonio & Guilielmo de Borbonio; Dat. 3. Idus Septembr. An. Nono. VI. Pro Arnaldo Vicecomite Caramagin; Dat. 18. Kal. Octobr. An. Nono. VII. Pro Philippa de Lentrico Domina de Limolio Petragoricen. Diœceſis; Dat. 15. Kal. Novembr. An. Nono. VIII. Pro Bertrando de Turre Milite, & Berardo Domino Mercorio Milite; Dat. Aven. 13. Kal. Novembr. An. Nono. IX. Pro Bernardo Comite de Ventadoro; Dat. 7. Kal. Novembr. An. Nono. X. Pro Nobili Viro Reginaldo de Pontibus Vicecomite Carlateſii; Dat. 2. Non. Novembr. Anno Nono. XI. Pro Nobili Muliere Joanna de Sorgeriis Vactonen. Diœceſis; Dat. 8. Kal. Decembr. Anno Nono. XII. Pro Joanne Archiepiſcopo Rothomagenſi; Dat. Aven. Id. Decembr. Anno Nono.

(a) Falſa & iniqua adverſus Canonicos relatione Summum Pontificem fuiſſe inſtructum, animadvertimus not. a, fol. 340.

Capitulo & Canonicis indicitur ut coram Pontifice ſe ſiſtant.

dem Prædeceſſore, Canonici videlicet perſonaliter, Capitulum vero prædicti legitime comparerent facturi & recepturi ſuper hiis juſtitiæ complementum. Poſtmodum vero tu, prædicte Epiſcope, ſicut eidem Prædeceſſori referre curaſti, receptis per te hujuſmodi litteris, de hiis omnibus te informans, cum plures ex Canonicis ipſis, dictoſque Capitulum culpabiles de præmiſſis per informationem hujuſmodi reperiſſes, ac monuiſſes eoſdem, ut tibi oblationes per eos receptas reſtituere integre procurarent; quia tamen ipſi monitioni tuæ hujuſmodi parere contumaciter contempſerunt, Canonicos & Capitulum prædictos, ut præfertur, culpabiles citaſti, ut infra certum competentem jam præteritum terminum Canonici perſonaliter ac Capitulum prædicti legitime coram eodem Prædeceſſore comparerent, facturi & recepturi ſuper hiis quod juſtitia ſuaderet: & deinde Venerabili Fratre Stephano Archiepiſcopo Tholoſano, ipſius Prædeceſſoris & noſtro Camerario referente, percepimus, quod adveniente termino hujuſmodi citationis ipſius; & in eo, Angelo Tartari, Conrado Nicolai Canonicis Baſilicæ memoratæ coram eodem Camerario, cui Prædeceſſor idem hujuſmodi cauſam commiſerat, eorum proprio & privato nomine, & ut excuſatoribus dumtaxat dictorum Capituli conſtitutis, dictus Camerarius eoſdem citatos reputavit, prout erant, ſalvis eorum juſtis excuſationibus, ſi quas haberent, exigente juſtitia contumaces; & quod demum viſis & examinatis per dictum Camerarium tranſumptis quorundam Privilegiorum Apoſtolicorum eiſdem Capitulo, ut dicitur, conceſſorum, quæ dicti Angelus & Conradus coram Camerario exhibuerant memorato, quia tamen circa Privilegia hujuſmodi prædicto Camerario nonnulla dubia occurrebant, idem Camerarius de voluntate Prædeceſſoris ejuſdem certos articulos ordinavit, ſecundum quos ſperabat hujuſmodi negocio ſive litigiorum anfractibus dare finem, & quos eiſdem Capitulo & Canonicis incluſos ſuis litteris deſtinavit, ut vel ſecundum formam eorum deciſioni hujuſmodi negocii aſſentirent, vel ſi ordinem in eo ſubire judiciarium forte vellent, ſufficientes Procuratores ad proſecutionem illius mitterent, cum dicti Angelus & Conradus ſe dumtaxat excuſatores ſimplices Capituli dicerent prædictorum, & quod licet dictis Capitulo & Canonicis hujuſmodi præfati Camerarii litteræ cum eiſdem incluſis in eis articulis pro parte illius præſentatæ fuiſſent, ipſi tamen ordinationem hujuſmodi circa dictos articulos nullatenus acceptantes, certos Procuratores ſuperbe nimis & arroganter ad proſecutionem hujuſmodi negocii ordinarunt, & pro hiis omnibus non contenti, pejora prioribus adicere non verentes, delinquentes quandoque Clericos vel laicos infra ſepta ipſius Baſilicæ capere, & privatum in eis carcerem exercentes, detinere captivos damnabiliter præſumpſerunt; ſpolia quoque Peregrinorum Romæ decedentium, qui in Cimiterio ipſius Baſilicæ ſibi eligerant ſepulturam, temeritate propria diripuerunt, ea inter ſe invicem dividentes; & inſuper quod hujuſmodi negocio coram Camerario pendente præfato, Canonici & ſpecialiter idem Angelus & Capitulum memorati, poſt multas & graves injurias per eos Dilecto Filio Joanni Caſtellani Canonico, & per te, prædicte Epiſcope, deputato Altarario ipſius Baſilicæ irrogatas, Oblationes quæ uſque tunc in eodem Altari factæ fuerant, inter ſe invicem non vocato ipſo Altarario diviſerunt; & Manſionarium ipſius Baſilicæ dictum Undecim, pro eo quod eoſdem Canonicos & Capitulum arguebat, quod ſic perperam agerent, ſicque Prædeceſſorem contemnerent memoratum, frequenter in Choro ipſius Baſilicæ verberarunt; quodque familiares omnes ipſius Altararii adeo terruerunt, quod idem Altararius familiarem vel ſervitorem aliquem ad accendendum Lampades in ipſa Baſilica non poterat reperire; & quod poſt hæc nonnulli Canonici dictæ Baſilicæ, & ſpecialiter idem Angelus, coadunatis ſibi quibuſdam eorum in hac parte complicibus, mandantibus dictis Capitulo, in dictum Joannem Caſtellani, qui cum ſervitoribus & amicis ſuis ad occurrendum periculo, in quo erat dicta Baſilica conſtituta propter fulgur quod ceciderat in Campanile illius, acceſſerat, hoſtiliter irruerunt, &, moriatur iſte Joannes Caſtellani qui aufert Nobis Oblationes noſtras, fortiter inclamantes, ipſum & conſanguineos ac amicos ſuos prædictos uſque ad domum Canonicalem ejuſdem Joannis fuerunt cum armis & lapidibus inſecuti, ac tandem in portas & feneſtras ipſius domus ſagittas & lapides jacientes, compulerunt illos metu mortis inde recedere, & ad paternam domum Joannis confugere memorati; & quod eodem Joanne non audente, timore perſonæ propriæ ad Baſilicam ulterius accedere memoratam, dicti Canonici & Capitulum, more ſolito, inter ſe invicem diviſerunt Oblationes factas in Altari Baſilicæ antefatæ. Poſtmodum vero eodem Prædeceſſore ſublato de medio, Nobiſque ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumptis Dilectus Filius Paulus de Scrofano Canonicus dictæ Baſilicæ, qui fuerat in ea, auctoritate noſtra, Altararius deputatus, videns quod dictis Canonicis & Capitulo de Oblationibus hujuſmodi diſponentibus pro eorum libito voluntatia,

Duo ex Canonicis Apoſtolica Privilegia producunt.

Procuratores ad litem conſtituunt.

Nonnulla in Canonicos, ex aliena relatione, congeruntur crimina, quæ hic commemorantur.

Cauſſa ſtatus ſub Innocentio Pontifice.

Facti veritas inquirenda; qua cognita, contumaces compellendi ut Oblationes restituant.

luntatis, ipſe inaniter gereret Altararii nomen, hujuſmodi Altarariatus officium ſponte ac libere reſignavit, ex quo Cameræ noſtræ gravia damna ſecuta ſunt, & ſecuntur. Quia igitur hæc, ſi veritate nitantur, non debemus, prout nec intendimus, ſub diſſimulationis pallio relinquere incorrecta, Fraternitate Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum, per vos vel alium ſeu alios, vos de præmiſſis omnibus etiam extra Urbem eandem ſummarie, ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu & figura judicii informetis, & eos omnes ex dictis Canonicis, quos per informationem hujuſmodi repereritis culpabiles de eiſdem, dictóſque Capitulum, ſi in eis deliquerint, iterum moneatis ut infra certum competentem terminum, quem eis peremptorie ſtatuatis, omnes & ſingulas Oblationes per eos, ut præfertur, raptas & receptas, tibi, Epiſcope memorate, nomine Cameræ prædictæ recipienti, reſtituere integre ac ſine diminutione procurent: Alioquin hujuſmodi elapſo termino, Canonicos a Canonicatibus & Præbendis ipſius Baſilicæ ac aliis Beneficiis Eccleſiaſticis, quæ obtinent, & eorum perceptione fructuum, & Capitulum prædictos etiam ſuſpendatis; & nihilominus peremptorie citetis eoſdem, ut infra certum competentem terminum, quem peremptorie aſſignetis eiſdem, Canonici videlicet perſonaliter, Capitulum vero prædicti legitime compareant coram eodem Camerario, ſuper hiis de juſtitia reſponſuri ac alias facturi & recepturi quod juſtitia ſuadebit: Prædicentes eiſdem, quod ſi in hujuſmodi termino contempſerint ſeu diſtulerint forſitan comparere, contra eos ſuper præmiſſis, & alias prout juſtum fuerit & Nobis expedire videbitur, procedetur, eorum abſentia ſeu contumacia non obſtante. Diem vero hujuſmodi citationis, & quicquid feceritis in præmiſſis, Nobis quamtocius per patentes litteras veſtras, formam præſentium continentes, fideliter intimare curetis.

Si cunctentur, in judicium vocandi, prævia fructuum ſuſpenſione.

Si moram adhuc trahant, contumacia nequaquam obſtante, ſententia promulgabitur.

Datum apud Villam novam Avenionen. Diœceſis Kalend. Auguſti, Anno primo.

Carolo Romanorum Regi de adventu in Italiam, & de Coronatione in Vaticano S. Petri Templo peragenda gratulatur.

Ex Reg. Secret. Anni 2. Innoc. VI. Fol. 213. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Cariſſimo in Chriſto Filio Carolo (a) *Regi Romanorum Illuſtri; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.*

AN. CH. 1354.

Caroli cunctatio Pontificem angit.

Licet fama prænuntia, quæ Venerabilis Fratris Noſtri Theodorici Epiſcopi Minden. adventum, & litterarum tuarum præſentationem anticipans, optabilem nobis tuum in Italiam tranſitum per dies aliquot divulgarat, animum noſtrum vehementer ad gaudium excitaſſet & continuis incrementis adaucta, ſic fidem aſtrueret, ut de rei non deberet ambigi veritate; tamen quia hoc humanæ cupiditatis ineſt affectui, hoc habet communiter proprium, quod in deſideratis quibuſque rebus moras non patitur, immo celeritatem ipſam quaſi reputat tarditatem, ſuſpendebat & augebat in Nobis quodammodo conſiderationibus alternis conceptam lætitiam tuarum expectatio litterarum. Cumque in re hujuſmodi mens avida variis opinionibus extuaret, & nunc hiis rationibus victa conſentiret famæ relatibus, nunc vero conſiderationibus mota contrariis in ambiguum declinaret, tandem ſupervenit idem Epiſcopus qui Nos de ipſo tuo tranſitu, quem Deus faciat eſſe felicem, litterarum tuarum, quas & eundem Epiſcopum lætanter admodum, placideque ſuſcepimus, ac vivæ vocis atteſtatione certificans, & ad unctionis, conſecrationis & Coronationis tuæ in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, auctore Deo, feliciter juxta imitandas antiquorum traditiones celebranda ſolemnia concedi Magnitudini tuæ Cardinales aliquos modeſte, ſolicite ac prudenter expoſcens, velut bonus de longinqua Terra Nuncius, animum noſtrum ſucceſſus proſperos amantiſſimi Filii ac Patroni & Defenſoris Eccleſiæ concupita præſidia ſitientem, quodam quaſi potu aquæ frigidæ, tui ſcilicet deſiderati cunctis gentibus recenter venientis occurſu dulciſſime recreavit, tantoque nos ampliori gaudio & copioſiori exultatione perfudit uberius, tantoque petitionis hujuſmodi favorabilius & promptius

Acceptis de Caroli adventu literis Pontifex gratulatur.

(a) Hujus Nominis IV. in Romanorum Regem electo, anno Chriſti 1346.

promptius exauditionis impetravit effectum, quanto hinc univerſorum generalia commoda, largiente Deo, naſcitura probabili ratione confidimus, & particularia Eccleſiæ memoratæ compendia, quæ oihilominus communem utilitatem reſpiciunt, ipſo propitio, proventura, ſine dubitatione ſperamus: Poſt gratias igitur in humilitate ſpiritus devote redditas, & laudationum vota debite perſoluta ei, per quem Reges regnant, Principes imperant, & a quo omnis Poteſtas eſt, quique te ad Imperii Romani culmen evexit, quod præſtaote ipſo dies nobis deſideratus, dies qui expectationibus noſtris terminum poſuit, ſereous illuxit;

Deo gratias agit.

Cardinales deſignat qui conſecrationem perficiant.

quoſdam ex Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, quos honoris & ſtatus tui & tuorum, experientia multa palpaſti ſinceros & ſervidos zelatores, ad hujuſmodi unctionis, conſecrationis, & coronationis, auſpice Deo, celebritatem ageodam feliciter duximus ſtatuendos, ut quod urgentibus negotiis variis præpediti, nequimus contra deſiderii noſtri vota perſonaliter exequi, hoc miniſterio eorum, ageotium ooſtri vices officii, ſuppleatur; & oihilominus Dilecto Filio ooſtro Egidio Tituli Sancti Clementis Presbitero Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato per alias noſtras litteras, quas tibi defert idem Epiſcopus, efficaciter ſcribimus & mandamus eidem, ut efficacibus tibi adſit auxiliis, oportunis aſſiſtat favoribus, præſidiis foveat, & conſiliis te ſalutaribus dirigat & informet. Deum itaque bonorum operum directorem ſuppliciter exoramus & petimus, ut ipſe in adjutorium tuum propitius dignetur intendere, & ad tanti ponderis ſarcinam, ad laudem ejus, ipſius honorem Eccleſiæ ac proſperum ſtatum Chriſtiani Populi portandam utiliter humeris potentiæ tuæ robur adjiciat, mentis tuæ oculos gratiæ ſuæ viſitationis illuſtret, te in viam dirigat proſperitatis & pacis, Angelum ſuum qui comitatus eſt Tobiæ Filium, tibi comitem tribuat, cuncta tibi adverſa ſummoveat, concedat proſpera, aſpera convertat in plana, ante te contumacium cervices humiliet, conterat elata cornua ſuperborum, ſubiciat jugo tuo colla rebellium, in manu tua, quæ bella volunt, diſſipet gentes, ſubditas tibi faciat omnes ipſius nationes Imperii, augeat fidem, perfidiam tollat, cunctis mundum purget erroribus, dieſque tuos & longævos faciat, & in optata mentis & corporis pace diſponat.

Cardinali Legato mandat, ut Imperatori præſto ſit.

Imperatori fauſta precatur.

Eya ergo, inclyte Princeps, excita Cæſarei Throni potentiam, in manu forti & excelſo Brachio conculcatam erige Eccleſiaſticam libertatem Romanæ, ac aliarum Eccleſiarum jura cuſtodi, Perſonis earum pro reverentia illios, cojus mioiſtri ſunt, hooorem impende, & jura earum eripe de manibus direptorum, ut proberis caritate filius, Patronus effectibus, & operibus nomen impleas Defenſoris; reſarcire lacerata ejuſdem Imperii latera, fatage, rumpe vincula tyramnicæ poteſtatis, leva in nationibus ſigoum, virtutis tuæ virgam emitte, ſac populum tuum ſaluum & protege plebem, ut ipſi potentiæ tuæ ſalutari præſidio, de jugo inveteratæ ſervitutis erepti, & conſecuti quaſi novæ beneficium libertatis ac pacis, læteotur coram te corde perfecto, & noo ſit timor ulterius in finibus eorumdem; deduc in ſemitam mandatorum Domini greſſus tuos, & in ipſius, qui ſanctus permanet in ſeculum ſeculi, timore perſiſtens, eſto in juſtitiæ adminiſtratione ſolicitus, eſto pietatis amicus, eſto (qua Throous regius roboratur) Clementiæ cuſtos, eſto miſericordiæ obſervator; eſto adjutor orphano & pupillo, indigentibus ſubveni, ſuccurre egenis, oppreſſos releva, gravatos allevia, afflictos compatere, refove debiles, miſeros conſolare, & conſiderans, quod ad bonorum laudem, maleſactorumque vindictam gladium a Domino ſuſcepiſti, adjuva bonos auxiliis; proſequere favoribus iuſtos, adeſto præſidiis manſuetis, ac iu facinoroſos & reprobos temperante clementia zelum tuæ accendas & acuas ultionis, ut juvante Deo ſic terreoi Regni gubernaculis præſidere poſſis utiliter, quod poſt hujuſmodi occiduæ vitæ curſum exceptus Abrahæ ſinu intereſſe Choris Angelicis, cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ Conditoris aſſiſtere, ac præſentem majeſtatis Divinæ intueri faciem, in quo ſumma conſiſtit noſtræ beatitudinis, merearis. Ceterum ad honoris & ſtatus tui promovenda jugiter paternis ſtudiis incrementa, ex affectu caritatis intimæ, promptiores eidem Epiſcopo commiſimus aliqua magnitudini tuæ, vivæ vocis miniſterio exponenda, rogantes, ut ipſius Epiſcopi pro parte noſtra relatibus adhibeas plenam fidem.

Hortatur, ut Eccleſiæ præſidio ſit.

Virtutes, quas imitetur, proponit.

Præmia ſpondet æterna.

Datum Avenioni XI. Kalendas Decembris, Anno Secundo.

Ferrea Corona redimi jubet Carolum IV., alia deinde Corona aurea in Vaticano Templo decorandum.

Ex Reg. Epiſt. Secret. An. 2. Innoc. VI. fol. 214. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Conſtantinopolitan., & Aquilegen., ac Graden. Patriarchis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1354.

Mos de triplici corona, argentea, ferrea, aurea Imperatori imponenda.

Antiquorum ſervavit poſteris immitanda traditio, quod Romanorum Rex in Imperatorem poſtmodum promovendus, antequam Imperiale ſuſcipiat Diadema, Corona duplici miſtice inſignitur, quarum primàm argenteam videlicet in Eccleſia Beatæ Mariæ de Aquiſgrano Leodien. Diœceſis per manus Archiepiſcopi Colonien. qui eſt pro tempore, ſuſcipit; alteram vero ſcilicet ferream in Eccleſia Beati Joannis de Modoetia Mediolanen. Diœceſis Cæſareo capiti Mediolanen. Antiſtes imponit, ac deinde hiis peractis priſco more ſolemniis, Rex idem Romam Diadema hujuſmodi materialiter aureum de manibus Romani Pontificis, vel alterius cui Pontifex idem id committendum duxerit, in Baſilica Principis Apoſtolorum ſuſcepturus accedit, ut hac triplici varietate decorus, & ſub triplicis figura myſterii ſanctæ ac individuæ Trinitatis ſignaculo inſignitus & adiutus auxilio triplicata mundo pretioſa munera conferens, eloquentia & ſapientia quam ſignat nitor argenteus, inſanam hæreticorum reprimat & confutet audaciam; & malleo fortitudinis quam ferri duritia denotat, conterat cornua elata rebellium; ac præſidii potentia quam fulvor metalli auri præfigurat, libertatem Eccleſiaſticam tueatur. Ad hæc ſane munera hiis maxime oportuna temporibus, largiente Domino conferenda ſalubriter & copioſius eroganda, Cariſſimus in Chriſto Filius noſter Carolus Rex Romanorum Illuſtris, prout ſibi ſpeciale decus Principum, fides quam ex genere derivat, indicit, ſinceræ mentis confirmat integritas, ac virtutum amor & ſtudia perſuadent; accendens Chriſtianiſſimi animi ſui zelum, velut Princeps Catholicus ſe accingit, & poſt ſuſceptam per eum hujuſmodi Coronam argenteam, intravit jam patenter Italiam, ut Corona ferrea & Diademate hujuſmodi, ordine ſervato, ſuſceptis, ac unctionis & conſecrationis ſuæ ſolemniis, auſpice Deo, rite ac feliciter celebratis, ad deformati reformationem Imperii, & ruinas quas in eo multiplicavit exacti malitia temporis, reparandas, ſicut neceſſitas exigit, ſub aſſiſtrice dextera Domini ſe impendat utiliter, & Romanæ Eccleſiæ Matri ſuæ, filialis dilectionis affectum exhibeat, patrocinii debiti præſtet officium, & defenſionis optata præſidia devotus impendat. Sed quoniam Coronæ ferreæ traditionem & impoſitionem hujuſmodi alibi quam in dicta Eccleſia Sancti Joannis, & ab alio quam Mediolanen. Archiepiſcopo celebrandam, poſſet forſitan Dilecti Filii Roberti electi Mediolanen. voluntas, quod abſit, vel impotentia ſuadere; Nos cupientes favere memorati Regis in hac parte commoditatibus, in quibus utilitatis publicæ incrementa ſpe fertili confidimus promovere, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſi præfatus Electus requiſitus, nequiverit aut noluerit officii ſui debitum in traditione ac impoſitione Coronæ forſan exolvere memoratæ, vos vel duo aut unus veſtrum, quum ſuper hoc ab eodem Rege fueritis requiſiti ſeu etiam requiſitus, prædictam Coronam ferream in eadem Sancti Joannis vel alia Eccleſia, ſicut, rerum & temporum commoditate ac oportunitate, provida conſideratione penſatis, expedire videritis, auctoritate noſtra, ſervatis alias ſolemnitatibus quæ conſueverunt in tanta celebritate ſervari, tradere ac imponere ſtudeatis. Per hoc autem Archiepiſcopo Mediolanen., qui pro tempore fuerit, aut aliis qui ſe in ipſius impoſitione ac traditione Coronæ jus habere prætenderent, ac prefatæ Eccleſiæ Sancti Joannis quoad hujuſmodi Coronam per Reges Romanorum qui pro tempore fuerint, ab eiſdem Archiepiſcopo vel aliis, & in prædicta Eccleſia Sancti Joannis, prout ad eos pertinet, ſuſcipiendam ſuis temporibus, nullum volumus alias præjudicium generari.

Myſtica triplicis coronæ ſignificatio.

Caroli Imperatoris virtutes commendat.

Argentea Corona donatur.

Mandat Delegatis, ut ſi Mediolanenſis Archiepiſcopus id non peragat, ipſi, vel eorum aliquis ferream coronam Carolo imponant.

Salvis in poſterum Mediolanenſis Archiepiſcopi juribus.

Datum Avenioni X. Kalendas Decembri, Anno Secundo.

Caroli

Caroli IV. Romanorum Regis, ejuſque Uxoris Annæ Reginæ Coronationem in Vaticano Templo habendam, Petro Oſtienſi Epiſcopo, & Ægidio S. Cæciliæ Cardinalibus demandat; ritum in ipſa celebritate ſervandum præſcribit.

Ex Reg. 2. part. 1. Au. 3. Epiſt. Com. Innoc. VI. Epiſt. de Cur. 6. apud Archiv. Apoſt. Vatic. (a)

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Petro Epiſcopo Oſtienſi, Apoſtolicæ Sedis Nuntio; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1355.

Eccleſia militans inditam ſibi pulcritudinem & gloriam, in alias transfundit.

Speciosus forma præ filiis hominum Jeſus Chriſtus militantem Eccleſiam ſponſam ſuam, ſicut poteſtatis plenitudine ad ſalutare orbis regimen communivit; ſic etiam, ut decoro gloriæ ſponſo juncta, pulcrior appareret, honorum faſcibus & ſchemate dignitatum, quaſi quibuſdam renitentibus Margaritis ornavit. Sed illud ei conceſſit gloriæ potioris inſigne, quod ipſa ſublimioribus quibuſque poteſtatibus, quibus idem ipſe Chriſtus eam prætulit univerſaliter omnibus, velud ſol copioſus proprii luminis erogator ad ornatum adjiciens, quo largius de plenitudine bonorum ſuorum communicat aliis, eo refulget amplius, eo reſplendet potius, eo eſt honoratior in ſeipſa. Dudum ſiquidem poſt electionem de Cariſſimo in Chriſto Filio noſtro Carolo Rege Romanorum Illuſtri celebratam concorditer per Principes Regni Alamanniæ, in electione Regis Romauorum vocem habentes cum imminet pro tempore facienda, fel. record. Clementi Papæ VI. prædeceſſori noſtro per ſolemnes dicti Regis Ambaxiatores & Nuncios ad ipſius Prædeceſſoris præſentiam deſtinatos electionis ejuſdem præſentato decreto, ac tam ſuper ipſius electionis forma, quam ſuper idoneitate ac ſufficientia & habilitate Perſonæ dicti Regis informatione habita diligenti per quoſdam ex Fratribus Prædeceſſoris ipſius, de quorum numero tunc eramus, quibus idem Prædeceſſor informationem hujuſmodi duxerat committendam, ac per commiſſarios hujuſmodi facta Prædeceſſori memorato in præſentia dictorum Fratrum de informatione habita ſuper hiis relatione fideli; dictus Prædeceſſor de Fratrum conſilio prædictorum ad devotæ ac humilis ſupplicationis inſtantiam per dictos Ambaxiatores & Nuntios eidem Prædeceſſori frequenter effuſam, præfatum Regem in ſpecialem filium ſuum & Eccleſiæ memoratæ ſuſcepit, ſibi ſuos favorem & gratiam benigne concedens, ac ipſius Regis perſona idonea reputata, eum denominavit, denuntiavit, aſſumpſit, & declaravit Regem Romanorum; & approbans Perſonam ipſius, eum ſufficientem & habilem declaravit ad ſuſcipiendum Imperialis celſitudinis dignitatem, decernens unctionem, conſecrationem & coronationem Imperiales per manus ſuas eidem Regi oportunis loco & tempore impendendas, ac ſupplens ex certa ſcientia & de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis omnem defectum, ſiquis aut ratione formæ aut ratione Regis prædicti aut electorum ſuorum perſonarum ſeu ex quavis alia ratione vel cauſa in hujuſmodi electione intervenerat quoviſmodo, ac præcipiens omnibus fidelibus & vaſſallis Imperii, ut præfato Regi ſicut Regi Romanorum in Imperatorem promovendo intenderent efficaciter ac parerent. Poſtmodum vero Prædeceſſore ipſo, prout Domino placuit, naturæ debitum exſolvente, Nobiſque licet immeritis ad faſtigium Apoſtolicæ dignitatis aſſumptis, præfatus Rex per Venerabilem Fratrem Noſtrum Theodoricum Epiſcopum Mindenſem, Nuntium & Ambaxiatorem, ac litteris ejus nobis intimare curavit, quod ipſe Italiæ partes eidem Imperio ſubjectas intraverat, & ab incolis & habitatoribus Civitatum aliorumque locorum Lombardiæ honorifice pacificeque receptus, unctionem & Diadematis Imperialis inſignia in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe, Deo propitio, ſuſcipere in proximo diſponebat; & intuens, ſicut Princeps diſcretionis & circumſpectionis virtute conſpicuus, quod Nobis in partibus ciſmontanis multorum gravium & urgentium negotiorum involucris præpeditis, hujuſmodi unctionis & coronationis inſignia per manus noſtras non poſſent ei in Baſilica memorata concedi, per dictos Epiſcopum & litteras nobis humiliter ſupplicavit, ut per aliquos de Fratribus noſtris hujuſmodi

Carolus IV. in Romanorum Imperatorem eligitur.

Prædeceſſor Pontifex electionem approbat.

Conſecrationem decernit.

Prædeceſſore defuncto, Carolus Innocentium rogat, ut Cardinales, qui Conſecrationem in Baſilica Vaticana perficiant, deſignet.

(a) Proſtat etiam apud Raynaldum ad ann. 1355. nu. 3. & ſequentibus.

hujuſmodi uoctionis & coronationis, aliaque inſignia in dicta impendi ei Baſilica facere dignaremur. Nos autem qui ad ipſius Regis honoris & ſtatus incrementa ex paternæ caritatis inſtinctu affectionem gerimus promptiorem, hujuſmodi anteſati Regis litterarum ſerie, & quæ idem Epiſcopus verbo ſubjunxit, diligentius intellectis, atteodentes, quod ſicut idem quoque Rex conſideravit prudenter & provide, ſic hujuſmodi negotiorum pondere premimur & eorum nodis implicitis implicamur, quod coronationis & unctionis ac aliis ſolemniis peragendis eiſdem non poſſemus noſtram præſentiam exhibere; & cupieotes in executiooe ſolemniorum ipſorum, quibus mente aderimus, per Miniſtros quos tanti negocii celebritas exigit, ſuppleri corporalis abſentiæ noſtræ vices, ad te ac ad Dilectum Filium noſtrum Egidium Tituli ſancti Clementis Presbyterum Cardinalem Apoſtolicæ Sedis Legatum, quos virtutum grandium ſplendor illuſtrat, quoſque in magnis & arduis operarios utiles multa experientia comprobavit, conſiderationis noſtræ direximus oculos; & ſperantes, quod induſtria tua, & Legati præſati, quæ in quibuſcumque ſemper operibus emicuit clarior, hoc etiam inſigne opus ad Dei laudem & gloriam, ac honorem & decus ipſius Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, ipſo præſtante qui bonarum director eſt actionum, laudabiliter exequetur; memorati Regis devotis ſupplicationibus inclinati, te, dictumque Legatum ad celebritatem hujuſmodi honorabiliter peragendam miniſterii deputamus. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad eandem Urbem te perſonaliter conferens, ac ibidem die, quam idem Rex ad hoc duxerit eligendam, cum Legato conveniens memorato, tu in dicta Baſilica Miſſam celebres, & Regem inungas eundem; & tu, dictuſque Legatus Regi præſato, & Cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Annæ Reginæ Romanorum Illuſtri, uxori ſuæ, Mitras & Diademata Imperii, ac eidem Regi Sceptrum, Pomum, & Gladium, ac alia ſolemnia, prout infra patentius clariuſque diſtinguitur, tribuatis; ipſorumque inclitos vertices inſigniis eorundem, adhibitis vetuſtæ conſuetudiois ſolemnitatibus decoretis. Et ne quis in hujuſmodi peragendis ſolemniis error poſſit intervenire, quod abſit, modum & formam agendorum, & ubi ac per quas perſonas agenda fuerint, particulariter & diſtincte duximus præſentibus inſerenda, prout in Archivo ipſius Eccleſiæ, ac Pontificali Ordinario continetur: quorum forma talis eſt. Cum Rex in Imperatorem electus perveoerit ad Portam Collinam (*a*), quæ eſt juxta Caſtellum Creſcentii, recipiatur honorifice a Clero Urbis cum Crucibus & turribulis & proceſſionaliter dededucatur uſque ad gradus Baſilicæ Sancti Petri cantantibus univerſis: Ecce ego mitto Angelum meum &c. Camerariis ejus Miſſilia ſpargentibus aote ipſum, & Præfecto Urbis (*b*) Gladium præferente. Cum autem pervenerit ante Baſilicam in Platea quæ Cortina vocatur (*c*), dextrandus eſt a Senatoribus uſque ad gradus prædictos, ubi eo deſcendente tradendus eſt equus, cui Rex inſederat, illis. Interim autem Summus Pootifex cum omnibus Ordioibus ſuis præparat ſe in Secretario (*d*) tanquam celebraturus Divina, & proceſſionaliter exiens uſque ad ſuggeſtum areæ ſuperioris, quæ eſt io capite graduum (*e*), ſuper faldeſtorium ibi ſedeat, conſedentibus ſuper gradus a parte dextera Epiſcopis & Presbyteris, a ſioiſtra vero Diaconis Cardinalibus, & in proximiori gradu Subdiaconis & Acolitis, Primicerio & Cantoribus aſtantibus circa illos cum Magnatibus & Nobilibus, Officialibus & Miniſterialibus Aulæ Papalis. Tunc Rex cum Archiepiſcopis & Epiſcopis, Principibus & Magnatibus ſuis aſceodens ad Summum Pontificem, reverenter oſculetur pedes ipſius, & offerens ei aurum, quantum ſibi placuerit, benigne recipiatur ab eo ad oſculum & amplexum. Quo demum ſurgente, Rex ipſe a parte dextera & Prior Diaconorum a parte ſiniſtra deducant eum uſque in Eccleſiam Sanctæ Mariæ iu Turribus (*f*), ubi ante Altare, Subdiacono Euangelii textum tenente, Rex ſuper illum corporaliter præſtet Juramentum hujuſmodi: Ego Carolus Rex Romanorum futurus, annueote Domino, Imperator, promitto, ſpondeo & polliceor coram Deo & Beato Petro, me de cetero Protectorem & Defenſorem fore Summi Pontificis & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in omoibus neceſſitatibus & utilitatibus ſuis, cuſtodiendo & conſer-

Inſtante Carolo, Cardinales qui Coronationem perficiant, deſignat.

Quæ in hoc ritu peragenda deſcribit.

Methodum ſervandam, ex Pontificali depromptam exſcribis.

(*a*) De qua conſulatur not. *c.* fol. 250, ubi, uti etiam fol. 251. panca prænotavimus ad Coronationis cæremonias ſpectantia.

(*b*) Ademdus Contelorius noſter in Libro de Præfecto Urbis num. 29. pag. 12. edit. Rom.

(*c*) Ita ſane, quemadmodum ſupra vidimus in S. Leonis IX. Conſtitutionibus pag. 27. & 31. col. 1.

(*d*) In inferiore parte navis Baſilicæ noſtræ veteris ad auſtrum, ad ſiniſtram ingredientium in eamdem Baſilicam extabat olim Secretarium, vulgo *Sacriſtia*. Inſpiciatur Tiberii Alpharani Tabula Ichnographica lit. *dd.* Romani Antiſtites rem divinam acturi, veſtes quibus in Sacrificio oterentur, in Secretario induebant, inde ſolemni pompa ad Altare procedebant, uti ex Romanis Ordinibus ſatis liquet.

(*e*) Videſis prælaudati Alpharani Tabulam Ichnographicam litt. *N.*

(*f*) De hac ſacra Æde ſupra egimus pag. 18. not. *c.*

(*a*) Con-

Digitized by Google

conſervando poſſeſſiones, honores & jura ejus, quantum divino fultus adjutorio fuero, ſecundum ſcire ac poſſe meum, recta & pura fide. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei Euangelia. Forma autem Juramenti præſtiti in Avenione per Procuratorem & Nuncios prædicti Regis Romanorum, tempore ſuæ Coronationis renovandi, talis eſt: Vobis Sanctiſſimo Patri & Domino Domino Clementi divina providente Clementiâ Papæ VI. Nos Arneſtus Archiepiſcopus Pragenſis, Ademarus Comes Valentinen., Henricus Comes de Salinis, Gerardus de Grandiprato de Euſalizia*, Gantherus de Montilzio*, & Joannes de Aſperomonte, Geraldus de Magrato* Archidiaconus de Banthesio* in Eccleſia Conſtantienſi, Radulphus dictus Loyſe* Officialis Treveren., Joannes de Piſtorio Decanus Eccleſiæ Sancti Salvatoris Trajecten., & Nicolaus de Lucemburgo Præpoſitus Eccleſiæ Saczen.* Pragen. Diœceſis, Nuntii & Procuratores Sereniſſimi Principis Domini Caroli Romanorum Regis, habentes ad omnia infraſcripta plenam & generalem & liberam poteſtatem & ſpeciale mandatum ab eodem, prout conſtat per prædictas patentes litteras & per aliud publicum Inſtrumentum, quorum tenores ſuperius continentur, ipſius vice & nomine Domini noſtri Regis prædicti, & in animam ipſius promittimus & juramus per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & per hæc ſancta Dei Euangelia, & per hoc lignum vivificæ Crucis, & per has Reliquias Sanctorum, quod nunquam vitam aut membra aut ipſius honorem, quem habetis, ſua voluntate aut ſuo conſenſu aut ſuo conſilio aut ſua exhortatione perdetis; & in Roma nullum placitum aut ordinationem faciet de omnibus, quæ ad vos pertinent aut ad Romanos, ſine veſtro conſilio aut conſenſu; & quicquid de Terra Romanæ Eccleſiæ provenit ad ipſum aut proveniet, vobis reddet quantocitius poterit: Et quandocumque in Lombardiam aut Tuſciam aliquem mittet pro Terris aut juribus ſuis gubernandis, quoties mittet, faciet jurare eum, ut adjutor veſter ſit ad defendendum Terram Romanæ Eccleſiæ & Romanam Eccleſiam ſecundum ſuum poſſe: Et ſi, permittente Deo, dictus Dominus noſter Rex Romam venerit, Sanctam Romanam Eccleſiam & vos Rectorem ipſius & ſucceſſores veſtros exaltabit ſecundum ſuum poſſe; & cum Romæ vel alibi per vos in Imperatorem fuerit coronatus, Dominus noſter Rex prædictus dictum juramentum & alia fieri conſueta ad requiſitionem veſtram tempore Coronationis ſuæ perſonaliter renovabit. Deinde Summus Pontifex cum Ordinibus ſuis ad Altare procedit, & facta ibi oratione ad ſedem aſcendit, Rege cum ſuis Epiſcopis, videlicet Oſtien., & Portuen., & Albanen. in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Turribus remanente, ubi a Canonicis Sancti Petri receptus in Fratrem, Imperialibus induatur inſigniis, dato ipſius pallio Camerario Domini Papæ, qui præcedentibus illum Canonicis & cantantibus, Petre amas me &c. cum ad hoſtium Baſilicæ Principis Apoſtolorum pervenerit, quæ Porta argentea (a) nuncupatur, deducentibus eum hinc inde Comite Lateranenſis Palatii, & Primicerio Judicum Romanorum (b), Albanenſis Epiſcopus ante ipſam Portam argenteam, hanc ſuper eum benedictionem (c) effundet: Deus in cujus manu corda ſunt Regum, [inclina ad preces humilitatis noſtræ aures miſericordiæ tuæ, & Imperatori noſtro N. famulo tuo regimen appone ſapientiæ, ut hauſtis de tuo fonte conſiliis, & tibi placeat, & ſuper omnia Regna præcellat. Per &c.] Cum autem intra Eccleſiam in medio rotæ (d) pervenerit, Portuenſis Epiſcopus hanc orationem ſuper eum decantet: Deus inenarrabilis auctor mundi [conditor generis humani, gubernator Imperii, confirmator regni, qui ex utero fidelis amici tui patriarchæ noſtri Abrahæ præelegiſti Regem ſeculis futurum, tu præſentem Regem hunc cum exercitu ſuo per interceſſionem omnium Sanctorum tuorum uberi benedictione locupleta, & in ſolium Regni firma ſtabilitate connecte, viſita eum, ſicut Moyſen in mari rubro, Jeſum Nave in prælio, Gedeonem in agro, Samuelem in Templo, & illum cum benedictione ſiderea, & ſapientiæ tuæ ratione perfunde, quam beatus David in pſalterio, Salomon filius ejus te renuntiante percepit a cælo; ſis ei contra acies inimicorum lorica, in adverſis galea, in proſperis potentia, in protectione clypeus ſempiternus: præſta, ut gentes illi teneant fidem, proceres ſui habeant pacem, diligant charitatem, abſtineant ſe a

Juramenti Avenione præſtandi, ac Romæ coronationis tempore iterandi forma præſcribitur.

* Al. Euſaliſia
* Al. Montilio
* Al. Magnaco
* Al. Baltheſio
* Al. Loys
* A. Sactenſis

Imperator inſigniis induitur:

Preces ante fores Baſilicæ, & intra Baſilicam eamdem recitandæ.

(a) Conſulatur not. f. pag. 31.

(b) Joannes Diaconus in Lib. de Eccleſia Lateranenſi apud Mabillonium tom. 2. Muſei Italici, ſeptem Sacri Palatii Judices recenſet, eorumque munera deſignat. Ipſorum vero principem nuncupat *Primicerium*.

(c) Quam, uti etiam inſequentes Orationes, & formulas, ex Raynaldo ad annum 1209. num. 18. & ex Ord. Rom. Cencii Camerarii cap. 49. integras retulimus; ſic tamen, ut ſupplementa anſulis includi curaverimus.

(d) Sic veteres appellarunt lapidem porphyreticum circularis figuræ, qui Vaticanæ Baſilicæ pavimentum ornabat. Ejus meminere nedum Libri Rituales, ubi de hujuſmodi Cæremoniis agitur; verum etiam Paſchalis II. Pontificis geſta, in Eccleſiæ Annalibus percurrenda. Vide Severanum Lib. de vii. Urbis Eccl. pag. 128.

ſe a cupiditate, loquantur juſtitiam, cuſtodiant veritatem; & ita populus ille pullulet cælitus benedictione æternitatis, ut ſemper maneant tripudiantes in pace victores; quod ipſe præſtare dignetur.] Qui cum ad Confeſſionem Beati Petri pervenerit, proſternat ſe pronus in terram, & Prior Diaconorum ſuper eum faciat letaniam (*a*), qua finita Prior Presbyterorum dicat Orationem Dominicam cum Capitulis iſtis: Salvum fac ſervum tuum Domine; mitte ei auxilium de ſancto; Domine ſalvum fac Regem: ac deinde dicat orationem iſtam; Actiones noſtras quæſumus Domine &c. Poſt hæc procedant ad Altare Sancti Mauritii (*b*), ubi Oſtien. Epiſcopus ungat ei de oleo exorcizato brachium dextrum & inter ſcapulas, hanc orationem dicendo; Domine Deus omnipotens, cujus eſt omnis poteſtas, [& dignitas, te ſupplici oratione ſeu devotione atque humillima prece depoſcimus, ut huic famulo tuo proſperum Imperatoriæ dignitatis concedas effectum, ut in tua diſpoſitione conſtituto, ad regendam Eccleſiam tuam Sanctam nihil ei præſentia officiant, futuraque non obſiſtant; ſed inſpirante Spiritus tui dono, populum tibi ſubditum æquo juſtitiæ libramine regere valeat, & omnibus operibus ſuis te ſemper timeat, tibi jugiter placere contendat. Per unitatem ejuſdem &c.] Item aliam Orationem: Deus Dei Filius Jeſus Chriſtus [Dominus noſter, qui a Patre oleo exultationis unctus eſt præ particibus ſuis, ipſe per præſentem Sacræ unctionis effuſionem Spiritus Paracliti ſuper caput tuum infundat benedictionem, eandem uſque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc viſibili & tractabili dono inviſibilia percipere, & temporali regno juſtis miſerationibus executo, æternaliter conregnare merearis, qui ſolus ſine peccato vivit & gloriatur cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti &c.] Hiis itaque peractis aſcendat Rex ad Altare Beati Petri, ubi Summus Pontifex facta confeſſione recipiat eum ad oſculum, ſicut unum ex Diaconibus: Ipſeque procedat ad Pulpitum vel Ambonem (*c*), ubi Thalamus conſtructus de lignis, & ornatus de palliis debet ei eſſe paratus; & cum ſuis Archiepiſcopis & Epiſcopis, Principibus & Magnatibus ſecundum capacitatem loci conſiſtat. Primicerius autem & ſcola Cantorum (*d*) in Choro ante Altare decantent Introitum; & poſt Kyrie eleyſon & hymnum Angelicum decantata, ſummus Pontifex dicit orationem quæ competit illi diei, & hanc orationem (*e*) pro ipſo Imperatore; Deus Regnorum omnium [& Chriſtiani maxime protector Imperii, da ſervo N. Imperatori noſtro triumphum virtutis tuæ ſcienter excolere; ut qui tua conſtitutione eſt Princeps, tuo ſemper munere ſit potens. Per &c.] Item aliam orationem: Suſcipe Domine preces [& hoſtias Eccleſiæ tuæ pro ſalute famuli tui N. ſupplicantis, & protectione fidelium populorum antiqua brachii tui operare miracula, ut ſuperatis pacis inimicis, ſecura ſibi ſerviat Chriſtiana libertas.] Item aliam orationem: Deus qui ad prædicandum [æterni Regni Evangelium, Romanum Imperium præparaſti, prætende famulo tuo Imperatori noſtro N. arma cæleſtia, ut pax Eccleſiaſtica, nulla turbetur tempeſtate bellorum.] Cum lecta fuerit Epiſtola & Graduale decantatum, Imperator aſcendat proceſſionaliter ad Altare, ubi Summus Pontifex imponit ei Mitram Clericalem in capite, ac ſupra Mitram Imperatorium Diadema, dicens; Accipe ſignum gloriæ [Diadema Regni, Coronam Imperii, in nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus Sancti ✠, ut ſpreto antiquo hoſte, ſpretiſque contagiis vitiorum omnium, ſic juſtitiam, miſericordiam & judicium diligas, & ita juſte, miſericorditer & pie vivas, ut ab ipſo Domino noſtro Jeſu Chriſto in conſortio Sanctorum æterni Regni Coronam percipias, qui cum Patre &c.] Deinde Sceptrum & Pomum aureum tradit ei; & poſt cetera Gladium, ita dicens: Accipe Gladium [de ſuper Beati Petri Apoſtoli corpus ſumptum (*f*) per noſtras manus licet indignas, vice tamen & auctoritate Beatorum Apoſtolorum conſecratas, imperialiter tibi conceſſum, noſtræque benedictionis officio in defenſionem Sanctæ Matris Eccleſiæ divinitus ordinatum ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; & memor eſto, de quo Pſalmiſta prophetavit dicens: Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime; ut in hoc vim æquitatis per eundem exerceas, molem iniquitatis

Ad Altare S. Mauritii perficienda conſecratio, ritusque in ea ſervandus.

Quæ nam ſub Miſſæ initium peragenda.

Expleta Epiſtola ſequitur Coronatio.

(*a*) *Facere Litaniam*, in veteribus monumentis perinde eſt, ac pluries repetere *Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon*. Romani Ordines id nos aperte docent.

(*b*) In antiquæ Baſilicæ ſuperiori parte, quemadmodum videre licet in Alpharani Tabul. Ichnograph. num. 22. ſitum erat Altare, B. Mauritii nomine dicatum: *ad quod ... de antiqua conſuetudine, Romanorum Imperator a Dominis Epiſcopis Cardinalibus benedicitur & ungitur*; inquit noſter Canonicus Romanus tit. 10. in deſcript. Baſilic. Vatic.

(*c*) Ipſum indigitat Alpharanus num. 7. Tab. Ichn.

(*d*) Conſulatur hoc ipſum Opus Collectionis Bullarum pag. 105. 127. & ſeq.

(*e*) Quæ ſequuntur orationes, proſtant apud Raynaldum, ad annum 1355. num. 2. & ſeq.

(*f*) Huc revocanda, quæ prænotavimus fol. 117. not. c:

(*a*) Qac

quitatis potenter deſtruas, & ſanctam Dei Eccleſiam, ejuſque Fideles propages ac protegas: nec minus ſub fide falſos, quam Chriſtiani nominis hoſtes exſeces ac diſpergas; viduas & pupillos clementer adjuves ac defendas; deſolata reſtaures, reſtaurata conſerves; ulciſcaris injuſta, confirmes bene diſpoſita, quatenus in hoc agendo virtutum triumpho glorioſus juſtitiæ cultor egregius cum mundi Salvatore, cujus typum geris in nomine, ſine fine regnare merearis. Qui cum Deo &c.] Qui coronatus incedens, portet in dextera manu Pomum, in ſiniſtra Sceptrum, & ſic ad Thalamum redeat. Ipſoque ibidem cum Principibus ſuis conſiſtente, Prior Subdiaconorum cum Subdiaconibus Romanæ Curiæ, & Cappellanis Aulæ Imperialis, ad pectorale (a) dexterum ante Crucifixum argenteum, laudem Imperatori alta voce decantent hoc modo: Exaudi Chriſte. Scriniarii (b) vero Urbis, ſericis capis induti, ante pectorale conſiſtentes in Choro reſpondeant; Domino Carolo invictiſſimo Imperatori Romanorum & ſemper Auguſto ſalus & victoria. Qua laude tertio repetita, Prior Subdiaconorum cum ſuis, tribus vicibus dicat; Salvator mundi. Et Scriniarii viciſſim reſpondeant; Tu illum adjuva. Deinde iſte cum ſuis, duabus vicibus dicat; Sancta Maria: & illi viciſſim reſpondeant; Tu illum adjuva: & ſic deinceps; Sancte Michael, Sancte Gabriel, Sancte Raphael, Sancte Joannes Baptiſta, Sancte Petre, Sancte Paule, Sancte Andrea, Sancte Stephane, Sancte Laurenti, Sancte Vincenti, Sancte Sylveſter, Sancte Leo, Sancte Gregori, Sancte Benedicte, Sancte Baſili, Sancte Saba, Sancta Agnes, Sancta Cæcilia, Sancta Lucia: quibus finitis iſti bis dicant; Kyrie eleyſon: & illi viciſſimi reſpondeant; Chriſte eleyſon: ac deinde ſimul omnes; Kyrie eleyſon. Poſt hæc Euangelio decantato, Imperator Corona & Manto depoſitis, accedat ad Summum Pontificem & offerat ad pedes ejus aurum, quantum ſibi placuerit; Ipſoque Pontifice deſcendente pro perficiendis Miſſarum myſteriis ad Altare, Imperator more Subdiaconi offerat ei Calicem & Ampullam, & ſtet ibi donec Pontifex ad Sedem reverſus communicet, ſacramque Communionem de manu ejus ſuſcipiat cum oſculo pacis: & ſic ad Thalamum rediens, in ambone reſumat Mantum pariter & Coronam, Miſſaque finita Pontificalem benedictionem reverenter accipiet; & ſtatim procedat ad locum, ubi debet Summus Pontifex equitare; & cum ipſe Pontifex equum aſcenderit, teneat ſtapedium (c) ſellæ ejus, & arrepto fræno aliquantulum ipſum adextret; moxque ſuum equum aſcendens, procedat juxta Summum Pontificem uſque ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Traſpadina (d), ubi dato ſibi oſculo adinvicem, non corde ſed corpore ſeparentur. Si vero Regina fuerit coronanda, debet ſuper Lectorium (e) ex oppoſito Thalamus præparari, ubi cum duabus adminus puellis, & aliquibus ex Principibus Imperii tam Eccleſiaſticis quam mundanis reſideat; & poſt Coronationem Imperatoris deducatur ad Altare ante Summum Pontificem amicta Regalibus indumentis: cui Summus Pontifex mitram imponat, ita quod cornua mitræ ſint a dexteris & a ſiniſtris, & ſupra mitram imponat Coronam ita dicendo; Accipe Coronam Imperialis excellentiæ, [quæ licet ab indignis, Epiſcopalibus tamen manibus capiti tuo imponitur: unde ſicut auro & gemmis redimita nites, ita & interius auro ſapientiæ, virtutumque gemmis decorari contendas, quatenus poſt occaſum hujus ſeculi cum prudentibus virginibus ſponſo perenni Domino Jeſu Chriſto digne & laudabiliter occurrens Regina, cæleſtis Aulæ merearis ingredi januam, auxiliante Domino Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat per infinita ſecula ſeculorum: Amen]. Coronata (f) vero Regina reducatur ad Thalamum, & poſt Euangelium ducatur ad Oblationem Summo Pontifici exhibendam; ſtetque in gradibus juxta abſidam verſus Altare Sancti Leonis, donec de manu Summi Pontificis poſt Imperatorem ſacram Communionem accipiat, & tunc ad Thalamum reducta, permaneat uſque ad finem Miſſæ. Conſuevit autem Imperator larga Presbyteria (g) omnibus Ordinibus exhibere, quibus ea cum coronatur Summus Pontifex elargitur (h), videlicet Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis Cardinalibus, Primicerio & Cantoribus, Subdiaconis Baſilicariis & Regionariis (i), univerſitati Cleri Romani, Cappellanis & ceteris

Expleta Coronatione, preces ad Deum pro Imperatore funduntur.

Quæ ad Communionem uſque perficienda ſunt, præſeribuntur.

Imperatoris in Pontificem obſequia.

Ritus in Reginæ coronatione ſervandus.

Imperatoris, poſt coronationem munificentia.

(a) Qua voce deſignantur marmorei cancelli, Presbyterium a Choro Cantorum dirimentes, vetuſtioribus Eccleſiæ ſeculis *Pogium* nuncupati. Adeundus Mabillonius in Commentario ad Ordinem Romanum cap. 20.

(b) Qui alibi dicuntur Notarii ſeu Tabelliones.

(c) Alias *ſtapedam* ſeu *ſtapham*, qua quis in equum tollitur.

(d) Quæ olim ad Caſtrum S. Angeli extabat.

(e) Lectorii meminit Romanus Canonic. tit. 50.

(f) Formulas precum, quæ in Reginæ Coronatione fundebantur, idem Raynald. ad annum 1355. num. 10. ex Cæremoniali Pontificio exhibet.

(g) Quo vocabulo, munera ſive largitiones nummorum vel maxime, intelligi oportet.

(h) Rem doctiſſime illuſtravit Petrus Morettus Lucubrat. de Presbyter. Part. 3. ſect. 4. & ſeqq.

(i) Vetus Codex apud Baronium ad ann. Chriſti 1057. ſic habet: *Subdiaconi ſunt* (Romæ) *omnes numero viginti &* *unus*

ceteris Officialibus & Miniſterialibus Curiæ, Præfecto Urbis, Senatoribus, Judicibus, Advocatis, & Scriniariis ac Præfectis navalium. Conſuevit etiam Rex quando deſcendit de Monte Gaudii (*a*), & venit ad Ponticellum præſtare hoc juramentum Romanis: Ego Carolus Rex, futurus Imperator, juro, me ſervaturum Romanis bonas conſuetudines ſuas. Sic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Euangelia.

Quo in loco, & quo ritu recipiendus Imperator.

Quia vero propter noſtram abſentiam nonulla ſnlemnia ex prædictis perſonam noſtram tangentia, expedit intermitti; volumus atque decernimus, quod non obſtantibus hiis, quæ ſuperius deſcribuntur, in gradibus ſcalarum dictæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum, idem Rex Romanorum, ſnlemnitate & honorificentia debitis recipiatur ad nſculum per te, ac Legatum eundem ſtantes in ordinibus veſtris, indutos tamen omnes Pluvialibus, proceſſionaliter obviantes eidem cum Subdiaconis & Acolitis, Primicerio & Cantoribus, aſtantibus circa te dictumque Legatum Magnatibus, Nobilibus, Officialibus & Miniſterialibus Aulæ noſtræ. Aurum vero quod Rex in eiſdem gradibus Apoſtolico conſuevit nfferre poſt genuflexionem & deoſculationem pedum,

Pedum oſculum omittatur.

omiſſis illis quas nec tibi nec dicto Legato faciet idem Rex, quia ſnli Romano Pontifici competunt & debentur; in eodem loco per eundem Regem tibi & dicto Legato humiliter offeratur, ita dicentem; Si Sanctiſſimus Pater Dominus Nnſter Dominus Innocentius Summus Pontifex eſſet hic præſens, ſibi offerrem aurum iſtud præſentialiter; ſed propter ejus abſentiam n ffero ſibi aurum iſtud vobis Dominis Epiſcopo & Legatn recipientibus illud vice & nomine dicti Domini noſtri Papæ.

Juramentum ad Altare Eccleſiæ S. Mariæ in Turribus præſtandum.

Quo facto idem Rex exiſtens in medio tui & dicti Legati veniat cum utroque veſtrum ad Altare Sanctæ Mariæ in Turribus; & cum ibidem fuerit, publice in præſentia tui & dicti Legati recipientium noſtro & ipſius Eccleſiæ Romanæ nomine, præſtet idem Rex ſacramentum ſuo expreſſo proprio nomine de verbo ad verbum, prout ſuperius continetur. Renovet etiam ſacramentum per ſuos Procuratores præſtitum ſuæ approbationis tempore coram Nobis ſecundum tenorem ſupraſcriptum. Etſi in adventu ſuo in gradibus, ubi eidem tu & Legatus obviabitis, anteſatus renovationem prædictam facere præeligeret, contentamur,

Ritus in Conſecratione Imperatoris.

Tu vero, ut præmittitur, Miſſam celebres & Regem prædictum inungas, prout in Ordinario continetur. Letanias dicat Diaconus, qui tibi celebranti in Miſſarum Solemniis miniſtrabit; Orationem autem, quam dicere debet Prior Presbyterorum Cardinalium, dicat idem Legatus. Præſtito autem in Cappella Sanctæ Mariæ de Turribus juramento, prædictus Legatus cum Rege remaneat memorato. Orationem vero, quæ dicenda competit Epiſcopo Albanenſi, tu dicas loco & tempore debitis; ſed Orationem quam debet dicere Portuenſis Epiſcopus ſi adeſſet, dicat præfatus Legatus. Receptio autem ad oſculum inter Diaconos Cardinales poſt confeſſionem in Altari Beati Petri factam, quia ſoli Romano Pontifici competit, & concurrit cum oſculo pectoris, omittatur.

Nec non in Coronatione Regis ac Reginæ ſervandus.

Tu autem & prædictus Legatus imponatis Mitras ſuo modo Regi, ſuæque Reginæ prædictis, prout in dicto Ordinarin de ſummo Pontifice, cnntinetur, & Dyademata Regi & Reginæ prædictis, verba vero dicenda in impoſitione Dyadematum, ſcilicet; Accipe ſignum gloriæ, quoad Regem; Item, Accipe Coronam Imperialis excellentiæ quoad Reginam; dicat idem Legatus alte atque ſonore, itaquod ab aſſiſtentibus audiantur: Licet enim prioritatis ratinne hoc idem Legato non competat; quia tamen ipſe in Legatione noſtram repræſentat Perſonam, hoc per eum volumus adimpleri; & tu verba eadem, voce ſubmiſſa dicas ſic, ut nequaquam audiri poſſint, ſicut in Cnnſecrationibus Prælatorum fieri conſuevit per Coaſſiſtentes principaliter Conſecranti. Verba autem competentia in aſſignatione Gladii poſt Sceptrum & Pomum aureum, ipſumque Gladium per te & Legatum eundem tradita, ſcilicet accipe Gladium &c.; tu idem alta & ſonora voce dicas & proferas, prædicto Legato ſubmiſſa voce, eadem verba dicente, prout in verbis impoſitionum Mitrarum & Dyadematum ſuperius eſt expreſſum. Decantato autem Euangelio Rex coronandus offerat aurum, quod ad pedes Romani Pontificis conſuevit offerri, ad pedem Majoris Altaris, quod tu & Legatus idem ſimul noſtro recipiatis nomine.

Cetera poſt coronationem peragenda indicantur.

Cetera vero ſnlemnia peragantur cum omni ſolemnitate & honorificentia, prout in Ordinario continentur. Oblatio vero Calicis & Ampullæ per Imperatorem jam coronatum, decantato Euangelio,

---

unus; ſeptem Regionarii, qui Epiſtolas & Lectiones cantant in Stationibus; ſeptem Palatini (iidemque Baſilicarii, ut Panvinio placet fol. 5. interpretat. Voc. Eccleſiaſt.) *qui idem munus præſtant in Eccleſia Lateranenſi; ſeptem alii, qui dicuntur Schola Cantorum, qui cantant tantummodo, quando Summus Pontifex celebrare conſuevit*

(*a*) Quem nunc dicimus *Monte Mario*, veteres appellarunt *Montem Gaudii*, ſive *Montem Malum*. Henrico V., uti legimus in Chronico Caſſinen. editionis Angeli de Nuce lib. 4. cap. 17. *obviam miſit Paſchalis* (hujus nominis Secundus) *in Monte Gaudii Bajulos, Ceroſtatarios*.

gelio, Corona & Manto depoſitis, more Subdiaconi Romano facienda Pontifici; & aſſiſtentia eidem facienda per Imperatorem, donec Romanus Pontifex ad Sedem propriam revertatur, quia ſoli Romano Pontifici competunt, omittantur. Idem tamen Imperator, ſi voluerit, Sacram Communionem de manu recipiat Celebrantis, oſculo tamen omiſſo. Quibus peractis ad Thalamum rediens, in ambone reſumat Mantum pariter & Coronam. Proceſſus autem ejuſdem Imperatoris ad locum, ubi Summus Pontifex equitare deberet, & detentio ſtapedii Sellæ ejus, & arrepto fræno equi, cui Romanus Pontifex inſideret; adextratio, officiique ſtratoris exibitio, quia ſoli Romano Pontifici competunt, & præſentiam ipſius exigunt corporalem, omittantur omnino. Reliqua autem ſolemnia, prout exprimuntur in Ordinario, ſolemniter & honorifice compleantur. Quia autem, ut ex prædictis apparet, multæ obſervantiæ, multaque ſolemnia, multæque reverentiæ & honorificentiæ Romano Pontifici competentia, propter noſtram abſentiam omittuntur; proteſtamur & volumus, & Apoſtolica Auctoritate decernimus, quod nullum ex hoc juris vel facti Romanæ Eccleſiæ ac Nobis, Noſtriſque Succeſſoribus præjudicium generetur; quin, cum caſus Regis Romanorum in Imperatorem coronandi occurrerit, omnia exhibeantur & fiant per coronandos Reges Romanorum Pontificibus, ſicut in forma, quæ in Archivio Eccleſiæ & Pontificali Ordinario continetur eiſdem, ſuperius deſcripta, ſerioſius eſt expreſſum. Ad ejuſdem autem Eccleſiæ Romanæ, noſtram & Succeſſorum noſtrorum conſervationem juris, atque cautelam, volumus, per te & dictum Legatum, ab eodem tam Rege coronando, quam Imperatore coronato expreſſe hiis noſtris proteſtationi & Decreto conſentiente recipi patentes litteras quadruplicatas de verbo ad verbum tenorem præſentium continentes, ſuo Regali primum ſigillo, ac poſtmodum ſua Imperiali Bulla aurea communitas, quas tu & idem Legatus aut alter veſtrum Nobis aut Cameræ noſtræ fideliter aſſignetis. Quod ſi te vel dictum Legatum, cui ſimiles litteras mutatis mutandis dirigimus, contigerit forſitan impediri; ille veſtrum, qui executioni præmiſſorum vacare poterit, ea omnia exequatur.

Quæ uni Romano Pontifici præſtanda ſunt obſequia, omittantur.

Nihil tamen idcirco de juribus Romanæ Sedis decedit.

Quæ ſuperius expoſita ſunt, ab Imperatore accepianda ſuoque firmanda Decreto.

Datum Avenioni Secundo Kalendas Februarii, Anno Tertio. (a)

Exortam inter Canonicos & Altararium ſuper Oblatorum perceptione controverſiam ſic dirimit, ut ſua Canonicis jura vindicet, earumdem Oblationum dividendarum tempus ac rationem decernendo.

Ex Reg. 2. Epiſt. Secret. Urbani VI. (b) Fol. 266. apud Archiv. Apoſt. Vatic. (c)

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

AN. CH. 1356.

Præcipua Pontificis ſolicitudo de Eccleſiis quæ ceteris majores ſunt.

Cauſa diſſidii inter Capitulum & Altararium Baſilicæ Vaticanæ.

Quamvis de univerſis Orbis Eccleſiis, quarum cura diſponente Domino Nobis imminet generalis, pro ipſarum ſtatu ſalubriter dirigendo, quantum Nobis ex alto permittitur, cogitare ſolicite teneamor; de illis tamen, quæ nullum præter Romanum Pontificem ſuperiorem habere noſcuntur, in eo præſertim ut in ipſis diſſentionum tollatur occaſio, & cum tranquillitate mentis divinis diligenter obſequiis intendatur, cogitare diligentius perurgemur. Sane dudum inter Dilectos Filios Archipresbyterum & Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe ex parte una, & Joannem Caſtellani Canonicum tunc Altararium auctoritate Apoſtolica deputatum ipſius Baſilicæ ſuper Oblationibus, quæ in Anno a Nativitate Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo, Jubilæo communiter nuncupato, & alias in ipſa Baſilica factæ fuerunt & fiunt pro tempore, quas Altararius ad Cameram Apoſtolicam ex integro, Archipresbyter vero & Capitulum prædicti certas partes ipſarum Oblationum ex privilegiis ac conſuetudinibus, ſtatutis & obſervantiis ipſius Baſilicæ

(a) Ejuſdem tenoris atque argumenti ſunt literæ, quæ ad Ægidium Tit. S. Cæciliæ Presbyterum Cardinalem datæ fuerunt, ac proſtant apud Archiv. Apoſt. Vatic. in Reg. Innocentii VI. Epiſt. 7. de Curia.

(b) Collectoris oſcitantiæ tribuendum, quod præſens Innocentii VI. Conſtitutio inter Urbani VI. literas inſerta reperiatur.

(c) Ex parte edidit Raynaldus ad Annum Chriſti 1350. num. 3.

(a) Cujus

licæ ad ſe ſpectare dicebant, ex altera; materia diſſentionis exorta, & ad audientiam noſtram deducta: Nos cupientes, diſſentiones hujuſmodi tollere, & cum eiſdem Archipresbytero & Capitulo pro reverentia ipſius Apoſtolorum Principis, cujus vacare debent indeſinenter obſequiis, favore congruo agere in hac parte, ſuper præmiſſis de ipſorum Archipresbyteri & Capituli beneplacito & conſenſu, auctoritate Apoſtolica, ut ſubjungitur ordinamus. In primis ſiquidem volumus & etiam ordinamus, quod dicti Archipresbyter & Capitulum ad reſtituendum ulterius aliquid dictæ Cameræ de perceptis per eos in Anno Jubilæo prædicto minime teneantur. Præterea, ſiqua vaſa, ſiqua ornamenta vel indumenta Eccleſiaſtica ſuper ipſum ſacrum ac venerabile Principis Apoſtolorum Majus Altare de cetero offerri contigerit, ad cultum Dei, divinis officiis & miniſteriis neceſſaria, ad inſtar Beati Leonis Papæ IX. (*a*) prædeceſſoris noſtri, ea omnia eidem Baſilicæ volumus applicari, inibi perpetuum permanſura in uſum & ſalarium ibi Deo & dicto Apoſtolorum Principi ſervientium & ſerviturorum. Reliqua vero vaſa, ornamenta ac indumenta dictis officiis & miniſteriis non neceſſaria, necnon & totum aurum & argentum non monetata nec laborata & in maſſa exiſtentia, quæ ſuper prædicto Majori Altari fuerint oblata, Altararius ejuſdem Baſilicæ qui pro tempore fuerit, noſtro & Cameræ noſtræ nomine recipiat & conſervet. Reliquæ vero Oblationes, quæ in eodem Majori Altari in pecunia & rebus aliis, præterquam in ſuperius expreſſis, fierent pro tempore, per ipſum Altararium, & quatuor annales dictorum Capituli Camerarios, per ipſos Capitulum ſecundum formam ſtatutorum ipſius Baſilicæ ordinatos, in loco tuto more ſolito communiter reponantur, certis modo & temporibus, prout ſequitur, dividendæ: videlicet, quod de ipſis reliquis Oblationibus, quæ in dicto Majori Altari pro tempore fient, quinque dumtaxat vicibus partitiones ſeu diviſiones & monetarum electiones ſingulis annis fiant, niſi ut plures fierent neceſſitas immineret; Quarum prima in Dominica prima poſt Octavam Epiphaniæ; Secunda in ſabbato ante Dominicam de Paſſione; Tertia vero feria ſecunda vel tertia poſt Paſca; Quarta in craſtino Aſcenſionis Domini; & Quinta in craſtino Dedicationis Baſilicarum Beatorum Petri & Pauli fiant. In partitionibus autem & monetarum electionibus, in quibus convenire & congregari conſueverunt omnes Canonici dictæ Baſilicæ, prædictis deinceps temporibus & non alias, ut præmittitur, faciendis, nonniſi prædicti quatuor Camerarii cum eodem Altarario debeant intereſſe, & quilibet dictorum Camerariorum, qui in ipſis electionibus præſens fuerit, tantum dumtaxat recipiat, quantum ipſorum Canonicorum unus de præſentibus in ipſis partitionibus & electionibus ab antiquo recipere conſuevit. Ad hæc, volumus & etiam ordinamus, quod decimam partem ipſarum omnium reliquarum oblationum, quæ in pecunia & rebus aliis, præterquam in vaſis, indumentis, ornamentis, auro & argento non monetatis, non laboratis & in maſſa conſiſtentibus, ut præmittitur, fieret de cetero in Majori Altari prædicto; quæ quidem decima ipſis Archipresbytero & Capitulo ex Privilegio deberi pro luminaribus, & Fabrica dictæ Baſilicæ dicebatur; deinceps pro juribus Canonicalibus per ſe vel dictos eorum Camerarios, temporibus quibus diviſiones ipſæ fieri debent, de toto ipſarum Oblationum ſic dividendarum cumulo vel acervo Archipresbiter & Capitulum recipiant antedicti; ac etiam volumus, quod tempore partitionis ſeu diviſionis hujuſmodi, ſecunda vel tertia feria poſt Paſca, ut præmittitur, faciendæ, priuſquam ad diviſionem deveniatur eandem, proviſio ſeu pecuniaria onerum refuſio, quam in duodecim integris, & in totidem mediis Stationibus, ac in Fontium (*b*), & Palliorum benedictione (*c*), necnon in Cathedræ Beati Petri portatione (*d*), & quibuſdam aliis ad divinum cultum pertinentibus in ipſa Baſilica fieri conſuetis, Archipresbyter & Capitulum prædicti de præfato Majori Altari recipere conſueverunt, recipiatur per ſupradictos Capituli Camerarios de toto ipſo cumulo vel acervo, eiſdem Archipresbytero & Capitulo aſſignanda. Reſiduum vero ipſius cumuli vel acervi, ut ſequitur, dividatur; videlicet, quod de ipſo reſiduo præfati Archipresbyter & Capitulum, ut in divinis decantandis officiis diligentiores & magis aſſidui ſint, in ſingulis eiſdem diviſionibus quando fiunt, recipiant quartam partem, reliquis tribus partibus remanentibus Altarario

Pontificis Statuta, ad jurgia tollenda.

Abſolvit Capitulum a reſtitutione Oblationum:

Quæ in poſterum offerentur vaſa, & ſacra indumenta, Baſilicæ vindicat: Aurum, argentumque infectum, Cameræ addicit.

Ceteræ Oblationes quinquies in anno dividendæ adſtantibus quatuor Baſilicæ Camerariis.

Ex iis decima pars cum primis detrahenda pro Capituli juribus.

Alia item detrahenda portio favore Capituli.

Ejus quod reliquum fuerit, tres partes Cameræ, una Vaticano Capitulo tribuatur.

(*a*) Cujus Bullam licet percurrere fol. 35. & ſeq.

(*b*) Petrus Mallius in veteri membrana apud Archivium noſtrum Capſ. 5. faſc. 262. complura enumerat, quæ Canonici percipiebant ex Oblatis ad principem S. Petri aram: Hæc inter, *Candelam unam* (ampullam excipe) *vitream, vacuam & novam, quæ impleri debet Chriſmate, &* (Sabbato Sancto) *portari in Proceſſione ad Fontes.*

(*c*) Huc referenda quæ diximus fol. 42. not. *g.*

(*d*) Inſpiciatur not. *b.* fol. 183.

rario ſupradicto, per eum nomine Cameræ Apoſtolicæ conſervandis. Et volumus, quod Altararius ipſe, ſicut alias conſuevit, pro dictis tribus partibus, iidemque Archipresbyter & Capitulum pro dicta quarta parte in luminaribus, & omnibus in quibus contribuere conſueverunt, contribuere teneantur; Ita quod dicta Baſilica ſua ſolita obſervantia nullatenus defraudetur. Porro cum de Oblationibus, quæ in Altaribus minoribus ipſius Baſilicæ quæ miniſteria nuncupantur, factæ ſunt hactenus, aliqua Altararius, & aliqua Archipresbyter & Capitulum prædicti contra conſuetudines ipſius Baſilicæ recepiſſe dicantur; volumus & auctoritate ordinamus eadem, quod omnes & ſingulæ Oblationes, quæ in quibuſcumque Altaribus ipſis minoribus fient de cetero, in quibuſcumque conſiſtant, per Altararium & Camerarios antedictos in loco tuto & ſolito communiter reponantur; & quod tempore diviſionum prædictarum medietatem Altararius nomine Cameræ prædictæ & aliam medietatem Archipresbyter & Capitulum recipiant antedicti. Per præſentem autem ordinationem noſtram, quam non obſtantibus quibuſcumque Privilegiis Apoſtolicis ac ſtatutis & conſuetudinibus ſeu obſervantiis ipſius Baſilicæ contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate vallatis, perpetuam obtinere volumus roboris firmitatem, non intendimus ſuper Oblationibus, quæ in futuris annis jubilæis in eodem Altari, inſpirante Domino, fient, aliquid declarare, nec Juribus Cameræ, aut Archipresbyteri & Capituli prædictorum quoad illas, aut Privilegiis, ſtatutis & conſuetudinibus, per quæ dicti Archipresbyter & Capitulum aſſerunt ſibi deberi certas partes ex portionibus Oblationum dictæ Baſilicæ, quas ſicut aſſeritur, certis temporibus & diebus Portuen. & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus qui eſt pro tempore, recipere conſuevit (a), in aliquo derogare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, ordinationis & intentionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Oblationes quæ in minoribus Altaribus fiunt, inter Capitulum & Cameram Apoſtolicam æqua lance dividantur.

Declarat præſenti conſtitutione nullum juribus Vaticani Capituli damnum inferri.

Datum Avinioni II. Idus Januarii, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Ad reparandam Baſilicæ turrim campanariam pecunias ſuppeditat.

Ex Reg. Epiſt. ſecret An. 5. Innocentii VI. Fol. 37. apud Archiv. Apoſt. Vatic.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Pontio Epiſcopo Urbevetano, Noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1357. *Turris Campanaria Baſilicæ fulminis ictu percuſſa.*

Cupientes reparationi Campanilis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, quod cadens deſuper fulgureus ignis, peccatis exigentibus, abſumpſit in parte, de alicujus ſubventionis auxilio providere; quadringentos & viginti octo florenos auri, qui Dilecti Filii Altararii dictæ Baſilicæ auditis rationibus per ipſum Altararium Cameræ noſtræ debentur, operi reparationis hujuſmodi deputamus. Tu igitur Florenorum hujuſmodi ſummam ab Altarario petens & recipiens memorato, illos in opus hujuſmodi ſine qualibet diminutione convertas. Nos enim tibi abſolvendi, & quitandi exinde Altararium ipſum, plenam concedimus tenore præſentium poteſtatem.

Ad Turris reparationem Pontifex pecuniam ſuppeditat.

Datum Avenioni VI. Idus Martii, Anno Quinto.

Quæ

(a) Conſulenda not. a. pag. 37.

Quæ Clemens Prædeceſſor de tribus Pœnitentiariis ſanciverat, obſervanda curat.

Ex Regeſto Epiſtolarum Secret. Anni 5. Innoc. VI. Fol. 35. apud Archivium Apoſtolicum Vaticicanum.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Pontio Epiſcopo Urbevetano, Noſtro in ſpiritualibus in Urbe Vicario; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1357. *Clemens Prædeceſſor nonniſi tres Pœnitentiarios deſignat.*

Quamquam felicis recordationis Clemens Papa VI. Prædeceſſor noſter ordinaſſet, quod in Baſilica Principis Apoſtolorum duo, & in Eccleſia Lateranen. de Urbe unus tantum Pœnitentiarii eſſe deberent, qui confeſſiones audirent, eis volentium confiteri; tamen ex importunitate petentium contigit, quod octo Pœnitentiarii vacant inibi, confitentium confeſſionibus audiendis. Hanc igitur ſuperfluam multitudinem moderare volentes, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus omni affectione particulari ſepoſita, ſolum Dei beneplacitum & animarum ſalutem conſiderans, duorum, vel trium ſufficientiorum ex eiſdem omnibus Pœnitentiariis, nomina ſecrete Nobis ſine dilatione reſcribas. Nos enim tuam in hoc conſcientiam oneramus.

Innocentius numerum hunc ternarium confirmat.

Datum Avenioni 4. Idus Martii, Anno Quinto.

Raymundum Epiſcopum Ruthenenſem ad Apoſtolorum Limina accedentem, Canonicis commendat.

Ex Regeſto 7. Anni 8. Epiſtolarum Secret. Innoc. VI. Fol. 3. apud Archivium Apoſtolicum Vaticanum.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Capitulo Baſilicæ Apoſtolorum Principis; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1360. *Ruthenenſis Epiſcopus Romam, Limina Apoſtolorum viſitaturus, ſe confert.*

Ex præcipuæ caritatis affectu, quem ad Venerabilem Fratrem noſtrum Raymundum Epiſcopum Ruthenenſem, latorem præſentium gerimus, & benevolentia ſpeciali qua ipſum proſequimur, excitamur, ut ſibi in hiis, quæ Deo grata fore credimus, & ad ſuæ devotionis augumenta pertineant, vos fore volumus efficaciter liberales. Cum itaque idem Epiſcopus ſpiritu devotionis incenſus, ad Romanam Urbem pro viſitando Limina Principis Apoſtolorum ſe ducat præſentialiter conferendum, volumus & diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus circa viſitationem ipſam veſtra devotio gratam ſe eidem Epiſcopo reddere procuret efficaciter & acceptam, ut ipſe cooperante veſtra liberalitatis obſequio, devotionis ſuæ plenitudinem ſe tandem gaudeat reportaſſe.

Mandat ut Canonici officioſos ſe præbeant.

Datum Avenioni Idus Januarii, Anno Octavo.

Canoni-

Canonicorum Priori jus tribuit, ad decennium tamen, ut aqua per Epiſcopum benedicta, Baſilicam pollutam poſſit reconciliare.

Ex Autogr. in Archiv. noſtro Capitulari Caps. 6. Faſc. 264.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Priori Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe; Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AN. CH. 1360. *Præcipuus Pontificis amor in Baſilicam S. Petri.*

INter ceteras Eccleſias, & Loca Eccleſiaſtica, quorum Nobis, licet immeritis, eſt generalis cura commiſſa, bonum & proſperum ſtatum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, tanto amplius affectamus, & ad id partes Paſtoralis ſollicitudinis adhibemus, quanto illam ſincerioris dilectionis brachiis amplectimur, & ob ipſius Principis, in cujus Fidei ſtabilitate univerſalis Eccleſia fundata exiſtit, reverentiam, decet illius ſtatum non ſolum ſervari illæſum, ſed etiam attolli multimodis incrementis. Cum itaque, ſicut petitio pro parte tua, & dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli dictæ Baſilicæ Nobis exhibita continebat, propter magnum concurſum & multitudinem Peregrinorum utriuſque ſexus, & etiam variarum linguarum, & nationum ad dictam Baſilicam confluentium, multotiens contingat in eadem Baſilica, ejuſque Cimiterio homicidia, truncationes membrorum, vulnera, ſanguinis effuſiones, ſtupra, inceſtus, adulteria, aliſque cohitus illicitos fieri, vel committi, ac propterea, ſeu alias ipſam Baſilicam, & dictum e us Cimiterium pollui, & ex hoc inibi Divinæ laudis organa, & Eccleſiaſticam ſepulturam impediri contingat; nec ſemper de facili inveniri poſſit Epiſcopus, qui ad reconciliationem hujuſmodi Baſilicæ, & Cimiterii debite faciendam procedere valeat. Nos ſuper hoc, ut ipſius Baſilicæ ſtatus, & honor in Divinis, & aliis conſervetur, providere volentes, tuis, & ipſorum Archipresbyteri, & Capituli in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut tu, & ſucceſſores tui Priores dictæ Baſilicæ, qui fuerint pro tempore, dummodo ſitis in Sacerdotio conſtituti, hujuſmodi Baſilicam, & Cimiterium, & ipſorum quodlibet, quandocumque propter præmiſſa, vel eorum aliquod, ſeu alias illam pollui contigerit, reconciliare valeatis, aqua tamen per aliquem Antiſtitem Catholicum, ut moris eſt, benedicta, tibi & eiſdem ſucceſſoribus auctoritate Apoſtolica concedimus de gratia ſpeciali. Per hoc autem Conſtitutioni, quæ id præcipit tantum per Epiſcopos fieri, nullum volumus in poſterum præjudicium generari. Præſentibus poſt decennium minime valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Ex Peregrinorum numero, Baſilica Vaticana frequentius polluitur.

Jus tribuit Canonicorum Priori ac Succeſſoribus, ut adhibita aqua per Epiſcopum benedicta, Eccleſiam pollutam valeant reconciliare.

Datum apud Villam Novam Avinionen. Dioc. VI. Idus Auguſti, Pontificatus noſtri Anno Octavo.

In Eccleſias S. Jacobi, & S. Leonardi in Septiniano, ac ceteras in Civitate Leoniana ad Montem uſque Marium poſitas, juriſdictionem Vaticano Capitulo confirmat; Sacras Aedes in propriis fundis conſtruendi Privilegium innovat.

Ex Autogr. in Baſilicæ noſtræ Tabular. Cap. 4. Faſc. 260.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum tam præſentibus, quam futuris Canonice ſuſtituendis; In perpetuum.

AN. CH. 1360. *Præcipua Pontificis in principem Eccleſiam, Vaticanam nempe Baſilicam ſollicitudo.*

CUM Sedes Apoſtolica in Apoſtolorum Principe Petro a Petra Chriſto, & decorem dignitatis, & poteſtatem Principatus acceperit, debitum retributionis expoſcit, ut Nos, qui, licet immeriti Sedi Apoſtolicæ præſidemus, ejuſdem Principis Baſilicam & decoremus honoribus, & privilegiis muniamus. Dignum eſt ſiquidem, ut illius


illius Eccleſiæ Bona ineoncuſſa ſtabilitate firmentur, in cujus ſoliditate fidei providentiæ divinæ potentia, univerſalis fidem Eccleſiæ firmitate perpetua ſtabilivit. Sane prædeceſſorum noſtrorum in talibus libenter veſtigiis inhæremus, ut dum ipſorum dona, grata conſervatione, proſequimur, efficiamur in eorum liberalitatibus liberales, & quibus affectu communicamus in donis, eiſdem effectu participemus in præmiis, de illius profuſa largitate ſperantes, qui filios in commiſſo peculio ſibi efficit donatores, & ſervis in negotiatione talenti crediti obligatur de ſuo, in ſuis faciens meritum, quod coronat. Ea propter dilecti in Domino filii, vobis tanquam ſpecialibus ejuſdem Principis miniſtris ob ipſius Apoſtoli reverentiam cupientes utiliter providere, ad inſtar felicis record. Gregorii PP. VIIII. (a) prædeceſſoris noſtri, Eccleſias S. Jacobi, & S. Leonardi ſitas in Septiniano, quantum ad ſpiritualia, pleno vobis jure ſubicimus ſuper jure patronatus nemini injuriam faciendo. Ab Eccleſiis autem S. Michaelis, S. Mariæ in Saxia, & S. Mariæ in Tranſpadina concedimus, & ſtatuimus in ſcrutinio, baptiſmo, proceſſionibus, & criſmatis confectione vobis ſubjectionem, & reverentiam perpetuis impoſterum temporibus exhiberi, nullis obſtantibus privilegiis, cum hoc beneficium vobis ex certa ſcientia conferamus. Reſervantes nobis, & ſucceſſoribus noſtris in tribus prædictis Eccleſiis inſtitutionem, deſtitutionem, & correctionem omnium Clericorum. In ceteris autem Eccleſiis, quæ ſunt in Civitate Leoniana, & per ſtratam uſqne ad montem Malum jus, quod hactenus habuiſtis, vobis & ſucceſſoribus veſtris, auctoritate Apoſtolica imperpetuum confirmamus. Ad hæc ad inſtar ejuſdem Gregorii, & piæ memoriæ Leonis Romani Pontificis prædeceſſoris noſtri concedimus, & confirmamus, ut liceat vobis in veſtris fundis Eccleſias conſtruere, ita tamen, ut in vicinia illa Abbatia, vel Religioſum virorum collegium non exiſtat, quæ ob hoc multum valeant perturbari. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam B. Petri temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra, & illibata ſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

In Eccleſias SS. Jacobi & Leonardi plenam tribuit juriſdictionem.


Alias enumerat Eccleſias Baſilicæ ſubjectas.

In Eccleſias omnes in Civitate Leoniana poſitas vetera jura confirmat.

Pœnas in Bullæ violatores decernit.



Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ss.



✠ Et Ego G. (b) Epiſcopus Tuſculanus ss.
✠ Et Ego P. (c) Epiſcopus Oſtienſis ss.
✠ Ego H. (d) tt. S. Laurentii in Damaſo Presb. Card. ss.
✠ Et Ego R. (e) tt. S. Crucis in Jeruſalem Presb. Card. ss.
✠ Et Ego P. (f) tt. S. Martini in Montibus Presb. Card. ss.
✠ Et Ego N. (g) tt. S. Vitalis Presb. Card. ss.
✠ Et Ego Guillelmus tt. S. Mariæ in Tranſtiberim Presb. Card. ss.
✠ Ego

(a) Innocentii III. & Gregorii IX. in hanc rem Diplomata extant pag. 27. & 111.

(b) Scilicet Guillelmus Curti, patria Toloſanus, ex Benedictinorum Ordine.

(c) Petrus Bertrandi, a Colombario.

(d) Hugo Rogetil Monſtrius de Malmonte, natione Gallus.

(e) Raymundus de Canillac, Antiſiodorenſis.

(f) Petrus de Croſſo ſeu de Croſon, Lemovicenſis.

(g) Nicolaus Capoccius, Romanus.

(a) Fran-

✠ Ego Audoynus tt. SS. Johannis & Pauli Presb. Card. ss.

✠ Ego Helias tt. S. Stephani in Cello Monte Presb. Card. ss.

✠ Et Ego F. (*a*) tt. S. Marci Presb. Card.

✠ Et Ego P. (*b*) tt. S. Anaſtaſiæ Presb. Card.

✠ Ego Guill. (*c*) tt. SS. Marcellini & Petri Presb. Card. ss.

✠ Ego Fr. Nicholaus tt. S. Sixti Presb. Card. ss.

Et Ego B. (*d*) S. Euſtachii Diaconus Card. ss.

✠ Et Ego Guillelmus S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Card. ss.

✠ Et Ego N. (*e*) S. Mariæ in Vialata Diaconus Card. ss.

✠ Et Ego P. (*f*) S. Mariæ Novæ Diacoous Card. ss.

✠ Ego Raynaldus S. Adriani Diaconus Card. ss.

✠ Et Ego Johannes S. Georgii ad velum aureum Diac. Card. ss.

Dat. apud Villamnovam Avinionen. Dioc. per manum Petri Epiſcopi Peoeſtrini S.R.E. Vicecancellarii, VI. Id. Auguſti, indictione tertiadecima, Incarnationis Domioicæ Anno Milleſimo treceotesimo ſexageſimo, Pootificatus vero Dñi Innocentii PP. VI. Anno Octavo.

Sacras Ædes & Bona quamplura, nec non Privilegia a Prædeceſſoribus Romanis Pontificibus collata, Canonicis confirmat (*g*).

Ex veteri Apographo in Pergameno apud Baſilicæ noſtræ Tabular. Capſ. 4. Faſc. 260.

In Nomine Domini, Amen. Hoc eſt Tranſumptum cujuſdam Papalis Privilegii (h) *ſanctæ recordationis Domini Innocentii Papæ VI. ejus vera Bulla plumbea in filis ſericis bullat.; cujus tenor de verbo ad verbum per omnia talis eſt;*

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Canonicis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, tam præſentibus, quam futuris canonice ſubſtituendis; In perpetuum.

Baſilicam Vaticanam inter ceteras Orbis Eccleſias commendat, ac in tutelam Apoſtolicæ Sedis accipit.

ETſi cuntas Eccleſias & Loca Eccleſiaſtica, quorum nobis licet immeritis cura imminet generalis, favoribus proſequi delectemur; id tameo tanto amplius de Baſilica Principis Apoſtolorum intentis deſideriis affectamus, quanto illam ob ipſius Principis reverentiam & honorem inter alias Orbis Eccleſias decet, & conveoit majoribus decorari gratiis, & Privilegiis communoiri. Ea propter, dilecti in Domino filii, ad inſtar felicis recordationis Gregorii Papæ VIIII. Prædeceſſoris noſtri Baſilicam ipſam, in qua ipſius Principis venerabile Corpus celebri Memoria requieſcit, uni Deo vivo & vero, in honorem ejuſdem Principis dedicatam, quaſi præcipuam Apoſtolici Præſulis Sedem, una vobiſcum, & omnibus ad veſtram Canonicam pertinentibus, ſub ipſius Principis ſimul ac ooſtra ſpeciali tutela ſuſcipimus, & præſenti Privilegio communimus: Statuentes, ut io eadem Baſilica, quæ ceterarum Eccleſiarum ſpeculum eſt & ſpecimeo, decor & decus, nullus omnino præter auctoritate Romani Pontificis aliquam ſibi vendicet poteſtatem. Eccleſias quoque, Beatorum Martyrum Joannis & Pauli, Sancti Martini, Sancti Stephani majoris, & Sancti Stephani minoris, veſtrorum uſibus ac ſuſtentationibus deputatas, ad exemplar piæ memoriæ Sergii II., Leonis IIII., Leonis VIIII., Innocentii II., Adriani IIII. Vincentii *, Clementis, & Innocentii III. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, & ejuſdem Gregorii præſeotis ſcripti patrocinio communimus: Statueotes, ut quæcumque Poſſeſſiones, quæcumque Bona eiſdem venerabilibus Locis canonice pertinent, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Re-

Monaſteria illi adnexa, eorumque bona ac jura, vindicat, & confirmat.

* *Leg.* Urbani III.

(*a*) Franciſcus de Aptis ſeu de Attis, Tudertinus.

(*b*) Petrus de Selve e Monteruco, dictus *Pampilonenſis*.

(*c*) Fr. Guillelmus Farinerius de Gordonio, ex Ord. S. Franciſci.

(*d*) Bernardus ſive Bertrandus de Turri, natione Gallus.

(*e*) Nicolaus de Reſſa, ſeu de Beſſa, Lemovicenſis.

(*f*) Petrus Rogerius Mouſtrius de Malmonte, natione Gallus, poſt Urbani V. obitum Summus Eccleſiæ Pontifex deſignatus, appellatuſque Gregorius XI., ut videre eſt apud Ciaconium, ex quo Bullæ huic ſubſcribentium nomina illuſtravimus.

(*g*) Huc revocanda quæ prænotavimus ad Conſtitutiones, S. Leonis IX. fol.22. & ſeqq., Hadriani IV. pag.57. & ſeqq., Urbani III. fol.68. & ſeqq., ac demum Innocentii III. pag.77. 83. & ſeqq.

(*h*) De quo nulla omnino temporis nota in apographo apparet: poſtremo igitur hoc loco illud exhibemus; incerti, quonam æra communis anno procuſum fuerit.

ne Regum, & Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterunt adipiſci, vobis firma ſemper, & illibata conſiſtant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Catherina cum Parochia, & omnibus ad eandem pertinentibus, a felicis recordationis Alexandro Papa Prædeceſſore noſtro vobis confirmatam: Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Palazolo cum omnibus ad eam pertinentibus: Eccleſiam Sancti Salvatoris juxta Terriones, quæ conſtructa eſt a prædicto Leone Papa ad ſepulturam omnium Alamanorum, cum omnibus uſibus & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Juſtini, quæ conſtructa eſt ad Sepulturam omnium Longobardorum & Italorum, cum omnibus uſibus & pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Peregrini; Eccleſiam Sanctæ Mariæ Hungarorum*; Eccleſiam Sancti Salvatoris de Coxacapalli; Eccleſiam Sancti Georgii; Eccleſiam Sancti Zenonis; Eccleſiam Sancti Gregorii de Palatio: Jus Parochiale, quod habetis in Eccleſia Sancti Gregorii de Cortina, Sancti Martini juxta Porticum, & Sancti Laurentii de Piſcibus: Eccleſias præterea Sancti Jacobi, & Sancti Leonardi in Septiniano; & ab Eccleſiis Sancti Michaelis, & Sanctæ Mariæ in Saxia, & Beatæ Mariæ in Tranſpadina, ſubjectionem & reverentiam in Scrutinio, Baptiſmo, Proceſſionibus, & Chriſmatis confectione, ſicut idem Gregorius (a) vobis per aliud duxit Privilegium concedendum: Hoſpitale juxta Paradiſum, & jus quod habetis in gradibus; Hoſpitium Hungarorum in Eccleſia Sancti Stephani minoris: Caſtrum Nurſiæ, Caſtrum Vallerani; & quod habetis in Caſtro Anguillariæ, & in Caſtro Ceſani: Ad Caſtrum Bucceiæ, Eccleſiam Sanctorum Marii & Marthæ cum Eccleſia Sancti Laurentii ejuſdem Caſtri: Caſtrum Bucceiæ cum fundis, & Caſalibus ſuis, ſcilicet Lattician. Colle, & Pauli fundum, Olivetum cum ſuis aliis vocabulis, cum Eccleſia diruta Sanctorum Coſmæ & Damiani, qui ſcilicet fundi poſiti ſunt in Territorio Silvæ Candidæ: Caſtrum Literni* cum fundis, Caſalibus, & omnibus ſuis pertinentiis; Eccleſiam Sanctorum Joannis & Pauli infra ipſum Caſtrum; Eccleſiam Sancti Nicolai, quæ eſt in Meſanga* ipſius Caſtri; Eccleſiam Sancti Andreæ extra ipſum Caſtrum, cum omnibus ſuis pertinentiis: Fundum Seſſani majoris, & fundum Seſſani minoris: Maſſam Prætorialem cum Caſis, Terris, & omnibus ſuis pertinentiis, qui fundi poſiti ſunt in Territorio Cerenſe juxta Caſtrum Literni triceſimo milliario ab Urbe Romæ: Eccleſiam Sanctæ Anatoliæ, & * Civitate vetere cum Piſcaria juxta eam*, cum Terris, & pertinentiis ſuis in Trajano: Eccleſiam Sancti Silveſtri de Sutrio, cum valle, quæ vocatur Facilli*, cum Molendinis ſuis: Hoſpitale de Ferento cum Oratorio Sancti Laurentii, & omnibus pertinentiis: Hoſpitale de Narnia cum Cappella Sancti Thomæ, & omnibus ſuis pertinentiis: Monaſterium Sancti Benedicti de Scaloca, cum omnibus ad ipſum pertinentibus: Eccleſiam Sancti Martini de Spello: Eccleſiam Sancti Stephani de Runceja, poſitam in Epiſcopatu Aſſiſien., cum omnibus pertinentiis ſuis: Hoſpitale de Traverſa cum Oratorio Sancti Nicolai, poſitum in Campania in Epiſcopatu Aſſiſienſi, cum omnibus pertinentiis ſuis: Caſtrum Caſſi cum Eccleſia Sancti Petri, & Eccleſia Sanctæ Mariæ, cum fundis, Villis, & Caſalibus ſuis: Cappellam novam Sancti Joannis ſitam intra Caſtrum Coccorani: Aream ad Eccleſiam hædificandam, quam habetis in Colle Manſi, cum omnibus pertinentiis ſuis: Aream, quam habetis in Caſtro Coccoran., ubi fuit Eccleſia Sancti Petri, quam ignis combuſſit: Hoſpitale cum Eccleſia juxta Caſtrum Dirute in Epiſcopatu Peruſino: Hoſpitale cum Gripta Sancti Michaelis, poſitum in loco, qui dicitur Saxo de Rapina, quod hædificavit Domina Bethlem, & Malvangata* filia Malvagni, in Territorio Summati juxta Fluvium, qui dicitur Trunto: Hoſpitale Turricellæ cum Eccleſia Sancti Gualterii, poſitum in Territorio Caſtelli Fortiliani, quod hædificaverunt Maridinianus*, & Hugo filii Comitis Conradi, & Henricus, & Oderiſius, filii Comitis Theobaldi juxta Flumen, quod dicitur Tenna, & in manus Presbyteri Theodini pro ipſius Principis Canonica tradiderunt: Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Patignan., poſitam in Marſia prope Caſtrum Celanum: Hoſpitale de Anatella cum Eccleſia Sancti Bartholomæi ibidem poſita: Eccleſiam Sancti Joannis in Horſocle, poſitam in Epiſcopatu Valven.: Hoſpitale de Pretonico cum Eccleſia Sancti Laurentii, poſitum in Epiſcopatu Penn.: Eccleſiam Sancti Michaelis de Revere Scriniolis, cum Hoſpitali, Cappellis, & omnibus pertinentiis ſuis: Eccleſiam Sancti Cataldi cum Ponte Serraballis, poſitam in Epiſcopatu Terdon.: Caſtrum Capracor. cum Terris, Fundis, & Caſalibus ſuis, cum Eccleſia Sancti Joannis diruta, cum Aquimolis, & Molaria ſua: Fundum Sancti Caſſiani, Fun-

Eccleſias, Caſtra fundos & Hoſpitales domos Baſilicæ S. Petri ſubjectas enumerat.

* *Leg.* Virgatiorum.

* *Al.* Luterni.

* *Al.* Meſagna.

* *Leg.* In.

* *Leg.* Friailli.

* *Al.* Malvaguiata.

* *Al.* Maradianus.

(a) Gregorii IX. Privilegia pro Vaticano S. Petri Capitulo extant fol. 111. & ſeqq.

(a) Hanc


Fundum Vicoli, Fundum Memoren. Fundum Talliani majoris, & Talliani minoris, Fundum Caſſicilli *, Fundum Caſſapindulæ, Fundum Cuccumelli, Fundum Rotulæ, Fundum Procelaris, Fundum Pritanellæ, Fundum qui dicitur Caſalardaria, Fundum Clanidris cum Eccleſia Sanctæ Agathæ diruta, Fundum Canutuli, Fundum Aquæfrigidæ, omnes invicem cohærentes, Fundum Rivi *, Fundum Pallini cum ſuis omnibus vocabulis: Monaſterium Sancti Cornelii, quod eſt ſitum in Territorio Vegentano cum ſuis pertinentiis: ſex pedicas terræ, Fundum cum Villis de Pertica *: Terram de Macerano, poſitam ad Petram Pertuſam: Omnes Poſſeſſiones Terrarum, quas ab ipſa Canonica Monaſterium Sancti Sabbæ tenet in Territorio Galeriæ: Poſſeſſiones, & Penſiones Domorum Sanctæ Mariæ *: Tertiam partem Oblationis, quæ venit ad manus Portuenſis Epiſcopi in Dominica Palmarum, in Cœna Domini, in Paraſceve, in Sabbatho Sancto, in Reſurrectione Domini, & in die Natalis Domini: Montem Sancti Petri, & Eccleſiam Sancti Petri juxta Civitatem Oſmi: Hoſpitale de Montocto cum Eccleſia Sancti Petri, poſitum in Territorio Caſtelli, quod vocatur Cecilia juxta Fluvium Aſi in Epiſcopatu Firmano, quod hædificavit Tranſmundus Iberti, & in manus Todini pro ipſa Canonica tradidit: Eccleſiam Sanctæ Scuderæ poſitam inter duo Flumina, Farma, & Farmolla prope Caſtrum Torgnallis: Redditus & proventus de ſignis plumbeis ſeu ſtagneis, ipſius Principis & quoapoſtoli ſui Pauli Imagines præferentibus; auctoritatem quoque fundendi ea, vel quibus volueritis fuſoribus concedendi, ſicut ex conceſſione dicti Gregorii noſcimini habere. Præterea libertates, immunitates antiquas, & rationabiles conſuetudines præfatæ Canonicæ conceſſas & hactenus obſervatas, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas permanere ſancimus. Ceterum, cum eadem Baſilica ſpeciale membrum Apoſtolicæ Sedis, & propria Romani Pontificis Sedes exiſtat; ſtatuimus & ſancimus, ut ſicut contra Romanam Eccleſiam nonniſi centenaria currit præſcriptio ſecundum Conſtitutiones Canonicas, & legitimas ſanctiones; ita quoque præfatæ Canonicæ, minoris temporis præſcriptio non obſiſtat. Chriſma vero, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, Ordinationes Clericorum in veſtris Eccleſiis exiſtentium, ab Epiſcopis Diœceſanis ſuſcipietis, ſiquidem Catholici fuerint, & gratiam Apoſtolicæ Sedis habuerint, & ſi ſine ulla pravitate voluerint exibere: Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis Antiſtitem Catholicum dumtaxat adire, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur impendat. Statuimus præterea, ne quilibet Epiſcoporum, abſque conſcientia Romani Pontificis in veſtris Eccleſiis niſi quando generale fuerit interdictum, Divina Officia interdicat, nec quicquam ab illis exigere ulla ratione præſumat; ſet liberæ ipſæ Eccleſiæ ſub noſtra protectione conſiſtant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat ſupradictam Eccleſiam temere perturbare (*a*), aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſet illibata omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſubſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtram Conſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua

Margin notes: * Al. Caſanilli. — * Leg. Bravi, al. Brani. — * Leg. Cum Valle de Pertica. — * Sup. In Turri. — *Primæva jura, ac libertates confirmat.* — *Centenariæ Præſcriptionis Privilegium concedit.* — *Ab Epiſcoporum Juriſdictione Baſilicam eximit.* — *In Bullæ violatores, pœnas intorquet.*


(*a*) Hanc ſiquidem, ejuſque res vel ipſi Barbari ſuſpexerunt. Memoratu dignum eſt, quod Paulus Oroſius literis conſignavit: Iſtius Scriptoris teſtimonium ex lib. 7. cap. 39. ſuæ Romanæ Hiſtoriæ depromptum, ita ſe habet: *Adeſt Alaricus, trepidam Romam obſidet, turbat, irrumpit: Dato tamen præcepto prius, ut ſi qui in Sancta Loca, præcipueque* in Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Baſilicas *confugiſſent, hos in primis inviolatos, ſecuroſque eſſe ſinerent: Tum deinde in quantum poſſent prædæ inhiantes, a ſanguine temperarent ... Diſcurrentibus itaque per* Urbem *Barbaris, forte unus Gothorum, idemque potens & Chriſtianus, Sacram Deo Virginem jam ætate provectam, in quadam Eccleſiaſtica domo reperit: cumque ab ea aurum argentumque honeſte expoſceret, illa fideli conſtantia eſſe apud ſe plurimum, & mox proferendum ſpopondit, ac protulit. Dumque expoſitis opibus, adtonitum Barbarum magnitudine & pondere ac pulcritudine, ignota etiam vaſorum qualitate, intelligeret; Virgo Chriſti ad Barbarum ait:* Hæc Petri Apoſtoli ſacra Miniſteria ſunt. *Præſume ſi audes, de facto tu videris. Ego quia defendere non valeo, neque tenere audeo. Barbarus vero ad reverentiam religionis, timore Dei & fide Virginis motus, ad Alaricum per nuntium hæc retulit:* qui continuo reportari ad Apoſtoli Baſilicam univerſa, ut erant, vaſa imperavit; *Virginem etiam, ſimulque omnes, qui ſe adjungerent Chriſtianos, eodem cum defenſione deduci. Ea domus a ſanctis Sedibus longe, ut ferunt, & medio interjectu Urbis aberat. Itaque magno ſpectaculo omnium diſpoſita per ſingulos ſingula, & ſuper capita elata palam aurea atque argentea vaſa portantur, exſertis undique ad defenſionem gladiis pia pompa munitur. Hymnus Deo Romanis Barbariſque concinentibus, publice canitur. Perſonat late in excidio Urbis ſalutis tuba; omneſque etiam in abditis latentes, invitat ac pulſat. Concurrunt undique ad vaſa Petri Vaſa Chriſti; plurimi etiam pagani Chriſtianis profeſſione, etſi non fide admiſcentur; & per hoc tamen ad tempus, quo magis confundantur, evadunt. Quanto copioſius adgregantur Romani confugientes, tanto avidius circumfunduntur barbari defenſores &c.*

(*a*) Adeun-

ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniat Amen, Amen, Amen.



Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi



- ✠ Et ego G. (*d*) Epiſcopus Tuſculanus ſubſcripſi.
- ✠ Et ego P. Epiſcopus Oſtien. ſubſcripſi.
- ✠ Et ego H. Tituli Sancti Laurentii in Damaſo Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Et ego R. Tituli Sanctæ Crucis in Yeruſalem Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Et ego P. Tituli Sancti Martini in Montibus Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Et ego N. Tituli Sancti Vitalis Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Et ego Guillelmus Tituli Sanctæ Mariæ in Traſtiberim Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Et ego Audoynus Tituli Sanctorum Johannis, & Pauli Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Et ego Helias Tituli Sancti Stephani in Cælio Monte Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Et ego F. Tituli Sancti Marci Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Et ego B. Sancti Euſtachii Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Et ego Guillelmus Sanctæ Mariæ in Coſmedin. Diaconus Cardinalis.
- ✠ Et ego N. Sanctæ Mariæ in Vialata Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Et ego P. Sanctæ Mariæ Novæ Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Ego Raynaldus Sancti Adriani Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.
- ✠ Et ego Johannes Sancti Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

(*d*) Adeundum præcedens Diploma, ubi pleraque Cardinalium huic Bullæ ſubſcribentium nomina recenſentur.

DISSER-

Digitized by Google

Digitized by Google

DISSERTATIO

De Antiquitate, Ditione, Juribus, variaque fortuna

ABBATIÆ S. SALVATORIS AD MONTEM MAGELLÆ.

DISSERTATIO
DE ABBATIA MAJELLANA.

Diſſertationis occaſio.

QVVM Romanorum Pontificum Diplomata, quæ Majellanæ Abbatiæ libertatem, Eccleſias, jura ac Privilegia complectuntur, ſedulo inſpiceremus, & breviores quaſdam identidem ſubjiceremus notas, quibus & Monaſterii dignitati; & Vaticanæ Baſilicæ, in quam Abbatia Majellana tandem translata eſt, commodis; & Bullarum, quas evulgandas ſuſcepimus, intelligentiæ conſuleremus, mentem ſubiit peculiarem de ipſamet Abbatia inſtituere Diſſertationem. Enimvero tot tantaque obverſabantur oculis vetuſta ac ſplendida monumenta, ut impar eſſet iis excipiendis compendiaria quædam loquendi ratio; nec aliunde ferebat animus, ut ingrato obruta ſilentio diutius jacerent, quæ in lucem ſemel edita, eruditis Viris ac antiquitatis ſtudioſis nonnihil prodeſſe poſſent. Quod menti inſederat, nobis excidit ſcribentibus; jamque ſemel & iterum, in iis quas Conſtitutionibus Alexandri II. & Eugenii III. appoſuimus adnotationibus, ſumus polliciti nos Diſſertationem, in calce Tomi primi Collectionis Bullarum collocandam, edituros. Datam fidem ſolvimus; etſi ſortaſſe minus opportuus hic quem delegimus videatur Diſſertationis locus; cum multa adhuc de Abbatia Majellana ex inſequentibus Bullis colligenda ſuperſint. Fatemur, materiem univerſam nondum exhauſtam; fatemur nonnulla a nobis huc transferenda ex monumentis, quæ ſequutura ſuppeditant tempora; non ideo tamen ab inſtituto deſiſtimus. Quæ præcipua ſunt, & remotiora pro Abbatia Majellana teſtimonia, decimum quartum Eccleſiæ ſeculum, ad quod jam Typis impreſſa Bullarum ſeries pertingit, non excedunt. Si quid hanc temporis rationem prætergreditur, anticipato ſermone præoccupabimus. Nihil vero abſurdi inde ſequitur; ſive enim ex iis quæ diximus, ſive ex iis quæ dicenda ſunt, argumenta repetantur, modo ad rem, quæ tractatur, conferant, perinde eſt.

Ejus ratio ac methodus.

II. Ea igitur, ut præmonuimus, Diſſertationis cura eſt, ac ſcopus præcipuus, præſtantiora quædam ac vetuſta monumenta hactenus inedita in unum colligere. In hac monumentorum ſerie attexenda, temporum rationem ſervabimus; mallemus & res ipſas in certa ſecernere capita, ac ea quæ ad Abbatiæ Juriſdictionem, Bona, prærogativas pertinent, ſingillatim expendere; verum ipſorum quibus innitimur monumentorum conditio id prohibet. Aut enim multa ſimul admiſcent, aut præpoſtero quodam ordine, quæ primo loco aliquando recenſent, aliquando in poſtremum rejiciunt locum. Prudentis idcirco ac ſeduli lectoris erit, quæ male compoſita occurrunt, ad ſtatum ordinem revocare; apum exemplo, quæ ex varia ac diſſimili florum copia ſuccum extrahunt, mel conflant, ac in ſuas congerunt cellulas. Sed nec illud a nobis expectandum, ut in hac

quam excudimus lucubratione, nova quædam ac peregrina, multis conquiſita curis, ac incudi ſæpius reddita, producamus. Maxima quæ nos urget temporis anguſtia; ſumma in qua verſamur rerum caligo in cauſſa ſunt, ut iis duntaxat illuſtrandis, quæ e Tabularii Vaticanæ noſtræ Baſilicæ ſcriniis eruimus, occupemur. Nulla aut fere nulla apud exteros Scriptores de hac Majellana Abbatia occurrit mentio; nec aut majora aut meliora ſperare licet vel ab ipſo Clariſſimo Mabillonio, ſcriptore alioqui in iis quæ ad Benedictinum Ordinem pertinent, accuratiſſimo. Si ergo nec omnibus abſoluta numeris, nec elegantiori conſcripta ſtylo hæc qualiſcumque prodeat opella, venia dignus eſt Author, cui nec ſatis otii, nec lucis & argumentorum ſatis, præſto fuit ad ſcribendum. Fatemur tamen, & ultro quidem fatemur, nonnihil præſidii nobis contuliſſe in hac quam tractamus Provincia, Virum egregium Petrum Pollidori Baſilicæ noſtræ Vaticanæ Beneficiatum. Multa ille aperuit, quæ ad locorum, quæ in Magellæ viciniis poſita ſunt, notitiam pertinent; multa, quibus monumenta Archivi noſtri illuſtrantur, ſumma humanitate ſuppeditavit. Nec familiari duntaxat colloquio, ſed & ſcriptis, & eruditiſſimis lucubrationibus, quas ultro nobis obtulit, cauſſam juvit, & facem prætulit. Geminam Diſſertationem, alteram de Loritelli Comitibus, auctore Vito Pollidoro ejus Patruo; aliam de Abbatia S. Joannis in Venere, a Jo. Baptiſta Pollidoro ejus germano fratre procuſam, tradidit inſpiciendam. Opus utrumque improbo labore, multiſque vigiliis concinnatum. Hæc non aſſentationis ſed veritatis ſtudio dicta volumus; atque ut in Viros, quorum nomina atque Opera ſummo ab eruditis habentur in pretio, obſequentem gratumque animum noſtrum teſtatum faciamus.

Heremus Magellana deſcribitur.

III. Mons Majella, aliis Magella in citeriori Aprutio ſatis notus. Ab Apenninis intermedia valle ſecernitur, ac inter Montes qui in Italia eminent, omnium altiſsimus æque ac aſperrimus ſurgit (*a*). Cacumen nix tegit perpetua: arboribus & ſentibus totus abundat (*b*); hinc horror, & alta ferarum ſtabula. Ad radices mitior aer, & ſecurior inhabitatio. Poſtremam hanc Montis partem Monaſterium, de quo acturi ſumus, occupavit; atque hanc regionem inhoſpitam, & ab hominum commercio ſemotam ſibi delegerunt Benedictini Ordinis Monachi, ut Deo liberius vacarent. Ab Eccleſiæ Chriſto Servatori dicatæ titulo, Monaſterii S. Salvatoris nomen accepit; nec primævum cognomen excidit, eſto parem Eccleſia ejuſque Monaſterium ſubierint ruinam. Hujuſce Cœnobii primordia nobis impervia; remotiſſima tamen, ac undecimo Eccleſiæ ſeculo antiquiora certo novimus. Interim præmonemus, Monaſterium hocce S. Salvatoris, ab alio S. Liberatoris late ſecernendum. Utriuſque nomen affine; utrumque ad Majellam adjacet; in utroque Benedictini Inſtituti claruit diſciplina; nihilominus cum ipſa re, tum longo terrarum tractu in eodem Majellani Montis circuitu, unum ab altero diſcriminatur. Monaſterii S. Liberatoris initia ac incrementa nobis exhibet in Chronico Caſſinenſi Leo Hoſtienſis (*c*); noſtri vero Cœnobii originem nemo prodit. Illud viget adhuc Monachis frequens, & monumentis Langobardorum charactere conſcriptis celeberrimum (*d*); noſtrum exciſum jacet, & vix ulla ſuperſunt ruinarum veſtigia.

Ejus initia, ſeculo Eccleſiæ XI. antiquiora.

IV. Ante undecimum Eccleſiæ ſeculum extitiſſe Magellanum S. Salvatoris Cœnobium, ex luculentiſſimo Archivi noſtri teſtimonio, exſcribendo primum, mox explicando, colligimus. Ita vero ſe habet: *Ego Johannes Dei gratia mundum fugiens, Magellanum Monaſterium petii; ab Oddo viro venerabili ejuſdem loci Priore benigne receptus ſum; poſt cujus abrenuntiationem, dicti Monaſterii regimen ſuſcipiens, Eccleſiam parvam & obſcuram, ac edificia omnia lignea & vetuſta inveni; ſed Domino cooperante, majorem Eccleſiam, & in ea tria edificavi Altaria; edificia vero cuncta lapidibus conſtruxi; libros autem LXIIII. ſcribere feci. Non ego, ſed gratia Dei mecum. Orate pro me Fratres ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. De poſſeſſionibus per Dei gratiam meo tempore adquiſitis, quaſdam propriis noto vocabulis; ſcilicet totam Vallem de Rivo Sicco: Eccleſiam Domini Salvatoris de Angre: Apud Pullutri Eccleſiam S. Barbati cum Cellis ſuis; apud Bacrum Eccleſiam S. Agathe; apud Rapinum in Beſera molendina duo, & quintam partem alterius; Poſſeſſiones terrarum quamplurimas, que quidem omnia ſuis in locis plenius cognoſci poſſunt.* E Libello quodam in Capſ. 72. Faſc. 53. Archivi noſtri recondito, imo e prima libelli pagina, præſens eruimus teſtimonium. Hunc libellum, qui plurimo nobis erit uſui, quum infra recenſendæ Oblationes ac emolumenta favore Majellanæ Abbatiæ ab eo fuerint deprompta, plurimi faciendum eſſe, illius probat antiquitas; quandoquidem circa initia ſeculi XIII. in membrana conſcri-

(*a*) Auguſtin. Lubin. de Abbat. Italiæ.
(*b*) Antonius de Yepes in Chron. Ord. Benedictini. tom. 1. cent. 1. pag. 68.
(*c*) Lib. 1. cap. 45. & lib. 2. cap. 51.
(*d*) Flavius Blondus in Ital. Illuſtrat. ubi de Aprutio.

ſcriptus eſt. Patet id ex libelli ejuſdem pag. 29. ubi ſic legimus: *Rerum geſtarum ſeries ideo literis commendatur, ne temporum mutationibus hominumque ſucceſſionibus aliquando oblivioni tradatur. Inde eſt quod ego Raynaldus Eccleſie Majellane humilis Miniſter, unacum Fratribus meis, de redditibus & ſervitiis Eccleſie, pro eo quod nobis ignota erant, conſilio habito, quoſdam de Colle S. Pancratii, & de omnibus Caſtellis, in quibus Eccleſia poſſeſſiones habebat, ad Sancta Dei Evangelia jurare fecimus, ut falſa reticerent, & vera loquerentur; qui jurantes talia retulerunt, qualia in libello iſto inveniri poſſunt. Actum eſt hoc anno Dominice Incarnationis M.CC.XX. Indictione VIII., anno vero ingreſſionis mee in amminiſtratione jam dicte Eccleſie, IIII.* Ea nimirum methodo libellus coordinatur, ut primo loco Donationum atque Oblationum ſeriem proponat; mox fructus ac reditus, qui ex fundis aliiſque bonis colliguntur, recenſeat. Ceterum libellus univerſus ab eodem Scriptore, eodemque charactere exaratus eſt, ut patet legenti.

Monumentum, quod vetuſtatem probat, illuſtratur.

V. Probata Codicis authoritate, ad monumentum inde erutum explicandum progrediamur. Quo igitur tempore Joannes Magellanæ præerat Eccleſiæ, ea & Cœnobio, & officinis ad Cœnobium neceſſariis, eſto ex ligno compactis, & Monachorum numero, erat inſtructa. Verbo: veram abſolutamque Monaſterii ſervabat formam. Atqui Joannis ipſius gubernium ad undecimi ſeculi initia revocandum eſt, ut ex Oblationibus quas Monaſterium ſub Joannis regimine acquiſivit, infra demonſtrabimus; oportet igitur ut Cœnobii Magellenſis origo undecimi ſeculi initia longe præceſſerit; potiſſimum cum Monaſterii ædificia non recentia, ſed vetuſtate ac ſenio conſumpta, Joannes inſtauraſſe dicatur. Ad hæc, Joannem in Prioratus officio Oddus præceſſerat, Oddum Yſelbertus; ceteros ignoramus, cum remotiora deficiant monumenta: Antiquiorem idcirco Magellenſi Cœnobio ætatem conciliemus neceſſe eſt.

Cur Heremi Magellanæ Præſes, Prioris potius quam Abbatis donetur nomine.

VI. Cur non Abbatis, ſed Prioris nomine donetur Joannes, & qui Joannem in regimine ſequuti ſunt bene multi, ſupereſt inquirendum. Si Cangio audiamus, Prior & Abbas apud Veteres perinde accipitur; quod enim Prior Monachum exprimat, qui poſt Abbatem eſt primus ordine, non a primæva vocis origine, ſed a recentiori uſu ac conſuetudine repetendum. Promiſcuam utriuſque vocis acceptionem apud Benedictinos ſolemnem fuiſſe, multis ex illorum Regula ſelectis locis probat Menardus (a), quem Cangius ſequitur. Contra vero doctiſſimus Mabillonus (b) Prioratuum ac Priorum a ſexto Eccleſiæ ſeculo originem repetens, cum Prioratus, tum eorum Præſides principi Abbatiæ ſubjicit, probatque eam legem apud Benedictinos invaluiſſe, ut Prioratus tamquam minora quædam Cœnobia, Abbatis nutu ac imperio gubernarentur. Non ideo tamen de Magellano Monaſterio id auſim affirmare. Prioris nomen, ſin minus ſubjectionis, ſaltem Monaſticæ moderationis ac humilitatis indicium eſt. Magellanum Cœnobium in ſui origine nec mole conſpicuum, nec bonis opulentum, iis qui ſolitudinis ac vitæ aſperioris ſtudio tenebantur, Heremi potius anguſtias, quam amplioris Monaſterii commoda ſuppeditabat. Hinc antiquiora Romanorum Pontificum Alexandri II., Eugenii III., Hadriani IV., & Alexandri III. Diplomata Magellanam Heremum frequentius nominant; rarius Monaſterium vel Abbatiam appellant. Eadem fortaſſe ratio Heremitarum Præſides impulit, ut poſthabito Abbatum nomine, Prioris titulum ſibi adoptarent in demiſſionis argumentum. Succeſſu temporis, auctis, ex fidelium largitione, Cœnobii proventibus, Prior in Abbatem evaſit, Heremus in Monaſterium & Abbatiam. Harum Oblationum numerum & ſeriem ex prælaudato Libello depromptam ſubjicere hic nobis propoſitum; ita namque temporis exigit ratio, ut quæ remotiora ſunt monumenta primo loco exſcribantur; ita res ipſa poſtulat, ut antequam ad ea, quæ juriſdictionem, & Privilegia, ac Abbatiæ emolumenta exhibent, progrediamur, Eccleſias, latifundia, & cetera redditutum capita, e quibus jura, cenſus, ac fructus obveniunt, inſpiciamus. Quia vero in annorum ſupputatione noſtri Scriptor libelli non ſemel deficit; nec omnimodam in Donationibus coordinandis temporis rationem ſequitur, cum præpoſtero ordine multa præmittat, quæ poſteriora ſunt, multa poſtponat quæ ætate præcedunt; ſingula revocabimus ad ſtata tempora, & mendas, appoſita cenſura, diluemus. In ceteris fidem ſervabimus integerrimam. Jam vero monumenta iſthæc proferamus.

Monumentorum, quæ varias favore Heremi Magella-

VII. *Anno Dominice Incarnationis M. Pro anima mea & Parentum meorum ego Gerolfus Sacerdos Eccleſiam S. Procopii (c) cum omnibus poſſeſſionibus ſitam apud Sanctum Angelum in Trifinio*

(a) Menard. ad Concord. Regular. pag. 691.

(b) Annal. Benedictin. tom. 1. lib. 8. pag. 212.

(c) Hujuſce Eccleſiæ meminit Eugenii III. Bulla, quam ſuo loco evulgavimus. Eugenium ſequuti ſunt ceteri Pontifices, qui Heremi Magellanæ Eccleſias ac fundos recenſent.

na Donationes exhibens, ſeries attexitur.

finio trado in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella tibi Yſelberte (a) Prior tuiſque Fratribus preſentibus & futuris perpetuo poſſidendam. Ego Gerolfus Sacerdos hoc ſcriptum confirmo, cujus teſtes ſunt Guido Sacerdos, Baro Sacerdos, Ramo, Petrus de Ateſſa.

Anno Dominice Incarnationis MX. Tempore Ugonis Ducis & Marchionis. Divina inſpirati clementia, nos Atto & Traſelgardus germani fratres, pro noſtra, noſtrorumque Parentum ſalute, Monaſterium, in quo cetus Monachorum Deo jugiter famuletur, conſtruere cupientes, locum in Pinnenſi Provincia qui Angre (b) dicitur, Domino inſpirante invenimus. Cognita itaque Sanctitate ac Religione Magellana Heremi, dictum locum hereditate noſtra ditantes, in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella ad Monaſterium ordinandum donamus, & perpetuo concedimus tibi Johannes (c) Magellane Prior, Sacerdos, & Anachorita, tuiſque Fratribus eum aſſignantes, ut tam vos, quam veſtri ſucceſſores in veſtra illum ſemper ditione, atque ordinatione habeatis. Poſſeſſiones vero, quas ibidem concedimus, modios frumenti trecentos in ſemine capiunt; & ſi amplius eſt, nullam facimus reſervationem. Habent quidem fines, a capite verticem montis, a pede rivum de Plano, ab latere uno flumen de Tabe, ab alio autem terram qua nobis remanſit. Ego Atto & Traſelgardus hujus noſtre Donationis paginam confirmamus; Ego . . . . . . Ego Ardevo, Ego Johannes, & Ego Stephanus Judex & Notarius, qui & ſcripſi, hujus rei teſtes ſumus.

Anno Dominice Incarnationis MXXI. (d) Regnante Domino Chorado Imperatore Auguſto. Dei omnipotentis aſpiratione Ego Treſidius, Tranſmundus, & Johannes germani fratres filii Aſcari, pro noſtra noſtrorumque Parentum ſalute, totam & integram Vallem de Rivo Sicco, & Eccleſiam in ea edificatam in honore Domini Salvatoris cum omnibus poſſeſſionibus ſuis offerimus omnipotenti Domino, tibi Johannes (e) Sacerdos & Anachorita ea aſſignantes; quatenus tu tuique ſucceſſores in perpetuum ad Dei ſervitium pacifice poſſideatis. Vallis vero predicte fines ita terminantur: incipiunt enim a vertice Montis, & a meridie per ſummitates collium deſcendunt ad ima Vallium, comprehendentes collem de Rocca totum, ac totam & integram Civitatem de Taze (f); ab Occidente vero limites ejus incipiunt a vertice montis, deſcendentes per cacumina collium, capiunt montem de Moſo totum, & per peſculum aptum in Via Foroneſca ex utraque parte junguntur. Capit autem dicta poſſeſſio in ſemine, ut arbitramur, frumenti modios ſeptem millia; & ſi amplius eſt, nullam facimus reſervationem. Ego Treſidius, Tranſmundus, & Johannes hujus noſtre donationis cartulam corroboramus. Item ego Albertus Judex, ego Adeodatus, ego Ildezo, & ego Romualdus Judex, qui & hujus rei teſtes ſumus.

Anno Dominice Incarnationis MXXVIII. Indict. VI. (g) Salutis voto ego Romaldus Gualdeberti filius trado in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre in Erdine capientem in ſemine frumenti modios IIII. & ſtar. III. tibi Johannes Prior tuiſque Fratribus in perpetuum. Cujus teſtes ſunt Bernardus, & Johannes, Et ego Gualdo Judex & Notarius, qui ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis M.XXX. Ind. V. (h) Ego Urſus filius Johannis offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre apud Rapinum in Soletto, habentem in ſe vineam capientem in ſemine modios III. & ſeſtar. (i) VII. tibi Johannes Prior tuiſque Fratribus perempniter libere poſſidendam. Sunt autem teſtes, Romoaldus, Johannes, & ego Adelbertus Judex & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno

(a) Inter Heremi Magellanæ Priores hic primus occurſit: qui nam vero, & quot illum præceſſerint, ignoramus.

(b) Hoc in loco Eccleſiam S. Salvatoris fuiſſe ædificatam patet ex Conſtitutionibus Alexandri II., Eugenii III., Innocentii, & Alexandri III., qui in feudo Angre Eccleſiam ſub S. Salvatoris titulo perpetuo collocant. Illud præterea ex Eugeniana, & ceteris Bullis colligimus, Feudum Angre non abſolute, ſed addito Caſtellaris vocabulo, quod munitionem & propugnaculum apud medii ævi Scriptores ſignificat, eſſe denominandum; cui Caſtrum Cephaliæ erat conterminum. Ita namque legimus in Diplomatibus: *Eccleſiam S. Salvatoris de Angre Caſtellar. cum ſubjacenti Fodio Cephalia*. De hiſce fundis multa infra adnotabimur.

(c) Hic nempe ille eſt Heremi Magellanæ Præſes, ſub quo, ut in ipſo Diſſertationis limine prænotavimus, Cœnobii ædificia, ligneis disjectis, ex lapide conſtructa ſunt; atque inter cetera quæ Monaſterio illi acceſſere latifundia, Eccleſia S. Salvatoris de Angre numeratur.

(d) Ita forte Amanuenſis error corrigendus MXXXI., nota X. ſuperaddita, quæ annos decem deſignat. Enimvero anno MXXI. neque S. Henricus Imperator vita ceſſerat, neque Conradus ad Imperii faſtigia fuerat evectus. Obiit S. Henricus an. Chriſti 1024., eodemque anno ſucceſſit Conradus, qui, Baronio teſte, ad annum uſque MXXXIX. vitam produxit.

(e) Joannem Magellanæ Heremi Priorem hic eſſe intelligendum, indubia res eſt, ex eo, quod ſupra produximus, monumento, ubi ipſe met Joannes inter bona quæ ad Monaſterium, gubernii ſui tempore pervenerunt, *totam Vallem de Rivo Sicco* primo enumerat loco.

(f) Atiſſam excipe, Italice *Ateſſa*, quæ ab hujuſce ætatis Scriptoribus Taze, & Tieze nominibus vulgo donatur.

(g) Diſſonat annus ab Indictione; non enim VI. Indictio, ſed XI. huic anno reſpondet juxta doctiſſimi Baronii ſupputationem, quam nobis ſequendam proponimus. Num vero annorum, an Indictionis enumeratio mendoſa cenſenda ſit, cum ex rerum circumſtantiis nulla ſuccurrant indicia, affirmare non auſim.

(h) Ut annis æræ Chriſtianæ Indictio bene reſpondeat, XIII. Indictio hic figenda. Idem ergo, quod in ſuperiori monumento adnotavimus, & hic occurrit incommodum.

(i) Starios intellige; non ſemel enim, Cangio judice, vox utraque ad ſtatam aridorum menſuram ſignificandam promiſcue uſurpatur.

Digitized by Google

Anno Dominice Incarnationis M.XXX. Indictione I. (a) Ego Gerardus Gualdeberti offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quamdam petiam terre ſitam in Erdine, capientem in ſemine modios tres, & quintam partem unius molendini in Beſera cum aquarum decurſibus, tibi Johannes Prior tuiſque Fratribus in perpetuum. Teſtes autem ſunt Johannes, Drudus, & ego Adam Judex & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MXXXIIII. Indict. II. Divine pietatis intuitu ego Gualdebertus filius Raynaldi offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre cum vinea & arberibus apud Pharam ſitam in Plagis, capientem in ſemine modium unum, tibi Johannes Prior ejuſdem loci, & tuis Fratribus in perpetuum habendam. Ego Gualdebertus hujus mee donationis cartulam confirmo; hujus rei teſtes ſunt Johannes Adeodati, Bernardus, & ego Gualdo Judex & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MXXXIIII. Ind. III. (b) Dei amore ego Gualdebertus filius Rabaldi offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unum Molendinum in Beſera cum aquarum decurſibus, tibi Johannes Prior tuiſque Fratribus ſemper pacifice tenendum. Teſtes ſunt Adeodatus, Bernardus, Johannes, & ego Gualdo Judex & Notarius ſcripſi.

Incarnationis Dominice anno MXXXIIII. Indict. V. (c) Divina inſpirati gratia ego Gualdebertus, & Johannes Raybaldi filii offerimus in Eccleſia Domini Salvatoris Magello I. Molendinum in Beſera tibi Johannes Prior tuiſque Fratribus in perpetuum. Hujus rei teſtes ſunt Johannes, Berardus, Deodatus, & Gerardus.

Incarnationis Deminice an. MXXXVII. Ind. VIII. (d) Pre Dei miſericordia optinenda, nos Romoaldus & Gerardus filii Gualdeberti offerimus in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quandam petiam terre in Erdine, capientem in ſemine frumenti modium I., & tres ſtarios, tibi Johannes Prior tuiſque Fratribus perpetue poſſidendam. Teſtes ſunt Guido, Johannes, & Arduinus.

Anno Deminice Incarnationis MXXXVIII. Indict. VI. Pro anima noſtra ege Gerardus filius Gualdeberti dono in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre ſitam in Erdine, capientem in ſemine ſeſtarios VI., & aliam ibidem habentem in ſo vineam capientem in ſemine frumenti modium I. & ſtarios VIII., tibi Johannes Prior tuiſque Fratribus perpetim tenendam; cujus rei teſtes ſunt Deodatus, Adelbertus, & ego Gualdo Judex & Netarius qui ſcripſi.

*Anno Dominice Incarnationis MXXXVIIII. Indict. III. (e) Eterno * ſalutis affectu ego Adelbertus filins Amiconis offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle poſſeſſiones terre apud Faram (f), non ſimul conjunctas, ſed dviſas, capientes in ſemine modios octo, tibi Johannes Prior tuiſque Fratribus in perpetuo poſſidendas. Ego Adelbertus hoc ſcriptum confirmo. Hujus rei teſtes ſunt Gyſo Sacerdos, Jo., Benedictus, & ego Indolfus Judex & Notarius qui & ſcripſi.* * L. Eterne.

Incarnationis Dominice MXL. anno, Indictione VIII. Ego Gerviſa Litolfi offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magello totam hereditatem meam ſitam in Ceſalia, capientem in ſemine frumenti modios C. tibi Raneri Prier tuiſque Fratribus libere habendam & poſſidendam; & hii ſunt teſtes, Transbertus, Petrus, & ego Johannes Judex & Notarius ſcripſi & ſubſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MXL. tertio, Indictione XI. regnante Domino Enrico (g) Auguſto. Ego Rainardus Raineri filius, divina viſitatus clementia, pre mea meorumque Parentum ſalute, Monaſterium Sancti Barbati ſitum in pertinentia Pullutri, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis dono, trado, & libere concedo in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Johannes ejuſdem loci Prior id aſſignando, ut tam vos, quam veſtri Succeſſores illud pacifice poſſideatis in perpetuum; cujus Celle ſunt, Eccleſia S. Marie, Eccleſia S. Bartholomei, Eccleſia S. Petri, Eccleſia S. Johannis, Eccleſia S. Angeli, Eccleſia S. Ceſarii, Eccleſia S. Lucie. Ego Rainardus hujus mee donationis cartulam confirmo. Hujus teſtes ſunt, Girardus, Adelbertus, Yſelbertus, & ego Adelbertus Judex & Notarius, qui & ſcripſi.

VIII. Illuſtratur hocce monumentum ex alio, quod e Tabularii Baſilicæ noſtræ Scriniis erutum, hic duximus aſſuendum. Hæc vero illius ſumma: Raynerius & Engeltruda Conjuges, nobilitate ac etiam dignitate fortaſſe ſpectabiles, de Monaſterio, cui Ec- *Alterius monumenti, quo præcedens illuſtratur, ſumma proponitur.*

(a) En novam inter Indictionem & annos diſcordiam. Si vera eſt Indictio, annus MXXXIII. enumerandus; ſi annorum numerus ſibi conſtat, Indictionem XIII. ſtatuamus neceſſe eſt.

(b) Uno Indictio hæc major eſt anno; poteſt tamen ex diſſimili ſupputandi ratione diſſidium componi.

(c) Novus hic circa Indictionem incidit error. Mendoſam credimus Indictionem, ideoque corrigendam, cum iſthæc Donatio, non ſecus ac duæ ſuperiores, ſive Donatoris nomen, ſive teſtes adinvicem conferamus, ad unum eumdemque annum commode referri poſſit.

(d) V. Occurrit Indictio, modo annorum qui ab Incarnatione ducuntur, genuina ſit ſupputatio.

(e) Excidit Amanuenſi, ut pro Indictione VII. quæ germana eſt, III. ſupponeret.

(f) Multas apud Faram poſſeſſiones Heremo Magellanæ vindicant Diplomata Eugenii III., Hadriani IV., & Alexandri III. quæ ſuo loco produximus.

(g) Non alius profecto quam Henricus II. Conradi filius, qui poſt obitum Patris anno 1039. ſolemni ritu Germaniæ Rex renunciatus eſt, hic deſignatur. Quia vero nonniſi poſt annos aliquot a ſuſcepto Regni gubernio, Imperii coronam eſt aſſequutus, hinc ſplendidum *Auguſti* vocabulum, quo Henricus donatur, Regni potius quam Imperii, ad quod an. 1043. nondum aſcenderat, inſigne eſt ac ornamentum.

Eccleſia ſocietur S.Barbato Pontifici ſacra, ædificando deliberant. Operi manum admovent, exſtructoque Cœnobio, largam dotem conſtituunt, Cellas ſubditas deſignant, Abbatem deligunt; ea lege tamen, ut ſolius Præſidis nutu, atque ſuprema Romanæ Sedis authoritate, quacumque aliena juriſdictione etiam Epiſcopali penitus excluſa, Monaſterium adminiſtretur. Ita quidem Raynerii decreto ſancitum eſt an. 1015.; Verum non multos poſt annos, ea, quæ Monaſterio indita erat, ab aliena juriſdictione libertas, variam ſubiit fortunam. Raynardus quippe Raynerii filius, Magellanæ Heremi vicinia ac ſanctitate, ut putamus, commotus, Patriæ voluntatis interpres potius quam contemptor, anno 1043. Monaſterium S. Barbati una cum Cellis, bonis, ac juribus univerſis, ad Magellanum Cœnobium tranſtulit, illique ſubjecit. Hanc Raynardi donationem ſupra exſcripſimus; ſupereſt igitur ut de Abbatiæ S. Barbati origine ac juribus, teſtimonium ſubjiciamus. Eſt autem ejuſmodi:

„ ✠ In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Anno Domini milleſimo XV.
„ Indictione XIIII. regnante invictiſſimo Imperatore Enrico (*a*). Nos Rainerius una
„ cum uxore noſtra Engeltruda, infra nos cogitare cepimus, quod pro redemptione no-
„ ſtrorum peccatorum facere poſſemus; & ſic opere pretium fore exiſtimavimus, Mo-
„ naſterium fabricare in quo Monachi & Viri Religioſi, Deo cunctipotenti, cui omnia
„ vivunt, poſſint cotidie famulari; providimus enim locum habile in partibus Teatinis
„ in Territorio de Pollutri juxta viam publicam, & ex adverſo latere eſt Colle de Ca-
„ ſtellare, beatiſſimi Confeſſoris adque Pontificis Barbati Cenobium dedicare; & ut
„ Fratres & Monachi ibi degentes, Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervitium pacifice valeant
„ adimplere, damus in Monaſterio libere & abſolute terras & vineas, & Cellas (*b*); ſci-
„ licet Eccleſiam Sancte Marie, & Eccleſiam S. Bartholomei cum omnibus pertinen-
„ tiis earum in territorio de Pollutri, & unum molendinum in Oſente cum introitu &
„ exitu in ipſa Inſula cum formis & ſertoriis (*c*) ſicut ad molendinum convenit, &
„ unam petiam terre pro menſura modiorum; ita quod in territorio Pollutri ſilvas &
„ vineas & terras pro menſura modiorum CCCLXV.; In territorio de la Ylice Eccle-
„ ſiam Sancti Petri cum terra & vinea pro menſura modiorum V. in circuitu Eccleſie
„ ſicut ad eam pertinet; Eccleſiam Sancti Johannis in terra & vinea pro menſura mo-
„ diorum L. in circuitu Eccleſie ſicut ad eam pertinet, cum arboribus ſuis; & Eccle-
„ ſiam Sancti Angeli in terra & vinea pro menſura modiorum CCC. in circuitu Eccle-
„ ſie; & Eccleſiam Sancti Ceſarii in terra & vinea pro menſura modiorum XV.; &
„ Eccleſiam Sancte Lucie in terra & vinea pro menſura modiorum XL. Inſuper dona-
„ mus & concedimus in jam dicto Monaſterio Sancti Barbati Cimiterium totius Caſtri
„ Pollutri, & ordinavimus ibi Abbatem Virum Religioſum domnum Siginolfum, cui om-
„ nia ſupradicta dedimus. Volumus & mandamus ut predictum Monaſterium S. Barbati
„ ſit liberum & abſolutum per omnia; non ſubjaceat neque alicui Monaſterio, neque
„ Epiſcopo (*d*), ſet ſoli Patri & Filio & Spiritui Sancto, & Sedes Romana dominetur
„ in eo; Monaci enim ſecundum Regulam B. Benedicti, Abbatem ſibi eligent quem vo-
„ luerint. Unde excommunicamus & anathematizamus omnes volentes hanc cartulam
„ noſtre donationis frangere, ut cum Juda abeant conſortium, & pereant cum Ana-
„ nia & Zaffira, & cum Dathan & Abiron. Imponimus etiam penam omnibus hoc fran-
„ gere tentantibus, centum librarum auri puriſſimi, medietatem Eccleſie, & medieta-
„ tem Camere Imperatoris. Actum fuit hoc totum in preſentia ſubſcriptorum teſtium.
„ ✠ Ego Iſergardus puplicus Notarius juſſu & rogatu Domini Rainerii hoc Breve
„ ſcribſi, & ſignum feci.
„ ✠ Ego Dn̄us Rainerius has mee donationis literas confirmo, & ſignum Crucis, feci.
„ ✠ Ego Gerardus miles hoc teſtor, & ſignum Crucis feci.
„ ✠ Ego Lodoiſius hoc teſtor, & ſignum Crucis feci.
„ ✠ Ego Michael hoc teſtor, & ſignum Crucis feci.
„ ✠ Fgo Conſtardus miles hoc teſtor, & ſignum Crucis feci.
„ ✠ Ego Boamundus hoc teſtor, & ſignum Crucis feci.
„ ✠ Ego Quiriacus hoc teſtor, & ſignum Crucis feci.

De

(*a*) Hoc anno S. Henricus hujuſce nominis I. Romanum Imperium adminiſtrabat.

(*b*) Pleniorem hanc libertatem inditam Cellis & fundis Abbatiæ S. Barbati, ſervandam decernunt Romani Pontifices Alexand. II., Eugen. III., Hadrian. IV., & Alexand. III. Conſulantur Bullæ, reſque patet legenti.

(*c*) Perinde ſonat ac *Clauſuris*, a verbo nimirum barbaro *Sertare*, quod, Cangio interprete, claudere ac quaſi ſera obſignare ſignificat.

(*d*) Hanc ab aliena quacumque etiam Epiſcopali juriſdictione libertatem, non tollit, imo potius confirmare videtur Alexandri II. Bulla illis verbis: *Nullus Rex, Imperator, Dux, Comes, Epiſcopus, ſeu aliqua perſona ſecularis aut Eccleſiaſtica, venerabilem locum illum a ſtatu Religionis ſuæ divellere, aut turbare præſumat.*

De hujuſce Abbatiæ libertate, juribus, ac fortuna, plura infra occurrent dicenda, cum ad ſeculum Eccleſiæ XV. pervenerit noſtra hæc oratio. Incœptam igitur, a qua tamen paulisper defleximus, ſequamur viam; atque ad monumentorum ſeriem, quam coordinandam ſuſcepimus, revertamur.

Incœpta monumentorum ſeries continuatur.

IX. *Anno Dominice Incarnationis MXLIIII. Ego Atto filius Ade do in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quamdam petiam terre in Pontiano apud Pennam, capientem in ſemine frumenti modios II. tibi Benedicte tuiſque Fratribus perpetue habendum. Sunt teſtes Azo, Adelbertus, Adeodatus; & ego Lupo Judex & Notarius ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MXLVI. Indictione XIV. Eterne glorie deſiderio ego Benedictus Treſidii offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre cum arboribus olivarum . . . . . ad ped. Rapin. capientem in ſemine ſtar. III. tibi Benedicte Prior tuiſque Fratribus perempniter habendum. Teſtes ſunt Johannes, Iſelbertus, & ego Gualdus Judex & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MXLVII. Indiction. XV. Ego Tranſmundus Comes (a) *Comitis Attonis filius, Divine retributionis intuitu dono, trado, & perpetuo concedo Eccleſiam S. Angeli ad Criptas* (b) *ſitam in Moro cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, in Eccleſiam Domini Salvatoris de Magella, tibi Benedicte Magelle Prior, & tuis Fratribus eam aſſignando, ut vos veſtrique ſucceſſores ipſam quiete ſemper poſſideatis. Poſſeſſiones autem ejus capiunt in ſemine ſexcentos frumenti modios, quarum fines diſtinguuntur ſic: a capite via de Abes, a pede flumen . . trinum in quo habet dicta Eccleſia molendinum cum aquarum decurſibus, & ceteris utenſilibus; a latere terra que mihi remanſit; habet quoque quartam partem de Porto . . . . Ego Tranſmundus Comes hujus noſtre donationis cartulam confirmo, cujus teſtes ſunt, Lammertus Notarius, Treſidius, Adelbertus, & ego Johannes Judex & Notarius, qui & ſcripſi.*

Incarnationis Dominice anno ML. Ind. III. Pietatis affectu nos Johannes & Gyſo fratres offerimus in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quamdam petiam terre ad Rapinum, capientem in ſemine modios ſeptem, tibi GG. * *Prior tuiſque Fratribus in perpetuo. Sunt autem teſtes Adelbertus, Gualdebertus, & ego Johannes Judex & Notarius ſcripſi.*

* *L. Gregori*

Anno Dominice Incarnationis MLIV. Indictione VII. Ego Oddo Dei gratia Abbas Eccleſie S. Marie de Monte Sancto (c), *cum conſenſu Fratrum meorum, Eccleſiam S. Martini ad Ranclanum* (d), *Eccleſiam S. Juſtini in Siberano, Eccleſiam S. Marie, Eccleſiam S. Ruſtici in Palatio, Eccleſiam S. Salvatoris apud Laſtinianum, Eccleſiam S. Marie in Colle Farclano, Eccleſiam S. Petri ad Plazanum, Eccleſiam S. Marie in Solatiano; dictas Eccleſias omnes cum omnibus poſſeſſionibus ſuis ſtabilibus & mobilibus donamus in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella tibi Raineri venerabilis Prior, ut vos veſtrique ſucceſſores eas perpetuo poſſideatis. Quarum poſſeſſiones capiunt in ſemine frumenti modios duo millia. Terminantur autem ſic: Ex uno latere flumen Piſcaria; exinde finis decurrit per Cephaliam, & rivum Sancte Juſte per Collem altum & Pontecclum, per Sorbum Corolli, & terram de Laſteniano; inde ad Noram, & predictam Piſcariam reddit. Prenominatas Eccleſias & poſſeſſiones ego . . . . Oddo & noſtri ſucceſſores vobis veſtriſque ſucceſſoribus ab omnibus hominibus defendere, & antiſtare debemus.*

Anno Dominice Incarnationis MLVI. Indictione IX. Ego Faido Sacerdos offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quartam partem molendini unius apud S. Martinum cum aquarum

(a) Neque ad Loretelli, neque ad Teatinæ Urbis Comites revocandus Tranſmundus iſte Comitis Attonis filius. Non primum, quia nullus in Comitum Loretelli ſerie, quam Vitus Pollidorus in ſua Diſſertatione atrexit accuratiſſimam, Tranſmundi nomine occurrit: Non alterum, quia Tranſmundus Teatinus Comes, de cujus inſigni beneficentia in Abbatiam S. Joannis in Venere plura habet Jo. Baptiſta Pollidorus, ad hanc uſque ætatem non pervenit; quum vita ceſſerit, ut ex illius Epitaphio idem Pollidorus invicte probat, die tertia Junii anno Dominicæ Incarnationis MXXV. Ad quos nam igitur Comites: An ad Manupelli Dynaſtas Tranſmundus iſte erit rejiciendus? Rem hanc aliorum judicio diſcutiendam relinquimus.

(b) Hæc, ut opinamur, eademmet Sacra ædes eſt, quam Alexandri II Bulla *Eccleſiam S. Angeli ad Gruttam* appellat. Erat olim nobis locus hic obſcurus plane ac ignotus, ut in notis ad Alexandrinam Bullam affirmare non dubitavimus. Novum ſucceſſu temporis acceſſit lumen, ac novum in Codice Viſitationis quæ anno 1604. habita eſt ſuper Abbatia Majellana, occurrit monumentum, Codicis fol. 139. aſſutum, quod integrum exſcribimus, cum multa pandat ſcitu digniſſima: *Il Feudo del Calle di Majella è ſito, & poſto tra Rapino & Pretore, dentro del quale era un Caſtello, del quale oggidì ſi vedono l'edificj & muraglie antique con una Torre in capo e muraglie attorno, parte in piedi & parte caſcate, & calando a baſſo ci è una grotta maravinglioſa tutta cavata di pietra viva, tanto ſpazioſa, che la circumferentia è ducento paſſi, & in mezzo vi è una Cappella detta di S. Angelo; quale Caſtello era abitato, & aveva la Juriſdizione Civile & Criminale ſottopoſto e riconoſciuto alla detta Abbatia.*

(c) Hanc Abbatiam Benedictini Ordinis, in Aſculana Diœceſi collocat Auguſtinus Lubinus. Ditiſſimam ſane, atque in Magellanam Heremum addictiſſimam fuiſſe probat muneris nobilitas ac amplitudo. Sive enim fundos late protenſos, ſive Eccleſiarum numerum inſpiciamus, Donatio iſthæc Regiam pene dixerim æmulatur munificentiam. Eccleſiarum, quas Donatio enumerat, meminere Pontificum Bullæ; ex quo licet conjicere, tantum munus non ſine Romani Pontificis aſſenſu fuiſſe collatum, aut ſaltem confirmatum.

(d) Hujuſce Eccleſiæ cum ſubjectis Cellis meminere, inter ceteros Pontifices, Alexander, & Innocentius III. verbis hiſce in utraque Conſtitutione quam ſimillimis: *Eccleſiam S. Martini a Ranclano cum Cellis ſuis.* Hinc individua Cellarum mentio, quæ latiori vocabulo, Eccleſiæ hic nominantur, in Pontificum Diplomatibus nullibi occurrit.

rum decurſibus , tibi Raineri Prior venerabilis tuiſque Fratribus libere perpetue habendum ; hujus rei teſtes ſunt Bonushomo, Silvus, & ego Johannes Judex & Notarius qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLVI. Indict. X. (a) *Voto ſalutis eterne nos Gyſo & Conus fratres offerimus in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unum Sedi ...* (b) *molendini in Beſera, & unam petiam terre ibidem capientem in ſemine frumenti modios X., tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus perpetuo poſſidendum. Teſtes ſunt Boni & Kaeter., & ego Adam Judex & Notarius ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MLVI. Indictione VIII. (c) *Dei omnipotentis aſpiratione ego Rainerius filius Lederici, & ego Conus filius Coni, pro noſtra noſtrorumque Parentum ſalute, Monaſterium S.Clementis in tenimento de Comena* (d) *conſtructum, cum Cellis, hominibus, & ceteris poſſeſſionibus ſuis, in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle libere donamus, tibi Raineri venerabilis Prior tuiſque Fratribus illud aſſignantes, vobis veſtriſque ſucceſſoribus pacifice poſſidendum in perpetuum. Celle autem ipſius ſunt, Eccleſia S. Marie de Plano, Eccleſia S. Lucie in Caſtello Comene, Eccleſia S. Lucie de Strada; Habet etiam molendinum in amp ... Ego Rainerius, & ego Conus hujus donationis noſtre ſcriptum confirmamus; hujus rei teſtes ſunt Gualbertus, Giſo, Aſcarus, & ego Johannes Judex & Notarius qui & ſcripſi.*

Ad componenda circa chronologiam diſſidia, temperamentum proponitur.

X. Tanta eſt quæ noſtrum vexat animum annorum Æræ chriſtianæ atque Indictionis diſcordia, ut ea nos impulerit, monumentorum ſerie pauliſper interrupta, quid hac in re ſentiamus, tandem aperire. Diſſonat ab Indictione annus; diſſonat a ſemetipſa non ſemel Indictio; cum ea quæ uni copulatur anno, iterum anno eidem compoſita, jam eadem non ſit, ſed aut brevior occurrat, aut productior. Hujuſce diſſimilitudinis exempla nonnulla, quæ protulimus mooumenta ſuppeditant; alia, ex iis quæ infra dabimus, præſto erunt. In re igitur tanti momenti quidnam conſilii capiendum? Pudet errores inemendatos relinquere; pudet vetuſta monumenta facili negocio erroris inſimulare: quiſquis enim aut injurius eſt, aut improvidus, culpa oon vacat. Ne in alterutrum labamur crimen, hæc nobis cura eſt potiſſima, quæ in temporum ratione occurrunt, diſſidia cum primis componere. Novimus, diſſimilem in ſupputandis Iodictionibus œconomiam vel in ipſa Italia obtinuiſſe. Alii a menſe Septembris; alii a Kalendis Jaouarii initia repetunt; ex quo fit, ut prior enumeratio poſteriore aliquando uno major ſit anno; ubi nempe res geſta in menſes incidit, qui a Septembri ad Januarii Kalendas decurrunt. Morem hunc, qui a menſe Septembris Indictiones orditur, in Regno Neapolitano aliquando viguiſſe affirmat Ducangius, probatque ex literis Roberti Siciliæ Regis datis Neapoli an. 1332. die Novembris 11. ſub prima Indictione; cum tamen reipſa hoc tempore Pontificia Indictio XV. nondum eſſet elapſa. Cangio aſſentimur, ut nimirum hac adhibita diſtinctione, Indictionem quæ in ooſtris monumeotis aliquando uno excedit anno, ad concordiam revocemus. Sed & illud novimus, fieri poſſe, ut prima facie Indictio in monumentis quæ producimus appoſita, anno uno minor ſit, nec interea error ullus irrepſerit. Etiam in annis Æræ chriſtianæ ſupputandis varius ac diſſimilis mos inolevit. Sunt qui a Kalend. Januariis; ſunt etiam qui a quinta & vigeſima Martii die novum ducant annum. Nova hinc in ſupputandis Indictionibus diſſenſionis occaſio. Enimvero illis qui a Martio annum ordiuntur, anni præcedentis enumeratio ad Martium uſque perdurat; cum aliis ineunte Januario oovus ſuccedat annus. Ex quo illud ſequitur, ut una atque eadem Indictionis enumeratio, juxta diſſimilem ſupputandi ritum, modo anno v. g. 1746., modo anno 1747., quamdiu nempe illud temporis ſpatium a Januario ad Martium protenditur, bene cohæreat. Gemina hac animadverſione, duplici incommodo occurrimus; ſive enim noſtra Indictio Romanam anno uno excedat; ſive Indictionis noſtræ menſura anno uno ab annis Æræ chriſtianæ diſſideat, tantum non eſt diſcrimen, ut tandem aliquando conciliari non poſſit.

Aliquando tamen culpanda Scriptoris incuria.

XI. Quid nam vero judicii ferendum eſt, ubi enormis ac plurium annorum interce-

(a) Quæ Indictioni ſuperadditur unitas, diſſimilis ſupputationis indicium eſt.

(b) Vox hæc mutila *Sedium* ſignificat. Porro a ſede Sedium derivatur, locumque opportunum molendino ibi figendo, ſive locum cui molendinum inſideat, exprimit. Hæc vocis apud medii ævi Scriptores acceptio. Conſulatur Ducangius. Quia vero non dum ſedes idonea, ſed & aquarum copia ad molendinum neceſſaria eſt, hinc aquarum decurſus ſubintelliguntur ſemper, etſi aliquando non exprimantur.

(c) Indictio unitate minor eſt. A diſſimili anni epocha pendet fortaſſe varietas.

(d) *Eccleſiam S. Clementis cum Cellis ſuis* Majellanæ Abbatiæ pari ſermone vindicant Romanorum Pontificum Diplomata, quorum toties meminimus. Eccleſiæ ſitum, Cellarum nomina ac numerum explicat præſens Donatio; Hinc hocce monumento Pontificia Diplomata, alioqui non multum perſpicua, mirum in modum illuſtrantur. Cum S. Clementis Eccleſia, tum Cellæ illi ſubjectæ, ſi unam excipias ſub titulo *S. Maria de Strada*, jamdiu prolapſæ ſunt. Conſulatur Codex Viſitationis ſub anno 1598., ex quo multa ſcitu digna ad ſeram poſteritatem pervenere.

(a) Bo-

cedit diſcordia? Errorem fateamur neceſſe eſt, Amanuenſis oſcitantiæ tribuendum. Cumque obvia magis ſit annorum Æræ chriſtianæ, quam Indictionum enumeratio; hinc, ni rerum circumſtantiæ ſecus ſuadeant, Indictionem potius quam annos communis Æræ ducimus caſtigandos. Hanc methodum huc uſque ſervavimus; eamdem in poſterum ſervandam proponimus. Si noſtrum hocce pacis ſtudium, atque illud quod ad concordiam ineundam protulimus temperamentum, eruditis minus arrideat, meliora ipſi producant; quæ nedum libentis, ſed & obſequentis animi ſignificatione plurima excipiemus.

XII. *Incarnationis Dominice anno MLVII. Indictione X. Inſpirante nos Deo, qui non venit vocare juſtos, ſet peccatores ad penitentiam, ego Tedemari & Adam Fratres, filii Johannis, & ego Manardus filius Groli, pro noſtrorum redemptione peccatorum, Eccleſiam Sancti Pancratii* (a) *in vocabulo Sancti Ceſidii cum Cellis & ceteris poſſeſſionibus ſuis donamus & perpetuo concedimus in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Raineri venerabilis Prior tuiſque Fratribus tam preſentibus quam futuris ſemper libere poſſidendam; Celle cujus ſunt, Eccleſia S. Euſemie, Eccleſia Sancte Candide, Eccleſia Sancti Stephani, Eccleſia Sancte Marie, que habent poſſeſſiones, Villanos, molendina cum aquarum decurſibus. Poſſeſſiones vero ipſius Eccleſie Sancti Pancratii ſic terminantur; Incipit limes ab Oriente a Rivo Sicco, & pergit in Peſculo apium, & capit totum montem de Meſo, & exinde aſcendit in vertice montis; Ab Occidente vero incipit a via que dicitur Strada, & vadit ad Mortarium, & ſic per ipſam Vallem Merulam decurrit in Varcun, inde per medium montem Planum aſcendit in verticem montis. Hujus donationis noſtre ſcriptum nos Tedemari & Adam & Menardus confirmamus. Cujus rei teſtes ſunt Roffus, Roffredus, & ego Adam Judex & Notarius, qui & ſcripſi.* Sequitur monumentorum enumeratio.

Anno Dominice Incarnationis MLVIIII. Indictione XI. (b) *Euangelicam margaritam margaritarum pretioſiſſimam emere cupientes, nos Tedemari & Adam fratres donamus in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella poſſeſſionem terre in ipſo Monte Magelle, capientem in ſemine frumenti modios mille. Incipit enim a vertice ipſius montis, & deſcendit ad ima Vallis Terre Sancti Pancratii. Item apud Pretorum donamus hominem unum Johannem Bove cum poſſeſſionibus ſuis: Itemque ibidem in ipſa aqua de Foro quoddam Sedium molendini cum aquarum decurſibus, & ceteris utilitatibus, tibi Raineri Prior venerabilis, tuiſque Fratribus perpetuo poſſidenda concedimus. Donationis noſtre hoc ſcriptum nos Tedemari & Adam confirmamus. Hujus rei teſtes ſunt Rainus, Adam, Giſo, & ego Librandus Judex & Notarius, qui & ſcripſi.*

Anno Dominiee Incarnationis MLVIIII. Indict. XII. Divine pietatis intuitu ego Adelbertus quamdam petiam terre ad Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam ad Sanctum Maximum, capientem in ſemine frumenti modios XII. offero in Eeeleſia Domini Salvatoris de Magella tibi Raineri ejuſdem loci Prior venerabilis, tuiſque Fratribus in perpetuo poſſidendam. Ego Adelbertus hujus mee donationis cartulam confirmo; hujus rei teſtes ſunt Maynardus, Iſelbertus, Alterius, & ego Antonius Judex & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLX. Indictione VIIII. (c) *Ego Petrus Benedicti trado unam petiam terre in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle ſitam ad Coronam apud Bucclanum capientem in ſemine ſtar. III. tibi Raineri Prior tuiſque Fratribus jure & perpetue habendum. Teſtes Ayfredus, Johannes, & ego Adelbertus Judex & Notarius ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MLX. Indict. III. (d) *Ego Azarellus pro anima mea trado unam petiam terre apud S. Marcum capientem in ſemine modios II. cum vinea & arboribus, in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Raineri Prior tuiſque Fratribus peremptiter habendum. Sunt teſtes Johannes, Johannes, Augellus, & ego Albertus Judex & Notarius, qui & ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MLX. Indict. III. (e) *Ego Cando pro mea meorumque ſalute offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre apud Sanctum Marcum ſitam in Campitrino capientem in ſemine modios frumenti VIIII. tibi Raineri Prior tuiſque Fratribus peremptiter habendam. Sunt inde teſtes Azo, Sanſo, Johannes, & ego Antonius Judex & Notarius ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MLXI. Indict. XIII. (f) *Ego Trasbertus Riccardi offero in Ec-*

(a) Bona inter ac jura Majellanæ Abbatiæ enumerant Summi Pontifices *Eccleſiam S. Pancratii cum Cellis ſuis*; quibus verbis ampliſſimam hanc Donationem certo certius confirmant. Amicas igitur ſibi præbent manus Pontificum Diplomata, ac Oblationum monumenta: Illis donationes firmantur: His Apoſtolicæ Conſtitutiones illuſtrantur.

(b) Unus Indictioni deficit annus; poteſt tamen diſcrimen, ut prænotavimus, ad concordiam revocari.

(c) Gravis hic inter Æræ chriſtianæ, atque Indictionis annos diſſenſio. Utra ſupputatio mendoſa ſit, definire non licet. Si anni Incarnationis ſibi conſtant, Indictio XIII. eſt hic ſtatuenda.

(d) Quum anno 1060. Indictio reſpondeat XIII., deficit hic nota numerica X., quam obliviosſus Scriptor potuit omiſiſſe. Si Indictionem mendoſam dicamus, error facilius detegitur, & facilius corrigitur.

(e) Eadem, quæ in ſuperiori monumento, Indictionis diſſonantia.

(f) Æra ab Indictione uno dividitur anno; poteſt tamen, ex iis quæ prænotavimus ſub num. X., facili negocio diſſidium conciliari.

Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre cum vinea & ſilva, & totam meam portionem de Podio Ceſalie (a) capientem in ſemine Mod. quingentos, tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus catholice ibidem ſervientibus. Sunt teſtes Tedemari, Malfredus, Acto, & ego Johannes Judex & Notarius hoc ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXIII. Pietatis affectu ego Seniorectus filius Adelberti dono in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre apud Faram in Plagis de meſule, capientem in ſemine modios XII., tibi Gregori Prior tuiſque Fratribus perpetuo habendam. Hujus rei teſtes ſunt Grimoaldus, Acto, & ego Johannes Judex & Notarius qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXIII. Indict. X. (b) Appetitu ſalutis ego Berardus Adami offero quoddam Sedium Molendini cum aquarum decurſibus apud Faram (c), in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus perpetuo poſſidendum. Hujus rei teſtes ſunt Albertus, Treſidius, Raynaldus, & ego Indolfus Judex & Notarius ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXIII. Indictione X. (d) Ego Johannes offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quandam petiam terre apud Faram capientem in ſemine frumenti modios V. & ſeſtar. II., tibi Raneri venerabilis Prior tuiſque Fratribus ſemper pacifice poſſidendam. Hujus rei teſtes ſunt Paſchalis, Azo, & ego Albertus Judex & Notarius ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXIIII. Ind. III. (e) Ego Conus Coni filius pro mea meorumque Parentum ſalute, Eccleſiam Sancte ✠ *apud Buclanum (f) cum omnibus poſſeſſionibus ſuis trado in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella tibi Rayneri vener. Prior & tuis Fratribus in perpetuum. Ego Conus hoc ſcriptum confirmo, cujus teſtes ſunt Treſidius, Johannes, Giſo.*

Anno Dominice Incarnationis MLXIIII. Indict. II. Angelicam cupiens obtinere gloriam, ego Gerardus Transberti filius, Eccleſiam S. Angeli apud Laromam (g) ſitam, cum Cellis & omnibus poſſeſſionibus ejus offero in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Raineri Prior venerabilis eam aſſignando, ut vos veſtrique ſucceſſores libere illam poſſideatis in ſecula. Ego Gerardus hujus mee donationis cartulam confirmo. Hujus teſtes ſunt Conſtantius, Acſolittus, Francus, & ego Benedictus Judex & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXIIII. Indictione IIII. (h) Salutis deſiderio ego Albertus Tidolſi filius offero in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella unam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio, capientem in ſemine mod. & dimidium, tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus preſentibus & futuris ſemper pacifice poſſidendam. Ego Albertus hoc ſcriptum confirmo, cujus rei teſtes ſunt Iſelbertus, Ildebrandus, & ego Gerardus Judex & Notarius qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXIIII. Indict. I. (i) Ego Rayno filius Aimonis, pro noſtrorum remiſſione peccatorum offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre in Falaſceto, capientem in ſemine modios IIII. Eſt autem hec terra juxta flumen Forum, & ibidem dono quoddam molendinum cum aquarum decurſibus, tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus perpetue poſſidendum. Teſtes ſunt Johannes, Petrus, Greſſus, & ego Johannes Judex & Notarius qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXV. Indict. IIII. regnante Corrado Imperatore (k). Ego Odemundus Stolſi filius trado in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle Eccleſiam S. Ruſticini ſitam in Comitatu Pinn. ad Formam latam, & ibidem Eccleſiam Sancte Marie cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, & unam petiam terre in Colle Frigido, & aliam in Colle de Meſo, & aliam in Valle de Olmeto, & aliam in Ceſa, & aliam in Forma lata, & aliam in Nimne & aliam in

Sa-

(a) *Eccleſiam S. Salvatoris de Angre Caſtellar cum ſubjacenti Podio Ceſaliæ*, Heremo Magellanæ adjudicant Romanorum Pontificum Eugenii, Hadriani, & Alexandri toties memoratæ Conſtitutiones. En igitur ampliſſimæ Poſſeſſionis titulum hocce monumento illuſtratum. Enimvero, ſin minus Podium univerſum, magnam ſaltem illius partem Transbertus dono dedit.

(b) Toto pene dixerim cælo diſſociantur Æræ, atque Indictionis anni. Temporis ratio Indictionem I. exigit, Scriptoris incuria X. obtrudit.

(c) De molendinis apud Faram poſitis, in quoque Romanorum Pontificum Diplomate de Magellanæ Heremi juribus ac fundis, occurrit mentio.

(d) Quæ in ſuperiori monumento adnotavimus circa Indictionis diſcordiam, huc transferantur.

(e) Indictionem II. numeramus; poteſt tamen ex diverſa ſupputandi ratione, etiam Indictio III. collocari.

(f) Inter Eccleſias apud Buclanum poſitas, & hanc S. Crucis Eccleſiam numerant Pontificiæ Bullæ, ad quas Lectores noſtros amandamus.

(g) *Eccleſiam S. Angeli de Caſtro La Roma* Majellanæ Abbatiæ tribuit Eugenius III., & alii poſt Eugenium Pontifices, qui Eccleſiarum Abbatiæ noſtræ ſeriem attexunt. Conſulantur noſtræ in Eugenianam Bullam adnotationes.

(h) Indictio II., quam in ſuperiori monumento Amanuenſis collocat, errorem hic detegit, ac recenſet.

(i) Et hic variat Indictio, cui unus deficit annus. Levior tamen defectus, quem diſſimilis potius ſupputandi ratio, quam Amanuenſis incuria excitavit.

(k) Nodus hic incidit fere inſolubilis. Si ad Conradi Imperium Donatio transferatur, annus 1065. expungendus omnino, cum Conradus an. 1039. vita ceſſerit. Si annorum ſupputatio ſibi conſtet, inepta eſt Conradi Imperatoris commemoratio, cum hac ætate nec Conradus, nec alius quiſpiam Occidentis Imperium adminiſtraverit. Quo te vertas, abſurda ubique, ac incommoda. Opinamur tamen, in annis Æræ chriſtianæ deſcribendis mendam irrepſiſſe; atque annum MXXXV., exploſo anno MLXV., hic eſſe figendum. Hoc ſemel ſtatuto, concordat Hiſtoria, conciliatur Indictio; nec interim [illegible] authoritati quidquam decedit.

(a) Si

Saletta que dicitur Feletta ſecus flumen Piſcarie; que uimirum poſſeſſiones eapiunt in ſemine modios frumenti quingentos, exceptis dotaliciis ipſarum Eccleſiarum, tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus poſſidendum. Sunt enim teſtes Odelongus, Johannes, & ego Cifredus Judex & Notarius qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXV. Indict. IIII. (a) Pietatis manu ego Azo Trasberti dono in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam vineam, & unam ſilvam, & unam petiam terre ſitas in Colle alto in Siberano capientem in ſemine modios C., tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus libere poſſidendum. Teſtes ſunt Ferro, Petrus, Dodo.

Anno Dominice Incarnationis M. ſexageſimo VI. Divine pietatis obtentu ego Giſo Coni filius, Monaſterium Sancti Andree (b) ſitum in pertinentia de Rapino, cum Cellis, hominibus, ceteriſque poſſeſſionibus ſuis trado in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella tibi Raineri ejuſdem venerabilis Prior, & tuis Fratribus preſentibus & futuris quiete poſſidendum in perpetuum. Sunt autem Celle ipſius, Eccleſia S. Petri, Eccleſia S. Laurentii, Eccleſia S. Marie, Eccleſia * Lucie. [* Sup. Sancte]

Anno Dominice Incarnationis MLXVI. Indict. IIII. (c) Felicitatis eterne participium habere cupiens, ego Petrus Amiconis filius, Eccleſiam S. Cantiane ſitam apud Faram (d) cum omnibus poſſeſſionibus ejus dono in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Raineri Prior veſtriſque ſucceſſoribus poſſidendam in perpetuum. Ego Petrus preſens ſcriptum confirmo. Sunt autem teſtes ſcilicet Rainaldus, Petrus, & Johannes.

Incarnationis Dominice MLXVI. anno Indiction. V. (e) Ego Gyſo Gizonis offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle vineam unam, ſilvam unam, & unam petiam terre capientem in ſemine frumenti modios LX. vocabulo ad Ceſaliam in Siberano, tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus in perpetuum. Sunt enim teſtes Fero, Oldrius, Johannes, & ego Albertus Judex & Notarius ſcripſi.

Incarnationis Dominice anno MLXVI. Indict. IIII. Divine pietatis intuitu ego Johannes Bonus dono in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre apud Bucclanum in Accarello capientem in ſemine ſeſtar. IIII. tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus perempne habendam. Teſtes Johannes, Brunus, & ego Adelbertus Judex & Notarius qui & ſcripſi.

Incarnationis Dominice anno MLXVI. Dei gratia inſpirati nos Johannes & Gyſo fratres offerimus in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle * apud Cominam ſitam ne * Letse capientem in ſemine ſeſt. VIII. tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus habendum & poſſidendum. Hujus rei teſtes Raynaldus, Treſidius, Gerardus, & ego Albertus Judex & Notarius ſcripſi. [* Sup. petiam terre] [* L. in]

Anno Dominice Incarnationie MLXVI. Indict. IIII. Ego Azarellus filius Azonis offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quandam petiam terre ad S. Martinum ſitam in Jolano, capientem in ſemine modios VI. & ſexſtar. VI. tibi Raineri Prior, tuiſque Fratribus in perpetuum. Hujus rei teſtes ſunt Johannes & Antonius.

Anno Dominice Incarnationis MLXVII. Ind. V. Pietatis divine obtentu ego Petrus filius Johannis offero Eccleſiam S. Nicolay cum omnibus poſſeſſionibus ſuis ſitam apud Faram (f), in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Raineri Prior vener. tuiſque Fratribus; ut vos veſtrique ſucceſſores eam ſemper habeatis. Ego Petrus hujus mee donationis cartulam confirmo, cujus teſtes ſunt Johannes, Oldrius, Gerardus, & ego Indolfus Judex & Notarius qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXVII. Ind. VIIII. (g) Ego Albertus filius Johannis trado omnes poſſeſſiones meas quas habeo in Tenimento de Fara, in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, ſcilicet unam vineam in Paganetto, & unam petiam terre ad Acclanum, & unam petiam terre cum arboribus in pertinentiis Sancti Donati, & tertiam partem unius molendini. Dictas poſſeſſiones perpetuo concedo in ipſa Eccleſia tibi Raneri venerabilis Prior tuiſque Fratribus libere poſſidendum. Hujus rei teſtes ſunt Albertus, Treſidius, & ego Indolfus Judex & Notarius qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXVII. Indict. IX. (h) Divina inſpirati gratia nos Alber-

(a) Si ad finem anni 1065. hæc Donatio rejiciatur, iis qui a Septembri Indictionis initia ducunt, IIII. currit Indictio; aliis III. numeratur.

(b) *Eccleſia S. Andrea cum Cellis ſuis* meminit Eugenii III. Bulla jam Typis impreſſa. Locum Bulla tacet, exprimit monumentum; ex quo idcirco cum Eugenii, tum ceterorum Pontificum Diplomata nonnihil elucidantur.

(c) Sive III., ſive IV. numeres Indictionem, utraque ſupputatio ab errore vindicatur.

(d) *Apud Faram* [verba ſunt ex Bulla Eugenii III. deprompta] *Villanos, molendina, & poſſeſſiones terrarum & vinearum, & Eccleſiam S. Camiana*. Nil clarius ad rem noſtram, nihil utilius.

(e) Unum noſtra hæc Indictio ſuperaddit annum, impune tamen, ſi a menſe Septembris hujuſce anni, ejus initia petantur.

(f) De S. Nicolai Eccleſia apud Faram poſita, altum in Bullis ſilentium. Erat fortaſſe ignobile Sacellum; hinc jacet obſcurum. In ea, quam an. 1598. Rinalduccius inſtituit, Viſitatione, ita deſcribitur pag. 17. *Eſt Eccleſia ſimplicis devotionis*.

(g) E ſuperiori Indictionis deſignatione apertiſſimus error hic corrigendus.

(h) Novus in Indictione exceſſus mendam detegit cenſorio calamo expungendam.

(a) Ex-

bertus & Treſidius fratres, quartam partem unius Molendini apud Faram ſub ipſo Caſtello cum aquarum decurſibus, offerimus in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus perpetuo poſſidendam. Hujus rei teſtes ſunt Gosbertus, Ayſredus, Benedictus, & ego Indolſus Judex & Notarius ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXVII. Indict. IX. (a) Deſiderio ſalutis eterne ego Oddo trado unam petiam terre cum vinea & arboribus apud Faram ad Sanctum Mauritium, in Eccleſia Sancti Salvatoris Magelle, tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus poſſidendam. Hujus rei teſtes ſunt Albertus, Treſidius, Adelbertus, & ego Indolſus Judex & Notarius ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXVIII. Ind. IIII. (b) Divina inſpirati gratia, ego Petrus, & Ampo, quandam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Dentulo, cum vinea, & arboribus donamus in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella tibi Raineri Prior, & tuis Fratribus perpetuo tenendam. Hujus noſtre Donationis, uos Petrus, & Ampo ſcriptum confirmamus; teſtes ſunt Gyſus, Cando, Ayſredus.

Anno Dominice Incarnationis MLXVIII. Ind. IIII. Optentu ſalutis eterne, ego Ildebrandus filius Adeodati, offero quandam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio, cum vinea & arboribus, in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Raineri Prior tuiſque Fratribus preſentibus, & futuris in perpetuum. Hoc ſcriptum ego Ildebrandus confirmo. Hujus rei teſtes ſunt Maginolſus, Yſelbertus, Candonita, & ego Arduinus, Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXVIII. Ind. IIII. Affectu eterne ſalutis, ego Johannes Presbiter, unam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Colle Sancte Agathe, capientem in ſemine modios VI., trado in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Raineri Prior, & tuis Fratribus perpetuo poſſidendam. Ego Johannes Presbiter hoc ſcriptum confirmo; ſunt autem teſtes, Candonita, Maginolſus, & ego Arduinus Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXVIII. Ind. IIII. Divine pietatis intuitu, ego Johannes Luponis offero unam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio ad Quercum Gallarum,
* L. Sextar. *capientem in ſemine ſexter.* * *IIII. cum arboribus, in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Raneri Prior, & tuis Fratribus in perpetuum. Ego Johannes hoc ſcriptum confirmo; cujus teſtes ſunt Boconus, Boconus, & ego Arduinus Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MLXVIII. Ind. IIII. Salutis voto, ego Ubertus filius Johannis offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre apud Sanctum Marcum, capientem in ſemine frumenti modios IX., tibi Raneri Prior, tuiſque Fratribus in eternum. Sunt teſtes David, Benedictus, Cando, & ego Arduinus Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXVIII. Ind. IIII. Ego Adam do in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre apud Sanctam Mariam in Beſera capientem in ſemine modium I., & ſtarios III. tibi Raneri Prior, tuiſque Fratribus libere habendum. Sunt teſtes Azarellus, Petrus, Johannes, & ego Arduinus Judex, & Notarius ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXVIII. Ind. X. (c) Devotione ſalutis ego Uldrius filius Johannis offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quandam petiam terre apud Faram juxta Forum, tibi Raneri, tuiſque Fratribus perpetuo libere poſſidendam. Hujus rei teſtes ſunt Petrus, Johannes, Eſidius, & ego Indolſus Judex, & Notarius qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXVIII. Ind. IIII. (d) Dei preventus gratia, ego Odemundus filius Baſſaldi offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre ſitam in Erdine, capientem in ſemine frumenti modium I. & ſeſtarios XI., & aliam in Plage de ſole capientem ſtarium I. & aliam in Beſera capientem ſeſtarium I. & dimidium, & quartam partem de Salceto, & quartam partem unius Molendini cum aquarum decurſibus, tibi Raneri Prior, tuiſque Fratribus libere poſſidendum. Hujus rei teſtes ſunt Adeodatus, Guido, Ugo, & ego Albertus Judex, & Notarius hanc paginam ſcripſi, & ſubſcripſi.

Incarnationis Dominice anno MLX. nono Ind. IIII. (e) Inſpirante nos Deo, qui ſpirat ubi vult, ego Johannes, & ego Giſo Sacerdotes, pro anima noſtra, & Parentum noſtrorum donamus Eccleſiam Sancti Blaſii (f) cum omnibus poſſeſſionibus ſuis ſitam in Sancto Angelo in Triſinio,

(a) Eadem, quæ in ſuperiori monumento, hic valet cenſura.

(b) Cum in præſenti, tum in ſequentibus monumentis, quæ ad annum pertinent 1068., Indictio IV. pro VI. ſupponitur. Errorem Indictionis potius, quam Æræ chriſtianæ annis eſſe tribuendum, ex infra dicendis compertum erit.

(c) Cum anno 1068. toties repetito, Amanuenſis Indictionem IIII. ubique fixerit, hic vero X. ſupponat, iſthæc varietas haud leve erroris indicium eſt.

(d) Conſulantur quæ de Indictione huic anno ſocianda, ſupra adnotavimus.

(e) Indictio X. hic ſtatuenda. Nullum, quod mendam conciliet, ſuppetit temperamentum.

(f) Hanc S. Blaſii Eccleſiam Majellanæ Abbatiæ vindicant pari conſenſione Summorum Pontificum Diplomata. Conſulatur Alexandri II. Bulla, omnium, quæ ad nos pervenerunt, vetuſtiſſima; cui conſonant, quæ poſt Alexandrum ſequuntur, Pontificiæ ſanctiones.

(a) An-

Digitized by Google

ſinlo, in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Raineri Prior venerabilis, ac tuis Fratribus, tam preſentibus, quam futuris perpetuo poſſidendam. Scriptum hoc nos dicti Sacerdotes confirmamus; hujus teſtes ſunt Albertus Candonita, Johannes, et ego Petrus Presbiter, qui et ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXX. Ind. VII. (*a*) *Electorum gloriam habere ſitiens ego Maſſarellus filius Johannis, Monaſterium Sancte Marie de Lavella* (*b*) *ſitum in pertinentia de la Penna cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, et Cellis, dono et concedo in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Raineri Prior venerabilis, tuiſque Fratribus preſentibus, ac futuris pacifice poſſidendum. Cujus Celle ſunt, Eccleſia Sancte* ✠, *Eccleſia Sancti Johannis, Eccleſia Sancte Lucie, Eccleſia Sancti Silveſtri, Eccleſia Sancte Agathe. Ego Maſſarellus hujus mee donationis cartulam confirmo, cujus teſtes ſunt Rainaldus, Raymundus, Franco, et ego Judex, Judex, et Notarius, qui et ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MLXX. Ind. VIII. Affectione ſalutis ego Adelbertus Guidonis offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle homines tres (*c*) *cum poſſeſſionibus ſuis in Bucclanico, tibi Raneri Prior, tuiſque Fratribus preſentibus, et futuris perempniter habendum; ſunt autem nomina eorum Nyndo Sindolfi, Johannes Albertini, Albertus Deodati; teſtes, Guido, Niricius, et Johannes.*

Anno Incarnationis Dominice MLXX. Ind. VIII. Pro gloria eterna ego Gyſo filius Ade, do in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle * *in Cerreto capientem in ſemine ſeſtarios X., & aliam ad ſorbulam capientem in ſemine modios IIII., tibi Raneri Prior, tuiſque Fratribus ſemper poſſidendam. Teſtes, Petrus, Brunus, Johannes.* * Sup. Petiam terre

Anno Dominice Incarnationis MLXX. Ind. V. (*d*) *Ego Johannes, filius Johannis, Eccleſiam Sancti Petri apud Laromam* (*e*) *cum omnibus rebus ſuis offero in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Raineri Prior tuiſque ſucceſſoribus perpetuo poſſidendam. Hujus rei teſtes ſunt, ego Johannes predictus, Conus, Gerardus, Morellus, et ego Johannes Judex, et Notarius, qui et ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MLXX. Ind. XII. (*f*) *Ego Treſidius filius Gualdonis pro mea meorumque ſalute, offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre in Falaſceto, capientem in ſemine modios IIII., tibi Raneri Prior, tuiſque Fratribus in perpetuum. Teſtes hujus rei ſunt Taſſo, Lepor, & Johannes.*

Anno Dominice Incarnationis MLXXI. Ind. VIII. (*g*) *Ego Maſſarellus filius Adelberti offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unum hominem nomine Roccum apud Roccam cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus perempniter poſſidendum. Sunt autem teſtes Guido, Johannes, Leo, & ego Johannes Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MLXXIII. Ind. XI. Quod oculus non vidit, nec auris audivit, obtinere deſiderans, ego Adeodatus Sacerdos filius Petri, & ego Adam filius Aſonis, Eccleſiam Sancti Martini apud Urſoniam (*h*) *cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella donamus, & perpetuo concedimus tibi Raineri Prior venerabilis, eam tuiſque ſucceſſoribus aſſignantes in ſeculo pacifice tenendam. Hujus donationis noſtre ſcriptum, nos Adeodatus, & Adam confirmamus, cujus teſtes ſunt, Lepos, Albertus, Gaydolfus, & ego Johannes Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MLXXIIII. Ind. V. (*i*) *Deum omnium bonorum datorem, & conſervatorem ſitiens, ego Petrus de Arpa Villa Eccleſiam Sancte Juſte ſitam in Caſtellione* (*k*), *medietatem Eccleſie Sancte Agnetis, & Villanos tres in Rocca de Monte Plano, ſcilicet,*

(*a*) Anni unius circa Indictionem diſcordia facile diluitur, ſi quæ in hanc rem ſupra obſervavimus, huc transferantur.

(*b*) Omnimoda inter hocce monumentum ac Pontificias Bullas concordia. Ubique Eccleſia iſthæc cum Cellis ſuis nominatur, atque Abbatiæ Majellanæ ſubjicitur. Eccleſiam non quamcumque, ſed Monaſterio conjunctam intellige. Hac animadverſione, Bullæ illuſtrantur monumentis compoſitæ. De Abbatiæ S. Mariæ della Vella juribus ac prærogativis loquemur infra ad annum Chriſti 1222.

(*c*) Ne dum bona ac latifundia, ſed & Homines dono dabantur. Qui terræ excolendæ erant addicti, Villani nominabantur; qui vero aliis mancipabantur ſervitiis, Hominum ſervabant nomen, ex quo *Hominium* defluxit. De *Hominio* ac illi adnexis oneribus, opportunior recurret ſermo; Non enim veri nominis Hominium hic putamus intelligendum, ſed ea dumtaxat ſervitia quæ ſive domi, ſive ruri præſtanda erant.

(*d*) Ex aliis Indictionibus, quas uni eidemque anno Scriptor ſociavit, error detegitur.

(*e*) Si cum Bullis Romanorum Pontificum hocce monumentum conferas, mira ubique conſenſio circa Eccleſiam hanc *S. Petri*, Abbatiæ noſtræ juribus ſubjectam.

(*f*) Indictionem VIII. hic eſſe collocandam, & ratio temporis, & alia in ſuperioribus monumentis exempla ſatis probant. Vel ex hoc igitur error Sciptoris detegitur, quum ſibi ubique non conſtet.

(*g*) Unitatis in Indictione defectus levis eſt, & facile conciliatur.

(*h*) Inſpice Donationis annum, jamque patebit cur Eccleſiæ hujus non meminerit Alexander II. Obiit nimirum Pontifex anno 1073., quo tempore Eccleſia iſthæc S. Martini, ad Magellanam Heremum translata eſt. Aut igitur Donatio Pontificis mortem ſequuta eſt, aut Alexandrina Bulla Donationis hujuſce tempus antevertit. Meminit vero hujuſce Eccleſiæ Eugenius III., & cæteri poſt Eugenium Pontifices.

(*i*) Superiori anno 1063., Indictionem XI. Scriptor ſociavit: Par igitur eſt, ut non V. ſed XII. hic apponamus Indictionem.

(*k*) *Apud Caſtellionem, Eccleſiam S. Juſtæ & S. Agnetis cum Villanis, terris, & vineis.* Ita loquitur Eugeniana Bulla, cui conſonant reliquæ. En ſummam igitur inter Oblationes, ac Summorum Pontificum Bullas conſenſionem.

(*a*) Ad-

Digitized by Google

licet, Johannem, Paganum, & Morellum cum omnibus poſſeſſionibus ſuis trado in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella in perpetuum, tibi Raineri &c. Ego Petrus hoc ſcriptum confirmo; hujus teſtes ſunt Johannes, Piſo, Riccardus, Yſelbertus, Berardus, Giſo.

Anno Dominice Incarnationis MLXXIIII. Indict. IIII. Ego Adeodatus Presbiter pro mea, meorumque Parentum ſalute, offero quandam petiam terre cum vinea, & arboribus in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, ſitam apud Sanctum Angelum in Triſinio in Valle de le Venne, tibi Raneri Prior, tuiſque Fratribus perpetuo poſſidendam. Ego Adeodatus Presbiter hoc ſcriptum confirmo; teſtes ſunt, Candonita, Albertus, & ego Gyſo Presbiter, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MLXXIIII. Ind. IIII. Pro ſalute animarum noſtrarum, ego Bernardus, unam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Colle Azonis Corvini, offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle tibi Raneri Prior, & tuis Fratribus in perpetuum; de qua ego, & mei heredes per ſingulos annos denarium unum dicte Eccleſie reddere debemus. Ego Bernardus hoc ſcriptum confirmo; teſtes ſunt, Robertus, & Zacharia.

Anno Dominice Incarnationis MLXXIIII. Ind. IIII. Ego Benedictus Yſelberti filius offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quandam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Macle, capientem in ſemine modios tres, tibi Raneri Prier, tuiſque Fratribus perpetuo poſſidendam. Ego Benedictus hujus mee donationis cartulam confirmo. In hoc teſtes ſunt Iſelbertus, Amicus, & Guido.

Anno Dominice Incarnationis MLXXV. Ind. III. (*a*) *Pro eterna retributione, ego Pharo Deodati filius dono in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quandam petiam terre in Erdine, capientem in ſemine frumenti modios II. tibi Raneri Prior, tuiſque Fratribus perempniter. Teſtes Gyſo, Paſcalis, & ego Adelbertus Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MLXXVII. Ind. Nona (*b*). *Divina inſpirati gratia, ego Aczarellus, & ego Guilgelmus de Bacro pro noſtra noſtrorumque Parentum ſalute, Eccleſiam Sancte Agathe apud Bacrum* (*c*) *cum omnibus poſſeſſionibus ſuis ſtabilibus, & mobilibus donamus in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Johannes Magellenſis Prier, & tuis Fratribus eam aſſignantes, ut vos veſtrique ſucceſſores dictam Eccleſiam libere, ac tranquille ſemper poſſideatis... Ego Aczarellus, & ego Guilgelmus hujus donationis noſtre paginam confirmamus; cujus rei teſtes ſunt, Ruſticus, Oldrius, Ayſredus, Gerardus, & Adam.*

Anno Dominice Incarnationis MLXXX. Ind. VIII. (*d*) *Retributionis eterne affectu ego Raynaldus Presbiter filius Amiconis trado in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre apud....... Adoſelia, capientem in ſemine modium I. & ſtarios X., tibi Raneri Prior tuiſque Fratribus perempniter habendam. Teſtes, Johannes Presbiter, Benedictus Presbiter, Johannes Judex, & ego Adelbertus Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.*

Incarnationis Dominice anno MXXCV. Ind. VIII. Regnante Domino Eurico Imperatore, ego Albertus Petri filins, ſalutis obtentu offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre in Falaſceto, capientem in ſemine modios frumenti VII., tibi Ugo Prior tuiſque Fratribus perempniter habendum. Teſtes ſunt Benedictus, Gyſus, Petrus, & ego Albertus Judex, & Notarius ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MXC. Ind. VII. (*e*) *Ego Romaldus pro ſalute animarum noſtrarum offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quandam petiam terre apud Faram in Colle Sancte Euſemie, capientem in ſemine modios II., & ſextarios X., tibi Johannes Prior, tuiſque Fratribus ſemper habendam. Hujus rei teſtes ſunt Berardus, Gerardus, Adeodatus, & ego Gualdebertus Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.*

Incarnationis Dominice anno M. nonageſim.... (*ſ*). *Divine pietatis affectu ego Robertus Loretelli Comes, Vicennam unam* (*g*) *apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Dentulo, capientem in ſemine frumenti modios XL., offero, trado, & perpetuo concedo in Eccleſia Domini Sal-*

(*a*) Adde notam numericam X., quæ unitates præcedat, & Indictionem habes accuratiſſimam.

(*b*) Nec componi facile, nec diſſimulari poteſt latiſſimum in annis Indictionis diſcrimen; non enim Indictio Nona decurrit, ſed XV.

(*c*) Eccleſiam, imo verius *Monaſterium S. Agathæ apud Vacrum* enumerat Eugenius III. Bullam adeas Eugenianam, quam ſi cum aliorum Pontificum, qui de Abbatia hac Majellana tractant, Diplomatibus conferas, nihil occurret diſſimile.

(*d*) Nota numerica V. fruſtra hic additur Indictionis annis; ideoque utiliter abjicitur, ut III. Indictio, quæ genuina eſt, ſola ſuperſit.

(*e*) Reſpondet huic anno Indictio XIII.

(*ſ*) Robertus iſte inter Loretelli Comites primus occurrit. Multa de illius origine, Dignitate, atque chriſtianæ pietatis exemplis, producit Vir eruditus Vitus Pollidorus in ſua de Loretelli Comitibus Diſſertatione. Robertum ad hanc uſque ætatem, hoc eſt ultra annum 1090. vitam produxiſſe, indubia res eſt. Ne ſtatum annum hic deſignemus, prohibent characteres uſque adeo obliterati, ut genuinam lectionem nobis reddant imperviam.

(*g*) *Vicenna* Cangio perinde ſonat ac *Venna*. Vennam ille ſic explicat: *Septum ad piſces intercipiendos*. At nimium aliena videtur ab hujuſce monumenti ſententia, ea quam Cangius tradit, gloſſematis interpretatio. Non enim de Piſcium captura, aut de privato Stagno; ſed de certa terræ portione, ad frumentum excipiendum idonea, intelligenda profecto eſt noſtra hæc Donatio.

(*a*) *Vi-*

Salvatoris Magelle, tibi Johannes ejuſdem loci Prior, tuiſque Fratribus, perpetuo poſſidendam. Ego Robertus Comes hoc ſcriptum confirmo; hujus rei teſtes ſunt, Oldrius, Robertus, Gualbertus, & ego Carbo Judex, & Notarius, qui & ſcripſi, & ſubſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis M. Nonageſimo VI. (a) *Ind. IIII. Ad Dei omnipotentis gloriam, ad optinendam ſalutem animarum noſtrarum, de noſtra hereditate, in Eccleſia Domini Salvatoris quedam Beneficia donamus, & perpetuo concedimus nos Robertus Lorotelli Comes.*

Incarnationis Dominice anno MXCVIII. Ind. VI. Retributionis divine affectu nos Riccardus Comes Comitis Petri filius, Vicennam unam in Falaſceto ſitam, capientem in ſemine frumenti modios XII., & ſextarium I., & aliam petiam terre habentem in ſe vineam apud Faram, in loco qui dicitur Adaraldi, & quoddam ſedium molendini, cum aquarum decurſibus, dono, trado, & perpetuo concedo in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Johannes Prior venerabilis eam aſſignando ad perempne ſubſidium ſervorum Domini, pro nobis, & cunctis Fidelibus Domino ſupplicantium. Hujus donationis noſtre, nos Riccardus Comes ſcriptum confirmamus. Hujus rei teſtes ſunt Ugo Gallonella, Albertus, Tranſmundus, & ego Cervinus Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis M. Nonageſimo nono. Pro mea meorumque ſalute ego Raynaldus filius Guiniſi, Eccleſiam Sancti Euſanii (b) *cum omnibus ſuis dono in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Johannes Prior, & tuis Fratribus in perpetuum; cujus rei teſtes ſunt predictus Rainaldus, Rogerius, Guinius, & ego Johannes Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MC. (c) *Deſiderantes, poſt temporale, celeſte conſequi Regnum, ego Rogerius Dei gratia Rex Sicilie, una cum filio meo Rogerio Duce, Eccleſiam Sancte Marie de Giſſo* (d) *cum hominibus, & omnibus poſſeſſionibus ſuis, Eccleſiam Sancti Paſtoris de Septe, & Eccleſiam Sancti Martini de Urſonia, Monaſterio Magelle regali liberalitate donamus, tibi Alexander venerabilis Prior, tuiſque Fratribus preſentibus, & ſequentibus in perpetuum. Hujus donationis noſtre ſcriptum, ego Rogerius Rex, & ego Rogerius Dux roboramus; hujus rei teſtes ſunt Comes Taſſo, Comes Teodinus, & Manerius de Palena.*

Anno Dominice Incarnationis MC. ſalutis eterne affectu ego Gentilis de Palleara, Dei gratia Monoplelli Comes, Eccleſiam Sancte Candide ſitam apud Pretorum (e) *cum omnibus poſſeſſionibus ſuis reddo in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Tranſmunde Abbas, tuiſque Fratribus preſentibus ac futuris pacifice tenendam in ſecula ſeculorum.*

Anno Dominice Incarnationis MC. (f) *Cauſa pietatis, nos Robertus Comes Lorotelli* (g) *pro anima Reg. Rog. dive memorie donamus Piſcatorem unum* (h) *in Ortona nomine Nicolaum Johannis Guidonis, cum omni hereditate ſua, in Eccleſia Magelle tibi Alexander Abbas, tuiſque Fratribus in perpetuum. Teſtes ſunt Judex Petrus, Amminada, Robertus de . . . . . .*

XIII. Antequam ad XII. Eccleſiæ ſeculum progrediamur, placet hic extraneum admiſcere monumentum; extraneum inquam ab ea quam coordinandam ſuſcepimus Oblationum ſerie, non etiam ab inſtituti noſtri ratione, aut ab iis temporum circumſtantiis, in quibus verſamur. Monumentum hocce, cujus exemplar ex vetuſta Tabularii noſtri pagina membranacea tranſcripſimus, eſto ob characteres obliteratos alicubi mutilum, Concordiam quamdam inter Raynulphum Teatinæ Eccleſiæ Epiſcopum, & Magellani Cœnobii Monachos initam exhibet. Qua parte Raynulphum Antiſtitem Scriptura commemorat, Contractus ætatem deſignat; qua vero parte Magellanos Monachos involvit, rem noſtram attingit. Utrumque paucis illuſtrandum. Raynulphus Epiſcopus, Ughello teſte, Gre-

Monumenti infra exſcribendi ætas inquiritur.

(a) *Videtur*, ita de Roberto Comite loquitur memoratus Pollidorus, *ipſo anno nonageſimo quinto, vel initio ſequentis, Robertus vita ceſſiſſe*. Ita opinatur Vir ille ſedulus atque accuratus, cui meliora deerant monumenta. En Robertum anno 1096. ſuperſtitem. Ni forte dicamus, Robertum, eodem, quo multa in Heremum Magellanam beneficia contulit, anno, ſupremum diem obiiſſe.

(b) Nullibi ſeſe nobis offert iſthæc Eccleſia. Dirutam idcirco ſuſpicamur, aut alio tranſlatam.

(c) Mutila eſt temporis deſignatio, cui anni adminus triginta ſuperaddendi. Rogerius, ut ex Hiſtoriis notiſſimum, anno 1130. ab Anacleti Pſeudopontificis Legato, Siculi Regni coronam accipit, quam Innocentius II. legitimus Eccleſiæ Pontifex an. 1139. illi confirmat. Aut quadrageſimus ergo, aut ſaltem triceſimus deficit annus, quem ſi Scriptor omiſit, ſuppleat Hiſtoricus.

(d) De Eccleſiis *S. Mariæ de Giſſo*, *S. Paſtoris de Septe*, *S. Martini de Urſonia*, quas Monaſterio Magellano Rogerius obtulit, conſulenda Romanorum Pontificum Diplomata, quorum agmen ducit Eugenii III. notiſſima Conſtitutio.

(e) Eccleſiam *S. Candidæ apud Pretorum* Bullæ omnes mira conſenſione recenſent.

(f) Rogerii Siciliæ Regis dies emortualis incidit in annum Æræ chriſtianæ 1152., juxta Baronium; aut 1154. juxta Pagii ſupputationem. Multorum igitur annorum ſeries in noſtro deficit monumento, quod Rogerium jampridem vita functum præſupponit.

(g) Robertum hunc de Baſſavilla inter Loretelli Comites ordine IV. Pollidorus enumerat. Poſt Rogerii obitum, a Villelmo Rogerii filio inſignem Comitatus Dignitatem accepit; qua in re nedum Patris vota ac monita, ſed & juſſa Villelmus implevit. Hinc tanto Robertus beneficio devinctus, Magellanæ Heremo, pro anima Regis Rogerii munus obtulit.

(h) Piſcatores, non ſecus ac Servi & Coloni, alieno ſervitio addicebantur.

Gregorio VII. Summo Pontifici vixit coævus, atque ad annum uſque 1105. vitam produxit. Quo tempore Teatinæ præfuit Eccleſiæ, Concordiam firmavit: Oportet igitur ut vel ad XI. ſeculi finem, vel ad ſequentis initia, Contractum revocemus. Huic innixi fundamento, pactionis ætatem, alioqui incertam atque obſcuram, ad XI. Eccleſiæ ſeculi finem rejicimus. Quæ vero ratio potiſſima Monachos Magellanos induxerit, ut cum Teatino Antiſtite in ſocietatem coirent, modo explicabimus.

Concordiæ ſumma proponitur.

XIV. Feudum Caſtellare, de quo ad annum M.X. ſupra egimus, Caſtro erat inſtructum; infirmo tamen, atque arcendis hoſtibus minus idoneo, quum nec ipſa loci natura, nec propugnaculis arte conſtructis ſatis eſſet munitum. Tanta vero hac ætate ſæviebant bella, Normannorum armis in Frentanos ac circumjacentem regionem, necem, excidia, ac deſolationem inferentibus, ut iis male conſultum eſſet, quos locorum aſperitas ac munitiones, ab injuriis ac bellicis incurſionibus non eriperent. Atque hæc quidem Oderiſium Abbatem S. Joannis in Venere, mox S. R. E. Cardinalem, impulit ratio, ut Monaſterium, cui ille præerat, turribus ac vallo muniret, quo Monachorum quieti, ac Monaſterii ſecuritati occurreret; ut prolata in rem hanc vetuſta Inſcriptione e majori Cœnobii Clauſtro deprompta, probat Jo. Baptiſta Pollidorus ad annum Chriſti 1061. Eadem quæ Oderiſio erga ſuos, etiam Raynulpho erga populum alieno ſubjectum imperio, inſedit cura. Ne Caſtri male tuti incolæ, ſævientis belli impetu opprimerentur, aliud illis Caſtrum, ubi ſe ſuaque defenderent, obtulit inhabitandum. Nullum iis, quos hoſpitio receperat, onus impoſuit; ut ſuis legibus ac Privilegiis uterentur, indulſit; modo fidelitatem jurarent, atque ea ſe præſtituros, quæ ad Caſtri tutelam & libertatem conferrent, pollicerentur. Oblatæ conditiones, a Monachis, populi nomine, ultro exceptæ ſunt; atque amico fœdere cuncta compoſita. Ejuſmodi concordiæ exemplar ſubjicimus, in quo purioris latinitatis veſtigia aliquot reliqua adhuc ſunt, eſto hac ætate multa corrupti ſermonis barbaries ubique obtineret.

Series exſcribitur.

,, XV. Breve recordationis de quadam convenientia, & pacto, quod fuit inter me, ,, videlicet Rannulſum Teatine Sedis Epiſcopum, & Heremum, & Eccleſiam Sancti Sal- ,, vatoris de Magella, coram mea, & Sancti Salvatoris Congregatione. Eccleſia Sancti ,, Salvatoris de Magella quandam poſſeſſionem in mee ditionis tenuit terra, nominatim ,, Caſtellare, que quidem poſſeſſio, quoniam nec natura, nec humano artificio munita ,, erat, nec ab hoſtibus, ſi neceſſe foret, ſe defendere quiret, homines qui ibidem ha- ,, bitabant, in meum adduxi Caſtellum quod Sculcula vocatur, eo ſane tenore, ut Ec- ,, cleſia Sancti Salvatoris ita libere homines, quos nunc ibi adducit aut adducet, & ,, domos, & ortos, terras, ac vineas, & omnia que prius habuit, aut ego ſibi dedi, ,, teneat, ſicut & ego mea; ut nec ego, nec aliquis meus Ordinatus, ab hominibus ,, Eccleſie Sancti Salvatoris, nec angariam, nec redditum, nec foris facturam exiga- ,, mus, aut accipiamus; niſi forte neceſſe ſit, aut Caſtellum claudere, aut vallum ,, fodere, aut murum fabricare, aut vigiles ponere, hujuſmodi obſequium ipſi ſicut & ,, ceteri faciant; in nullo alio nec a me nec a meo Ordinato moleſtentur, nec a nobis ,, eis aliqua injuria inferatur. Hoc tamen faciant, ut mee Eccleſie michique fidelitatem ,, jurent, & ut non ſint nec inventores, nec conſiliatores, nec traditores, ut Eccleſia ,, illud Caſtellum perdat; & ſi aliquis eſt, qui illud auferre Eccleſie velit, quod ipſi ,, illud defendent pro poſſe ſuo recta fide, & ſine omni fraude. Hoc michi faciant, & ,, predictum obſequium, videlicet, ut Caſtellum, quemadmodum prefatum eſt, cuſto- ,, diant, & mori * . . . . qui Caſtrorum eſt dominorum, & fidelitatem, quam Eccle- ,, ſie de Magella . . . . . firma, & rata, atque integra perſeveret . . . .

* Senſus mutilus, ideoque abſurdus, atque obſcurus:

...... *Anno Dominice Incarnationis MCII. Indict. VIII.* (a) *Ego Brunus filius Petri offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle duas petias terre apud Faram, quarum una capit in ſemine frumenti modios X., alia vero quinque, tibi Ugo venerabilis Prior tuiſque Fratribus perpetuo poſſidendam; hujus rei teſtes ſunt Benedictus, Gyſo, & ego Albertus Judex, & Notarius ſcripſi.*

Anno Dominice Incarnationis MCVI. Indict. IIII. (b) *Salutis eterne devotione, ego Robertus filius Comitis Riccardi dono in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quandam petiam terre cum ſilva apud Faram, ſitam ad Sanctam Cantianam, tibi Iſelberte Prior, tuiſque Fratribus perpetuo poſſidendam. Hujus rei teſtes ſunt Albertus, Berardus, Ildebrandus, & ego Benedictus Judex, & Notarius ſcripſi.*

In-

(a) Indictio X. hoc anno ſupputanda.
(b) Pro XIII. Indictione, Amanuenſis, nota X. prætermiſſa, IIII. ſupponit.

(a) Si

Incarnationis Dominice anno MCVIII. Ind. I. Divine intuitn pietatis ego Vuillelmus Comes, Comitis Taſſonis filius, trado in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle nnam petiam terre apud Speltorum, & aliam in Colle Freddo, & aliam in Colle Vulparium, & aliam in Caſa Ylici, & aliam in Colle Laza Fame, & aliam ad Sanctum Donatum, tibi Iſelberte Prior, tuiſque Fratribus ſemper habendum. Sunt inde teſtes Baſilius Inſans, Teobaldns, Baroncellus, & ego Benedictus Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MCXX. Indict. III. (a) Ego Petrus Nirici pro mea, meorumqne ſalnte, offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quandam petiam terre apud Pretorum, in circuitu Molendini ipſius Eccleſie, cum Olivis in ea conſiſtentibus, tibi Iſelberte Prior tuiſque Fratribus perhempniter habendum. Hnjus rei teſtes ſunt Johannes Levita, Benedictus, Johannes, & Johannes Raner.

Incarnationis Dominice anno MCXXI. Indict. III. (b) Manu pietatis ego Acto Presbiter offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle totam hereditatem meam quam habeo in Caſtello Lanzani, in qua hereditate ſnnt, una Domus, Caſalini V., Orti tres, vinee quatuor, Molendina duo, petie terre VII. Preterea de terra, quam in plano Sancti Severini habemus; Decimationem de Molendino de Feltino, denarios ipſi Eccleſie in Dedicatione ejnſdem reddere teneamur, dictas poſſeſſiones in vita noſtra, nos, & noſtri heredes tenentes; poſt obitum noſtri predicte Eccleſie, & tibi ſcilicet Iſelberte Prior, & tuis Fratribus preſentibus, & futuris libere ſemper maneant. Teſtes ſunt inde, Bammus Miles, Raynaldus, Vuillelmus, Johannes, Albertus, Benedictus.

Anno Dominice Incarnationis MCXXII. Ind. XV. Obtentn divine pietatis ego Robertus Dei gratia Comes Monopelli, Eccleſiam Sancti Nicolay, Eccleſiam Sancte Marie (c), Eccleſiam Sancti Criſtoſori apud Roccam Morici, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis dono in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Yſelberte Prior venerabilis, & tuis Fratribus preſentibus, & futuris in perpetnnm. Ego Robertus Comes hoc ſcriptum confirmo; hujus rei teſtes ſunt Guido, Johannes, Andreas, & Eliſeus.

Anno Dominice Incarnationis MCXXIIII. Ego Petrus Dominicus cum Germanis meis, offerimus in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle nnam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Jubnlo, tibi Iſelberte ejnſdem loci Prior, tuiſqne Fratribus in perpetuum. Ego Petrns hoc ſcriptum confirmo.

Anno Dominice Incarnationis MCXXVIII. Ind. VI. Voto ſalutis noſtre ego Johannes Dodi, unam vineam ad Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Rivo Rieti, offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Iſelberte Prior, tuiſque Fratribus perpetuo poſſidendam. Ego Johannes hoc ſcriptum confirmo; hujus rei teſtes ſunt Grimaldus, Acto, & ego Johannes Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MCXXXVIIII. Ego Benedictus una cum filio meo Goffredo, offerimus in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quandam vineam cum arboribus, & unam petiam terre ad Sanctum Angelum in Triſinio in Colle Martini, & aliam petiam terre ad Frenam, & aliam petiam terre, & aliam petiam terre capientem in ſemine ſextarios XIII. tibi Alexander Prior, tuiſque Fratribns in perpetuum; de quibus terris decimationem, & de vinea denarium unum, ego, & mei heredes Eccleſie jam dicte annuatim reddere debemus. Ego Benedictus hoc ſcriptum confirmo, cujns teſtes ſunt, Benedictus, Maſſarellus, & Johannes Faydonis.

Anno Dominice Incarnationis MCXL. Salntis eterne deſiderio ego Aſcettinus filius Coni offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle tertiam partem Eccleſie Sancti Felicis (d) apud Bncclanum, & dnos homines cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, tibi Alexander Prior, tuiſqne Fratribus in ſempiternum, quorum nomina ſunt, Gerardus, & Machanianus. Teſtes ſnnt Berardus Presbiser, Petrus Presbiter.

Anno Dominice Incarnationis MCXL. Ego Aſclectinus filius Coni offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre in pertinentiis de Mirabello in Fabale, tibi Alexander Prior, tuiſqne Fratribus in eternum. Hnjus rei teſtes ſunt Berardus Presbiter, Adeodatus Presbiter, Johannes, Albertus, Machabeus.

Anno Dominice Incarnationis MCXL. Ego Aſclectinus Coni filius offero Eccleſiam Sancte Marie

---

(a) Si unitatibus nota numerica X. præponatur, exurgit Indictio XIII., quæ germana eſt, ac legitima.

(b) Indictio XIV. hic ſtatuenda.

(c) Utramque Eccleſiam, *S. Mariæ*, & *S. Nicolai* apud Roccam Morici numerant, & Magellano Cœnobio ſubjectas aſſerunt Pontificum Bullæ, ducto initio ab Eugenio Papa III. De Sacello S. *Chriſtophori* altum ubique ſilentium. Cauſſa nobis impervia.

(d) Hujuſce Eccleſiæ nulla in Pontificum Bullis, nulla item in Viſitationum Codicibus vola aut veſtigium. Nec mirum; quum ex Donatione nonniſi tertia Sacelli pars Majellanæ Heremo eſſet adjudicanda.

 (a) Quor-

rie in Mirabello (a) *cum omnibus poſſeſſis in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Alexander Prior, tuiſque Fratribus preſentibus, & futuris in perpetuum poſſidendam. Hujus rei teſtes ſunt ego dictus Aſclectinus, Berardus Sacerdos, Adeodatus Sacerdos, Petrus Sacerdos, Siginolſus Miles.*

Anno Dominice Incarnationis MCXL. Deſiderio ſalutis ego Stephanus Amati dono in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quandam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Morella, & aliam petiam terre cum vinea, & arboribus, ſitam in Moro, tibi Alexander Prior venerabilis, tuiſque Fratribus preſentibus, & futuris in perpetuum; ita ſcilicet quod nos & noſtri heredes dictas poſſeſſiones in vita noſtra teneamus; nobis obeuntibus, Eccleſie Magelle libere remaneant. Ego Stephanus Amati hoc ſcriptum confirmo; cujus teſtes ſunt Abbonictus, Johannes, Petrus de Atiſſa, Johannes Boni.

Anno Dominice Incarnationis MCXL. Ego Johannes Sabli offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio ſitam ſupra fontem Transberti, tibi Alexander Prior venerabilis, tuiſque Fratribus in perpetuum. Ego Johannes hoc ſcriptum confirmo; ſunt autem teſtes, Johannes, Silvus.

Anno Dominice Incarnationis MCXLI. Ind. IIII. Divina inſpiratus gratia, ego Taſſo Comes Comitis Rogerii filius, pro mea, meorumque Parentum ſalute, dono, trado, & perpetuo concedo in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella quandam poſſeſſionem terrarum hereditatis mee, tibi Alexander Prior venerabilis, tuiſque Fratribus preſentibus, & futuris ſemper pacifice poſſidendam. Eſt autem ipſa poſſeſſio in Comitato Teatino, que vocatur Collis Milonis (b), *ſcilicet ipſum Caſtellare cum ſilva ei ſubjacenti, a Septentrionali plaga uſque ad terram Sancti Euſanii, quomodo Rivus ipſe decurrit; ab Oriente vero per ipſam voraginem vadit in Collem Donneco, & in Foſſatum Regis; & per ipſum Foſſatum ad terram de la Roma; ab Occidente autem per viam de Strada vadit ad voraginem. Ego Taſſo Comes hujus mee donationis ſcriptum confirmo, cujus rei teſtes ſunt . . . . .*

Anno Dominice Incarnationis MCXLI. Ind. VI. (c) *Dei omnipotentis aſpiratione, nos Boamundus Comes Monoplelli, Decimas molendinorum apud Pretorum, & tertiam partem Decimationis de meo Demanio ejuſdem Caſtri, ſcilicet frumenti, leguminum, vini, & olei, & aliarum frugum, offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle tibi Prior, tuiſque Fratribus peremptiter poſſidendum.*

Superius monumentum illuſtratur.

XVI. Jure ne, an injuria Boamundus Comes Decimas Eccleſiæ Magellanæ obtulerit; hoc eſt, an novum Decimarum onus rebus ſuis impoſuerit, ſalvis interim Parochorum juribus, an potius decimam bonorum partem Parochialibus Eccleſiis perſolvendam, in Monaſterium privata autoritate tranſtulerit, inquirere, noſtri non eſt inſtituti. Fatemur quidem, hac potiſſimum ætate morem invaluiſſe, ut Parochi Decimarum Juribus fraudarentur, obſtrepentibus licet Epiſcopis; cum mallent Laici in Monachos potius Beneficia conferre, quam Eccleſiis Parochialibus ea, quæ ex æquitate, verius ex juſtitia præſtanda ſunt, miniſtrare. Cui malo ut occurreret Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. celebratum, cavit ne Religioſi Decimas a Laicis, inconſulto Epiſcopo auderent accipere (d). Non ideo tamen fas nobis de Boamundo Comite quid tale ſuſpicari; tum maxime quod nedum Molendinorum Decimas, ſed & ex ipſis Decimis, quas jure dominii ex territorio Præturii colligebat, tertiam partem Heremi Magellanæ Monachis ultro obtulerit. Ex quo fit, ut de Comitis pietate gratulemur potius, quam de illius minus æquo in Parochos animo doleamus.

Nonnulla circa Decimarum conceſſionem prænotantur.

XVII. Eodem anno, quo Comes Boamundus, etiam Robertus Teatinus Electus ſuam in Magellanum Cœnobium exercuit munificentiam. Quo primum tempore Robertus Teatinam Eccleſiam ſuſceperit adminiſtrandam; quo tempore vita ceſſerit, Ughellus ignorat; nec meliora nobis ſuccurrunt argumenta. Ratum vero, cum ex Rogerii Siciliæ Regis literis, quarum Ughellus meminit (e), tum ex monumentis, quæ nobis præſto ſunt, Robertum Antiſtitem hac tempeſtate Teatinæ Eccleſiæ præfuiſſe. Concordiam hic producimus cum Magellæ Monachis initam, ſuper Decimarum atque Oblationum, quæ a tribus Caſtris Eccleſiæ Teatinæ ſubjectis, Gipſo nimirum, Pinna, & Altino, per-

(a) Quotquot Catalogum Eccleſiarum Abbatiæ noſtræ attexunt Romani Pontifices, hujuſce Eccleſiæ apud Buclanum poſitæ meminere. Fas cuique Bullas adire; jam enim e typis prodierunt.

(b) Ejuſmodi Donationem ita explicat Eugenii III. Conſtitutio, cui aliorum Pontificum Diplomata ſeſe conformant: *Apud Caſulem, Villam quæ vocatur Colle Milonis cum pertinentiis ſuis*, Villæ nomine, Caſtrum, aut Caſtellare excipiendum; ad Caſtri pertinentias, hoc eſt membra ac poſſeſſiones. Silva contermina revocanda eſt. De Monachorum in Caſtrum imperio, deque Caſtri ipſius excidio conſulantur noſtræ in Bullam Eugenianam notæ pag. 50. lit. a.

(c) Inſpice ſuperiorem Indictionem quæ germina eſt, jamque error incurret in oculos.

(d) Refertur in cap. III. de Privileg.

(e) Ital. Sac. tom. 6. column. 706.

(a) In

perſolvendæ erant, conceſſione. Ut hocce Beneficium in Magellæ Heremum transferretur, rogavit Alexander Heremi Præſes; annuit Robertus; & adhibito Cleri conſilio, atque expectato conſenſu, Decimas, atque Oblationes conceſſit; ea lege tamen, ut Magellenſis Eccleſia quatuor Romanatos (hoc eſt aureos nummos Romani Diogenis Imperatoris Conſtantinnpolitani ſignatos imagine) quotannis perſolveret; atque in Epiſcopos ſarta tectaque Procurationum jura; in Curiæ Miniſtros, quoties ad Caſtra illa diverterent, Hoſpitii ac alimentorum commoda ſervarentur. Nihil hic rationi diſſonum; nihil enim prohibet quominus, accedente Ordinarii conſenſu, Decimarum jura in aliam Eccleſiam, atque in Monaſteria potiſſimum transferri poſſint, ut conſtat ex Innocentii III. decreto (a), quod etſi ætate poſterius, poteſt tamen ad noſtra hæc tempora revocari. Hanc Decimarum conceſſionem probat veteris monumenti copia, quæ in chartaceo Archivi noſtri, cui titulus, *Collectio diverſorum Jurium &c.* ſol. 149. tranſcribitur. Meminit item Ughellus, atque contractus membranulam, quæ in Tabulario Teatinæ Eccleſiæ adſervatur, nobis indicat. Indicat, inquam, non etiam producit; atque utinam produxiſſet! Jam enim mendas aliquot, quæ in noſtrum irrepſerunt exemplar, quaſque, nullo indicio monſtrante viam, caſtigare non licuit, expungeremus. Si ergo alicubi abſurdus nec ſibi cohærens occurrat ſenſus, id nobis vitio nequaquam tribuendum; quandoquidem neque interpretem agere, nec divinare fas ulli cum monumenta tranſcribit. Exiguus Monachorum, qui concordiæ ſubſcribunt, numerus, argumento eſt, Heremum, ſive ob loci inclementiam, ſive ob rigidioris vitæ Inſtitutum, habitatoribus infrequentem fuiſſe. His ad pleniorem monumenti notitiam præmiſſis, ipſam Donationis ſeriem ſubjiciamus.

Teatinus Epiſcopus Decimas concedit, certis tamen ſub conditionibus.

„ XVIII. In nomine Sancte, & individue Trinitatis. Anno Dominice Incarnationis MCXLI.
„ Indictione IIII. XV. Kalen. Julii. Ego Alexander Heremi Magellane venerabilis Prior,
„ cum conſilio, & conſenſu Fratrum, qui preordinati ſunt in ſupraſcripta S. Heremo,
„ ivi ad Teatinam Eccleſiam, & requiſivi venerabilem Electum ejuſdem Eccleſie nomine
„ Robertum, de Decimis, & Oblationibus vivorum, & mortuorum, de tribus Caſtel-
„ lis, de Giſſo de domo, cum Pinna que de Giſſo eſt facta, cum illorum pertinentiis,
„ & de Altino cum ſuis pertinentiis, quatenus augeret hoc beneficium mee Eccleſie,
„ mihique & ſucceſſoribus meis canonice intrantibus, & poteſtatem Archipresbyteratus * ...
„ His precibus motus piiſſimus, ac venerabilis Teatine Eccleſie Robertus Electus, con-
„ ſilium requiſivit a ſuis Fratribus prenominate Eccleſie filiis, & fidelibus dandi Eccleſie
„ Magellane, mihi A. Priori, ſucceſſoribuſque meis canonice intrantibus, tali tenore,
„ prenominatum beneficium, quod ego Alexander Prior, & ſucceſſores mei per unum-
„ quemque annum Teatine Eccleſie venerabili Electo, & ſucceſſoribus ſuis canonice
„ intrantibus dare debemus IIII. Romanatos in Paſchali feſtivitate, remota fraude, &
„ malo ingenio; & cetera jura Epiſcopalia ad uſus Teatine Eccleſie reſerventur. Pre-
„ terea Hoſpitium, & Procurationem ita honorifice ut in ſua domo habeant, & nuntii
„ ſui inde tranſeuntes. Et ſi in aliquo tempore ego A. Prior, vel mei ſucceſſores hoc
„ pactum fregerimus, & ſi ſub alieno jure prenominatum beneficium habere queſieri-
„ mus, poſtquam inde ſecundo, tertiove commoniti emendare noluerimus, habeat pote-
„ ſtatem Theatina Eccleſia ſuique Rectores recipiendi ſupradictum Donum ſine omni mo-
„ leſtia, & contrarietate. Quamdiu ego Alexander Prior vel mei ſucceſſores hoc adim-
„ pleverimus vel obſervaverimus, non habeat poteſtatem domnus Electus, vel ejus ſuc-
„ ceſſores prenominati beneficium auferre. Actum in Majella feliciter.
„ ✠ Ego Alexander Eccleſie S. Salvatoris de Majella Prior &c. ad confirmationem,
„ itaque iſtius debiti propria manu hoc ſignum ✠ figuravi.
„ ✠ Ego Guido Sacerdos, & Heremita, huic datinni interfui, & ſignum Crucis feci.
„ ✠ Ego Silveſter Sacerdos, & Heremita, huic dationi interfui, & ſignum Crucis
„ feci.
„ ✠ Ego Bernardus Sacerdos, & Heremita, huic dationi interfui, & ſignum Crucis feci.
„ ✠ Ego Petrus Sacerdos, & Heremita, huic dationi interfui, & ſignum Crucis feci.

* En ſenſus mutilus atque obſcurus.

Incarnationis Dominice MCXLII. Ind. V. Salutis deſiderio, ego Siginolſus Siginolſi filius trado, & perpetuo concedo Eccleſiam Sancte Marie de Baſſano (b), *in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, tibi Alexander Prior eam aſſignando. Sunt autem teſtes hujus rei, Johannes Regis Bajulus, Berardus Archipresbiter, Adeodatus Presbiter.*

Tem-

(a) In cap. 7. De his quæ fiunt a Prælatis ſine conſenſu Capituli.
(b) Hanc ipſam Eccleſiam apud Buclanum ſitam commemorat Eugenii III. Bulla, & cetera poſt Eugenium Diplomata, quæ de Privilegiis Abbatiæ Majellanæ ſermonem inſtituunt.

(a) Bul-

Tempore Prioris Alexandri in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella, ego Treſidius filius Aſcari obtuli Eccleſiam Sancti Blaſii de Acera (a)*; ego Ugo de Muccla, Eccleſiam Sancti Jacobi apud Tullum; ego Oddo de Pectorano, ibidem Eccleſiam Sancti Blaſii; ego Paganus filius Pagani, Eccleſiam Sancti Caliſti apud Podium.*

Anno Dominice Incarnationis MCXLII. Ind. III. (b) *Facta eſt contentio de Prediis inter Teatinam, & Magellanam Eccleſiam* (c)*, que in preſentia ſubſcriptorum Teſtium terminata eſt ita: Eccleſia Teatina tenimentum diviſit, & Magellana ſortem recepit. Finis diviſionis ipſius terminatur ſic: Incipit ſub ipſa via de Colle Alto, & aſcendit ſuper altitudinem Collium ſuper Rivum Merdarum, ſuper Plajas de Ciſterna, & Ficu Nereca, & per ipſos Colles pergit in Siberano, & per ipſos Colles vadit in Rivo Majaleporem, inde ad viam de Scolcula, ad terram de Ranclano, ad Ceſaliam, ad Tuſum, & ſic decurrit ad Piſcariam. Interfuere autem huic convenientie multi, de quibus notandi ſunt pauci. Ex parte Teatine, Robertus Teatinus Electus, Benedictus Morici Prepoſitus, Benedictus Archipresbiter Ortone cum Canonicis plurimis; Milites vero Sarraceni, Leonardus, Perro cum Laicis multis. Ex parte Magellane, Boamundus de Tarſi Comes Monoplelli, Alexander Prior Magelle, Dompnus Guido, Dompnus Petrus, Frater Wulrius, Rao de Puliano, & alii multi.*

XIX. Illud a nobis temporis ratio exigit, ut Rogerii Siciliæ Regis Privilegium favore Abbatiæ Majellanæ procuſum, hic inſeramus. Privilegii ætatem deſignat Indictio, cui ſtandum omnino, quum Æræ chriſtianæ anni tacentur. Porro ſi annis hiſce Indictionem componas, nullus ſane occurrit cui melius illa cohæreat, quam huic quem delegimus anno 1143. Res patet ex obvia ſupputatione, atque ex eorum, quos Rogerius in Regno egit, annorum curriculo. Regnum ille adiit anno 1130.; obiit vero an. 1154. ex accuratiore quam Pagius ſequitur, chronologia. Annos intermedios percurras, nullus eſt, ſi annum excipias 1113., cui VI. Indictio poſſit convenire. Statuta Monumenti ætate, ipſum Rogerii Privilegium, ex eodem libello qui Oblationum ſeriem nobis exhibet, erutum, proferamus; ut nimirum exemptiones ac immunitates, quibus Magellana Heremus, Monachi, Caſtra, bona, jura, & quotquot Heremo illi aut ſubdentur, aut inſerviunt Homines donantur, aſſequamur.

„ XX. Rogerius Dei gratia Rex Sicilie, Ducatus Apulie, Principatus Capne, Pre-
„ latis Eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Bajulis, & univerſis fidelibus
„ ſuis, quibus preſentes littere oſtenſe fuerint, ſalutem, & dilectionem. Omnipotenti
„ Domino placere cupientes, qui ſua nos dignatione ad Regni faſtigia ſublimavit, Sa-
„ croſanctas Eccleſias, & loca venerabilia divino cultui conſecrata, regali deſideramus
„ protectione communire. Inde eſt, quod venerabile Monaſterium Sancti Salvatoris de
„ Magella, Priorem, Monachos, Caſtra, obedientias, homines, poſſeſſiones, & omnes res
„ eidem Monaſterio pertinentes, in noſtra protectione recipimus. Mandamus itaque uni-
„ verſitati veſtre, & ſub obtentu regie gratie diſtricte precipimus, nt predicto Mona-
„ ſterio, & ejus poſſeſſionibus, & rebus, nullum injuſtum, vel moleſtum preſumatis in-
„ ferre. Si quis antem huic celſitudinis noſtre mandato temerarius oviator extiterit,
„ noſtri culminis iram & indignationem incurret, atque ad puniendam contumaciam
„ ſuam, centum libras auri componet; medietatem videlicet Camere noſtre, reliquam
„ vero medietatem Monaſterio cui dampnum, vel injuriam irrogavit.
„ Data apud Arianum Indictione ſexta.

Anno Dominice Incarnationis MCXLIIII. De mandato glorioſiſſimi Regis Rogerii, ego Boamundus de Tarſi Comes Monoplelli, Monaſterium Sancti Andree (d) *cum Cellis, hominibus, & omni-*

(a) Bullas Pontificum evolvas quantum velis, quatuor Eccleſiæ, quæ ſob uno contextu hic numerantur, atque ſub Priore Alexandro ad Magellanam Eccleſiam perveniſſe dicuntur, nullibi occurrunt. Suſpicamur haſce Eccleſias, oborta inter Teatinum Epiſcopum, & Magellanum Cœnobium controverſia, factaque Territorii diviſione, de qua in ſequenti monumento fit mentio, potuiſſe in ea terræ parte comprehendi, quæ Eccleſiæ obtigit Teatinæ. Si conjectura ſibi conſtet, ac ſequentis contractus verba illa, *facta eſt contentio de prædictis*, ad Eccleſias, quæ in præcedenti monumento enumerantur, ſint transferenda, facile intelligimus cur Eccleſiarum Catalogo ab Eugenio III. aliiſque Pontificibus, non inſerantur; jam enim Eugenii tempore in alienam, hoc eſt in Teatinorum Antiſtitum juriſdictionem pervenerant.

(b) Vel ex ipſo ſuperioris Indictionis exemplo detegitur error, atque corrigitur.

(c) Iſthæc diviſio aut circa territorium, aut circa Eccleſias ac Prædia in Teatino territorio poſita verſatur. Si primum adſtruas, Heremi Majellanæ juriſdictio in ipſamet Teatina Diœceſi longe lateque protenditur. Ut quid enim territorium dividitur, niſi ut jura adinvicem ſecernantur? Jura ſecernas, territorium diſtinguas; jamque Abbatiam extra Diœceſis limites tandem rejicies. Si vero de Prædiis ac latifundiis partitionem intelligas, Majellanum Cœnobium, multa ex Oblationibus dote aucta, ſatis opulentum fateamur neceſſe eſt; quum tanta agri parte abundaret, ut potuerit de bonorum numero & amplitudine cum Teatina Eccleſia contendere. Hæc eſt altera, quam Robertus Antiſtes cum Magellana Heremo iniit, concordia.

(d) Hic Boamundus, quem in notis ad Bullas Pontificum, corrupto nomine Roamundum appellavimus, inter Monoplelli Comites primus occurrit. Jubente Rogerio Rege, Monaſterium S. Andreæ, quod jam tum ab anno MLXVI. ex Giſonis donatione, Magellanæ Heremi juribus erat obnoxium, reſtituere cogitur. Duo hic obſervanda: Integra cum primis Monaſterii ac Bonorum reſtitutio; quandoquidem, quæ in Giſonis donatione exprimuntur Cellæ, Homines, Poſſeſſiones, eadem ſervata loquendi forma, ad Monaſterium revertuntur. Sed & illud animadverſione dignum eſt, Boamundum Comitem, non ſolum quæ abſtulerat reddere, ſed inſuper iniquum ſpolii crimen fateri. Ita fortaſſe decernente Rogerio, ut & Juribus Abbatiæ conſuleret, & ſacrilegi Comitis crimen infamia notaret perpetua.

Ec-

Digitized by Google

omnibus poſſeſſionibus ſuis Eccleſie Magelle injuſte ablatum reſtituo pacifice tenendum in perpetuum. Cujus rei teſtes ſunt Boamundus Comes, Benedictus Prepoſitus Sancte Euſemie, Stephanus de Rapino, Rollandus, & Albertus Notarius.

Anno Dominiee Incarnationis MCXLIIII. Ego Boni Azonis Magell. do in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Rivo Rieti, tibi Alexander Prior, tuiſque Fratribus in perpetuum, quam ſcilicet terram, uſque in quartam generationem tenere debemus, poſtea in Eccleſia predicta libere remaneat. Ego Boni Azonis hoc ſcriptum confirmo, teſtes inde hujus ſunt, Robertus, Petrus, Bernardus.

Anno Dominice Incarnationis MCXLIIII. Ind. VII. Eterne retributionis deſiderio, ego Rogerius filius Algeri una cum Dompno Mayfredo. Eccleſiam Sancte Marie de Caldarariis (a) cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, dono Monaſterio Magelle, tibi Alexander Prior, & tuis Fratribus preſentibus, & futuris ſemper habendum. Ego Rogerius hoc ſcriptum confirmo; hujus teſtes ſunt Mayfredus Sacerdos, Joachim Sacerdos, Fiolſus Sacerdos, Thomas.

Incarnationis Dominice anno MCXLIIII. Ind. VII. Intuitu miſericordie Dei, ego Marſilius Miles filius Roberti offero Eccleſiam Sancte Helene in Monte Moreſco (b) cum omnibus poſſeſſionibus ſuis Magellano Monaſterio, tibi Alexander Prior venerabilis, ac tuis Fratribus perpetuo tenendam. Ego Marſilius hoc ſcriptum confirmo, cujus eeſtes ſunt Rogerius, Geffredus, Wilgelmus, Raynaldus, & ego qui & ſcripſi.

*Interea quaſdas * Eccleſias in ſolo Eccleſie noſtre fundatas (c) libet compendioſe notare,* * L. Quaſdam *ſcilicet apud Speleorum Eccleſiam Sancti Johannis; apud Bucclanum, Eccleſiam Sancti Blaſii; apud Caſulem, Eccleſiam Sancti Cataldi; apud Sanctum Angelum in Triſinio, Eccleſiam Sancti Bartholomei; & apud Bucclanum Eccleſiam Sancti Martini.*

Incarnationis Dominice anno MCXLV. Ind. VII. (d) Ego Bacolinus Gilberti filius offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle duos homines, ſcilicet Jeremiam, & Zacheum cum omnibus poſſeſſionibus ſuis apud Bucclanum, tibi Alexander Prior, tuiſque Fratribus perpetualiter. Teſtes hujus rei ſunt, Johannes Alberti Bajulus Dñi Reg., Benedictus Ptor.

*Anno Dominice Incarnationis MCXLV. Ego Tedemari Sacerdos offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam domum apud Bucclanum, & unam petiam de vineam * in Monte* * L. Vinea. *Rinulo, tibi Alexander Prior, tuiſque Fratribus perpetualiter habendum. Teſtee ſunt Johannes, Jeremias, Johannes de Fabrica, Johannes.*

Anno Dominice Incarnationis MCXLVI. Ego Gualterius Comes Comitis Roberti filius dono quandam petiam eerre apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Colle Sancte Agathe, in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Alexander, tuiſque Fratribus perpetuo poſſidendum. Ego Gualterius Comes hoc ſcriptum confirmo; hujus rei teſtes ſunt David Prepoſitus Sancti Angeli, Guido Sacerdos, Albertus Johannis Foll., Ricardus de Merulo.

Incarnationis Dominice anno MCXLVI. Ind. IX. Ego Benedictus Maſſari, pro mea, meorumque ſalute offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle caſam unam in territorio in Sancto Angelo in Triſinio, & unam vineam in Ruga Roſſani, & aliam vineam in Moro, & unam petiam terre in Acera, capientem in ſemine modios VI., tibi Alexander Prior, tuiſque Fratribus. Has quidem poſſeſſiones ego & mei heredes tenentes, annuatim de vinea duas ſomas vini, de terra Decimam predicte Eccleſie reddamus; nobis morientibus, Eccleſie libere remaneane. Sunt inde teſtes Albertus Johannis Foll., Albertus Guidonus, Johannes Benedictus Caſſinde, Aniba, Bañus Morelli, Johannes Diaconus.

*Anno Dominice Incarnationis MCXLVIII. Ind. XII. (e) Divina inſpiratus gratia ego Petrus Sacerdos, Sacerdoti * Johannis filius offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam* * L. Sacerdotis *domum, & dimidiam in Pizolo, & unam vineam ad Epiſcopale, & aliam vineam ad Campum Mannariſci, & aliam in Valle Camperei, & aliam ad Corneta, & unam petiam terre ad Sanctam Mariam in Baſſano, & aliam ad Fontem veterem, & aliam ad Foſſe, & unum ortum ad Portam Sianam, tibi Alexander Prior, & tuis Fratribus, tali ſcilicet conditione, quod dictas poſſeſſiones ego, & mei heredes in vita noſtra tenentes, decimationem ex eis, & denarios III.*

(a) Eccleſiam S. Mariæ *de Caldarariis* nominat Eugenius III. qui apud Gipſum illam collocat. Conſonant ceterorum Bullæ Pontificum.

(b) Si conſulantur Eugenii atque Alexandri III. Conſtitutiones, mira circa hanc Eccleſiam ubique conſenſio.

(c) Inter Eccleſias, quas præſens exhibet monumentum, eam dumtaxat, quæ S. Blaſii donatur nomine, commemorat Alexandri III. Bulla; de ceteris altum ſervat ſilentium. Idem de aliis Pontificum Romanorum Conſtitutionibus judicium eſto. Excidit nobis ſcribentibus notas ad Bullam Alexandrinam, ut S. Blaſii Eccleſiam, de qua hic, Donationi Marſilii Roberti filii referremus acceptam. Res ſecus habet; non enim ex Oblationibus, ſed acceſſionis jure hocce Sacellum Monaſterio Magellano eſt adjudicandum, cum ſolo Magellenſis Eccleſiæ fuerit inædificatum.

(d) Unitatis defectus quem Indictio præfefert, facile componitur, ſi quæ in hanc rem adnotavimus hic repetantur.

(e) Levis circa Indictionem diſſenſio. Etſi namque XII. hic deſignetur, cum alii nonniſi XI. enumerent, poteſt varietas citra erroris notam conciliari.

(a) In

rios III. Eccleſie Magelle annuatim perſolvamus; nobis morientibus, jam dicte Eccleſie libere in perpetuum remaneant. Teſtes harum rerum Berardus Archipresbiter, Adeodatus Presbiter, Ambroſius Presbiter, Benedictus Pretor, Machabeus.

Anno Dominice Incarnationis MCXLVIII. tertie (a) *Ind. Salutis voto ego Johannes Giſonis offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Macle, capientem in ſemine ſextar. VIIII., & unam caſam, tibi Alexander Prior, tuiſque Fratribus in perpetuum; de terra vero Decimam, de domo denarium unum annuatim, ego & mei heredes perſolvere ipſi Eccleſie teneamur; nobis autem obeuntibus, libere in Eccleſia predicta remaneant. Ego Johannes hoc ſcriptum confirmo, ſunt autem teſtes Wilgelmus Iſelberti, Petrus Presbiter, Johannes Burge.*

Anno Dominice Incarnationis MCXLVIII. Ind. XI. Salutis deſiderio ego Azo Amiconis, offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle apud Sanctum Martinum, ſitam in Beſera, unam petiam terre cum arboribus, tibi Johannes Prior, tuiſque Fratribus in perpetuum; hujus rei teſtes ſunt Petrus, Gualbertus, & ego Guimiſius Judex, & Notarius, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MCXLVIIII. Ind. XII. (b) *Pro ſalute animarum noſtrarum, ego Benedictus ſilius Triſte, una cum filiis meis, ſcilicet Gervaſio, Granetta, Abdenago, & Marducheo donamus in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle medietatem Eccleſie Sancti Jacobi* (c)*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam petiam terre ſitam in Calgun. capientem in ſemine ſrumenti modios II., tibi Alexander Prior, tuiſque Fratribus, ita ſcilicet, ut dictas poſſeſſiones ego, & mei heredes in vita noſtra tenentes, Decimam ex eis, & denarios III. predicte Eccleſie annuatim reddamus; poſt noſtrum obitum ei libere remaneant in eternum. Hujus rei teſtes Petrus Archipresbiter, Tedemar. Capell., Adeodatus Presbiter, Gerardus Presbiter, Jeremias Presbiter.*

Anno Dominice Incarnationis MCL. Ind. XII. (d) *Ego Gualterius ſilius Johannis Luponis do in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, Eccleſiam Sancti Martini apud Bucclanum* (e) *ad Cannaparam cum omnibus pertinentiis ſuis, tibi Alexander Prior, tuiſque Fratribus in eternum. Teſtes ſunt Petrus Archipresbiter, Adeodatus Presbiter, Jeremia Sacerdos.*

Incarnationis Dominice anno MCL. Ego Johannes Faydon. offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre ad Sanctum Martinum ſitam in Jolañ., tibi Alexander, tuiſque Fratribus in perpetuum. Sunt inde teſtes David Sacerdos, Johannes Abbas, Bernard.

Anno Incarnationis Dominice M.CLVI. Ind. VIIII. (f) *Obtentu eterne glorie ego Benedictus Maſſari trado unam petiam vinee apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Acera, in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Alexander Prior, & tuis Fratribus in perpetuum. Ego Benedictus hoc ſcriptum confirmo; ſunt autem teſtes, Albertus Johannis Foll., Albertus Guidon., Johannes Diaconus.*

Anno Dominice Incarnationis MCLIX. Ind. VII. Pro mea, meorumque Parentum ſalute ego Benedictus Maynardi offero in Eccleſia Domini Salvatoris de Magella unam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio, capientem in ſemine ſextar. IIII., tibi Alexander Prior, tuiſque Fratribus perpetuo poſſidendam. Ego Benedictus hoc ſcriptum confirmo; hujus teſtes ſunt Johannes Sacerdos, Paganus Sacerdos, Benedictus Sacerdos.

Anno Dominice Incarnationis MCLXI. Ind. IIII. (g) *Divina illuſtrati gratia nos Boamundus Manuplelli Comes, pro noſtra noſtrorumque ſalute, Vicennam unam apud Sanctum Angelum in Triſinio, ſitam in Colle Sancte Agathe, trado, dono, & perpetuo concedo in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Alexander Prior, tuiſque Fratribus ſemper habendam. Nos Boamundus Comes hoc ſcriptum confirmo. Sunt autem teſtes Sarracenus Miles, Petrus de Atiſſa, & ego Albertus, qui & ſcripſi, & ....*

Dominice Incarnationis anno MCLXIIII. Ind. XII. Regnum Celorum intrare cupiens ego Boamundus de Sancto Felice (h) *Dei gratia Monopelli Comes, Eccleſiam Sancti Egidii* (i) *ad Pon-*

(a) In ſuperiori monumento Indictionem XII., in ſequenti XI. Amanuenſis apponit. Elige utrum mavis, modo tertiam expungas, quæ hic deſignatur.

(b) Conſule quæ in ſuperioribus monumentis ad hunc ipſum annum adnotavimus.

(c) In Bulla Alexandri III. occurrit Eccleſia S. Jacobi penes Bucclanum. Num eadem ſit, quæ hic deſignatur, definire non licet; cum Oblationis charta, nullam, in quo ſita eſt S. Jacobi Eccleſia, locum indigitet.

(d) Unitas quæ hic deficit, etſi non addatur, poterit conciliari.

(e) Extitit olim *S. Martini* rurale Sacellum in territorio Bucclani, quod dirutum, nullis poſt ſe relictis veſtigiis, innuit Codex Viſitation. an. 1598. fol. 34. Nuſquam tamen ejuſmodi Sacelli Pontificum Diplomata meminere.

(f) Hoc anno IV. currit Indictio; quidquid ergo ſupereſt, inutile eſt ac reſecandum.

(g) Indictio VIIII. hic figenda. Ut mendam expungas, unitatibus numericam literam V. præponas, quam Amanuenſis omiſit.

(h) Alter Boamundus hic eſt a ſuperiori ſecernendus, ut ex cognomine diſſimili licet colligere. Prior Boamundus de Tarſia inter Monopelli Comites primus ordine, ut præmonuimus, recenſendus; hic vero Boamundus de S. Felice, ſecundum inter Monopelli Comites locum occupat. Ille, non etiam hic Boamundus, ſub Regibus Vvillelmo I. & II. nobile Juſtitiarii munus exercuit. Hæc quæ a clariſſimo Petro noſtro Pollidoro accepimus, nolumus miſſa facere; ut & monumenta quæ exſcribimus illuſtrentur, & quantum humaniſſimi Viri eruditioni, ac lucubrationibus debeamus, innoteſcat.

(i) Adeas Alexandri III. Bullam, & *S. Ægidii* Eccleſia in Manupelli vicinia poſita occurret legenti. Cur hocce Sacellum Eugenius prætereat, recenſeat vero Alexander, jam in noſtris ad Alexandrinam Bullam animadverſionibus explicavimus.

(a) An-

Pontem Aſcari in territorio Monoplelli, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, trado, & perpetuo concedo Eccleſie Magelle, tibi Alexander venerabilis Prior, & tuis Fratribus preſentibus, & futuris pacifice in ſeculo tenendam. Donationis mee hoc ſcriptum ego Boamundus Comes confirmo, cujus teſtes ſunt Tranſmundus Gusberti, Riccardus Marellani, Waltius Berbecca, Guido, & ego Rolandus, qui & ſcripſi.

Anno Dominice Incarnationis MCLXVII. Ind. IX. (a) *Pro impetranda Dei miſericordia, ego Sikilgayta offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle ortum unum pro faciendo molendino apud Faram, tibi Raneri Prior, tuiſque Fratribus preſentibus, & futuris perpetuo tenendum. Cujus rei teſtes ſunt Malfridus, Tranſmundus, Raynaldus, & ego Indolfus Judex & Notarius ſcripſi.*

XXI. Monumentum, de cujus ætate dubium moveri poteſt, hic ducimus aſſuendum. Ejus materies ac ſcopus circa libertatem Magellani Monaſterii, cujus Bona ac latifundia a quocumque onere, ac cenſu eximuntur, occupatur. Privilegii author eſt Willelmus Siciliæ Rex, non ille quidem, ut putamus, qui ex pravis moribus cognomento Malus appellatur, ſed alter Willelmus prioris filius, de cujus pietate ac religionis zelo Eccleſia ſibi gratulatur. Incertum vero eſt quo anno Willelmi Diploma procuſum fuerit, cum nec annorum Chriſti, nec Willelmi annorum ulla incidat mentio, ſed ſola Indictio ordine quinta deſignetur. Si Indictionem hanc cum Æræ chriſtianæ annis conferamus, ea aut cum anno 1172., aut 1187. bene componitur. Nec Willelmi ætas repugnat, cum Regni initia ab an. 1166. primum ducenda, ad annum uſque 1187. exeuntem protendantur: Utramque ſupputationem citra erroris notam, ni meliora ſuccurrant indicia, ſequi licet. Nos remotiorem eligimus; atque ad annum 1172. præſens rejicimus monumentum. Veroſimilius namque putamus, regiam Willelmi munificentiam ad Regni initia potius, quam ad annum 1187. qui poſtremus atque emortualis illi fuit, revocare. Quamvis fateamur, fieri potuiſſe, ut menſe Majo Willelmus Diploma conceſſerit, & menſe Novembris an. 1187. diem obierit extremum. Privilegii ſeriem ex authentica copia quæ in Archivo noſtro aſſervatur, atque alteri Friderici II. Diplomati, de quo infra, ſociatur, hic damus.

Monumenti infra recenſendi ætas ſtatuitur.

„ XXII. Guillelmus Dei gratia Rex Sicilie, Ducatus Apulie, & Principatus Capue, „ Prelatis Eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Bajulis, & univerſis quibuſcumque preſens ſcriptum oſtenſum fuerit fidelibus noſtris, ſalutem, & dilectionem. „ Omnipotenti Deo complacere cupientes, qui ſua nos dignatione ad Regni faſtigia ſublimavit, Sacroſanctas Eccleſias, & loca venerabilia divino cultu conſecrata, regali deſideramus protectione, & ſcripto munire. Inde eſt quod venerabile Monaſterium Sancti Salvatoris de Monte Magelle, Abbatem, & Monachos, & ſucceſſores eorum, cum „ omnibus Bonis predicti Monaſterii, ſub ſpeciali protectione culminis noſtri ſuſcipimus, „ & preſenti ſcripto eidem Monaſterio omnia Bona, que nunc habet, vel que deinceps „ ad ipſum pertinere noſcentur, firmiter, & libere confirmamus; liberantes jam dictum „ Monaſterium cum hobedientiis, & caſalibus ejus ab omni dominio, ſubjectione, ſervitute, & quibuſcumque collectis, veſſationibus, & exactionibus omnium illorum, qui „ ipſum Monaſterium preſument agravare. Mandamus itaque univerſitati veſtre, & ſub „ obtentu regie gratie firmiter, & diſtricte precipimus, ut predicto Monaſterio, & ejus „ poſſeſſionibus nullum injuſtum, vel moleſtum preſumatis inferre. Si quis autem huic „ celſitudinis noſtre mandato temerarius oviator extiterit, noſtri culminis iram, & indignationem incurret, atque puniendam contumaciam ſuam centum libras auri componet, medietatem videlicet Camere noſtre, reliquam vero medietatem Monaſterio, „ cui dampnum, vel injuriam irrogaverit. Ad hujuſmodi autem ſcripti memoriam, preſentem paginam noſtro ſigillo juſſimus communiri. Datum apud Barolum quintodecimo die menſis Madii Indictionis quinte.

Guillelmi Diploma pro Majellana Abbatia libertate.

Anno Dominice Incarnationis MCLXXVII. Ind. X. Deo nos inſpirante, ego Ugo de Quat... filius Berardi una cum uxore mea Magalta, & filiabus meis Sibilla, Finitia, Adiliza, pro ſalute animarum noſtrarum donamus, & perpetuo concedimus de noſtra hereditate, quoddam tenimentum apud Giſſum, in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle, tibi Tranſmunde Abbas, & tuis Fratribus preſentibus, & futuris ſemper pacifice poſſidendum. Terminatur autem ſic: A capite via publica; ab uno latere Foſſatum de Valle Gaydonis; ab alio vero latere Rivus de Valle Merula; in pede autem conjungitur utraque Vallis. Teſtes ſunt inde Rogerius Miles de Monte nero, Symeon Miles, Ubertus Abbas Sancte Marie, Johannes Presbiter, Jacobus Presbiter, Benedictus Presbiter, Rogerius Miles, & Robertus Miles.

An-

(a) Anno huic I. reſpondet Indictio. Quæ igitur poſt unitatem ſequitur nota numerica X., omnino expungenda.

(a) Fa-

Anno Dominice Incarnationis MC. octogeſimo III. Ego Benedictus Johannis Servati filius, pro mea, meorumque ſalute dono in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam vineam apud Sanctum Angelum in Triſinio in Valle de Puteo, tibi Tranſmunde Abbas, tuiſque Fratribus in perpetuum. Sunt autem teſtes Robertus Dodi, Petrus Dodi, Robertus, Maſſarellus . . . . . .

Nova pro juriſdictione Abbatia argumenta.

XXIII. Ad aliud interim, temporum ratione ita ſuadente, divertimus monumentum, ex quo Magellani Cœnobii juriſdictio, ac jura multum illuſtrantur. Mutilum alicubi eſt, quod vehementer dolemus; nec licuit nobis aliunde aut integritatem illi reſtituere, aut lacunas implere. Præſtat tamen mancum exſcribere, quam omnino miſſum facere. Ex Archivo Baſilicæ noſtræ erutum hic ſubjicimus, poſtquam nonnulla ſcitu digna, quæ ad pleniorem Concordiæ intelligentiam conferre poſſunt, præmiſerimus.

XXIV. Multas apud Cominæ, multas item apud Pinnæ Caſtrum Eccleſias, Majellano Abbati fuiſſe ſubjectas, patet ex Oblationum ſerie quam ſupra protulimus; patet item e Summorum Pontificum Bullis, quas ſuo loco evulgavimus. Præcipuam tamen in Caſtrum utrumque, Pennæ nimirum ac Fameclani Eccleſia Majellana exercuit juriſdictionem; quod haud obſcure innuunt verba illa Pontificiis Conſtitutionibus adpoſita, quæ inter Majellani Monaſterii membra enumerant *Aram Pinnæ cum ſubjacenti Podio Fameclani.* Quænam vero juriſdictio, ſive in Caſtra, ſive in ſubditas Eccleſias Majellano Cœnobio tribuenda ſit, & quouſque ea protendatur, ſequens aperit monumentum, quod idcirco ſuſcipimus illuſtrandum.

Diſſidium inter Raynaldum de Lecto & Tranſmundum Abbatem componitur.

XXV. Caſtra Cominarum, Pinnæ, ac Fameclani juvat ab eorum Territoriis ſecernere. Nulla aut fere nulla Majellano Abbati inerat juriſdictio in Caſtrum Cominæ; multa vero, & quæ ab Epiſcopali non differt, in Caſtra Pinnæ & Fameclani pollebat auctoritate. Liquet id ex Concordiæ infra recenſendæ tenore; atque ex Apoſtolicarum Conſtitutionum verbis, quæ nuper exſcripſimus, haud obſcure colligitur. Quo vero ad Caſtrorum territoria, quæcumque tandem illa eſſet, ſatis ampla eorum pars Abbatiæ S. Salvatoris obnoxia erat ob Eccleſias ibi inædificatas, latoſque fundos Eccleſiis adpoſitos, & populum ſatis frequentem qui aut agris excolendis, aut Monachorum ſervitiis præſtandis erat addictus. Quocirca hæc Caſtrorum territoria duplici ſerviebant Domino, Raynaldo quidem, cui cognomen de Lecto, de quo infra in notis, jure feudali; Abbati vero Majellano, jure proprietatis ac Privilegiorum. Hinc non levis controverſiarum ac diſſenſionis occaſio. Res tandem hac lege compoſita eſt, ut Raynaldus ab iis, qui intra fines Monaſterii S. Clementis degebant, hominibus, militare ſubſidium pro Regio exercitu, & certa quædam pro familiæ ſuæ commodis ſtipendia reciperet; tum etiam ut pecuniariæ pœnæ, quæ pro criminibus ſolvenda erat, dimidium ſibi vendicaret. Ipſa vero judicii exercendi poteſtas penes Præſidem eſſet, quem Majellanum Monaſterium in ipſomet Caſtro Cominæ in Judicem delegiſſet. Cetera Juriſdictioni Abbatis Majellani ſarta tectaque reſervantur. Quo pertinent Miniſtrorum electio: ſubditorum de fidelitate ſervanda Sacramentum: Canonum ſolutio, & his ſimilia, quorum in ſubjecti contractus tenore expreſſa ſit mentio. Splendidum ſane amplioris authoritatis, quam Majellano Cœnobio Pontificum Bullæ, Regum Diplomata, & Fidelium Oblationes contulerant, argumentum.

Concordiæ tenor profertur.

„ XXVI. ✠ In Dei nomine, & Individue Trinitatis. Anno Dominice Incarnationis M.C. „ octuageſimo tertio menſe Julii Indictionis prime. Coram preſentia egregii Domini Comitis Petri Monopelli, & ſubſcriptorum teſtium Baronum videlicet, & aliorum proborum Virorum, aput Sanctum Angelum in Triſinio. Pro plurimis querimoniis & „ queſtionibus, que inter Tranſmundum venerabilem Magellenſis Eccleſie Abbatem, & „ Rainaldum de Lecto (*a*) mote fuerant, videlicet de Eccleſiis cum tenimentis ſuis, & hominibus, quos Magellenſis Eccleſia apud Comenam, & Pennam tenet, ad talem tandem devenere concordiam, quod Magellenſis Eccleſia debeat ordinare Monachum (*b*) in „ Eccleſia S. Clementis pro velle ſuo, & quod non debeat ipſum deſtituere de ipſa Eccleſia, niſi tale faciat foriſfactum; quo Capituli Magellenſis judicio deſtituatur. Simi- „ liter

(*a*) Familia de Lecto inter nobiliſſimas atque præcipuas Anxani familias numeratur. Ab Oppido Lecto in Aprutina provincia, ubi ortum duxit, aut verius ubi dominatum exercuit, cognomen traxit. Conſulendus Franciſcus de Petris in ſua Neapolitana Hiſtoria, ubi multa de hujuſce Familiæ nobilitate ac dignitate producit. Quod vero ad Raynaldum hunc attinet, vel ex contractus hujuſce conditionibus ſatis manifeſtum eſt, multa illum authoritate fuiſſe conſpicuum; quum in Teatinæ Provinciæ Caſtris, ſi pauca excipias, late dominaretur; atque a ſubjecto ſibi populo fidelitatis juramentum exigeret, & a criminoſis multas ſibi perſolvendas repeteret.

(*b*) Putares *Ordinare Monachum* perinde eſſe ac Monachum inſtituere; nec a nobis hæc vocis ſignificatio multum aliena eſt. Quia vero in hac contractus charta nedum ordinandi, ſed & Monachum deſtituendi tribuitur authoritas, nec, proprie loquendo, deſtituitur, niſi qui ab Eccleſiaſtico Officio dejicitur, eorum conjecturam haud improbamus, qui Monachum ordinare perinde accipiunt ac Monachum animarum gubernio præficere.

(*a*) In

„ liter habet poteſtatem ordinandi Monachum pro velle ſuo in Eccleſia S. Marie de „ Plano. In Eccleſia vero S. Lucie de Caſtello Comene debet ipſe Abbas ordinare „ Presbyterum (*a*), & in Eccleſia S. Lucie de Strada ſimiliter, quod ſint habitatores Co- „ mene; & ut ipſi Presbyteri faciant fidelitatem Abbati & Magellenſi Eccleſie. Homi- „ nes autem preſate Eccleſie Sancti Clementis debeant facere fidelitatem eidem Magel- „ lenſi Eccleſie, & ſervitia, & redditus, ſilicet panis & vini, nummorum, & exennia „ Natalis Domini, & Sancte Marie ſicut decet, & unicuique Feudo attinet, & in Car- „ nis Levamine (*b*) prout conſueverant redere. A quibus namque hominibus ipſe Rainaldus „ de Lecto habere debeat ajutorium pro regali exercitu (*c*), & pro filia maritanda, „ & filio ſuo milite faciendo, & pro emenda Terra, & Caſtellania.

„ Et ſicut ab hominibus ſuis de Comina receperit adjutorium, ita juxte, & me- „ diocriter ab his accipere debeat. Etſi homines illi aliquid ſoriſfactum (*d*) commiſe- „ rint, debent in curia Eccleſie conveniri; ita quod eidem Eccleſie S. Lucie Prepoſitus „ apud Cominam, Curiam teneat, & quidquid pro eorum forisfactis Eccleſia lucrabi- „ tur, Prepoſitus habeat medietatem, & Rainaldus de Lecto medietatem. In Eccleſia „ autem S. Marie de la Vella, que eſt in tenimento de Penna, ipſe Abbas debeat ordi- „ nare Monachum (*e*) pro velle ſuo, & ipſe Monachus Sacramento, quod Rainaldo de Le- „ cto fecerat, abſolvatur, & nullus alius Monachus ibi conſtituatur . . . ordinare Presby- „ terum . . . quam Magellenſis Eccleſia debet habere . . . . pedibus „ plenam vino. Et in Eccleſia S. Johannis (*f*) . . . . Silveſtri debet facere . . . . „ . . . . . . atem Eccleſie Magellenſi. Et omnes redditus, ſervitia, ac debita, que Ma- „ gellenſis Eccleſia ab hominibus de Labella * *accipere & exigere* conſueverat, *ſicut antea* „ *integre* debet habere. De Caſtello namque Penne, & FameccIani jura Epiſcopalia, & „ reſponſiones habere debet; ita quod neutra pars jam dictam concordiam frangere „ preſumat. Quecumque partium fregerit hanc concordiam, & bis judicialiter una ab „ altera parte requiſita ut emendet, pars namque que maleficium noluerit emendare, „ tribuat *alteri parti* ſub nomine pene regales L. & concordia firma perpetualiter ma- „ neat.

* Quæ diſſimili charactere notantur verba, a nobis fuere addita.

„ ✠ Signum manus Ugonis filius Attonis teſtis.
„ ✠ Signum manus Gualteri Goriani * teſtis.
„ ✠ Signum manus Rogerii de Moſelio teſtis.
„ ✠ Signum manus Berardi de Rajaut teſtis.
„ ✠ Signum manus Vari de Comen. teſtis.
„ ✠ Signum manus Ber. Enrici teſtis.
„ ✠ Signum manus . . . . . . de Grelis teſtis.

* Al. Gorciani.

„ Hoc namque ſcriptum precibus, & pari ac communi utriuſque partis voluntate „ videlicet Transmundi venerabilis Magellenſis Eccleſie Abbatis, & ipſius Rainaldi de „ Lecto, ✠ Ego Boamundus Judex, & Notarius ſcripſi, & ſignum Crucis manu pro- „ pria feci.

„ Signum manus Adenulfi filii Caſtoris teſtis.

Anno Dominice Incarnationis MCLXXXVI. Ind. III. (*g*) *Ego Alduinus una cum matre mea Margarita pro noſtra ſalute dono, & dimitto Eccleſie Domini Salvatoris Magelle Moleturam de Demanio Caſtellar, tibi Transmunde Abbas tuiſque Fratribus preſentibus, & futuris pro nobis orantibus in perpetuum. Teſtes ſunt Symon de Rivo nigro, Raynaldus Oder., Johannes, Petrus Johannis, Sanſo, Egidius, & ego Rainaldus Sacerdos, qui & ſcripſi.*

Incar-

(*a*) In hac *S. Luciæ* Eccleſia quæ in Cominæ Caſtro ſita eſt, ſicut & in alia quæ *S. Luciæ de Strada* donatur nomine, non Monachus, ſed Presbyter præſcribitur *Ordinandus*. Utraque Eccleſia iſthæc Monaſterio erat deſtituta; hinc Parochiale munus non Monacho, ſed ſeculari Presbytero exercendum committitur. Hæc conjectura animadverſionem ſupra traditam ſub litera *b* illuſtrat atque confirmat.

(*b*) *Carnis levamen* Bacchanalium tempus deſignat; ex quo nomine paulisper corrupto, vulgatum atque Italicum vocabulum *Carnevale* defluxit.

(*c*) Jam tum a Guilielmi I. & II. Siciliæ Regum ætate mos invaluit, ut Feuda, ac Barones ad Regii exercitus augmentum Milites ſuppeditarent. Multa in rem hanc producit monumenta ex Regio Archivo Neapolitano Carolus Borellus in ſuis Neapolitanæ nobilitatis vindiciis, qui pag. 102. ſub tit. de Juſtitia Comitis Boamundi obſervat, ex Caſtro Cominæ militem unum, duos vero ex Pinnæ Caſtro milites eſſe concedendos. Vel ex hoc argumento, Raynaldi dignitas ac dominatus poterit demonſtrari.

(*d*) *Foris factum* crimen eſt fori judicio puniendum. Hinc nomen italicum *Forfante*, & *Forfanteria* ſuam traxit originem.

(*e*) Monachus non Presbyter huic Eccleſiæ *S. Mariæ della Vella* præficitur, quod hæc eadem Eccleſia Monaſterium ſatis emplum, ac bonis inſtructum haberet adnexum. Hac de re pluribus infra.

(*f*) E duabus, quæ hic nominantur, Eccleſiis, prior *S. Joanni* Sacra, Monaſterio S. Mariæ della Vella, proindeque & ipſi Abbatiæ Majellanæ, ut ex infra dicendis patebit, ſubdita erat: Altera vero *S. Silveſtro* dicata, ipſam, ut putamus, Eccleſiam indicat extra Pinnæ Caſtrum poſitam, quæ in Parochiam, ſervato Archipresbyteratus titulo, evaſit. Conſulendus Codex Viſitation. an. 1598. ſol. 39. ubi ruralis Eccleſiæ S. Joannis, quæ eadem forte eſt, quam modo commemoravimus, titulus ac Beneficium, vetuſto illo Sacello jam diruto, in principem & Parochialem S. Silveſtri Eccleſiam dicitur translatum.

(*g*) Unitas deeſt. Diſcrimen forte repetas a diſſimili ſupputandi ratione.

(*a*) Uni-

Incarnationis Dominice An. MCXCIII. Ind. XI. Ego Johannes Sacerdos, Robertus, Jechonia, & Maſſarellus filius Maſſari, pro noſtra redemptione offerimus in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle apud Sanctum Angelum in Triſinio, unam vineam in Fren. juxta vineam de Toſo, & unam petiam terre in Circlara, tibi Tranſmuude Abbas, tuiſque Fratribus in perpetuum; detinentes has poſſeſſiones nos noſtrique heredes, de terra Decimam, de vinea denarium I. ipſi Eccleſie reddamus. Sunt autem Teſtes Petrus Dodi, Robertus Dodi, Robertus, Maſſarellus.

Anno Dominice Incarnationis MC. nonageſimo V. Ind. XIIII. (a) *Dei gratia inſpirati, ego Gentilis, & ego Manerius de Palleara* (b) *Monoplelli Comites, venerabili Monaſterio Domini Salvatoris de Magella quoddam tenimentum injuſte ſibi ablatum reddimus tibi Tranſmunde Abbas, tuiſque Fratribus id aſſignantes, ut vos, veſtrique ſucceſſores illud ſemper pacifice poſſideatis; dictum ſiquidem tenimentum ſicut Scriptorum teſtatione, & multorum veridica relatione cognovimus, Comes Boamundus de Tarſi, & Comes Boamundus de Sancto Felice, ac Letitia Comitiſſa, Monaſterio prefato manu pietatis donaverunt* (c), *& propriam ſinguli donationem ſcripto firmaverunt. Eſt autem in primis tenimentum in pertinentia de Caſule juſta Guarennam, quod ſic terminatur: Incipit enim a Rivo de Colle Donneco, & per ipſam voraginem vadit in viam de Monte Sieco, & inde deſcendit per Quereus cruciatas in ipſa valle de Gaminata, deinde aſcendit ad lacum, quod eſt in vertice collis Siecloli cum toto eodem colle uſque ad vallem terre Sancti Juſtini, & uſque tenimentum Sancti Euſanii. Hujus reſtitutionis noſtre ſcriptum ego Gentilis, & ego Manerius confirmamus, hujus rei teſtes ſunt . . . .*

Alterius monumenti ætas definitur.

XXVII. Fundi reſtitutio, de qua in ſuperiori mooumento, Gentilem ac Manerium Comitem, æquos probat; quæ vero ex alio monumento Archivi noſtri deprompta, ſequitur donatio, eoſdem Gentilem atque Manerium oſtendit munificos. Multa Abbatiæ Magellanæ offerunt: Sacellum S. Crucis in territorio Caſtri la Roma donant: Decimam ſpondent: grana quindecim auri quotannis ſe daturos pollicentur. Eccleſiæ quidem Sanctæ Crucis, de qua hic, nulla io Diplomatibus Innocentii, & Alexandri III. fit mentio; eam tamen monumentum, quod iofra ad ann. 1225. producemus, commemorat. Poſſet de hujuſce Oblationis ætate dubium ſuboriri, ſit ne ad hunc ipſum, in quo verſamur, anoum 1195. revocanda, an potius ad ſeculum Eccleſiæ XIV. juxta temporis deſignationem initio Oblationis appoſitam, producenda? Huic, quem attigimus, hæremus anno, quum ſolidæ oos urgeant conjecturæ, ut in Chronologia, quam monumentum præſefert, mendam eamque enormiſſimam deprehendamus. Quo enim tandem hi ſpectant numeri MCCCL. nonageſimo V. qui ſub initium occurrunt? Quæ nam Gentilis & Manerii ætas, niſi hæc eadem ad quam pervenimus? Ita ergo caſtigandus error; annus MCXCV. ſtatuendus, expuncta mendoſa illa quam exſcripſimus Chronologia. Jam vero ad monumentum inſpiciendum accedamus.

Gentilis & Manerius Comites in Magellanum Monaſterium munifici.

„ XXVIII. Anno Dominice Incarnationis MCCCL. nonageſimo V. (d) Indictiooe VII.
„ Spiritus ubi vult ſpirat. Dei gratia inſpirati, ego Gentilis, & ego Manerius de Pal-
„ lar &c. Venerabili Monaſterio Domini Salvatoris de Monte Magellæ damus, & conce-
„ dimus Eccleſiam Sancte Crucis ſitam, & poſitam in territorio, ſeu pertinentiis La-
„ rom., tibi Aleſanter Prior, tuiſque Fratribus in eternum; hac concedimus, & da-
„ mus Decimam dicti Territorii, & terminatur ſic; incipit enim a Strada qua itur ad
„ Capraticum, & deinde deſcendit ad murum Sarraceneſcum, & decurrit in altitu-
„ dine uſque in capite Riparum *, pacifice & quiete poſſideatis; deinde quod io feſtivi-
„ tate Domini noſtri Jeſu Chriſti damus in Oblationem grana aurey quindecim dicti
„ Monaſterii pro ſolutione Decime.
„ Ego Johannes Preſpiter teſtis ✣.
„ Johannes Sacerdos ✣.
„ . . . . ✣.

* *Sup. ut*

Incar-

(a) Unitas hic ſupereſt in Indictione; levior tamen exceſſus, qui ex tradito Canone facile conciliatur.

(b) Ex Oppido Palearia, italice *Pagliete* ad Sacri ſive Sangri fluminis ripas poſito, huic familiæ, de cujus nobilitate ac Viris illuſtribus multa profert Jo. Baptiſta Pollidorus in Diſſertatione de Abbatia S. Joannis in Venere, nomen inditum. Circa finem XII. Eccleſiæ ſeculi, Stirpis de Palearia opes auctæ, & Dignitas nova ſuſcepit incrementa; quandoquidem gentilitio Comitatui inſignis Manuplelli Comitatus acceſſit. Inter Manuplelli Comites Gentilis de Palearia circa an. 1190. omnium primus occurrit; Hoc vero anno 1195. Gentilis, & Manerius ſeſe nobis offerunt. Ex quo licet colligere, Manuplelli Comitatum ſingulari quodam privilegio in hac Stirpe hereditario jure perſtitiſſe; quum aliis Comitibus nonniſi ad eorum vitam concederetur.

(c) Multa quidem Boamundus de Tarſi; nonnihil etiam Boamundus a S. Felice dono dedit Magellano Cœnobio, ut ex Oblationem ſerie, quam haſtenus coordinavimus, compertum eſt; nuſquam vero Donationis, quæ hic commemoratur, occurrit mentio. Oportet igitur ut & prolixior ea fuerit, & ampliorem impleverit paginam, quæ ad Monachorum manus non pervenit, aut ſi pervenit, intercidit. Miramur vero ſingularem Gentilis & Manerii Comitem pietatem; quum & fundum reſtituant, & injuſte ablatum ultro fateantur.

(d) Conſule quæ in ſuperiori paragrapho circa Chronologiam adnotantur.

(e) Exce-

Incarnationis Dominice anno MCXCV. Ind. XIII. Ego Gualterius Bartholomeī filius, trado, & concedo in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle unam petiam terre apud Sanctum Angelum in Triſinio in pertinentia de Crunialeta, & aliam petiam terre cum vinea, ſitam in Colle Sancte Agathe, & aliam petiam, que eſt in Ceſa, tali conditione, ut tam ego, quam mei heredes de predictis terrarum poſſeſſionibus Decimam, de vinea duo ſtar. Muſti annuatim reddamus; nobis autem morientibus, vel Caſtellum predictum relinquentibus, dicte poſſeſſiones in ipſa Eccleſia libere remaneant. Sunt inde teſtes, Thomas, Benedictus, & Johannes.

Incarnationis Dominice an. MCXCVI. Indict. XV. (a) *Ego Bammus Maſſari filius, pro mea, meorumque Parentum ſalute offero in Eccleſia Domini Salvatoris Magelle quaſdam poſſeſſiones, quas ego, & mei Parentes in Sancto Angelo in Triſinio comparavimus, videlicet duas petias terre ad Caſam Ceſridi juxta terram Johannis Guidonis, & aliam apud Jubulum juxta terram Riccardi, & aliam in Carapello, juxta terram Thome, de quibus decimationem ipſi Eccleſie reddamus; item duo Caſalina in predicto Caſtello ibidem dono, unum juxta Domum Wilgelmi de Amico, alind juxta Caſile Johannis Benedict. Has poſſeſſiones ego Bammus, meique heredes tenentes in vita noſtra, nobis obeuntibus, vel Caſtellum relinquentibus, tibi Tranſmunde Abbas, tuiſque Fratribus perpetuo libere remaneant. Sunt inde teſtes Caropſus, Thomas, Johannes Bitton.*

Ad alia monumenta, ſervata temporis ratione, progredimur Diſſertatio.

XXIX. Huc uſque Oblationum ſeries protenditur, quam ex vetuſto libello exſcripſimus, & illuſtravimus; non ideo tamen monumentis, quæ ad notionem Abbatiæ Majellanæ conſerre poſſunt, finis imponitur. Multa adhuc ſuperſunt, quæ ex Tabulario S. Petri ſelecta, atque huc tranſlata, nedum venerandæ antiquitatis ſtudioſis prodeſſe poſſunt, ſed & Baſilicæ noſtræ juribus, ac Dignitati præſidio ſunt. Fatemur, ſeculo Eccleſiæ XIII., ad quod progredimur, nulla nobis præſto eſſe monumenta, quæ Magellano Cœnobio aut novam concilient juriſdictionem, aut ditionis fines protendant: ſunt tamen, & quidem bene multa, quæ vetera confirmant jura, & Monaſterii emolumenta ſin minus adaugent, ſaltem explicant. Hæc inter, primum obtinet locum Diploma Friderici II. Imperatoris, quod Willelmi Siciliæ Regis Privilegia Abbatiæ noſtræ collata, perpetuo confirmat. Monumenti ætas definita eſt; jam enim annum Æræ chriſtianæ 1222. habet ſubſcriptum; quo tempore Fridericus tertium in Imperio agebat annum; qua de re clarius infra. Diplomatis hæc ſeries, ac tenor:

Friderici II. Diploma.

„ XXX. Fredericus Dei gratia Romanor. Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Sici-
„ liæ, per preſens ſcriptum notum facimus tam preſentibus, quam futuris fidelibus no-
„ ſtris, quod Rainaldus venerabilis Abbas Monaſterii *Sancti Salvatoris* de Magella fide-
„ liter *, ac ad preſentiam noſtre Mageſtatis accedens, oſtendit nobis quoddam ſcriptum
„ Regis Guillelmi Secundi conſobrini noſtri, ſupplicans ut quoniam incipiebat vetuſtate
„ conſumi, ipſum ſibi, & Monaſterio ſuo innovare, & confirmare dignaremur, cujus con-
„ tinentia talis erat. *Guillelmus Dei gratia Rex Sicilie &c.* (*Privilegii tenorem jam ſupra*
„ *dedimus pag.*XXV. *hic conſulenda*). Nos igitur ſupplicationem predicti Abbatis tanquam fa-
„ vorabilem benignius admictentes, predictum ſcriptum prout ſuperius continetur, ſibi
„ & predicto Monaſterio ſuo de ſolita benignitatis noſtre gratia innovare duximus, &
„ perpetuo confirmandum; mandantes, & preſentis ſcripti auctoritate firmiter injungen-
„ tes, ut nullus de cetero predictum Abbatem, & ſucceſſores ejus, necnon Monaſte-
„ rium memoratum, de predictis omnibus impedire, aut moleſtare preſumat, quod qui
„ preſumpſerit, indignationem noſtram ſe noverit incurſurum. Ad cujus noſtre innova-
„ tionis, & confirmationis memoriam, & inviolabile firmamentum, preſens ſcriptum
„ exinde fieri fecimus ſigillo noſtre celſitudinis roboratum. Data Capue poſt Cur. ibi-
„ dem celebratam anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo ſecundo,
„ menſe Martii, decime Indictionis.

* *L. forte, fidelis noſter.*

Oborta inter Magellæ Abbatem, & Manupelli Comitem controverſiæ ſumma capita.

XXXI. Sequenti anno, hoc eſt 1223. gravi inter Manupelli Comitem Berardum nomine, & Raynaldum Abbatem Magellanum oborta controverſia, quum ea privatis partium ſtudiis ſedari non poſſet, ad magni Juſtitiarii, cui ſumma ex Guillelmi Regis II. Conſtitutionibus (b) inerat authoritas, cauſa delata eſt. Multa ac graviſſima controverſiæ cauſa prolata: De fidelitatis juramento Manupelli Comiti præſtando: De auxiliis ad bellum parandis ab incolis Caſtrorum Collis Milonis, & S. Pancratii: De Judice in Criminalibus cauſſis contra Majellanæ Abbatiæ ſubditos ab eodem Comite deſignando. Iniqua

(a) Exceedit unitas in annis Indictionis hic deſignandis. Quæ toties in ejuſmodi exceſſibus adnotavimus, conſulantur; jam enim pudet crambem toties recoquere.
(b) Apud Cangium. V. *Juſtitiarius Magiſter*.

(a) Henri.

qua profecto Berardi poſtulata, vel ipſa demonſtrat concordia, quam adinvicem iniere Raymundus de Lecto, & Abbas Magellanus, de qua nos ſupra egimus ad annum Chriſti 1183. Conſtat enim nonniſi a Cominæ habitatoribus militare ſubſidium eſſe præſtandum; nec ab aliis cognoſcenda crimina, quam a Præſide, qnem Magellana Eccleſia in Feudo Cominæ conſtituiſſet. Quod vero ad juramentum attinet de fide Manupelli Comiti præſtanda, altum in concordia ſilentium. Re ad trutinam revocata, Comes Berardus cauſſa cadit; plenaqne libertas, ac in ſubditos uriſdictio, Majellano Abbati adjudicatur. En luculentiſſimum pro Majellani Cœnobii juribus teſtimonium. Univerſam judicialis ſententiæ ſeriem, cum iis quæ ſententiam ſequuta ſunt, ex authentica Archivi noſtri copia erutam, hic damus.

Sententiæ favore Abbatiæ promulgatæ series exſcribitur.

XXXII. *In Dei nomine Amen. Anno a Nativitate ejnſdem milleſimo quingenteſimo quinto, regnante Sereniſſimo ac Captolico Domino noſtro Ferdimando de Aragonia invictiſſimo, Dei gratia Yſpanie, ac hnjus Regni Sicilie Rege, regiorum vero annorum ſnorum hujus Regni Sicilie anno tertio ſeliciter, Amen. Apud Monaſterium Sancti Salvatoris de Magella Theatin. Dieceſis, die decimo tertio menſis Decembris Indictionis none. Nos Urbanns Bartholomei de Caſtro Preturi electus, & depntatus ad preſentem contractum pro illiterato Judice, in defectn annalis Jndicis Caſtri predicti, Joannes Antonius de Sempronio de Caramanico pnplicus ubilibet per totum Regnum Sicilie citra Farum regia auctoritate Notarius, & teſtes infraſcripti, videlicet Vincentius Salvatoris, Magiſter Ciccus, Bartholomeus Urbani de predicto Caſtro Preturi, & Sanctes del Conte de Caſtro Penne ad hoc vocati, habiti ſpecialiter, & rogati; Preſenti ſcripto pnplico declaramus, notum facimus, & teſtamur, atque ſatemur, quod die, & loco predictis, in noſtrum quorum ſupra Judicis, Notarii, & teſtium preſentia perſonaliter conſtitutus venerabilis Vir Frater Alexander de Pretnro Abbas venerabilis Monaſterii Sancti Salvatoris de Magella Ordinis Sancti Benedicti, & coram nobis oſtendit, & preſentavit, & nobis legi ſecit puplice quamdam Sententiam ſcriptam in carta de pergameno, latam, & recitatam in ſavorem Monaſterii predicti per recolendam memoriam Domini Domini Federici Sereniſſimi Romanor. Imperatoris ſemper Augusti, Regis Sicilie, non abraſam, nec in aliqna ſni parte ſuſpectam, & petiit dictam Sententiam tranſumptari, & in puplicam ſormam redigi, quam vidimus, legimus, & diligenter inſpeximus, cnjus ſententie erat per omnia tenoris *, & continentie infraſcripte, videlicet.* „ In no-

** Menda hic expungenda.*

„ mine Domini Dei eterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno ab Incarnatione ejus
„ milleſimo ducenteſimo viceſimo tertio menſe Julii undecime Indictionis. Imperante
„ Domino noſtro Federico Dei gratia Sereniſſimo Roman. Imperatore ſemper Augu-
„ ſto, & Rege Sicilie, Imperii ejus anno tertio, Regni vero viceſimo quinto ſeliciter,
„ Amen. (a) Dum nos Henricus de Morr. magne Imperialis Curie Magiſter Juſtitia-
„ rius apud Ceſaream Cur. regeremus, aſſidente nobis Magiſtro Petro de Sancto Germano
„ ejuſdem magne Imperialis Curie Judice, comparentibus in judicio coram nobis egregio
„ Comite Berardo de Manuppello, & Raynaldo venerabili Abbate Sancti Salvatoris de
„ Mayella, eis audientiam tribuimus benivolam, & benignam; petiit ſiquidem idem Co-
„ mes Berardus a predicto Abbate Sancti Salvatoris pro Eccleſia, ut juramento eum aſ-
„ ſecuret, qualiter Anteceſſores ſui aſſecuraverunt predeceſſores ſuos Comites Manupelli
„ tempore Regis Gullielmi, & poſt mortem eius. Item petiit nt homines Collis Milonis,
„ & Collis Sancti Pancratii exhibeant ſibi adjutorium pro ſervitiis Domini Imperatoris,
„ qualiter hec conſueverunt facere tempore Regis Gullielmi, & poſt mortem. Et Ab-
„ bas ſe opponebat, quod adjutoria non preſtarent. Item petiit, ut querele hominum
„ ſuorum terminarentur coram Bajulis ſuis, ſicut Bajuli anteceſſorum ſuorum ſoliti erant
„ accedere ad dicta Caſtra, & terminabantur queſtiones coram eis, & lucrum, quod eis
„ inde proveniebat, habebat Eccleſia dimidium, & dimidium Comites Manupelli, &
„ idem homines jurare conſueverunt Eccleſie, ſalva fidelitate eorum, & eis, ſalva fide-
„ litate Imperiali: & Comites Manuppelli conſueverunt recipi in predictis Caſtris, &
„ procurari tanquam Domini; que omnia dictus Abbas non permittebat. Item petiit
„ reintegrari Pheudum Capul. *, & Fare juxta Conſtitutionem Domini Imperatoris, de
„ quibus alienata ſunt hec poſt mortem Regis Guillielmi, videlicet de Pheudo Caſulis
„ molendinum unum de Collis . . . moli, vicenna S. Benedicti, vicenna una in Grami-
„ nata, & quedam alia; de Pheudo Fare teniſia de Salaſceto, & quedam alia, que
„ omnia

* L. *Caſulis*

(a) Henrico VI. vita functo ſub finem anni 1157., hoc eſt IV. Kal. Octobris, ut Manſius ad Baronium certo affirmat, Fridericus ejus filius Siciliæ Rex inauguratur; anno vero 1220. item deſinente, in Romanorum Imperatorem coronatur. Hoc igitur anno 1223. tertium Imperii annum agebat, Regni vero ſextum ſupra viceſimum, aut viceſimum quintum expletum; quam quidem ſupputationem, monumenti noſtri chronologia nobis exhibet.

(a) Con-

Digitized by Google

„ omnia tenet Eccleſia. Abbas vero negavit omnia predicta Comiti competere, dicens
„ ea pleno jure ad ſuum Monaſterium pertinere. Utrique dato die de jure ſuo, admiſ-
„ ſus eſt ad probandum, admiſſiſque probationibus hinc inde, & receptis diſputationi-
„ bus in dictis Teſtium, & perſonis, lecto ſepius privilegio Domini noſtri Imperatoris
„ Monaſterio Sancti Salvatoris de Mayella facto, in ejus conteſtu repetitus erat tenor cu-
„ juſdam Privilegii recolende memorie Regis Gullielmi Secundi, in quo inter cetera
„ verba hujuſmodi ponebantur „ (a): *Venerabile Monaſterium Sancti Salvatoris de Monte
Magelle, Abbates, Monachos, & ſucceſſores eorum cum omnibus bonis predicti Monaſterii ſub
ſpeciali protectione culminis noſtri ſuſcipimus, & preſenti ſcripto, eidem Monaſterio omnia bo-
na, que nunc habere, vel que deinceps ad ipſum pertinere noſcentur, firmiter & libere confir-
mamus; liberantes jam dictum Monaſterium cum obedientiis, & caſalibus ejus ab omni domi-
nio, ſubjectione, ſervitute, & quibuſcumque collectis, vexationibus, & exactionibus omnium
illorum, qui ipſum Monaſterium preſumerent agravare.* „ Ipſe quoque Dominus noſter Im-
„ perator in ſuo Privilegio poſuit hujuſmodi verba ſua „ (b): *Mandantes, & preſentis ſcri-
pti auctoritate firmiter injungentes, ut nullus de cetero predictum Abbatem, & ſucceſſores ejus,
necnon & Monaſterium memoratum de predictis omnibus impedire, aut moleſtare preſumat. Quod
qui preſumpſerit, indignationem noſtram ſe noverit incurſurum.* „ Viſiſque probationibus,
„ privilegiis, concexionibus & juribus partium, & totius negotii proceſſu ad plenum
„ diſcuſſe *, Epiſcoporum, Baronum, & aliorum Nobilium Juriſque conſultorum commu- * L. diſcuſſo
„ nicato conſilio, a preſtatione juramenti ſuper aſſecuratione ipſius Comitis faciendi, &
„ ab adjutoriis hominibus Collis Sancti Prancatii, & Collis Milonis imponendis per Co-
„ mitem pro ſervitio Imperiali, & a terminandis querelis hominum dictorum locorum
„ per Bajulos Comitis antedicti, & a mittendis Bajulis ad loca predicta ad terminandas
„ Curias, & regendas, & a dicto Comite retinendis ibidem procurationibus, & ſuper illo
„ alio articulo, quod homines dictarum Villarum jurent Eccleſie ſalva fidelitate Comitis,
„ & ipſi Comiti ſalva fidelitate Domini Imperatoris, & ab impetitione Juris patronatus
„ in Monaſterio memorato, & ab impetitione etiam teniſie de Salaſceto, ipſum Abba-
„ tem nomine Eccleſie ſue ſententialiter duximus abſolvendum, Curia precedente in Apru-
„ tium apud Sanctum Flavianum. Ad cujus rei memoriam, & perpetuam firmitatem,
„ preſens ſcriptum inde fieri fecimus per manus Gullielmi de Tocco magne Imperialis
„ Curie in Juſtitiaratu Notarii, noſtra, & predicti Judicis ſubſcriptionibus roboratum.
„ Actum apud Sanctum Flavianum, Anno, menſe, & Indictione pretitulatis. Henricus de
„ Mor. magne Imperialis Curie Magiſter Juſtitiarius ✠ ~~Ego Petrus~~ de Sancto Germano
„ magne Imperialis Curie Judex ss. Nos Gualterius humilis Penn. Epiſcopus (c) licet
„ immeritus, univerſis preſentem paginam inſpecturis facimus maniſeſtum, quod nos
„ privilegia Sancti Salvatoris de Magella autentica, ſecundum quod renovata ſunt a Se-
„ rendiſſimo Imperatore noſtro Federico, & Sententiam pro eodem Monaſterio latam in
„ Curia Domini Henrici de Mor. magni Juſtitiarii legimus, & inſpeximus diligenter,
„ prout in ſupradictis autenticis continetur. Ita de verbo ad verbum tranſcripta eſt pa-
„ gina in preſenti, & ita ad majorem cautelam noſtrum ſigillum duximus apponendum.
„ Nos Raynaldus divina gratia licet immeritus, humilis Abbas Sancti Joannis in Vene-
„ re (d) omnibus hanc paginam inſpecturis facimus manifeſtum, quod nos privilegia
„ Sancti Salvatoris de Magella originalia, ſecundum quod renovata ſunt a Sereniſſimo
„ Imperatore noſtro Federico, & Sententiam pro eodem Monaſterio latam in Curia Do-
„ mini Henrici Morr. magne Imperialis Curie Magiſtri Juſtitiarii, legimus, & inſpexi-
„ mus diligenter, & prout in ſupradictis originalibus privilegiis continetur, ita de ver-
„ bo ad verbum tranſcripta eſt pagina in preſenti, & ad majorem idcirco cautelam, ad
„ fidem adhibendam noſtrum ſigillum duximus apponendum „. *Item dictus Abbas nomine
ſuo, & preſati Monaſteris oſtendidit, & preſentavit nobis, ac puplice legi fecit quodam privi-
legium conceſſum preſato Monaſterio, & Monacis ipſius per Sanctiſſimos Papam, Innocentii Ter-
tii *, Papam Urbani Sexti, & Papam Aleſandri (e) cum pendenti ſigillo plummeo, non* * Sup. *copiam*
*abraſum, nec in aliqua ejus parte ſuſpectum, & petiit dictum privilegium, ſeu ipſius * tranſum-* * Menda quæ incurrit in oculos, facile caſtigatur.
*ptari, & in puplicam formam redigi: quod vidimus, legimus, & diligenter inſpeximus: cujus
pri-*

(a) Conſulatur Privilegium Guillelmi Regis a nobis ſupra prolatum, ex quo ejuſmodi verba petuntur.

(b) Adeas Friderici Diploma, & verborum tenor occurret legenti.

(c) Ex Monacho Benedictino Pennenſis Epiſcopus renunciatus eſt an. 1217., Ughell. teſte Ital. Sac. Tom. 1. col. 1134. Venet. edition.

(d) De Abbatis hujuſce virtutibus ac Nobilitate audiendus in toties memorata Diſſertatione Jo. Baptiſta Pollidorus.

(e) Alexandri III. Bullam repetas ex pag. 63.; Innocentii III. Diploma ex pag. 86. Nullibi vero occurrit Urbani VI. Conſtitutio, quæ hic per errorem indicatur.

* Menda hic eſt, & ſententia fruſtra geminatur.

*privilegii, ſeu particule * ipſius erat per omnia tenoris, & continentie infraſcripte, videlicet in quibus etiam continebatur particula tenoris, & continentie ſubſequentis, videlicet: Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei &c. & inter alia Capitula que continentur in dicto Privilegio fuerunt infraſcripta Capitula in preſenti tranſumpto deſcripta, & annotata, videlicet: Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quorumlibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubrectionis aſtutia, ſeu violentia proponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars ſanioris conſilii, ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam providerint eligendum; qui ad Sedem Apoſtolicam benedicendus accedat. Cujus quidem Abbatis ut ſupra, petitionibus utpote juſtis annuentes, de cujus Abbate nobis plene conſtitit, & ſuper hiis noſtrum offitium, quorum ſupra Judicis, Notaris, & Teſtium requirentes, qualiter ejus, & dicti Monaſterii intereſſe dicebat, de dictis Privilegiis, & Sententia, & particularibus Capitulis in eiſdem contentis habere tranſumptum pro cautela, loco, & tempore ſi opus eſt: maxime inpreſentiarum, qualiter oportet dictum tranſumptum traſmittere Partenope coram Illuſtriſſimo Domino, Domino magno Capitaneo ejus Curie, & Conſilio, & coram aliis Superioribus quibuſcumque ſi opus fuerit preſentare propter viarum diſcrimina, ut dictus Abbas, & Monaſterium predictum relevetur a multis gravaminibus virtute dictorum Privilegiorum, & Sententie conceſſorum ut ſupra, petiit per nos dicta Privilegia, & Sententiam iterum in forma puplica redigi pro cautela Monaſterii predicti, & aliorum, quorum intereſt, & poterit intereſſe in futurum, certitudinem, & cautelam. Cujus petitioni utpote juri conſone annuentes ut ſupra, qualiter juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus, tranſumptum ipſum ex dictis Privilegiis, & Sententia nihil adito, vel mutato de ſubſtantia Capitulorum predictorum, & Sententie, in puplicam formam redigimus pro cautela dicti Monaſterii, & aliorum ut ſupra intereſſe pretendentium. Ita quod dictus Abbas, & dictum Monaſterium, & alii ſucceſſores in futurum in judicio, & extra judicium quotiens opus fuerit oſtendere poſſint. In cujus rei teſtimonium, & tam Curie certitudinem, quam dictorum Abbatis prefati Monaſterii, & aliorum ſucceſſorum in dicto Monaſterio pro tempore, & aliorum quorum ſorte intereſt, & poterit intereſſe, rogatu dicti Abbatis factum eſt exinde hoc preſens puplicum documentum in forma tranſumpti manu mei Notarii Johannis Antonii predicti cum ſubſcriptione, & ſigno meo ſolito ſignatum, & predictorum Judicis, & Teſtium legitime roboratum. Quod ſcripſi, & puplicavi ego prefatus Notarius Johannes Antonius de Semproniis de Car . . . . . regia auctoritate ut ſupra, qualiter premiſſis omnibus vocatus, & rogatus interfui, preſens ſcriptum exinde ſcripſi, ipſumque in preſentem puplicam formam redigens ſigno meo ſolito ſignavi in robore premiſſorum.*

Signum Crucis proprie manus mei Urbani Bartholomei qui ſupra Judicis inliterati & ſcribere neſcientis de per ſe, cujus rogatu ego predictus Notarius Joannes Antonius ipſum &c. ss.

Jo Vicetio ſupradicto fui preſente ad queſto ſcritto propria manu.

* Sup. nomina

Signum Crucis proprie manus mei Magiſtri Cicci.	** Teſtium ſupradictorum illiteratorum, & ſcribere neſcientium; quorum rogatu*
Signum Crucis proprie manus mei Bartholomei Urbani.	
Signum Crucis proprie manus mei Sanctis del Conte.	

Ego puplicus Notarius Joannes Antonius ipſos ss.

Aliud Imperatoris Friderici Diploma, quod a ſeculari judicio Monachos eximit.

XXXIII. Anno a ſuperioris ſententiæ promulgatione nondum elapſo, hoc eſt die viceſima tertia Maji anni 1124., cui XII. bene reſpondet Indictio, novum Fridericus Imperator procudit Diploma, quo Magellani Monaſterii libertatem vindicat, & ne ad ſeculare judicium trahatur, cavet, gravioribus in refractarios pœnis propoſitis. Potuit huic Diplomati occaſionem præbuiſſe oborta inter Comitem Manupelli ac Magellanum Abbatem controverſia, quæ anno præcedenti ſupremo magni Juſtitiarii judicio definita eſt. Rei fama ad Imperatorem perlata, provido conſilio ſancivit ne Monachorum cauſſæ ad ſeculare forum in poſterum perducerentur; nec regiæ authoritatis prætextu ulla in eos exerceretur juriſdictio, quibus morum honeſtas, Inſtituti Sanctitas, ac Privilegiorum amplitudo pleniorem immunitatem libertatemque conciliabant. Imperatorii tenor Edicti neminem eximit, ne ipſos quidem Magiſtros Juſtitiarios, quibus ſumma in judiciis inerat authoritas; eo fortaſſe conſilio, ut eam, quæ a Juſtitiario recens promulgata fuerat, præpoſteram ſententiam, Monaſterio alioqui propitiam, tacitus improbaret. Diploma ſic habet:

Series Diplomatis.

„ XXXIV. Fredericus Dei gratia Romanor. Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Si-
„ cilie, Comitibus, Baronibus, Magiſtris Juſtitiariis, Juſtitiariis, Magiſtris Camere, Ca-
„ mere Bajulis, Catepanis, Comeſtabilibus, Judicibus, & univerſis fidelibus ſuis tam
„ preſentibus quam futuris per Regnum Sicilie conſtitutis, gratiam ſuam, & bonam vo-
„ luntatem. Porrecta celſitudinis * noſtre Abbatis, & Conventus Monaſterii Sancti Sal-
„ vatoris de Magella noſtrorum fidelium querimonia patefecit, quod vos non attenden-
„ tes honeſtatis Monaſtice libertatem, qua Deo peculiarius famulantes, cauſis forenſibus
„ non

* L. Celſitudini

,, non coguntur, nec habentes reverentiam, vel reſpectum ad privilegia, que eis indul-
,, ſimus, tractis eis ad civile forum, & quocumque jubetis preſentie & judicio noſtro
,, ſiſti; quod tanto grave potius reputat noſtra ſerenitas, & indignum, quanto & noſtre
,, Conſtitutioni temerarius oviat, & Monaſtice derogat honeſtati. Nolentes igitur Mo-
,, naſterium ipſum in aliquo contra ſue privilegia libertatis noſtro felici tempore con-
,, cuti, vel turbari, fidelitati veſtre mandamus, & ſub gratie noſtre pena diſtricte pre-
,, cipimus, quatenus ipſum Monaſterium, Abbatem, & Fratres nunquam in foro civile
,, trahere, vel coram vobis ad reſpondendum pro queſtione aliqua compellere preſuma-
,, tis, nec in aliquo moleſtetis contra privilegiorum ſuorum tenorem. Nos propterea liber-
,, tati, & immunitati predicti Monaſterii Sancti Salvatoris de Magella libenter adicimus,
,, quia exinde Parentibus noſtris, & nobis, ac poſteris noſtris cum temporali laude ju-
,, ſtitie, abundantius eterne retributionis premium expectamus. Datum Ca..... viceſimo
,, tertio Madii duodecime Indictionis.

Quibus Privilegiis (ſubaudi Guillelmi Secundi, ac gemino Diplomate Friderici, quæ ſupra recitavimus) *per nos qui ſupra Judicem, & Notarium, & etiam Teſtes lectis, & perlectis, & in preſenti ſcripto exemplatis de verbo ad verbum, puncto ad punctum, nihil addentes, vel minuentes, & quod vidimus, & legimus non corrupta, non cancellata, neque in aliqua parte ipſorum madefacta, hoc preſens ſcriptum ad petitionem, & ſubplicationem dicti Dompni Guillelmi de puplicatione dictorum Privilegiorum, & ad cautelam dicte Eccleſie Sancti Salvatoris fecimus, ſubſcriptionibus noſtri dicti Judicis Roberti, mei Notarii, & aliorum Teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Quod ſcripſi ego qui ſupra Prudentius publicus Bucclani Notarius qui predictis omnibus interfui, & preſenti ſigillo ſolito manus peſate puplicavi. Actum eſt hoc feliciter in foro Bucclani, anno, Menſe, die, & Indictione pretitulatis.*

Ego qui ſupra Robertus Bucclani Judex.
Ego Dompnus Bonifacius his omnibus interfui, & ſubſcripſi ✠.
Ego Dompnus Nicolaus de Bucclano hoc teſtor ✠.
Ego Benedictus Dyaconus de Bucclano hiis omnibus interfui, & ſubſcripſi ✠.
Ego Dompnus Michael de Bucclano hiis omnibus interfui, & ſubſcripſi ✠.
Ego Dyaconus Gilbertus de Bucclano hiis omnibus interfui, & ſubſcripſi ✠.
Ego Dompnus Johannes de Bucclano hiis omnibus interfui, & ſubſcripſi ✠.

Diſſidium de juribus Monaſterii S. Mariæ della Vella, ad Arbitros rejicitur.

XXXV. Neque Henrici Diploma ſuo caruit effectu. Sequenti anno 1225. Ægyptium Abbatem Monaſterii S. Mariæ della Vella, & Feudorum ejuſdem Monaſterii colonos ac emphytheutas lis multa diſtinuit. Circa ſervitia a Feudatariis præſtanda, & Canones quotannis ſolvendos, univerſa litis materies occupabatur: Putares fortaſſe, ad Regiæ Curiæ Miniſtros cauſſam delatam, ac prolata a Juſtitiariis Sententia, fuiſſe definitam; res tamen alia methodo peracta. Mutua partium conſenſione ſelectis Arbitris, ac in eos omnimoda ad cauſſam dirimendam authoritate collata, abſque ullo forenſis judicii ſtrepitu ac contentione, quæſtioni finis impoſitus. Nihil vero citra nutum ac voluntatem Abbatis Majellani, cujus imperio Monaſterium S. Mariæ della Vella, ex iis quæ prænotavimus, ſubjectum erat, aut tentare, aut moliri licebat. Hinc, eo cum primis curante, amico fœdere concordia firmatur, per quam Monaſterii della Vella juribus ac utilitatibus bene conſulitur. Id ut pateat, monumenti tenorem ſubjicimus.

Sententia ab Arbitris prolata.

,, XXXVI. In Chriſti nomine, Amen. Anno Incarnationis ejuſdem MCCXXV. In-
,, dictione XIII. Regnante Domino Frederico, Dei, & Imperiali gratia Romanorum Im-
,, peratore ſemper Auguſto, Imperii ſui anno quinto. Regni vero ejuſdem anno XXVIII.,
,, die Sabbati VI., adſtante menſ. Octubris. Nos Raymundus miſeratione Divina Ma-
,, gelle Eccleſie humilis Abbas. Dum eſſemus apud Guardiam cauſa finiendi queſtiones,
,, que vertebant inter Dompnum Egiptium Abbatem Eccleſie Sancte Marie de Lavella ex
,, una parte, & Magiſtrum Petrum Bernard. ex alia parte, de ſervitiis, & redditibus,
,, que, & quos Eccleſia Sancte Marie debebat recipere de Feudo Magiſtri Petri, de quo
,, Feudo Dompnus Egiptius, & Magiſter Petrus bona, & gratuita voluntate coram no-
,, ſtra preſentia, & aliorum hominum bonorum quamplurium, ad talem concordiam de-
,, venerunt, dicentes bene concedere, & pro rato, & firmo habere quidquid Dompnus
,, David, Dompnus Ber. de Penna, Cintius, Gilbertus, & Angelus tanquam legales, &
,, homines fide digni dicerent in anima ſua, & recordati eſſent de ſervitiis, & redditi-
,, bus dicti Pheudi. Ad hoc nos Abbas Raymundus benigne rogavimus ſupradictos le-
,, gales noſtros, & eos adjuravimus vinculo fraterne dilectionis, ut de ipſius ſervitiis,
,, & redditibus dicti Pheudi, ac etiam pariter de aliis Pheudis Eccleſie adſererent veri-
,, tatem, tam pro ipſius dicte Eccleſie cautela, & firmitate, quam pro ipſorum homi-
,, num tenentium Pheuda predicta; & commiſimus eis hec omnia inter Deum, & ani-

,, mam eorum, Hii vero Dompnus David, Dompnus Ber., Cintius, Gilbertus, & Angelus
,, predicti, habentes Deum pre oculis, ſanique mente, conſulentes ad invicem, & re-
,, cordantes que viderant de predictis Pheudis, & redditibus eorumdem, & que ſcive-
,, rant, ſana intentione & communi verbo dixerunt: *Nos audivimus*, & *vidimus* in tem-
,, pore Comitis Manupplell. quoniam Abbas Tranſmundus de Magella, & Dompnus Ray-
,, naldus de Lecto pariter . . . . venerunt in Caſtellum Penne, & fecerunt jurare qua-
,, tuor homines de Penna ſeniores, & fide digniores aliis, ſcilicet Ubertum, Johannem
,, Bernard., Johannem Martorell., & Guilielmum Johannis Bernard., ut dicerent veri-
,, tatem de ſervitiis, & redditibus, que, & quos ſupradicta Pheuda facere tenerentur
,, Eccleſie memorate (*a*); qui Ubertus, Johannes Bernard., Johannes Martorell. & Guil-
,, lelmus predicti primo dixerunt, quod Pheuda Eccleſie Sancte Marie, que habet in
,, Penna ſunt quatuor, & hec Pheuda e longa conſuetudine fecerunt Eccleſie ſupradicte
,, ſervitia hec. In primis reddiderunt Decimas de omnibus fructibus terrarum exiſtenti-
,, bus in eiſdem; tenentes * Pheuda predicta ammiſcere in Natale, ſcilicet ſpallam unam,
,, & longam (*b*) unam de porco. In Adſumptione Sancte Marie Gallinam unam, &
,, Pollaſtrum unum, & novem panes grandes quorum unuſquiſque, dum crudus eſſet, de-
,, bet eſſe ponderis duarum librarum & med. Operam unam in Edopmata, unam ſcili-
,, cet cum bovibus, & aliam de perſona tantum per ſingulum Pheudum annuatim. Et
,, predeceſſores dicti Magiſtri Petri, & aliorum Vaſſallorum S. Marie ſervierunt Eccleſie
,, predicte de . . . . . lignorum ad faciendas domos, & vegetes, & in monte & ubi vo-
,, lebat Abbas Sancte Marie; ſerviebantque etiam ad vineam & ad agrum, vel ad ſemi-
,, nandum, vel ad metendum, vel ad triturandum ſegetes, & ad omne quod dictus Ab-
,, bas volebat. Nos autem vidimus eos, videlicet tenentes ipſa Pheuda, hec omnia fa-
,, cere, ſcilicet ſervitia, & redditus Eccleſie Sancte Marie predicta; quare dicimus hec
,, omnia debere fieri, ſcilicet ſervitia, & redditus predicta Eccleſie ſupradicte a tenen-
,, tibus ipſa Pheuda. Preterea ſi homines tenentes ipſa Pheuda rebelles eſſent ad facienda
,, dicta ſervitia & redditus, Abbas Sancte Marie habet poteſtatem pignerandi eos, & de-
,, ſtituendi eos de Pheudis predictis, & ea revocandi ad manus ſuas, & relocandi, ac
,, etiam concedendi cui placuerit juxta velle; & debet dictus Abbas Sancte Marie ju-
,, dicare, & penitentiam dare omnibus vaſſallis ſuis tam in vita, quam in extremis, &
,, totum mortuorium eorum habere in honorem, & commodum Eccleſie predicte, & ani-
,, marum eorum utilitatem (*c*). Unde ad hujus rei memoriam & ſtabile firmatum tam
,, in poſterum valiturum, per manus Lucaſii Notarii hanc cartam, & hoc ſcriptum fieri
,, rogavimus atque ſcribi. Guardie die, menſe, anno, & Indictione pretitulatis.
,, Ego Dompnus David de Penna preſens fui, & manu propria ſubſcripſi.
,, Ego Dompnus Berardus de Penna preſens fui, & manu propria me ſubſcripſi.
,, Ego Angelus de Penna fui preſente a queſto ſcritto.
,, Hii ſunt redditus, & ſervitia, quos, & que Eccleſia Sancte Marie de Lavella de-
,, bet recipere ab Eccleſiis & Pheudis ſuis, que habet in Penna, In primis ab Eccleſia
,, S. Johannis de Famecclano debet habere annuatim ammiſcere in Natal. de carnibus,
,, & in Adſumptione Sancte Marie ammiſcere de pullis, & pane ſicut ab aliis Pheudis.
,, Item ab Eccleſia Sancte Agathe poſita in territorio de Ungio, debet habere an-
,, nuatim quindecim peſas (*d*), duos flaones (*e*), & libram unam de cera.
,, Item ab Eccleſia Sancte Crucis poſita in Territorio de Laroma debet habere an-
,, nuatim grana auri quindecim, & Decimam de omnibus ejuſdem Territoriis (*f*).
,, Item Pheuda que habet in Penna Eccleſia S. Marie ſunt quatuor, unum quorum
,, tenet Robertus Philippi cum Conſortibus ſuis, a quibus Eccleſia S. Marie debet ha-
,, bere annuatim ammiſcere in Natale ſpallam unam, & longam unam de porco, & in
,, Adſumptione S. Marie ammiſcere de pane, & pullis, & operam unam in Edopmata,
,, unam cum bovibus, & aliam de perſona.
,, Item a Pheudo quod tenet Bonavita cum Conſorte ſuo debet habere Eccleſia
,, S. Marie annuatim hoc idem, & tantum per ſingula.

,, Item

* L. tenentur

(*a*) In concordia inter Raynaldum Comitem, & Tranſmundum Abbatem inita, & a nobis ad an. 1153. ſuperius exhibita, mentio quidem fit Eccleſiæ S. Mariæ della Vella; ſed de Feudis Eccleſiæ nihil peculiare occurrit. Alius igitur contractus hic indicatur, qui nos adhuc latet.

(*b*) *Longiam* intellige, hoc eſt Lumbum, italice *Lonza*.

(*c*) En Parochialia onera ac jura Abbati tribuenda.

(*d*) *Penſa*, hic corrupto nomine *Peſa*, libra eſt, ponderis tamen haud ubique ſimilis; cum aliis major, minor aliis in uſu fit. Cangium adeas. Libram novimus, rem vero quæ libris penderet quindecim, ni panes fortaſſe intelligas, ignoramus.

(*e*) *Flatonem*, Placentæ ſpeciem Cangius interpretatur. Hoc in ſenſu *Flaones* iſtos, melius *Flatones*, excipimus.

(*f*) Hunc Canonem annuatim ſe ſoluturos polliciti ſunt jam tum ab an. 1197. Gentilis & Manerius de Pallearia, ut ex Oblationis contextu, quem pag. XXVIII. recitavimus compertum eſt. En promiſſa implentur, & data fides exſolvitur.

„ Item a Pheudo quod tenet Paulus cum Conſorte ſuo debet annuatim totidem Ec-
„ cleſia S. Marie.

„ Item a Pheudo quod tenet Sebaſtianus cum Conſorte ſuo, a quo debet habere
„ Eccleſia S. Marie annuatim totidem, & debet habere ab ipſis tenentibus ipſa Pheuda
„ in Natale, & feſto Paſche Oblationes ſicut eſt conſuetum.

„ Item de terra Piſcali quam habet Johannes Guerriſii debet habere Eccleſia S. Ma-
„ rie Decimam, & in Adſumptione S. Marie grana auri tria, & dicta terra locata eſt
„ ei uſque ad tertiam generationem.

„ Item Berardus Rainaldi Ber. debet facere annuatim Eccleſie Sancte Marie ſervi-
„ tia . . . . . . & tarenum unum pro clauſura, quam tenet idem Berardus ab Eccleſia
„ ſupradicta . . . . fuit de Pheudo Pauli; & eſt poſita prope clauſuram ſeu vineam
„ Eccleſie.

XXXVII. Novam differendi materiem nobis ſuppeditant quæ ſequuntur tempora, & quæ temporibus hiſce reſpondent Archivi noſtri monumenta, ad Magellanæ Abbatiæ jura variamque fortunam explicandam opportuna quammaxime. Feudi Caſtellaris, cujus non ſemel meminimus, locationem ſubjicimus, atque integram Inſtrumenti ſeriem exhibemus, quum multa inde colligi poſſint, quæ miſſa facere, grande piaculum ducimus. Si contractus naturam inſpiciamus, expedita res eſt: Si circumſtantias, ipſamque cauſſam quæ ad contractum ineundum Monachos impulit, inquiramus, duo hæc, ſummam nimirum Cœnobii ditionem, ſumma cum inopia conjunctam contemplabimur. Martinus Cœnobii Abbas, accedente Monachorum conſenſu, Feudum locat Transmundo nobili Viro, ea lege, ut contractus, quoad ipſe vixerit, & quamdiu poſt illius obitum ſupererunt filii, feminis poſthabitis, integer perſeveret. Canon quotannis ſolvendus ſtatuitur; jura, quæ Monaſterium ſarta tectaque ſibi ſervat, exprimuntur; quæ feudali jure Transmundo obveniunt commoda, utilitates, juriſdictio, atque in ſubjectum populum imperium, late recenſentur. A ſupremo tamen dominii jure Magellanum Cœnobium numquam excidit; tum quia ſubditis ex vi contractus arbitrium permittitur, ut a Transmundi judicio ad Majellanum Abbatem poſſint provocare; tum quia juramentum de fide in Transmundum ſervanda, a populo præſtandum, alteri juramento ſociandum, quo primæva populorum in Magellanam Eccleſiam obſequia confirmantur. Specioſa quidem amplioris juriſdictionis argumenta; quibus tamen par divitiarum amplitudo non bene reſpondet. *De Feudo Caſtellaris prænotantur nonnulla.*

XXXVIII. Inter latifundia, quæ ad Magellanam Eccleſiam acceſſerant, Feudum Caſtellare cum ſubjacenti Podio Cephaliæ, vel tum ab Eugenii III. ætate numeratur. Feudo Caſtrum inerat populo frequens; ſed quum nec natura nec arte ſatis eſſet munitum, hoſtium incurſionibus, ut ſupra animadvertimus, proſtabat expoſitum. Tranſlati quidem olim fuere loci illius habitatores, in Caſtrum Sculcula, a Teatino Epiſcopo ſumma humanitate oblatum; verum aut bellorum vi ceſſante, aut domeſticarum rerum cura impellente, populus in ſedem ſuam tandem regreſſus eſt. Majora interim exarſere bellorum incendia, Saracenis cuncta vaſtantibus. Victo Manfredo a Carolo I. Siciliæ Rege, externa attrita ſunt arma; quibus tamen domeſtica ac inteſtina ſucceſſere diſſidia, eo graviora quo periculoſiores ſunt domeſticorum inſidiæ, quam hoſtium aperta vis. Hinc triſtiſſima temporum conditio, ac miſera ubique & fœda rerum facies. Quo belli impetus pervaſit, eo excidium illatum; neque aut locorum ſanctitati, aut ſpectatæ Monachorum virtuti ſævientis belli furor pepercit. Extremam Monaſterii S. Joannis in Venere calamitatem deflet Jo. Baptiſta Pollidorus ad annum Chriſti 1284., qui fatetur, Monaſterium alioqui ditiſſimum, in eam pauperiem perveniſſe, ut ſolvendis Decimis ab Apoſtolica Sede impoſitis impar eſſet omnino. Eadem plane Cœnobium Magellanum, alioqui bonis ac redditibus ſatis inſtructum, ad inopiam redegit cauſſa. Ne hoſtium incurſionibus pateret aditus in Caſtrum Caſtellare, oportuit ſtipendiarios milites conducere, qui hoſtes, aut retunderent, aut propulſarent. Multa idcirco ac graviſſima impendia; quibus ferendis cum impares eſſet Monaſterii facultates, multo ære alieno obſtrictum eſt; ipſa quoque Eccleſiaſtica ſupellectili pignori tradita. Atque hæc quidem Abbatem & Monachos dura adegit neceſſitas, ut Prædiorum Caſtellaris & Cephaliæ jus ac proprietatem, temporariam tamen, & nonniſi ad vitam duraturam, Transmundo ejuſque liberis conciliarent. Patet id clarius ex Inſtrumenti contextu, quem integrum ex authentica Archivi noſtri copia recitamus. *Quæ cauſſæ Monachos ad Feudi locationem impulerint.*

XXXIX. *In Dei nomine, Amen. Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo ducenteſimo octuageſimo quarto, die Dominico, duodecimo menſis Maji XII. Indiction., regnante Domino noſtro Carolo Dei gratia inclyto Rege Hyeruſalem, Sicilie, Ducatus Apulie, ac Principatus Capue, Principe Achaje, alme Urbis Senatore, Andegavie Provincie, Folcalquerii ac Corciadoni* *Contractus ſeries late recenſetur.*

Comite, Regnorum ejus Hyeruſalem anno VIII., Sicilie vero nonodecimo feliciter, Amen. Nos Rogerius Guillelmi Joannis auctoritate Regia Bucclani Judex, & Guillelmus Paſchaſii eadem auctoritate puplicus ejuſdem Terre Notarius, & infraſcripti Teſtes litterati de eadem Terra ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, videlicet Judex Guillelmus Lupouus, Guillelmus de Sancto Joanne, Dardanus Gualterii, Nicolaus Bartholomei Magiſtr. Petri, & Notarius Jacobus Gualterii, preſenti ſcripto puplico notum facimus, & teſtamur, quod nobilis Vir Dominus Tranſmundus de Baleniano habitator Fare filiorum Petri apud Bucclanum, in noſtri preſentia conſtitutus nos rogavit arctive, ut quoddam Inſtrumentum, quod nobis preſentialiter oſtendebat, ſibi confectum manu mei predicti Notarii, ſigno meo ſolito, ſigno & ſubſcriptione Judicis Roberti Joannis tunc ejuſdem Terre Judicis, & aliorum Teſtium ſubſcriptionibus roboratum, de quadam locatione eidem D. Tranſmundo facta olim per Abbatem, & Conventum Monaſterii S. Salvatoris de Majella, de Caſale Caſtellariorum ejuſdem Monaſterii, in Juſtitiariatu Aprutii in partibus Penne poſito, ad ſui cautelam tranſumere, & in puplicam formam reddigere deberemus, ut autentico continetur. Quod Inſtrumentum vidimus, & inſpeximus diligenter, non raſum, non vitiatum, non cancellatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, ſed in prima ſui ſcriptura conſcriptum; cujus autentici Inſtrumenti tenor per omnia talis eſt. ,, In Dei nomine, Amen.
,, Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo, die Lune, ul-
,, timo menſis Novembris XV. Indiction. (*a*) Regnante Domino noſtro Carolo Dei gra-
,, tia inclyto Sicilie Rege, Ducatus Apulie, ac Principatus Capue, Alme Urbis Sena-
,, tore, Andegavie Provincie, Forchalcherii Comite, ac Romani Imperii per Sanctam
,, Romanam Eccleſiam in Tuſcia Vicario Generali, Regni vero ejus Anno VII. (*b*) fe-
,, liciter. Amen. Nos Robertus Joannis Buclani Judex, & Guillelmus Paſchaſii pupli-
,, cus ejuſdem Terre Notarius preſenti Inſtrumento puplico notum facimus, & teſtamur,
,, quod tam in mei preſentia, quam Teſtium infraſcriptorum litteratorum, & inlittera-
,, torum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum, videlicet Abbatis Frederici de
,, Sancto Martino, & Jacobi Bernardi de eodem Caſtro, Notarii Johannis de Pumano,
,, Bonappreſſi Petri Sulmontini, Nicolai Ranaldutie, Dompni Nicolai, Jacobi Baſilii,
,, Martii, Dompni Martii, Dompni Adinaſſi, Nicolai Salemmi, Jacobi Dattuli, Nicolai
,, Jacobi Dattuli, Berardi Raynaldi, Aldemari, Rainaldi, Apolici, Dompni Andree, &
,, Bartholomei, Dompni Bernardi de Fara filiorum Petri, Magiſtri Petri Sulmontini, &
,, Philippi de Guardia Grelis, Nobilis vir D. Tranſmundus de Baleniano habitator Fare
,, filiorum Petri dedit, & perſonaliter ſolvit uncias auri XXX. ponderis generalis (*c*), Dom-
,, pno Martino Abbati Monaſterii Sancti Salvatoris de Majella recipienti cum conſenſu,
,, & voluntate Monachorum ipſius Monaſterii, nomine & pro parte ipſorum, preſenti-
,, bus, & conſentientibus Judice Simone de Corbona Advocato, & Dompno Odoriſio yco-
,, nomo Monaſterii ſupradicti, ut idem Abbas pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus ipſius Mona-
,, ſterii, nomine & conſenſu, & voluntate omnium predictorum Monachorum, & Cleri-
,, corum omnium ſervientium Monaſterio ſupradicto, eidem Dompno Tranſmundo in
,, emphiteoſim ad cenſum, & pro cenſu annuo infraſcripto, Caſale, quod dicitur Caſtel-
,, lar ſitum &c. in Juſtitiariatu Aprutii in contrata que dicitur Penne Inferius terminatum,
,, daret, concederet, & locaret, traderet, ac etiam aſſignaret eidem Dompno Tranſmun-
,, do pro ſe, & Filiis ſuis maſculis, quos ex legitimo Matrimonio eum habere contige-
,, rit, & ipſi Dompno Tranſmundo pro ſe, & Filiis ſuis, ut dictum eſt, de predictis
,, cautelas faceret infraſcriptis pactis, & conditionibus reſervatis dicto Monaſterio in-
,, fraſcripto. Cujus Monaſterii nomine dictus Abbas quantitatem pecunie predicte ab
,, eodem Dompno Tranſmundo preſentialiter recipiens de conſenſu, & voluntate Conven-
,, tus Yconomi, & Advocati Monaſterii memorati, & Clericorum omnium ſervientium

,, in

(*a*) Si communem conſulas Indictionem, non XV., ſed XIV. hic figenda; ſi peculiarem ſupputandi ritum, in Siciliæ Regno ſatis frequentem, inſpicias, Indictio unitate major eſt. Diſſimilis ſupputatio, a varia Indictionum epocha, ut ſupra monuimus, repetenda. Pontificia Indictio a Kalendis Januarii; Conſtantinopolitana, quam Siciliæ Reges ſibi adoptarunt, a Septembris menſe derivatur. Nil mirum igitur, ſi quæ nobis decurrit Indictio XIV., in Regno Neapolitano fit XV.; jam enim, menſe Novembris an. 1271., quo tempore Inſtrumentum hocce confectum eſt, nova in Aprutio numerabatur Indictio, quum Romæ XIV. adhuc perſeveraret, ad finem uſque Decembris duratura.

(*b*) A menſe Majo anni 1265. Caroli I. Siciliæ Regis initia, ſi Raynaldo audiamus, petenda ſunt. Summo jure igitur annus ſeptimus Carolini Regni, inchoatus tamen, hic numeratur. Carolum hunc Urbis Senatorem a populo electum, a Summis Pontificibus fuiſſe confirmatum; imo vero publicæ tranquillitatis cuſtodiam in Tuſcia illi fuiſſe concreditam, res eſt ex Hiſtoriis notiſſima. Conſulatur idem Raynald. ad an. Chriſt. 1268. num. 2.

(*c*) Obvium *Unciæ* vocabulum, duodecimam libræ partem deſignat. Aliquando tamen pro libra uſurpatur, Cangio judice, qui in hanc rem exempla producit. Fortaſſe, id enim nonniſi conjiciendo affirmamus, hæc poſterior unciæ acceptio hic locum habet. Tot enim tantiſque Monaſterium gravabatur incommodis, ut triginta auri unciæ, ſi in rigido vocis ſenſu uſurpentur, decem domibus inſtaurandis, æri alieno diſſolvendo, ſacris vaſis ac ornamentis redimendis, atque Monachorum alimoniæ parandæ, impares omnino videantur.

(*e*) Hujuſce

„ in eodem, non vi, non metu, non dolo, non fraude, neque ſuaſione aliqua inductus, ſeu coactus, ſet bona, ydonea, & ſpontanea voluntate ſua, inſpecta, & attenta „ utilitate Monaſterii ſupradicti, pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus una cum conſenſu, & vo- „ luntate dicti Conventus, prefatum Caſale dedit, locavit, adque conceſſit, tradidit, „ & legitime aſſignavit dicto Dompno Tranſmundo recipienti pro ſe ſuiſque filiis maſcu- „ lis ex legitimo Matrimonio natis, & naſcituris tantum, in emphiteoſim cum pertinen- „ tiis ſuis, Vaſſallis, ejuſque vaſſallagiis, redditibus, & ſervitiis realibus, & perſona- „ libus conſuetis & debitis ab eiſdem, cum tenimentis, & Pheudis, ambaſatis, & diſ- „ maſſatis, terris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſylvis, & molendinis, aquis, & „ aquarum decurſibus, & omnibus aliis, que ipſum Caſale cum pertinentiis ſuis intra „ ſe, ſeu ſupra ſe habet, & cum rebus cunctis, & ſingulis ad ipſum Caſale jure perti- „ nentibus, vel de facto, exemptis omnibus infraſcriptis, que dictus Abbas reſervavit in „ dicto Caſali pro utilitate dicti Monaſterii, ad cenſum & pro cenſu annuo duarum un- „ ciarum auri, & carlenorum auri X. ad generale pondus, dicto Monaſterio ſolven- „ do in Anno quolibet in feſto Nativitatis Domini per eumdem Dompnum Tranſmun- „ dum, & ſucceſſive per ipſius D. Tranſmundi filios maſculos. Quod quidem Caſale „ eſt, ut ſupra dicitur, in Penne; ab una parte cujus territorium eſt Caſtri Laſteniani, „ ab alia parte eſt territorium Caſtri Planella, & a tertio latere decurrit flumen Piſca- „ rie, & ſi qui ſunt ei alii confines. In cujus Caſalis, videlicet Caſtellarii, poſſeſſionem „ per inveſtituram dictus Abbas pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis nomine Monaſterii ſupra- „ dicti, de conſenſu & voluntate omnium predictorum, dicte Locationis, & Conceſſio- „ nis cauſa, poſuit, & induxit prenominatum D. Tranſmundum pro ſe ſuiſque filiis ma- „ ſculis, ut eſt dictum, & eumdem ſtatuit, adque fecit utilem Dompnum, & legitti- „ mum poſſeſſorem ad habendum, tenendum, & poſſidendum per ipſum Dompnum Tranſ- „ mundum, dictoſque ſuos filios maſculos; quibus Dompno Tranſmundo, & filiis ſuis ul- „ timum diem ſuum . . . ., ſeu mortuis, predictum Caſale totum, & in ſolidum, „ ſine judiciaria cognitione, ad jus & proprietatem dicti Monaſterii redeat, & reverta- „ tur pleno jure; & Abbas dicti Monaſterii, & Conventus ejuſdem, intrare, & appren- „ dere poſſeſſionem dicti Caſalis eorum auctoritate, & retinere poſſint. In quo Caſali, „ & pertinentiis ſuis dictus Abbas, & Conventus dicti Monaſterii reſervaverunt ſibi pro „ parte, & nomine ipſius Monaſterii, & retinuerunt res, & poſſeſſiones, & jura infra- „ ſcripta, videlicet: Eccleſiam Sancte Marie (a) cum omnibus juribus, & poſſeſſioni- „ bus ſuis ſitam, & poſitam in Caſali predicto, ut in ea Abbas, qui pro tempore fuerit „ in ipſo Monaſterio, vel Conventu ejuſdem, vacationis tempore poſſit libere, abſque „ requiſitione predicti Dompni Tranſmundi, & predictorum filiorum ſuorum retraere, „ inſtituere, & deſtituere pro ſue voluntatis arbitrio Monachum ſcilicet, vel quemcum- „ que alium Clericum; ita quod idem Dompnus Tranſmundus, & predicti filii ſui nihil „ juris, ſeu rationem Patronatus habeant in eadem. Item reſervarunt, & ſibi pro parte „ dicti Monaſterii pleno jure detinuerunt demania, & augmentum quodlibet in domibus, „ vineis, terris, & poſſeſſionibus in predicto Caſali, & ejus territorio exiſtentia, nolen- „ tes ea omnino in dictam locationem venire, vel comprehendi, que inferius particu- „ lariter, & diſtinctius, omnia & ſingula declararunt, videlicet, domum unam poſitam „ in dicto Caſali, cujus confines hii ſunt: Ab uno latere eſt domus que fuit quondam „ Gualter. Joannis Saygual; ab alio latere eſt Eccleſia Sancte Marie; a tertio latere eſt „ Carbonaria dicti Caſalis. Item eſt quedam petia terre que dicitur Vicenna Sancti Pe- „ tri; ab uno latere cujus eſt territorium Caſtri Laſteniani; a pede tenent Petrus, & „ Bartholomeus de Luculo; & ab alia parte eſt rivus fontis dicti Caſalis. Item quan- „ dam aliam Vicennam, que eſt in territorio dicti Caſalis in loco, qui dicitur Colle „ Çaviccle; a capite cujus poſſidet Bernardus de Tione; ab uno latere Amicus de Pla- „ nella; & a pede Dompnus Mattheus de Poſſo. Item quandam aliam Vicennam poſitam „ in contrada, que dicitur Ciſterna; ab uno latere cujus poſſidet Antonius Odoriſii, ab „ alio Firraus de Civitate Theatina, & a capite eſt quedam petia terre, que fuit Gri- „ malli. Item quandam aliam Vicennam, que eſt in pede dicti Caſalis; a pede cujus eſt „ rivus fontis; ab uno latere eſt via puplica, & ab alio latere eſt quedam petia terre, „ que fuit quondam Grimalli. Item vineam unam poſitam in territorio dicti Caſalis, a

„ capi-

(a) Hujuſce Eccleſiæ nulla in Pontificum Diplomatibus occurrit mentio; meminit vero Corradus in Codice Viſitationis ſignat. lit. *D* fol. 140. Siluere fortaſſe Pontifices, quod Feudum Angre Caſtellar longe lateque protenſum, enumerantes, Eccleſiam & Monaſterium quæ ipſi met Feudo inerant, tacito nomine ſubintellexerint.

(a) *Sau-*

„ capite cujus eſt Via publica, ab uno latere eſt via vicinorum, & ab alio latere poſ-
„ ſidet Angeleña, vel ſi qui alii ſunt dictis domo, vicennis, & vinee confines. Item re-
„ ſervaverunt ſibi predicti D. Abbas, & Conventus pro parte, & nomine dicti Mona-
„ ſterii integram Decimam fructnum totius Territorii Caſalis predicti laborati, & labo-
„ randi, tam per predictum Dompnum Tranſmundum, & filios ſuos, quam per vaſſal-
„ los, & alios homines excolentes, ſeu laborantes Territorium predictum, vel partem,
„ ſeu particulam Territorii predicti, qnam Decimam dictus D. Tranſmundus, & filii ſui
„ predicti preſtare faciant, & teneantur omnino Monaſterio memorato. Item predictus
„ Dompnus Abbas, & Conventus dicti Monaſterii reſervarunt ſibi cauſam, & jus appel-
„ lationis a Sententiis latis, ſeu ferendis per predictum Dompnum Tranſmundum, &
„ predictos filios ſuos, vel eorum Officiales in cauſis, & queſtionibus, que coram eis in-
„ ter vaſſallos ſeu homines dicti Caſalis, ſeu alios incolatum facientes ibidem verteren-
„ tur, ſeu ventilarentur, & etiam a gravaminibus per eos, hominibus dicti Caſalis il-
„ latis; ita quod ille, vel illi contra quem, vel quos lata fuerit Sententia, vel grava-
„ men illatum, poſſint appellare ad dictum D. Abbatem, vel ſuos ſucceſſores, & pre-
„ dictus D. Tranſmundus, vel filii ejus teneantur, & teneatur ipſas appellationes de-
„ ſerre, & ipſas admittere cum effectu. Item reſervavit ſibi pro parte, & nomine dicti
„ Monaſterii predictus Abbas, & predictus Conventus paſcua beſtiarum, ſeu animalium,
„ & aquám ud uſum hominum, & animalium ejuſdem Monaſterii in Territorio dicti Ca-
„ ſalis exiſten., & ligna tam pro combuſtione, & uſu hominum, quam pro edificiis fa-
„ ciendis, ſeu conſtruendis, & reparandis, exiſtentia in territorio, & per territorium
„ dicti Caſalis. Item dictus D. Tranſmundus pro ſe, & filiis ſuis maſculis promiſit, &
„ convenit legitime dicto Dompno Abbati nomine dicti Monaſterii dare annuatim dicto
„ Monaſterio tumulos grani tres, & ammiſcere conſuetas pro paſagio Saume (a). Item
„ quod predictus D. Abbas, & quilibet alius de familia dicti Abbatis, vel Monaſterii
„ predicti, habitationem faciens in dicto Caſali, non teneatur reſpondere in Curia dicti
„ D. Tranſmundi, & predictorum filiorum ſuorum, neque in perſonali, neqne in Reali,
„ nec aliqua alia actione, nec in heris, ſeu bannis per ipſum D. Tranſmundum, & filios
„ ſuos poſitis, ſeu ſtatutis, teneantur eiſdem, vel Officialibus ſuis. Item quod dictus
„ D. Abbas, & quilibet de familia ſua, vel Monaſterii predicti poſſit vendere libere, &
„ emere bona pro velle, & voluntate ſua ſine plaza, ſive pedagio, & alia qualibet
„ coherctione alicui emere volenti; ita quod nec emens ab eis teneatur reſpondere in
„ pedagio, ſeu plaza dictis DD. Tranſmundo, & filiis ſuis. Item quod predictus Dom-
„ pnus Tranſmundus, & filii ſui preſtabunt juramentum fidelitatis, & aſſecurationis di-
„ cto Dompno Martino Abbati ipſius Monaſterii, & ipſi Monaſterio juxta morem, for-
„ mam, & Regiam conſuetudinem; & quando, & quoties dictus Dompnus Tranſmun-
„ dus, & filii ejus predicti reciperent, vel recipient juramenta aſſecurationis a vaſſallis,
„ ſeu hominibus dicti Caſalis, addiciat, vel adjici faciat & hoc, ſcilicet, ſalva fideli-
„ tate Eccleſie S. Salvatoris de Majella. Que omnia, & ſingula ſupradicta dictus Dom-
„ pnus Tranſmundus pro ſe, & filiis ſuis predictis integre facere, & obſervare ſolemni
„ ſtipulatione promiſit, nec contra predicta, vel aliquid predictorum venire. Promiſit
„ etiam a ſingulis hominibus Feuda, ſeu tenimenta tenentibus in dicto Caſali, preſtari
„ facere dicto D. Abbati pro parte, & nomine dicti Monaſterii, & ipſi Monaſterio an-
„ nuatim operas tres, unam de perſona ad ſodendum vineam ipſius Monaſterii, ſeu pu-
„ tandum, prout ipſi D. Abbati, vel ejus Officiali in eodem Caſali exiſten. placuerit;
„ aliam cum bobus, ſi boves habet, & ſi non, de perſona ad ſeminandum in vicenna,
„ ſeu territorio demanii ipſius Monaſterii; & tertiam ad metendum, ad requiſitionem
„ ipſius Abbatis dicti Monaſterii, & Conventus ejuſdem; & hoc videtur intelligendum
„ de illis, qui preſtare debent operas predictas. Item dictus Dompnus Tranſmundus pro
„ ſe, & predictis filiis ſuis ſolemni ſtipulatione promiſit dicto D. Abbati, & Conven-
„ tui ipſius Monaſterii, pro parte, & nomine ejuſdem Monaſterii, dictum Caſale, vel
„ ejus partem, ſeu particulam in alium non transferre, & ejus poſſeſſionem nulli alii
„ extraneo concedere vel donare. In qua quidem conceſſione, locatione, ſeu conceſſione
„ in emphiteoſim facta, predictus D. Abbas, & Conventus ſponte aſſeruerunt, & in verbo
„ veritatis confeſſi ſunt nihil ſactum eſſe in dampnum, prejudicium, & leſionem Eccle-
„ ſie

(a) *Sauma* & *Sagma* feudale vocabulum, farcinam & onus ſignificat. Hinc *Sagmarius*, jumentum oneri ferendo quam maxime idoneum, exprimit; ex quo vox itala *Somaro*, fortaſſe defluxit: Hæc ergo pactionis vis eſt, ut Tranſmundus nedum frumentum ſuppeditet, ſed præterea frumentum ad Monaſterium Magellanum deferri curet.

(a) Num-

„ ſie ſeu Monaſterii memorati; nam melius, ſecurius, & utilius eſt ipſi Monaſterio, ſic
„ dictum Caſale locatum habere, quam retinere ipſum in demanio, conſideratis grava-
„ minibus, perſecutionibus, & inquietationibus, que & quas dictum Monaſterium paſ-
„ ſum eſt olim uſque ad hec tempora; ita quod vis potuit dictum Caſale pacifice ſine
„ dampnis, & expenſis intollerabilibus poſſidere; ita quod pro ipſius Caſalis, & ejus ter-
„ ritorii defenſione, dictum Monaſterium ad paupertatem, penuriam, & quaſi deſtructio-
„ nem devenit. Que omnia, & ſingula predictus D. Tranſmundus pro ſe, & filiis ſuis
„ maſculis rata, & firma attendere, & obſervare promiſit, & nullo tempore contra ea
„ venire, neque per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam, etſi per eum, vel filios ſuos
„ maſculos predictos, vel Officiales ſuos contra predictum, vel predictorum aliquid ven-
„ tum fuerit in non obſervandi predicta, vel contrafaciendi in predictis, dicti D. Ab-
„ bas, & Conventus dicti Monaſterii, pro parte, & nomine dicti Monaſterii poſſint li-
„ bere, ſine judiciaria cognitione, ipſius Caſalis poſſeſſionem, & proprietatem manuca-
„ pere authoritate ſua & retinere eandem. Cui D. Tranſmundo ſupradictus Abbas pro
„ parte, & nomine Monaſterii ſupradicti, de conſenſu & voluntate omnium predictorum
„ Monachorum confeſſus fuit, aſſeruit, & firmavit, Monaſterium ſupradictum fore gra-
„ vatum magne quantitatis pecunie debito ſub uſuris, in cujus debiti exhoneratione, &
„ in luendis vaſis ſacris, & aliis bonis dicti Monaſterii pignore obligati pro debito ſu-
„ pradicto, videlicet Crucibus argenteis, Calicibus, Thuribulis argenteis, & Teſtu Euan-
„ gelii, pro emendo frumento pro alimentis Monachorum, & familia dicti Monaſterii,
„ ne fame pereant, & reparationem domorum dicti Monaſterii, que reparatione maxima
„ indigebant, ab eodem D. Tranſmundo ex ſupradictis cauſa, & modo ſe recipiſſe di-
„ ctam pecunie quantitatem ſibi ſolutam, preſentialiter convertendam. Qui Abbas pro
„ parte, & nomine Monaſterii ſupradicti, de conſenſu & voluntate omnium predictorum
„ confeſſus fuit legitime, ſe Caſale predictum expoſuiſſe locandum, dandum, & conce-
„ dendum modo predicto ad cenſum, & pro cenſu ſuperius nominato, ad quem cenſum
„ conſueviſſe locare, dare, & concedere olim eidem D. Tranſmundo Caſale predictum
„ cum pertinentiis ſuis. Idem D. Abbas nomine Monaſterii ſupradicti de conſenſu, &
„ voluntate omnium predictorum Monachorum confeſſus fuit legitime D. Tranſmundo pre-
„ dicto aſſerens, & firmans factam eſſe ex predictis conditionem dicti Monaſterii melio-
„ rem, & dictum Caſale cum pertinentiis ſuis fuiſſe temporibus retroactis infructuoſum,
„ & ſterile Monaſterii ſupradicti, & plus illationis, quam devotionis eidem Monaſterio
„ accidiſſe. Cujus etiam Monaſterii nomine dictus Abbas de conſenſu, & voluntate om-
„ nium predictorum aſſeruit, & confiten. firmavit, nulla bona mobilia dicto Monaſterio
„ ſupereſſe, vel minus fructuoſe ſtabilia quam ſit Caſale predictum, ex quorum vendi-
„ tione, & locatione mero cenſu, vel pretio eorundem poſſent decem domus Monaſterii
„ ſupradicti vetuſtate conſumpte, & reparatione maxima indigentes, reedificari, vel etiam
„ reparari, ſeu poſſet dictum Monaſterium exonerari debito ſupradicto. Cujus Monaſterii
„ nomine dictus Abbas de conſenſu, & voluntate omnium predictorum ſub pena cen-
„ tum Auguſtallum (a) convenit, & promiſit dicto D. Tranſmundo pro ſe ſuiſque filiis
„ ſupradictis legitime ſtipulant. eumdem D. Tranſmundum in poſſeſſione dicti Caſalis,
„ & ipſum Caſale eidem D. Tranſmundo ſuiſque filiis ſupradictis defendere, diſcalumnia-
„ re, & disbrigare ab omni perſona, & loco, Collegio, & Univerſitate de Caſali pre-
„ dicto, litem, queſtionem, ſeu controverſiam aliquam facientes, & firma, & rata ha-
„ bere, attendere, & obſervare, & effectu quolibet adimplere omnia, & ſingula ſupra-
„ ſcripta, & in nullo facere, vel venire contra predicta, vel aliquid de predictis; re-
„ nuncians eidem D. Tranſmundo exceptionibus omnibus, legibus, legum auxiliis, &
„ actionibus omnibus realibus, & perſonalibus, utilibus, & directis, & juri ſcripto cui-
„ libet, & non ſcripto, quibus idem Abbas, ejuſque ſucceſſores pro parte, & nomine
„ Monaſterii ſupradicti poſſet, ſeu poſſent ſe defendere, vel tueri, ſeu facere, vel venire
„ contra predicta, vel aliquid de predictis adverſus preſatum D. Tranſmundum, vel
„ ſuos filios ſupradictos, & pena predicta in ſingulis, & pro ſingulis Capitulis ſupra-
„ ſcriptis repetita, exacta, accepta, ſoluta, vel non, cuncta & ſingula ſupraſcripta in
„ ſua firmitate perdurent, & perpetuo jure roboris valida perſeverent, lite, queſtione,
„ & controverſia qualibet de predictis in poſterum quieſcentibus. Ad quorum perpetuam
„ firmitatem, futuramque memoriam & cautelam tam dicti Monaſterii Majellani, quam
„ dicti D. Tranſmundi, & dictorum filiorum ſuorum maſculorum, predictus D. Abbas
„ de

(a) Nummus aureus hic deſignatur a Frederico II. Imperatore primum procuſus, qui idcirco ex Auguſti nomine, Imperatoribus indito, Auguſtalis dictus eſt.

„ de conſenſu, & voluntate omnium predictorum Monachorum, pro parte, & nomine
„ Monaſterii ſupradicti, & idem D. Tranſmundus pro ſe, & filiis ſuis predictis conſentientibus in nos predictos Judicem, & Notarium, tamquam in ſuos Judicem, & Notarium, ſentierunt nos ſuos Judicem, & Notarium, & de premiſſis omnibus, & ſingulis rogaverunt fieri duo ſimilia publica Inſtrumenta, unum ad cautelam predicti Dompni Tranſmundi pro ſe & filiis ſuis predictis penes ipſum retinendum, & reliquum ad cautelam dicti Monaſterii penes idem Monaſterium conſervandum, per manus mei, qui ſupra Guillelmi Paſchaſii publici Buclani Notarii ſigno meo ſolito, ſigno, & ſubſcriptione mei qui ſupra Judicis Roberti ejuſdem Terre Judicis, ſigillo, & ſubſcriptione predicti D. Abbatis, ſigillo etiam Conventus dicti Monaſterii, nec non ſubſcriptionibus ſubſcriptorum Monachorum Monaſterii ſupradicti, ac etiam predictorum Teſtium ſubſcriptionibus roboratum &c.

„ Ego qui ſupra Guillelmus Paſchaſii publicus Buclan. Notarius, ad cautelam dicti D. Tranſmundi, & predictorum filiorum ſuorum ſcripſi quia predictis omnibus rogatus interſui, & preſentes meo ſolito ſigno ſignavi. Actum eſt hoc apud predictum Monaſterium Majelle in Capitulo ejuſdem Monaſterii Anno, menſe, die, Ind. pretitulatis feliciter, Amen.

Cujus rogationi nos qui ſupra predicti Judex, Notarius, & Teſtes parere volentes, tenore predicti Inſtrumenti fideliter exemplato, prout ſuperius eſt expreſſum, & demum per nos auſcultato de verbo ad verbum ipſum ad cautelam dicti D. Tranſmundi rogatu ejuſdem in preſens ſcriptum publicum redactum eſt per me Notarium Guillelmum predictum tranſumen., & ipſum in formam publicam redigend. de verbo ad verbum, nihil addito vel imminuto ſecundum quod vidimus in autentico contineri, ſigno meo ſolito, ſigno, & ſubſcriptione mei, qui ſupra Judicis, & noſtrorum predictorum Teſtium, qui predictis interfuimus, auſcultavimus, & legimus ſubſcriptionibus roborat. &c. Actum eſt hoc apud Buclanum ante Domum Gualterii Dñi Roberti Anno, menſe, die, & Indictione pretitulatis feliciter, Amen.

✠ *Locus ſigni.*

Ego qui ſupra Rogerius Guillelmi Buclani Judex predictis rogatus interfui, ſubſcripſi, & ſolitum ſignum feci ✠.

✠ *Ego qui ſupra Judex Guillelmus Luponus hoc teſtor.*

Ego qui ſupra Guill. de Sancto Johanne hoc teſtor ✠.

Ego qui ſupra Dardanus Gualterii hoc teſtor ✠.

Ego qui ſupra Nicolaus Bartholomei hoc teſtor ✠.

Ego qui ſupra Notarius Jacobus Gualterii hoc teſtor ✠.

Abbatia Magellana Capitulo S. Petri obnoxia.

XL. Deſinente ſeculo Eccleſiæ XIII., hoc eſt an. 1291. Abbatia Majellana, quæ nullius ſerviebat imperio, Vaticanæ Baſilicæ juriſdictioni obnoxia nobis occurrit. Multa quidem huic Monaſterio ex Romanorum Pontificum Sanctionibus inerant Privilegia, quorum in Bullis Eugenii, Alexandri, & Innocentii III. mentio fit apertiſſima. Inter præcipua vero Cænobii Majellani jura, duo hæc numerantur: Omnimoda Abbatis in Monachos juriſdictio, quæ a nullo pendeat, excepto Romano Pontifice: ac viciſſim plena, quoad Abbatis electionem, Monachorum libertas, quam nec tollere poſſit, nec imminuere aliena quævis authoritas. Utrique Privilegio modus imponitur, ac Vaticano Capitulo cum in Abbatis electionem, tum in Monachorum & Monaſterii gubernium conceditur juriſdictio. Adeas Nicolai IV. Diploma, quod pag.221. noſtræ collectionis exhibet, reſque obvia erit legenti; jam enim ex facti ſerie compertum eſt, Abbatis electionem Capituli Vaticani decreto eſſe confirmandam, ac jus eſſe Capitulo Monaſterii Viſitationem indicere, indictamque aggredi, ac tandem perficere. Ut Viſitationem effugeret, tentavit quidem Monaſterii Abbas Apoſtolicæ Sedis Patrocinium prætendere, ac annuum cenſum, quem Monaſterium Apoſtolicæ Sedi perſolvebat, oſtentare. Inania tamen fuere Abbatis molimina; quandoquidem Pontifex Nicolaus, & Apoſtolicæ Sedi cenſum præſtandum eſſe, & vetera Capituli S. Petri jura ſervanda decrevit. En igitur Juriſdictionem non fluxam, non recens introductam, ſed ſolidam, vetuſtam, indubiam, atque, vel ipſo Abbate fruſtra contradicente, confirmatam.

Id vero a conſuetudine potius, quam a lege repetimus.

XLI. Quo primum tempore novum hoc jus Baſilicæ noſtræ acceſſerit, ignoramus. Evoluta tamen Benedicti XII. Conſtitutione, quam ex pag.320. hic repetimus, illud licet colligere, conſuetudine potius, quam lege ſcripto tradita fuiſſe introductum, ut Monaſterium Magellanum in Baſilicæ S. Petri Patrocinium ac tutelam ſeſe reciperet. Juvat facti ſeriem ex fuſiori Bullæ contextu paucis indigitare. Oborto circa Abbatis electionem diſſidio, quum Magellani Cœnobii Monachi in varias partes diſtracti, duos ſibi Præſides conſtituiſſent, cauſſa ad Capitulum noſtrum delata, utra electio probanda eſſet, utraque electio Capitulari Decreto infirmatur; atque, eodem Capitulo decernente, Berardus Aquaviva in Abbatem aſſumitur.

mitur. Nova hinc controverſiæ materies, quæ Benedicti XII. ſupremo judicio tandem ſublata eſt. Qua occaſione rem Benedictus enarrat, haud denegat jus ineſſe Capitulo ad confirmandum Abbatem; imo & ad Abbatis electionem, ſi rerum conditio ita exigat, rejiciendam; quodque caput eſt, diuturnam conſuetudinem producit, ac probat verbis hiſce: *& cum tu* (Berardum alloquitur) *tuam, & Richardus prædictus ſuam a dilectis filiis Capitulo Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ad quos confirmatio & infirmatio electionis Abbatis dicti Monaſterii S. Salvatoris, cum ſit pro tempore, de antiqua & approbata, & hactenus pacifice obſervata conſuetudine dicitur pertinere &c.* Morem igitur longo uſu introductum, & pacifica poſſeſſione corroboratum fatetur. Fortaſſe ex voluntario Monachorum erga Vaticanam Baſilicam obſequio mos ille primum incœpit; incœptum conſuetudo firmavit; conſuetudinem diuturna juvit præſcriptio, quæ in legem tandem evaſit inviolabilem. Enimvero quamdiu Monaſterium Majellanum perſtitit, tamdiu Vaticana Baſilica ſuam exercuit juriſdictionem. Cujus rei, cum ſexcenta pene dixerim ex Archivo noſtro præſto ſint argumenta, unum hic producimus ab Eccleſiarum Catalogo, qui anno 1365. peractus eſt, Capitulo Vaticano nedum probante, ſed per Vicariam Perſonam, quam huic Inventario conficiendo præfecerat, id fortaſſe jubente, ne Monaſterii jura ac bona aut minuerentur, aut omnino interciderent. Inventarium exſcribimus, atque illuſtramus; ut vel ex hoc uno monumento, Eccleſiarum, quarum nonnullæ vel hodie ſuperſunt, atque Baſilicæ noſtræ deſerviunt, originem & conditionem aſſequamur.

„ XLII. In Dei nomine Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo CCCLXV. die XXV. *Incipit Eccleſiarum Catalogus.*
„ menſis Optubris IIII. Indictionis (*a*). Apud Guardiam Grelis in Eccleſia Sancti Sal-
„ vatoris de Penda Guardiæ ſubjecta ſubſcripto Monaſterio Magellano, Regnante Sereniſ-
„ ſima Domina noſtra Domina Johanna Dei gratia Regina Jeruſalem, & Sicilie, Duca-
„ tus Apulie, & Principatus Capue, Provincie, & Forcalquerii ac Pedimontis Comitiſſa,
„ Regnorum ejus Anno XXIII. (*b*) Amen.

Eorum, qui huic Catalogo interfuerunt, cum primis vero Abbatis Magellani, ac Vicarii quem Capitulum S. Petri delegerat, inſeruntur hic nomina; Mox Sacra Monaſterii ſupellex enumeratur. Utrumque omittimus, ut Eccleſiarum Indicem, qui nobis curæ eſt, exſcribamus. Eſt autem ejuſmodi: „ Habet Caſalia tria, ſcilicet, Caſale Collis Meronis*, Caſale Collis *L. Milonis.
„ Magellan., & Caſtellar. cum ſubjacenti podio Ceſalie inabitatum, a quibus dictum
„ Monaſterium percipit Decimas propter alienationem feudorum, & teragia terræ dema-
„ nii dicti Monaſterii, hæc etiam alia predicta &c. Item poſſidet ad preſens Monaſteria,
„ & Eccleſias Monachales, ac etiam Eccleſias Seculares infraſcriptas, in quibus habet
„ Jus Epiſcopale Monaſterium Sancti Salvatoris prefatum, quæ ſunt hæc, videlicet:
„ Monaſterium Sancti Salvatoris de Angre (*c*), ubi habet* cum vacat ſolet conſtituere, *L. Abbas.
„ vel quotiens expedierit inquirere, viſitare, ac etiam, culpis exigentibus, deponere
„ dictum Priorem ab offitio Prioratus, a quo debet percipere anno quolibet flore-
„ nos duos.
„ Item habet juriſdictionem Epiſcopalem in Caſtro Pende (*d*) Pedimontis.
„ Item habet eamdem juriſdictionem in certa parte Guardie (*e*) que dicitur Penna.
„ Item apud dictam Pendam Pedimontis habet has Eccleſias. Eccleſiam Sancte Ma-
„ rie della Vella (*f*), que eſt Monachalis, a qua debet habere tarenos tres an-
„ nuatim.
„ Item apud Pendam ibidem Eccleſiam S. Marie Matalene (*g*), a qua debet habere
„ lib. 1. de Cera.
„ Item ibidem Eccleſiam Sancti Silveſtri, a qua debet habere tarenos tres an-
„ nuatim.
„ Item Eccleſiam Sancti Johannis (*h*), a qua debet habere tarenos tres annuatim.
„ Item Eccleſiam Sancte Lucie (*i*), a qua debet habere pro Procuratione tarenos
„ tres, & pro cenſu tarenos quatuor.

„ Item

(*a*) Ex anticipata ſupputatione a Septembris menſe ducta, numeratur Indictio, cum ex communiori Indictionis uſu, III. adhuc decurrat.

(*b*) Roberto vita functo ſub initium anni 1343. ſuccedit Joanna. Ducas hinc Regni initium, atque ad hunc quem inſcripſimus annum 1365. uſque producas, jamque annorum, qui Regno Joannæ tribuuntur, numerus ſibi conſtat.

(*c*) Conſulenda Traſelgardi donatio Diſſert. pag. VI.

(*d*) Hujuſce Caſtri meminit Alexandri II. Bulla, quam videſis fol. 40.

(*e*) Idem Alexander II. d. fol. 40. enumerat VillamGrele.

(*f*) Accedit Abbatiæ ex donatione Maſſarelli an. 1070., quæ recitatur pag. XV.

(*g*) Ignota Eccleſia, cujus nulla in Oblationibus, nulla item in Bullis Pontificum mentio.

(*h*) Utrumque Sacellum, *S. Joannis* de quo hic, & *S. Silveſtri*, de quo ſupra, Capellis Eccleſiæ S. Mariæ della Vella accenſetur. Conſule donationem Maſſarelli, pag. XV.

(*i*) Eccleſia *S. Luciæ*, apud Caſtrum Pinnæ collocatur in Cod. Viſitation. ann. 1585. fol. 23.

„ Item Eccleſiam Sancti Nicolai (*a*), a qua debet habere tarenos duos, & Cere
„ libram I.

„ Item apud Vagrum Eccleſiam Sancte Agathe (*b*), a qua debet habere tarenos
„ duos annuatim,

„ Item habet Eccleſiam Monachalem Sancti Antree (*c*) a qua debet habere annua-
„ tim tarenos tres,

„ Item Eccleſiam Monachalem Sancte Candide de Preturo (*d*), a qua debet habere
„ annuatim tarenos tres,

„ Item apud Preturum Eccleſiam Sancti Nicolai (*e*), a qua debet habere annuatim
„ tarenos tres, & Cere libras II.

„ Item Eccleſiam Sancti Stefani (*ſ*), a qua debet habere tarenos duos.

„ Item ibidem Eccleſiam Sancti Petri (*g*), a qua debet habere grana X.

„ Item Eccleſiam S. Leonardy (*h*), a qua debet habere tarenos quatuor annuatim, &
„ Cere lib.III.

„ Item apud Cominam Monaſterium Sanctæ Marie de Plano (*i*), a quo debet habere
„ tarenos tres annuatim.

„ Item ibidem Eccleſiam Sancte Lucie de Strada (*k*), a qua debet habere tarenos
„ duos & Cere libram I.

„ Item ibidem Eccleſiam S. Lucie de Comina (*l*), a qua debet habere tarenum
„ unum,

„ Item Monaſterium Sancti Clementis (*m*). . . . . . . a quo debet habere tarenos
„ tres annuatim.

„ Item in Guardia, & apud Guardiam habet iſtas Eccleſias, videlicet Eccleſiam San-
„ cti Silveſtri (*n*), a qua debet habere tarenos IIII.

„ Item Eccleſiam Sancti Jacobi (*o*) Monachalem, a qua debet habere tarenos tres,

„ Item Eccleſiam Sancti Bartholomei (*p*) Monachalem, a qua debet habere tare-
„ nos tres,

„ Item Eccleſiam Sancte Agate (*q*), a qua debet habere tarenos duos, & Cere lib.I.

„ Item Eccleſiam Sancti Procopii (*r*), a qua debet habere tarenos duos, & Cere
„ lib.I.

„ Item Eccleſiam Sancte Agathe de Freno (*ſ*), a qua debet habere tarenum unum,
„ & Cere lib.I.

„ Item Eccleſiam Sancte Crucis (*t*), a qua debet habere grana X.

„ Item apud Guardiam, Eccleſiam Sancti Blaſii (*u*) Monachalem, a qua debet habe-
„ re tarenos tres.

„ Item Cappellam S. Angeli (*x*), a qua debet habere tarenum unum, & Cere lib. unam.

„ Item apud Vacrum habet duas Eccleſias, videlicet Eccleſiam Sancte Agathe (*y*),
„ a qua debet habere tarenos III. & Cere lib.I.

„ Ibidem habet Eccleſiam Sancti Nicolai (*z*) de Bacro, a qua debet habere tarenos
„ duos, & Cere lib.I.

„ Item apud Buclanum habet Eccleſiam Sancte Marie de Baſſano (*aa*), a qua debet
„ habere tarenos II. & Cere lib.I.

„ Item

(*a*) Olim in Caſtro Pinnæ exiſtebat, ex Cod. Viſit. an.1598. fol.22.

(*b*) Anno 1077. donatur ab Aczarello & Guillelmo. Oblationem exhibet pag.XVI.

(*c*) Ex donatione Giſonis Coni filii an.1066. apud Rapinum ſtatuenda. Adeas pag.XIII.

(*d*) An.1100. a Gentili de Pallearia dono datur. Repetas Oblationem ex pag.XVII.

(*e*) Hanc, & ſuperiorem Eccleſiam recenſent Eugenii III. & ceterorum Pontificum Conſtitutiones.

(*ſ*) Cellis, quas an.1057. Tedemari & Adam donant, accenſetur. Olationem exhibet pag.XI.

(*g*) Incerta; quum nulla loci deſignatione circumſcribatur.

(*h*) Idem, quod in ſuperiori Eccleſia, hic recurrit incommodum.

(*i*) Hanc donant Raynerius & Conus an.1056. ex fol.X. Diſſertationis hic conſulendo.

(*k*) Adeas Raynerii & Coni donationem, quam ſupra indicavimus.

(*l*) Ejuſdem Raynerii & Coni munifica manu donatur.

(*m*) Et hoc inſigne eſt Raynerii & Coni Pietatis monumentum.

(*n*) Præpoſituræ titulo nobilitatur, ex actis Viſitat.1598. fol.39.

(*o*) Meminit Eugenii Bulla; meminit item Codex Viſitation. an.1598. pag.41. Sed illa Buclani, hic Guardiæ territorium nominat.

(*p*) Abbatiæ Majellanæ accedit quia illius ſolo inædificatur. Conſule pag.XXIII.

(*q*) Olim apud S. Angelum in Triſinio ex Bulla Eugen.III.

(*r*) Hanc nominat Eugen.III.; Hanc donat an.1000. Gerolfus Sacerdos.

(*ſ*) Dirutam novimus ex Cod. Viſitation. an.1598. fol.39.

(*t*) Huc forte transferenda Oblatio Gentilis ac Manerii, de qua pag.XXVIII.

(*u*) Excifam indicat Cod. Viſitat. an.1604. fol.210.

(*x*) Ruinæ proxima jam tum ab an.1598. ex actis Viſit. fol.41.

(*y*) Transfertur in Abbatiam an.1077. ex donatione Aczarelli, & Guillelmi. Proſtat Oblatio in pag XVI.

(*z*) Hanc, & ſuperiorem Eccleſiam, Eugeniana Bulla recenſet.

(*aa*) Notiſſima in Bullis Pontificum; Notiſſima item Oblatio ex pag.XXI. in fin.

(*a*) Con-

,, Item Eccleſiam Sancte Marie de Mirabello (*a*), a qua debet habere tarenos V.
,, Item ibidem habet Eccleſiam Sancte Crucis (*b*), a qua debet habere tarenos tres,
,, & Cere lib.I.
,, Item Eccleſiam Sancti Jacoby de Rupis (*c*), a qua debet habere tarenum unum,
,, & Cere lib.I.
,, Item Eccleſiam Sancti Blaſii (*d*), a qua debet habere tarenum unum, & Cere
,, lib.I.
,, Item Eccleſiam Sancti Martini ibidem (*e*), a qua debet habere tarenum unum, &
,, Cere lib.I.
,, Item Eccleſiam Sancti Blaſii de Roccha (*f*), a qua debet habere tarenos duos.
,, Item apud Faram habet Eccleſiam S. Nicolay (*g*), a qua debet habere tarenum
,, unum.
,, Item ibidem habet Eccleſiam Sancte Canziane (*h*), a qua debet habere tarenos IV.
,, Item omnes Eccleſie Magellan. poſit. in dioceſ. Theatina, tantum ſolvunt de De-
,, cima Papali, quantum ſolvunt de Viſitatione Abbati Magiellano (*i*).
,, Item apud Roccham Montis Plani habet Eccleſiam Sancte Juſte (*k*), a qua debet ha-
,, bere grana X. & Cer. lib.I.
,, Item apud Buclanum habet unum Molendinum (*l*), quod dicitur de lo Piſolu
,, quod locavit Frater Stefanus, a quo debet habere floreoum unum.
,, Item apud Manupellum habet Eccleſiam Sancti Egidii (*m*) Monachalem, a qua de-
,, bet habere tarenos tres.
,, Item apud Roccham Morici habet Eccleſiam Sancte Marie (*n*), a qua debet habe-
,, re tarenos duos, & Cere lib.I.
,, Item apud Sanctum Vitum habet Monaſterium Sancti Angeli (*o*), a quo debet ha-
,, bere tarenos V. & Cer. lib.I.
,, Item apud Lanzanum habet Eccleſiam Sancti Jacoby (*p*), a qua debet habere tarenos
,, duos, & Cere lib.I.
,, Item apud Atiſſam habet Eccleſiam S. Juliane (*q*), a qua debet habere tarenos
,, duos, & Cere lib.I.
,, Item apud Pollutrum habet Monaſterium S. Barbati (*r*), a quo debet habere ta-
,, renos XX. pro Procuratione, & cenſum annuum debitum in ſignum Dominii.
,, Item apud Urſooiam habet Eccleſiam Sancti Felicis (*ſ*), a qua debet habere ta-
,, renos duos, & Cere lib.I.
,, Item ibidem Eccleſiam Sancti Martini (*t*), a qua debet habere tareos duos &
,, Cere lib.I.
,, Item apud la Roma habet Eccleſiam Sancti Angeli (*u*), a qua debet habere ta-
,, renos duos.
,, Item apud lo Gipſum habet Eccleſiam Sancte Marie (*x*) Monachalem, a qua debet
,, habere tarenos tres.
,, Item Eccleſiam S. Angeli (*y*), a qua debet habere tarenos tres, & Cere lib.I.
,, Item Cappellam Sancti Antonii (*z*), a qua debet habere taren. I.

Item

(*a*) Conſule Oblationem Aſclettini ad an.1140. Conſulenda item Pontificum Diplomata.

(*b*) Fortaſſe apud Buchlanum poſita, cujus mentio in Bullis, atque in Coni Oblatione ad an.1064.

(*c*) Olim in Territorio Buchlani. Jamdiu jacet diruta, ex Cod. Viſit. an.1598. pag.34.

(*d*) Intelligas apud Buchlanum, ex vicinia aliarum Eccleſiarum de quibus ſupra. Majellenſis Eccleſiæ ſolo inædificatur. Conſule monumentum in pag.XXIII.

(*e*) Adeas Monumentum ſup. citatum.

(*f*) Ignotus locus, nec notior Eccleſia.

(*g*) A Petro Joannis filio conceditur an.1067. Adeas Oblationem.

(*h*) In Bullis commemoratur. Eccleſiam donat Petrus Amiconis filius an.1066.

(*i*) En Juriſdictionis, vel in ipſo Teatino Territorio, monumentum aperiſſimum.

(*k*) Forte eadem quam Eugenius III. apud Caſtellionem collocat. Si res ita ſe habet, transferenda huc ex anno 1074. donatio Petri de Arpa Villa.

(*l*) Ex Oblationum ſerie, multiplex apud Buchlanum Molendinorum numerus.

(*m*) Oblationi Boamundi a S. Felice acceptam referimus. Oblationem exhibet pag.XXIV. in fine, ubi nonnulla adnotavimus.

(*n*) Juribus Abbatiæ accedit an.1122. ex donatione Roberti Comitis Manupelli, quam conſulas pag.XIX.

(*o*) Jamdiu dirutum. Patet id ex actis Viſitat. an.1598. Meminere tamen Pontificia noſtra Diplomata.

(*p*) De qua egimus in notis ad Bullam Eugenii III. pag.50. ſub not. *d*.

(*q*) Cujus meminere Pontificum Bullæ; Repetas quæ ad Conſtitutionem Hadriani IV. adnotavimus.

(*r*) De Abbatiæ hujuſce origine, ac in Cœnobium Majellanum translatione, conſulantur Monumenta, quæ pag.VII. inſeruntur.

(*ſ*) Hanc donat Aſcetinus Coni filius an.1140. Oblationem ſuo loco protulimus.

(*t*) Adeas Adeodati, & Adami Oblationem ſub an.1073. & quæ ibi adnotavimus repetas.

(*u*) An.1064. traditur a Gerardo. Conſule quæ ad pag.XII. obſervavimus.

(*x*) Ann.1130., aut 1140. a Rogerio Siciliæ Rege dono datur. Oblationem exhibet pag.XVII., ubi multa ſcitu digna protulimus.

(*y*) Multæ Eccleſiæ cognomines; Ideo incerta.

(*z*) Recentior fortaſſe; quum nec Oblationes, nec Bullæ meminerint.

(*a*) Ex

,, Item Eccleſiam Sanćte Marie de Callararis (*a*), a qua debet habere tarenos quatuor, & Cere lib.I.
,, Item apud Montem Moriſcum Eccleſiam Sanćte Elene (*b*), a qua debet habere tarenos duos, & Cere lib.I.
,, Item apud Caſtrum Caſuli habet Eccleſiam Sanćti Petri (*c*), a qua debet habere tarenos quatuor, & Cere lib.I.
,, Item apud Collem Melonem (*d*) habet Eccleſiam Sanćti Chriſtofori, a qua debet habere tarenos III.
,, Item apud Caſtellar. (*e*) habet Eccleſiam S. Marie, a qua debet habere tarenos V. & Cere lib.I.
,, Item Eccleſiam Sanćte Lucie de Rapino (*f*), a qua debet habere tarenum unum, & medium de medietate Offertionis ejus feſti.
,, Item Eccleſiam Sanćte Marie de Carpinetis (*g*) de Rapino, a qua debet habere tarenum unum, & ſimiliter in feſto Aſſumptionis Beate Marie medietatem Offertionis.
,, Item Eccleſiam S. Laurentii (*h*) de dićta Terra Rapini, a qua debet habere annuatim tarenos quatuor, & medietatem Oblationis in vigilia feſty, & quartam Decime voluntarie annuatim.
,, Item debet recipere dićtum Monaſterium a Vaſſallis ſuis tempore creationis Abbatis Sacram (*i*) aſcendentem ad ſummam generalem collećte, videlicet a Coll. Milonis, Caſtellaris, & Caſtro Collis Magielle, & a Clericis ſuis ſubgeptis, Sacram aſcendentem ad ſummam generalem Viſitationis.

Majellani Caſtri habitatores Abbati Majellano fidem ſpondent, ac jurant.

XLIII. Inter Caſtra Majellani Abbatis juriſdićtioni ſubjećta, Majellanum Collem, ab Eccleſia S. Salvatoris haud multo terrarum intervallo diſſitum, ſupra commemoravimus. En luculentiſſimum ejus, quæ Abbatiæ inerat, ſummæ authoritatis argumentum. Quotquot Caſtrum inhabitabant Viri, ſolemni ritu fidem Abbati ſervandam ſpondent, & ſponſionem Sacramento confirmant. Nolim tamen hic diſſimulare, ſubjećtum populum a jugo collum ſubducere paulatim cœpiſſe, quum ſubinſenſo animo ad Juramentum præſtandum acceſſerit; Præſtitit tamen. Mirari forte ſubit cur tam exiguus ſubditorum numerus Caſtrum inhabitaverit; at mirari deſinet quiſquis norit, ſive ex Cæli inclementia, ſive ex bellorum impetu cauſſam repetamus, Caſtrum hocce habitatoribus vacuum tandem jacuiſſe, Proſtant vel hodie diſjećti Caſtri veſtigia, & turris adhuc erećta viſitur, excidii, quod hominum ac temporum injuria intulit, apertiſſimum teſtimonium, Verum ad ipſam fAći ſeriem exſcribendam pedem moveamus.

Facti ſeries enarratur.

,, XLIV. In Dei nomine, Amen. Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo oćtavo, die viceſimo menſis Februarii ſexte Indićtionis (*k*) apud Collem Majellanum in Eccleſia Sanćti Pangratii, regnante Sereniſſima Dompna noſtra Dompna Johanna, Dei gratia inclita Jeruſalem, & Sicilie Regina, Ducatus Apulie, & Principatus Capue, Provincie, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comitiſſa, Regnorum vero ipſius Dompne Regine anno viceſimo ſexto (*l*) feliciter, Amen. Nos Antonius Nich. Johanničti de Guardia, Reginali aućtoritate Judex ad contraćtus in utraque Aprutina Provincia, & Nicolaus Nich. de Gordiano Sitto puplicus per Provincias terre Laboris, & Comitatus Moliſii, Principatus citra ultraque terras Montorii, Apruti citra ultraque flumen Piſcarie, Baſilicate, Capitanatus, & terre Bari, Regia, & Reginali aućtoritate Notarius, & ſubſcripti teſtes ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, videlicet, S. . . . . Lucas Franciſcus, Andreas Butli Notarius Icobaldi, Ciccus Triculli de Guardia, Frater Ber. Laur., Frater Andreas Blundi de Penna Pedimontis, & Frater Antonius Raynaldutii de dićto Colle, Monaci Monaſterii Sanćti Salvatoris de Majella, preſenti puplico ſcripto fatemur, notum facimus, & teſtamur, quod dum pretitulato die coram nobis Judice, Notario, & Teſtibus in loco predićto Frater Johannes de Comina humilis Abbas Monaſterii Sanćti Salvatoris de Majella, Pontificalibus veſtibus ,, ſede-

(*a*) Ex Rogerii Oblatione jam tum ab an. 1144., & Pontificum Bullis notiſſima.
(*b*) Anno eodem 1144. a Roberto milite donatur.
(*c*) Alias de *Galbore*, cujus mentio in Cod. Viſitation. an. 1604. pag. 186.
(*d*) *Collem Milonis*, proinde & Eccleſiam fundo inædificatam, donat Comes Taſſo an. 1149. Collem hunc enumerant Pontificum Bullæ.
(*e*) Conſule quæ de hoc Feudo, & Eccleſia S. Mariæ illi conjunćta, protulimus pag. XXVI. & ſeqq.
(*f*) Cellis accenſetur, quas una cum Monaſterio S. Andreæ obtulit Giſo Coni filius an. 1066.
(*g*) De qua videſis Cod. Viſitation. an. 1604. pag. 212.
(*h*) Eccleſia Princeps, & Archipresbyteratus titulo inſignis. Obvenit ex Oblatione Giſonis, de qua ſupra.
(*i*) *Sacra* munus eſt Principe dignum, de quo multa Cangius in Gloſſario.
(*k*) Mira ubique in annis Indićtionis deſignandis concordia.
(*l*) Repetas quæ id hunc rem in ſuperiori monumento adnotavimus pag. XLIV. ſub lit. *h*.

(*a*) Exi-

„ ſederet indutus, & in dicto loco omnes, & ſinguli homines univerſitatis Caſtri Collis
„ de Majella, ad mandatum dicti Dompni Abbatis univerſaliter, & ſingulariter, & una-
„ nimiter eſſent congregati, predictus Abbas ab ipſis hominibus tamquam a vaſſallis pre-
„ dicti Monaſterii, univerſaliter, & ſingulariter Sacramentum fidelitatis, & aſſecuratio-
„ nis peteret, & affectaret, ſibi, & dicto Monaſterio ſecundum formam juris preſtari;
„ qui vaſſalli, & homines predicti dicebant, ſe ad predictum Sacramentum preſtandum
„ ipſi Monaſterio, nec dicto Abbati teneri, pro eo quod ipſi, nec anteceſſores eorum
„ ipſi Monaſterio, & Abbatibus, qui pro tempore fuerunt in dicto Monaſterio, prede-
„ ceſſoribus dicti Abbatis Johannis numquam tale Sacramentum preſtiterunt; dicto Ab-
„ bate Johanne in contrarium aſſerente, & dicente. Tandem predicti homines, & vaſ-
„ ſalli dicti Monaſterii, tamquam filii obedientie, mandatis dicti Abbatis Johannis vo-
„ lentes obedire, infraſcripti ſingulariter, videlicet Dompnus Mattheus Pape, Barthol-
„ linus de Tuderto, Girardus Jacobi, Philippus Aleſii, Zanit. Nic., Magiſter Mattheus
„ Raim., Laur. Nicolaus de Rapino, Stephanus Gentil., Mattheus Maſſioli, Nicolaus
„ Laur., Mattheus Simeonis, Antonius Nich., Ber. Oddonis, Gualterius Boni, Benedi-
„ ctus Nich., Amoruſus Catalli, Nicolaus Johannis, Silveſter Jac., Bonus Oddonis, An-
„ dreas Boni, Butius Gentilis, Petrus Bomaſii, Bened. Matthei, Nicolaus Mathutii,
„ Staſius Gilii, Clemens Johannis, Ciccus Simeonis Caczavino, Antonius Petri (a) pre-
„ dictum Sacramentum in manibus dicti Abbatis Johannis, Sacroſanctis Scripturis ma-
„ nualiter tactis, preſtiterunt ſub hac forma, & proteſtatione, videlicet, quod per tale
„ Sacramentum preſtandum, poſtmodumque preſtitum per predictos homines eidem Ab-
„ bati, jura, libertates, & conſuetudines dictorum hominum, que, & quas temporibus
„ retroactis habuerunt, nunc habent, & in poſterum poſſent habere erga dictum Mona-
„ ſterium, aliquatenus non ledantur, ſed omnia in puncto juris illeſa remaneant, & que,
„ & quas ſupradictum Monaſterium, & dictus Dompnus Abbas nomine ejuſdem Mona-
„ ſterii habuerunt, habent, & in poſterum poſſent habere erga predictos homines, &
„ vaſſallos, etiam inleſa ſerventur, & in puncto juris in ſuo eſſe remaneant; & ſic pre-
„ dictus Abbas predictum Sacramentum ab eiſdem hominibus, & vaſſallis pro ſe, & no-
„ mine dicti Monaſterii in manibus ſuis recepit. Unde ad futuram memoriam, & tam
„ dictorum hominum de Colle, quam predicti Dompni Abbatis nomine, quo ſupra, certi-
„ tudinem, & cautelam factum eſt exinde hoc preſens puplicum Inſtrumentum de ro-
„ gatu dicti Dompni Abbatis, & hominum de Colle predictorum per manus mei qui ſu-
„ pra Nich. puplici Notarii, tam ſigno, & ſubſcriptione mea, quam mei predicti Judicis,
„ & noſtrorum ſupradictorum Teſtium, qui predictis interfuimus, ſignis, & ſubſcriptio-
„ nibus roboratum. Quod ſcripſi ego qui ſupra Nicolaus auctoritate Regia, & Regi-
„ nali puplicus per ſupradictas Provincias ubique Notarius qui predict. rogatus inter-
„ fui, & puplicans me ſubſcripſi, & meo ſolito ſigno ſignavi.
„ Ego qui ſupra Antonius Nich. Johanicti de Guardia, Reginali auctoritate ad contra-
„ ctus Judex in utraque Provincia Aprutina predict. rogatus interfui, me ſubſcripſi, &
„ ſignum feci ✤.
„ Ego Lucas Franciſcus de Guardia qui ſupra Teſtis rogatus predict. interfui, & me
„ ſubſcripſi.
„ Ego Andreas Butii Notarius Leobaldi de Guardia qui ſupra hoc teſtor ✤.
„ Ego Cicco de Triccoli de Guardia qui ſupra hoc teſtor ✤.

XLV. Hactenus de Abbatiæ Majellanæ juriſdictione ac juribus, nedum in Caſtra & ſubditos, ſed etiam in Eccleſias ſubjectumque populum, multa protulimus ſive ex Pontificum Romanorum Bullis, ſive ex Principum Diplomatibus, ſive etiam ex lege ab iis ſtatuta, qui Oblationibus ac donis ſeſe munificos præbuere. Jam vero ad incudem & limam, ut ajunt, juvat juriſdictionem eamdem revocare, & litem expendere, quæ in graviſſimo hocce negocio Teatinum Epiſcopum, atque Majellanum Præſidem ad invicem commiſit. Controverſiæ materies, in ſpecie ſolam S. Barbati Abbatiam attingit; reipſa tamen ad Magellanum ipſum Cœnobium, & ad ea quæ illi conjuncta erant membra, protenditur. Hæc facti ſeries. Colantonius Valignanus ad Teatinæ Eccleſiæ regimen evectus, anno, quem Ughellus deſignat, 1445., Decimam ab ipſa S. Barbati Abbatia ſibi perſolvi poſtulat; atque ut titulum, cui jus Decimæ innititur, producat, Abbatiam eamdem Eccleſiæ Teatinæ immediate ſubjectam affirmat. Pernegat Magellanus Abbas, ſummoque pernegat jure, quum ex ipſa Abbatiæ inſtitutione, Epiſcoporum quævis juriſdictio

Majellano Abbati juriſdictio aſſeritur, Teatino Epiſcopo fruſtra contradicente.

(a) Exiguus hic habitatorum Collis Majellani numerus futuram Caſtri deſolationem portendit.

dictio penitus excludatur. Re ad Arbitros delata (quandoquidem neſas erat ex Friderici Decreto, ſeculare judicium adire) cauſſæ Victoria Abbati Magellano adjudicatur; productoque Innocentii III. Diplomate, quo Magellanum Cœnobium atque adnexa illi membra uni Romanæ Sedis imperio ſubduntur, Arbitrum ſententia, ipſa cum primis S. Barbati Abbatia, mox univerſum S. Salvatoris Monaſterium una cum Eccleſiis ac membris, quorum ſeriem in ſuo Diplomate Innocentius attexit, ab Epiſcopi Teatini juriſdictione, dominio, ac poteſtate eximuntur. Majellani ergo Præſidis juriſdictio in Eccleſias quæ Teatinum occupabant territorium, inanis non erat, nec vani nominis umbra; quandoqnidem in judicium vocata, & malleo pene dixerim ſubjecta, aggreſſorem vicit, dejecit, palmamque ſibi præripuit.

Sententiæ tempus incertum ab Chronologiæ diſſonantiam.

XLVI. Rata hæc ſunt; ſed ſtatum Sententiæ ab Arbitris promulgatæ tempus definire, hoc opus, hic labor. Compertum cum primis eſt, diſſidium fuiſſe excitatum, & lata per Arbitros Sententia, tandem compoſitum, quo tempore Colantonius Teatinam Eccleſiam adminiſtrabat. Porro Antiſtitis hujuſce initia annum 1445. non antevertunt; quum, Ughello teſte (a), Colantonius Valignanus ex reſignatione Jo: Baptiſtæ Teatini Electi, quam in actis Conſiſtorialibus probavit Eugenius IV., idibus Martii an. 1445. Teatinæ Eccleſiæ Epiſcopus fuerit renunciatus. Qui fieri ergo potuit (modo quæ in Ughello legimus, ſibi conſtent) ut die tertia Januarii ann. 1444., quod tempus in monumento a nobis ſubjiciendo ſemel & iterum conſtanter deſignatur, ut litem moverit, cauſaque ceciderit Colantonius Epiſcopus, qui nondum Epiſcopatum fuerat aſequutus? Aut ergo Ughellus ſallitur dum annos enumerat, aut monumentum Tabularii noſtri mendoſum eſt. Neque hic ſiſtit cardo difficultatis. Sive enim monumenti noſtri, ſive Ughelli ſupputationi inhæreas, annus XXXI. qui Alphonſi regno tribuitur, non bene reſpondet. Regnum Aragoniæ Alphonſo deſertur poſt Ferdinandi obitum, qui in menſem Aprilis anni 1416. incidit ex Hiſtoricorum conſenſione. Poſſent etiam annorum initia ab eo, quo Ferdinandus Regnum auſpicatus eſt, tempore repeti, hoc eſt ab anno 1412.; quandoquidem, ex Marianæ teſtimonio, ſubjectus populus pari conſenſione Ferdinando Regi, & Alphonſo ejus filio ac ſucceſſori, ſolemni Sacramento ſeſe obſtrinxit. Utram ſtatuas epocham, utraque infirma eſt; neque enim fieri poteſt, ut ab anno 1412., aut 1416., ad hæc uſque tempora, nimirum ad an. 1444. aut, ſi mavis, 1445., annus unus & triceſimus, qui Alphonſi Regno tribuitur, eruatur. Sed & Indictio manca eſt, ſi annum ſtatuas 1444. Imo nec Eugenii Pontificis annus XIV. exurgit, ſi cum tertia Januarii die *ejuſdem* anni 1444., quo tempore Sententia promulgata fuit, componatur. Enimvero Pontificatus Eugenii primordia a menſe Martio 1431. petenda ſunt; Oportet igitur ut ſub initium Januarii 1444. annus XIII. nondum fuerit expletus. Si nobis daretur noſtram hac in re proferre ſententiam, profecto caſtiganda eſſet monumenti noſtri Chronologia, cujus mendas invicta detegunt argumenta. Verum inſtitnti noſtri non eſt hac in re pluribus tricari, quum ad vindicandam Abbatiæ Magellanæ Juriſdictionem, noſſe ſufficiat, cauſſam ſub Colantonio Antiſtite ad Arbitros fuiſſe delatam, ac Sententiam prodiiſſe Magellano Cœnobio favorabilem.

Sententiæ tenor aſſuitur.

„ XLVII. In Dei Nomine Amen. Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo quadringente-
„ ſimo quatrageſimo quarto (b), die tertia Menſis Januarii VIII. (c) Indict., apud Civita-
„ tem Theatin. in Epiſcopali Palatio Theatin., videlicet in Sala magna dicti Palatii, Regnan-
„ te Sereniſſimo & Illuſtriſſimo Dño noſtro Alſonſo Dei gratia inelyto Rege Aragonum, &
„ Siciliæ citra, & ultra Farum, Valentiæ, Hieruſalem, Hnngariæ, Majoricarum, Sar-
„ dinie, & Corſice, Comite Barchinone, Duce Athenarum, & Neopatrie, ac etiam
„ Comite Roſſilionis, & Ceritanie, hujus vero ipſius Regni citra Farum Anno X., alio-
„ rum vero Regnorum ejus Anno triceſimo primo (d) feliciter, Amen. Nos Antonius An-
„ tonii Martini Theatinæ Civitatis ad contractus Judex, Sabinus Antonius Butii de
„ Monte Miglilo de Civitate Theatina puplicus ubilibet per totum Regnum Siciliæ Regia
„ auctoritate Notarius, & ſubſcripti Teſtes litterati ad hoc vocati ſpecialiter, & ro-
„ gati, videlicet Andreas Sabini Notarius, Amicus Cole Franciſci, Diaconus Petrus,
„ Bartholomeus de Forcella, & Lucianus Antonius Zamelle de Caſtello Novo, preſenti
„ ſcripto puplico declaramus, notum ſacimus, & atteſtamur, quod die, & loco predi-
„ ctis, accerſitis nobis Judice, Notario, & Teſtibus antedictis ad requiſitionem, & ro-
„ ga-

(a) Ughell. Ital. Sac. tom. VI. Column. 751. Venet. Edition.

(b) Conſule quæ §. XLVI. ſupra adnotavimus.

(c) De Indictione item egimus in §. XLVI. mox citato.

(d) De annis Alphonſi Regis, & gemina ad annos inchoandos epocha, egimus in ſuperiori eodem paragrapho.

,, gatum Venerabilis, & Religioſi Viri F. Antonii de Preturo Abbatis Venerabilis Monaſte-
,, rii Sancti Salvatoris de Magella, coram egregiis viris, & eximiis Decretorum Docto-
,, ribus Dompno Gaſpare de Aunctinis de Caſulis Archipresbitero terræ Lanzani, & D.
,, Leonardo de Teramo Vicario Rev. in Chriſto Patris, & D.D. Colantonii Epiſcopi
,, Theatin. (a) Arbitris, & Arbitratoribus comuniter electis inter dictum Fratrem An-
,, tonium Abbatem dicti Monaſterii S. Salvatoris, nomine & pro parte dicti ſui Monaſte-
,, rii, & Venerabilem Virum D. Marianum Notarii Marini Canonicum Theatin. Procu-
,, ratorem, procuratorio nomine, & pro parte dicti D. Epiſcopi Theatin. de, & ſuper di-
,, cta lite, & queſtione verten. inter dictum Abbatem nomine dicti ſui Monaſterii ex
,, parte una, & ipſum D. Marianum procuratorio nomine dicti D. Epiſcopi ex altera,
,, de & ſuper Monaſterio S. Barbati de Pollutro, dicti Arbitri pro Tribunali ſedentes in
,, Palatio predicto, videlicet ad Bancum ubi in dicto Palatio Curia Domini Epiſcopi ſo-
,, lita eſt regi, & regitur ad preſens, volentes, ut dixerunt, dictam cauſam in eis com-
,, promiſſam decernere, & mediante juſtitia terminare, quandam eorum arbitrariam ſen-
,, tentiam in ſcriptis protulerunt, tenoris, & continentie ſubſequentis, videlicet. In
,, Dei Nomine Amen. Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo quadrage-
,, ſimo quarto, die 3. menſis Januarii VIII. Indict. apud civitatem Theatin. in Epiſco-
,, pali Palatio tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Eugenii Di-
,, vina providentia PP. IIII. Anno XIIII. Nos Gaſpar de Aunctinis de Caſulis Archipres-
,, biter Lanzani, & Leonardus de Teramo R. in Chriſto Patris, & D.D. Colantonii Dei
,, gratia Epiſcopi Theatin. in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, Decre-
,, torum Doctores Arbitri, & Arbitratores de Jure tamen electi de comuni prefatorum
,, voluntate per Venerabilem, & Religioſum Virum F. Antonium de Preturo Abbatem
,, Venerabilem Venerabilis Monaſterii Sancti Salvatoris de Magella ex una parte, & D.
,, Marianum Notarii Marini Canonicum Theatinum Procuratorem procuratorio nomi-
,, ne, & pro parte R. in Chriſto Patris, & D.D. Colantonii de Valingiano Epiſcopi
,, Theatin. ex altera, in & ſuper certa differentia, lite, & queſtione inter ipſum Fratrem
,, Antonium Abbatem predictum, dicti ſui Monaſterii nomine, & ipſum D. Mariauum
,, procuratorio nomine dicti D. Epiſcopi Theatin. ex altera, de & ſuper Abbatia Sancti
,, Barbati de Pollutro, quas Abbatiam, & Eccleſiam S. Barbati dictus D. Marianus dicto
,, nomine aſſerebat, & dicebat eſſe immediate ſubjectam dicto Epiſcopo Theatin. & ſue
,, Juriſdictioni, & Decimam de per ſe ſeparatim ſolvere debere dicto Domño Epiſcopo
,, Theatino, dicto Fratre Antonio Abbate dicti Monaſterii Sancti Salvatoris, ſuo & dicti
,, Monaſterii nomine in adverſum dicente, dictam Abbatiam S. Barbati, & Eccleſiam
,, S. Barbati predicti antiquitus & omni tempore fuiſſe, & ad preſens eſſe immediate
,, ſubjectam Monaſterio ſuo S. Salvatoris de Magella, & non Epiſcopo Theatino, & quod
,, Decima ipſius Monaſterii S. Barbati debetur ipſi Monaſterio S. Salvatoris de Magella,
,, & dictus Abbas dictam Decimam habuiſſe, & in poſſeſſione dicte Prepoſiture, & re-
,, preſentandi, & confirmandi fuiſſe, & eſſe; Preſenti ſcripto puplico noſtre difinitive
,, ſententiæ declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod vertente differentia predicta
,, inter dictas partes, & facto in nos Compromiſſo predicte differentie, & auditis diſſer-
,, tationibus predictis, ac petitionibus, & reſponſionibus utriuſque partis hinc inde in-
,, tervenientibus, die 20. Menſis Decembris dicti anni VIII. Indict. pro Tribunali ſeden-
,, tes in Epiſcopali Palatio, utrique parti dedimus terminum octo dierum ad proban-
,, dum, & probatum habendum de Juribus eorumdem, infra quem quidem terminum
,, dictus Dompnus Marianus nihil produxit, neque probavit efficax; dictus vero Abbas
,, dicti Monaſterii produxit, & preſentavit certas apodiſſas ſolutionis dicte Decime, nec
,, non quandam Bullam Papalem plumbeo Sigillo ſigillatam, & aliis ſolemnitatibus ſoli-
,, tis, debitis, & conſuetis roboratam, non vitiatam, non cancellatam, non abolitam,
,, non abraſam, nec in aliqua ſui parte ſuſpectam, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione
,, carentem vidimus, legimus, & inſpeximus diligenter, eratque Bulla ipſa per omnia,
,, tenoris, & continentiæ ſubſequentis, videlicet: *Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Mattheo Abbati Heremi Magellane, ejuſque Fratribus tam preſentibus, quam futuris heremiticam vitam profeſſis.* Juſtis Religioſorum deſideriis conſentire &c. *Preſtat hac Bulla in Collectionis noſtræ pag.* 80.

,, Quam quidem Bullam omni debita reverentia recepimus, & admiſimus ſi & in
,, quantum &c. Die vero 2. Menſis Januarii dicti Anni VIII. Indictionis, nobis pro Tri-
,, bunali ſedentibus, de voluntate ambarum partium predictarum facta fuit puplicatio, &

,, aper-

(a) Quæ ex Ughello protulimus, ex §.XLVI. huc revocanda.

„ apertura totius Proceſſus, & hinc inde omnium actitatorum, & datus fuit terminus
„ ad recipiendum copiam, & obponendum, ſi obponere voluerint, per dies quatuor.
„ Eodem die dicte partes ambe coram nobis perſonaliter preſentes, dicto termino ad re-
„ cipiendum copiam, & obponendum dato, voluntarie, & expreſſe renunciaverunt, &
„ petierunt in cauſa concludi, & ad ſententiam procedi. Ideo de voluntate dictarum
„ ambarum partium coram nobis perſonaliter preſentium, volentium, & expreſſe peten-
„ tium, facta fuit concluſio, & renunptiatio in cauſa predicta, & per Nos, & noſtram
„ Curiam habitum ſuit pro concluſo, & renunptiato in cauſa ipſa, & monite fuerunt dicte
„ partes ibidem coram nobis preſentes, audientes, & intelligentes, & acceptantes, ut
„ ſequenti die juridica comparere deberent coram nobis, audituri, & viſuri ſententiam
„ per Nos in hujuſmodi cauſa ferendam. Qua die adveniente, videlicet hodie die tertia
„ dicti Menſis Januarii VIII. Indictionis, nobis pro Tribunali ſedentibus in loco predi-
„ cto, dicte ambe partes coram nobis comparuerunt, & ſententiam per Nos ſuper hu-
„ juſmodi cauſa ferri cum inſtantia poſtularunt. Unde Nos qui ſupra Gaſpar, & Leo-
„ nardus Arbitri, ut premittitur, electi, viſa petitione ipſius D. Mariani Procuratoris
„ D. Epiſcopi Theatin., viſa reſponſione dicti Abbatis, viſo termino dato ad proban-
„ dum, viſa dicta Bulla, & certis Apodiſſis per ipſum Abbatem productis, viſa pupli-
„ catione Proceſſus, & termino dato ad recipiendum copiam, & obponendum, viſa
„ renunptiatione & concluſione in dicta cauſa facta, viſiſque, & conſideratis omnibus
„ aliis, quæ videnda, & conſideranda fuerunt, & ſunt, quamplurium Juriſperitorum
„ commuuicato conſilio, per ea, quæ vidimus, legimus, & invenimus, & que animum
„ noſtrum movent, & movere debent animum cujuslibet recte judicantis, ſolum Deum
„ pre oculis habendo, cujus oculi luſtrant lucis veritatem; Chriſti nomine invocato pro
„ Tribunali ſedentes, Curiamque regentes, dicimus, pronunptiamus, declaramus, &
„ arbitramur, dictam Abbatiam S. Barbati de Pollutro, & Eccleſiam ipſam Sancti Bar-
„ bati fuiſſe, & eſſe immediate ſubjectam, & ſubpoſitam dicto Monaſterio S. Salvatoris
„ de Magella, & non Epiſcopo Theatino, & ipſi Monaſterio ſolvere tantum, & debere
„ Decimam prout actenus conſuevit, ipſumque Monaſterium S. Salvatoris cum dicta
„ Abbatia, & Eccleſia S. Barbati, & cum omnibus aliis membris, & Eccleſiis in dicta
„ Papali Bulla contentis, notatis, & deſcriptis, eſſe penitus exemptum a Juriſdictione,
„ coherctione, dominio, & poteſtate Domñi Epiſcopi Theatin (a), vigore, & auctori-
„ tate dicte Bulle; Hanc noſtram difinitivam arbitrariam Sententiam proferentes in his
„ ſcriptis omni meliori via, modo, jure, forma quibus magis, melius, & aptius de
„ jure poſſumus, & debemus. Lecta, lata, & in iis ſcriptis recitata fuit dicta ſenten-
„ tia ore proprio per prefatum D. Gaſparrem Arbitrum de voluntate, commiſſione, &
„ mandato dicti D. Leonardi alterius Arbitri pro Tribunali ſeden. ut ſupra Anno, die,
„ loco, Menſe, & Indictione antedictis, preſente pro Judice ad contract. Antonio An-
„ touii Martini, & pro teſtibus Andrea Sabini Not., Amico Cole Franciſci, Diacono
„ Petro, Bartholomeo de Forcella, & Luciano Antonio Zanelle de Caſtro novo Teſti-
„ bus ad premiſſa adhibitis, vocatis, & rogatis, preſentibus dicto Abbate, & D. Ma-
„ riano, & dictam arbitrariam Sententiam laudantibus, acceptantibus, atque emologan-
„ tibus tauquam juſtam, ſanctam, rectam, & equam, ac petente d. Abbate pro cautela
„ ſua, ſuorumque ſucceſſorum, & dicti Monaſterii Sancti Salvatoris ex veritatis teſtimo-
„ nio omni futuro tempore perhibituro, ac rogante nos Judicem, Notarium, & Teſtes
„ antedictos, ut de hujuſmodi ſententia puplicum conficere deberemus Inſtrumeutum.
„ Nos vero attendentes, officium noſtrum puplicum non poſſe alicui rationabiliter dene-
„ gari, dictam ſententiam tranſcripſimus, & autenticavimus, ac in preſentem puplicam
„ ſormam redegimus de verbo ad verbum prout in ea continetur. Unde ad futuram me-
„ moriam, & tam Curie certitudinem, quam dicti Abbatis ſuorumque ſucceſſorum, &
„ dicti Monaſterii, ac omnium aliorum, quorum, vel cujus inde intereſt, & in futurum
„ poterit intereſſe, teſtimonium, certitudinem, & cautelam, de rogatu dicti D. Abba-
„ tis factum eſt exinde per manus mei predicti Notarii Sabini preſens puplicum, &
„ autenticum Inſtrumentum, ſubſcriptione, & ſigno meo ſolitis, ſubſcriptione, & ſigno
„ dicti Judicis, ac prefatorum Teſtium ſubſcriptionibus roboratum.
„ Quod ſcripſi, & puplicavi Ego qui ſupra Sabinus Autonius Butii de Monte Mi-
„ glilo de Civitate Theatin. puplicus ut ſupra Reginali auctoritate Notarius, quia pre-
„ miſſis omnibus, & ſingulis vocatus & rogatus interfui, ea puplicans me ſubſcripſi, &
„ ſignum feci ✣.

„ Ego

(a) En luculentiſſimum libertatis, quæ Monaſterium ab Epiſcopali Juriſdictione eximit, argumentum.

„ Ego qui ſupra Antonius Antonii Martini Theatin. Civitat. ad contractus Judex
„ predictis rogatus interſui, me ſubſcripſi, & ſignum feci ✠
„ Ego qui ſupra Notarius Amicus Cole Franciſci de Caſtro Sancti Angeli predicta
„ teſtor, & me ss.
„ Ego Subdiaconus Lucianus Antonius Zanelle de Caſtro novo omnibus his interſui,
„ me ſubſcripſi, manu propria ſignum feci ✠

Conradus Aquaviva Caſtellarii Feudum occupat.

XLVIII. Ex quo Feudum Caſtellaris an. 1271. in Tranſmundum de Palleniano, ejuſque liberos poſt Patris fata ſuperſtiſtes, feudali jure translatum eſt, quo tandem illud pervenerit; an ad Monaſterium, extincta maſculorum linea, ex vi contractus rurſum acceſſerit, an vero ad alienas pervenerit manus, quum nulla ſuccurrant monumenta, affirmare nobis non licet. Hoc unum novimus, evoluta nimirum multorum annorum ſerie, Conradum Aquaviva S. Valentini Comitem anno 1454. in Caſtellaris feudo dominatum exercuiſſe; Jure ne an injuria, quæ infra dicturi ſumus, aperient. Fatetur Conradus, Decimas Majellano Abbati eſſe perſolvendas; fatetur, Prædeceſſores, qui Feudum tenuere, huic oneri fuiſſe ſubjectos; hinc pari ſe ac ſuos obſtringit vinculo. Feudum igitur ante Conradi ætatem, aut ad Monaſterium numquam redierat; aut a Monachis in alios iterato contractu fuerat translatum. Audiamus interim Conradi Edictum.

Conradi Edictum de Decimis perſolvendis.

XLIX. Corradus Aquaviva Miles, & Sancti Valentini Comes, omnibus has no-
„ ſtras literas inſpecturis, ſalutem. Cum jamdudum a noſtris Predeceſſoribus, Caſtellaris,
„ & ſubjacentis Podii Cefalie annue Decime omnium fructuum venerabili Monaſterio San-
„ cti Salvatoris de Magella date fuerint: a quibus cum deviare nephas eſſe ducamus,
„ profitemur & nos eaſdem perpetuo eſſe daturos. Qua de re volumus, ſtrictiuſque ju-
„ bemus Officialibus noſtris, qui pro tempore fuerint, ut de dictis fructibus Caſtellaris,
„ & ſubjacentis Podii Cefalie ſiti in Provincia Penne juxta ſuos fines, annuas Decimas
„ a laborantibus inibi Colonis dari faciant, ſi gratiam noſtram caram habent. In quarum
„ rerum fidem preſentes fieri fecimus, noſtro ſigillo munitas, manuque noſtra propria
„ ſubſcriptas. Datum Planelle vigeſima Januarii anno Nativitatis D. N. J. C. milleſimo qua-
„ drigenteſimo quinquageſimo quarto.
„ Corradus Comes manu propria ſcripſi.

Conrado ejecto, Feudum Caſtellaris Monaſterio Magellano vindicatur.

L. Quæcumque vero fuerit Conradi Comitis, quoad Decimarum ſolutionem, provida cura, eam profecto Magellanus Abbas haud ſatis probavit, quum noſſet, nec juſto poſſeſſionis titulo, nec æqua cenſus ſervata menſura, decimam fructuum Caſtellaris & Cephaliæ partem offerri. Non primum; jam enim jure proprio Conradus Feudum utrumque occupaverat: Non alterum; quandoquidem præter Decimarum quotam, certus præterea ſingulis annis præſtandus erat cenſus, & cetera favore Abbatiæ jura ſervanda, quæ in locationis Inſtrumento a nobis ſupra producto latius recenſentur. Hinc Abbatis nomine, porrecto ad Siciliæ Proregem ſupplici libello, Conradus iniquus invaſor a poſſeſſione dejicitur, & primæva Feudi jura, Bona, fructus, proprietas, Monaſterio vindicantur. Solemne Proregis Decretum eo libentius ſubjicimus, quo majora ac ſolidiora pro Monaſterii juriſdictione, ac poſſeſſione inde eruimus argumenta; Ex quibus Baſilicæ noſtræ commodis nonnihil proſpicimus; quum de Feudi utriuſque gemino titulo, donationis nimirum, ac iteratæ poſſeſſionis luculentiſſima ſuccurrant teſtimonia.

Tenor Sententiæ in Conradum promulgatæ.

LI. *In Dei nomine, Amen. Anno Domini milleſimo quatricenteſimo ſexageſimo, die quartodecimo menſis Decembris none Indictionis* (a), *apud territorium Caſtellar. ante Eccleſiam vulgariter nuncupatam Sancta Maria de li Caſtellari, regnante Sereniſſimo Dompno noſtro Dompno Ferdinando Dei gratia inclito Rege Sicilie, Jeruſalem, & Hungarie, Regnorum vero ejus anno tertio* (b) *feliciter, Amen. Nos Johannes Franciſci de civitate Theatina ejuſdem civitatis ad contractus litteratus Judex, Alexander Notarii Antonii de Rocca Morici, habitator civitatis Theatine, per totum Regnum Sicilie citra Farum puplicus regia auctoritate Notarius, & ſubſcripti Teſtes ad hoc vocati ſpecialiter & rogati, licterati videlicet, Chriſtoforus Maſii Antonii, Colandreas Angeli Sancti Cole, Paulus Angeli Bartholomei, & Nicolaus Cilimnii de civitate predicta, & Dominicus Petri Brutii de Ripa Thetis, inlitteratus vero Colangelus Vacchii de predicta civitate, preſenti ſcripto puplico declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod prelibatis die, & loco, accerſitis nobis predictis Judice, Notario, & Teſtibus ad petitionis, & requiſitionis inſtantiam Euangeliſte Bernardi de Senis, Civis & habitatoris civitatis Thea-*

(a) Ita nimirum Indictionem enumerant qui a Septembri menſe illam ordiuntur; qui vero a Januario, Indictionem VIII. nondum abſolvunt.

(b) Sive ab Alphonſi obitu, ſive a Pii II. approbatione ac inveſtitura, Ferdinandi Regis initia repetas, ea, Raynaldo teſte, in annum incidunt 1458. Juremerito igitur anno Æræ chriſtianæ 1460., tertius Regni annus Ferdinando tribuitur.

Theatine, Procuratoris, & Yconomi venerabilis Monaſterii Sancti Salvatoris de Magella Ordinis Sancti Benedicti, de cujus procuratione conſtare vidimus puplico Inſtrumento exinde fieri rogato, & facto manu Notarii Angeli Maſioli Colelle de Clementis de Guardia Grelis, prefatus Euangeliſta Procurator, & Yconomus procuratorio nomine, & pro parte dicti Monaſterii, oſtendit, & preſentavit, ac puplice legi fecit quaſdam literas magnifici, & Excellentis Domini Matthei de Capua armorum Capitanei, ac Viceregis, & Regii Gubernatoris utriuſque Aprutii, in carta membrana conſcriptas, ſigillo dicti Domini Viceregis, & Gubernatoris in eiſdem literis impreſſo ſigillatas, & ejuſdem Dompni Viceregis, & Gubernatoris propria manu ſubſcriptas, tenoris, & continentie ſubſequentis. Mattheus de Capua armorum Capitanius, ac utriuſque Aprutii citra, & ultra ad juſtitiam, & guerram Vicerex, & Regius Gubernator pro parte Sereniſſimi Dompni noſtri Regis Ferdinandi &c. Univerſis & ſingulis preſentes noſtras patentes literas inſpecturis notum ſore facimus, quod comparens coram nobis venerabilis, ac religioſus Vir Frater Nicolaus de Preturio digniſſimus Abbas venerabilis Monaſterii Sancti Salvatoris de Magella de Provincia Aprutii citra, Ordinis Sancti Benedicti, nomine ſuo, & Conventus dicti Monaſterii quamdam ſupplicationem nobis humiliter preſentavit tenoris, & continentie ſubſequentis. „ Coram vobis excellenti Dompno, Dompno Mattheo de Capua ar-
„ morum Capitaneo, ac utriuſque Aprutii citra & ultra, ad juſtitiam, & guerram
„ Vicerege, ac Regio Gubernatore pro parte Sereniſſimi Domini noſtri Regis Ferdinandi,
„ comparens Frater Nicolaus de Preturo humilis Abbas Monaſterii Sancti Salvatoris de
„ Majella Ordinis Sancti Benedicti, ſuo ac Conventus, & dicti Monaſterii nomine dicit,
„ narrat, ac reverenter exponit, quod cum a diu, & tanto tempore cnjns memoria
„ hominum in contrarium non exiſtat, dictum Monaſterium jure dominii, vel quaſi, &
„ omni pleno jure, titulo donationis habuerit, tenuerit, & poſſederit territorium Caſtel-
„ larii, & ſubjacens Podium Ciſalie ſituatum in Aprutina Provincia ultra juxta flumen
„ Piſcarie, ab una parte juxta Rivum Ciſalie, juxta Collem de Collalto, & juxta ter-
„ ritorium Aſtringiani, & juxta feudum Berardatii, & alios fines, que donatio conſtat
„ per quaternones antiquiſſimos dicti Monaſterii (*a*), & Bullas authenticas Apoſtolicas
„ confirmationis Donationis predicti Territorii Caſtellarii cum ſubjacenti Podio Ciſa-
„ lie (*b*), quod, & quas dicto nomine producit coram veſtra Excellentia; tandem ma-
„ gnificus Dompnus Corradus de Aquaviva Comes Sancti Valentini dictum Territorium
„ per tempora occupavit, & ad preſens injuſte, & minus debite occupat, & tenet con-
„ tra Deum & juſtitiam, in grave dampnum, & prejudicium dicti Monaſterii; & pluries
„ fuerit requiſitus ab Abbatibus dicti Monaſterii, ut dictum Territorium cum ſubjacenti
„ podio Ciſalie reſtitueret dicto Monaſterio, & id facere continuo recuſaverit, dictus Ab-
„ bas pro eis rehabendis habuit recurſum ad Sacram Regiam Mageſtatem Regis Al-
„ phonſi, & ad ejns Sacrum Conſilium, & ex eorum commiſſione formato quodam pro-
„ ceſſu in Cauſa predicta per Dompnum Colantonium de Capua, propter potentiam
„ dicti Comitis, & propter inopiam, & impotentiam dicti Monaſterii, dictam Cauſam
„ ad finem, & deciſionem dictam Cauſam * non potuit facere perveniri, ac diffiniri, &

** Repetitur inutiliter.*

„ decidi facere. Et quia dictus Comes eſt puplicus, & notorius rebellis, & infidelis
„ Regius S. R. M. Regis Ferdinandi, ac ipſius, & ejus Officialium mandatis obedire, &
„ parere recuſavit, dicti Monaſterii, & Conventus nomine dictus Abbas ſupplicavit hu-
„ militer, & devote Veſtre Excellentie, ut conſtito de dictis Scripturis, & authenticis
„ Apoſtolicis Privilegiis, de juribus dicti Monaſterii habitis in dicto Territorio Caſtel-
„ larii, & ſubjacenti podio Ciſalie, & de notoria, & publica rebellione, & infidelitate
„ dicti Dompni Comitis Sancti Valentini, dignetur dicta Veſtra Excellentia prefatum
„ Abbatem ſupplicantem, nomine dicti Monaſterii in poſſeſſione, & tenuta dicti Terri-
„ torii Caſtellarii cum ſubjacenti Podio Ciſalie inducere, & reintegrare, & inveſtire, &
„ inductum, & integratum, & reinveſtitum tueri, & defendere, ac a ceteris Regiis
„ Officialibus veſtre juriſdictioni ſubjectis tueri, & defendi facere; non obſtante qua-
„ cumque preſcriptione, vel quocumque jure, quam, vel quod dictus Comes allegaret
„ vel allegare poſſet, pro indempnitate dicti Monaſterii conſervanda, ut Altiſſimus Deus
„ dominationem veſtram conſervet in felici, & proſpero ſtatu victorioſum per tempora
„ longiora. Unde viſa dicta ſupplicatione, viſis dictis Privilegiis Apoſtolicis, & Scriptu-
„ ris, ac juribus dicti Monaſterii, conſtito nobis per predicta de veritate ſupplicatorum,
„ & de notoria, & puplica rebellione, & infidelitate, ac inobedientia dicti Comitis,
„ atten-

(*a*) Eam fortaſſe Donationum ac Oblationum ſeriem intelligit, quam typis ſubjecimus.
(*b*) *Caſtellaris* & *Ceſalia* meminere Eugenii, Alexandri, & Innocentii III. Conſtitutiones, quas toties indicavimus.

(*a*) Quæ

„ attento quod tenemur ex debito noſtri Viceregiatus, & Gubernatoratus Officii, Mo-
„ naſteriis, & piis locis favorabiles eſſe, maxime juſta cauſa interveniente ex parte di-
„ cti Monaſterii, idcirco predictum Abbatem nomine dicti Monaſterii, & Conventus,
„ per traditionem noſtri anuli de dicto Territorio Caſtellarii cum ſubjacenti Podio Ci-
„ ſalie cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis reinveſtimus, & reintegramus; quam
„ noſtri anuli traditionem, vim, robur, & efficaciam vere, & realis; ac corporalis poſ-
„ ſeſſionis habere, & obtinere volumus. Et nihilominus damus, & concedimus dicto Ab-
„ bati dicti Monaſterii, & ſui Conventus, vel alteri ejus Procuratori ſui parte veram,
„ & realem poſſeſſionem dicti Territorii Caſtellarii cum ſubjacenti Podio Ciſalie capere,
„ & apprehendere, ac captam, & apprehenſam in conceſſam retinere; non obſtante
„ quacumque alia preſcriptione, vel jure in favorem dicti Comitis poſſet allegari, quod,
„ & quam ipſum Comitem, verum, publicum, & Regium rebellem, ac infidelem per
„ preſentes privamus, & donamus dicto Abbati nomine dicti Monaſterii omne jus, &
„ actionem, quod, & quam habet, & competit, vel habere & competere poſſet in
„ dicto Territorio Caſtellarii cum ſubjacenti Podio Ciſalie. Regie Curie, & regia au-
„ ctoritate, qua fungimur, precipimus omnibus Laboratoribus, Colonis, & Inquilinis,
„ ut dicto Abbati dicto nomine de fructibus, redditibus, proventibus, & introitibus
„ quibuſcumqne, ſub pena decem unciarum auri Regio Fiſco applicanda, & exi-
„ genda a quolibet contrafaciente, debeant integre reſpondere; precipientes omnibus
„ Officialibus noſtris, qui per dictum Abbatem, vel ejus Procuratorem fuerint requi-
„ ſiti, ut dicto Abbati, vel ejus Procuratori faveant, & aſſiſtant auxiliis, & favoribus
„ opportunis pro predictis omnibus obſervandis, & pro ſervatione dicte poſſeſſionis,
„ reintegrantes poſſeſſionem predictorum cum proprietate predictorum. Et ad certitudi-
„ nem predictorum, has preſentes patentes literas exinde fieri ſecimus noſtre proprie
„ manus ſubſcriptione, & proprii majoris noſtri ſigilli impreſſione munitas. Datum ex
„ Civitate Theatina die octava menſis Novembris none Indictionis 1460. (*a*) Mattheus
„ de Capua manu propria. Marchion. *A tergo vero regiſtrata* „. *Quibus quidem literis ut ſupra oſtenſis, & preſentatis, & per nos predictos Judicem, Notarium, & Teſtes viſis, lectis, & diligenter inſpectis, idem Euangeliſta Procurator, & Yconomus, ac Procuratorio nomine, & pro parte dicti Monaſterii & Conventus Sancti Salvatoris nobis predictis Judice, Notaris, & Teſtibus preſentibus, & videntibus, auctoritate, & vigore dictarum literarum cepit, & apprehendie corporalem poſſeſſionem dicti Territorii Caſtellaris, & ſubjacentis Podii Ciſalie in dictis literis nominati, ipſum Territorium intrando, & exeundo, ac per ipſum ambulando, & alia queque faciendo que ad captionem, & apprehenſionem corporalis poſſeſſionis pertinens, atque ſpectant; & de qua quidem captione, & apprehenſione poſſeſſionis in inſerta forma predictarum literarum dictus Euangeliſta Procurator, & Yconomus, quorum ſupra nomine, nos prefatos Judicem, Notarium, & Teſtes rogavit, & cum inſtantia requiſivit, ut exinde conficere deberemus unum, & plura, quæ opportuna fuerint puplica conſimilia Inſtrumenta, unde ad futuram memoriam, & tam cujuſcumque competentis Curie certitudinem, quam dicti Monaſterii, & Conventus, ac omnium aliorum quorum vel cujus inde intereſt, & in futurum poterit intereſſe cautelam, de rogatu predicto factum eſt exinde per manus mei predicti Notarii preſens puplicum, & autenticum Inſtrumentum, ſubſcriptione, & ſigno meis ſolitis, ſubſcriptione, & ſigno predicti Judicis, & prefatorum Teſtium ſubſcriptionibus roboratum; quod ſcripſi, & puplicavi, ego Aleſander Notarii Antonii de Rocca Morici habitator civitatis Theatine puplicus ut ſupra Regia auctoritate Notarius quia premiſſis omnibus vocatus, & rogatus interfui, me ſubſcripſi ipſumque meo ſolito ſigno ſignavi.*

Ego qui ſupra Joannes Franciſci de Civitate Theatina ejuſdem Civitatis ad contractus Judex rogatus interfui, me ſubſcripſi & ſignum feci.

Ego qui ſupra Nicolaus Andreas Agnioli Ser. Nicolai predictis interfui, & me ſubſcripſi.

Ego qui ſupra Dominicus Petri predictis interfui, & me ſubſcripſi.

Ego qui ſupra Chriſtophanus Maſii Antonii predictis interfui, & me ſubſcripſi.

Feudum Caſtellaris in Valignanam familiam transfertur.

LII. Quid vero conſilii cœperint Monachi, poſtquam fundus uterque Caſtellaris ac Cephaliæ ad primæva Cœnobii jura regreſſus eſt; an Monaſterii nomine Prædia illa excoluerint; an aliis tradiderint excolenda; an potius in emphytheoſim conceſſerint, res eſt nobis impervia. Illud tandem, ex quodam Notarii Tegeronis Inſtrumento, quod anno 1584. confectum eſt, aſſequuti ſumus, Magellanum Abbatem ejuſque Confratres, ineunte Eccleſiæ ſeculo XVI., hoc eſt anno 1505., in Nobilem Valignanam familiam Feudum utrumque, inito emphyteoſis contractu, transtuliſſe; novamque pactionem, quæ locatio-

(*a*) Quæ de Indictionis ſupputatione ſupra adnotavimus, huc transferantur.

nem produceret, anno 1536. fuiſſe inſtitutam. Eadem ſervata methodo, Capitulum Sancti Petri, Valigoanæ ſtirpi utile Feudorum dominium conceſſit ad tertiam, ut ajunt, maſculinam generationem, melioribus tamen & longe utilioribus adjectis cooditionibus, ac ampliori ſtatuto Canone quotannis ſolvendo. Remotiora initi inter Capitulum & Valignanos emphytheutici contractus tempora, in annum incidunt 1584. Sequenti ævo emphytheuſis identidem renovata eſt, quæ noſtra ætate in Valignana familia adhuc perſeverat.

Abbatia Majellana cum Bonis, ac juribus, in Vaticanam Baſilicam a Julio III. transfertur.

LIII. Quæ Majellano Abbati in Eccleſias ſubjectumque populum inerat juriſdictio, nullo contradiceote, oec ipſis quidem Teatinis Epiſcopis obnitentibus, exercebatur. Plena illis juriſdicendi facultas, quæ nedum ad civiles Cauſas dirimendas, ſed & ad irrogandas in criminoſos pœnas protendebatur. Familiare illis erat Eccleſiaſtica Beneficia conferre; Clericos in officio continere; Viſitationem inſtituere, & cetera quæ juriſdictionem quaſi Epiſcopalem redolent, tuto peragere. Hic ſane rerum ſtatus, quo tempore Majellana Abbatia in Vaticanam Baſilicam Julii III. Sanctione translata eſt. Juvat hic in facti ſerie enucleaoda paucis immorari. Decreverat quidem Paulus III., Magellanum Cœnobium Monachis infrequens, ad inopiam vergens, Vaticano Templo adjudicare. Suadebat id præcipua Capituli in Monaſterium juriſdictio, a qua Monaſterii regimeo, ipſaque Abbatis confirmatio pendebat: Accedebat Monachorum conſenſio; non enim diſciplinæ ſervandæ par erat exiguus Religioſorum numerus, qui in dies decreſcebat. Hinc factum, ut unionem Paulus decreverit, tuoc perficiendam, cum primum Abbatia, Præſide deſtituta, vacaret. Obiit Paulus re adhuc integra; atque io ejus locum ſuffecto Julio, unio diſſoluta eſt, quæ Paulo ſuperſtite, ad optatum exitum non pervenerat. Sed & ipſamet Abbatia Bernardino Cardinali Maffæo in Commendam traditur: ex quo graviora diſſidia, & multa controverſiarum occaſio. Tandem, Cardinali Commendam, Bernardino Brizegno jura omnia, quæ in Abbatiam ex Julii conceſſione nactus erat, abdicantibus; ipſo quoque Monaſterii Præſide Alexandro regimeo ſibi concreditum dimittente, Julius Pontifex Magellanum Cœnobium una cum juribus, Privilegiis, ac membris illi adnexis, Baſilicæ S. Petri vinculo ſociavit perpetuo, edita in rem hanc Bulla die 24. Septembris ao. 1552. Pontificatus III. Nec mora, Baſilicæ ooſtræ Canonici Regium Exequatur impetrant, Fridericum de Lallis S. Barbati Abbatem in Procuratorem deſignant, & Majellanæ Abbatiæ poſſeſſionem adeuot die 17. Aprilis 1553., ut ex Notarii Fabii Jannutii monumentis compertum eſt.

Teatini Archiepiſcopi Juriſdictionem Capituli turbare nituntur.

LIV. Summo jure igitur, eadem juriſdictione, quam Majellani Abbates tamdiu exercuerant, Vaticanum Capitulum uti cœpit; nulloque contradicente, ad ea uſque tempora, quibus Concilii Tridentini Decreta promulgata ſunt, in uſum revocavit. Ubi vero ad Epiſcoporum notitiam pervenit ea Conciliaris lex, quæ Ordinariis locorum jure delegato juriſdictionem tribuit, quam vel in exemptos, ſi diſciplinæ ratio ita poſtulat, impune exerant, non leves in Capitulum excitatæ ſunt moleſtiæ. Ioter Teatinos Archiepiſcopos Joanoes Oliva omnium primus Viſitationem aggredi conatus eſt; nec ioteotatum quidquam reliquit Cæſar Buldragus Olivæ ſucceſſor. Uterque, præter Trideotini Decreta, literas in forma Brevis a Romanis Pontificibus impetratas oſtentabat; ille quidem Pii V. editas ao. 1568.; hic vero Gregorii XIII. ao. 1579. procuſas. Par in Archiepiſcopis, qui ſequuti ſuot, tuendæ, verius ampliandæ juriſdictionis ſolicitudo; Par viciſſim in Canonicis Vaticanæ Baſilicæ primæva jura ſarta tectaque ſervandi cura & conſilium. Hinc plurium controverſiarum ſomes, qui io Sacro Romanæ Rotæ Synedrio multum diuque exarſit.

Diſſidium tandem componitur.

LV. Diuturnioris diſſidii pertæſus Marſilius Perutius Teatinus Archiepiſcopus, ad concordiam ineundam facilem ſe præbuit, quam perficere ooo potuit morte præreptus. Univerſi ergo negocii moles Cardinali Sanctacrucio, qui in Archiepiſcopatu ſucceſſor datus eſt, expedienda relinquitur. Atque hic quidem, eo quo ferebatur pacis ſtudio, propoſita concordiæ capita ad optatum finem perduxit, ac in publicum Inſtrumentum relata, Capituli noſtri accedeote conſenſu, rata habuit atque firmavit. Horum ſeriem attexere ſupervacaneum hic ducimus, quum in Bulla Urbani VIII., quam ſuo loco typis ſubjiciemus, late recenſeantur. Uoum ſat nobis innuere, vetera nimirum Vaticani Capituli jura ſarta tectaque perſtitiſſe, ſi Parochiales Eccleſias in Teatina Diœceſi poſitas excipiamus, quarum Proviſio atque Collatio unius Capituli ooſtri arbitrio; Perſooarum vero queis Beoeficia conceduntur, approbatio Archiepiſcopis reſervatur. Concordiam amico fœdere inter partes compoſitam, Urbanus VIII. Bulla edita anno 1636. Apoſtolica auctoritate confirmat.

S. Barbati Abbatia Sacraria

LVI. Etſi vero jam tum ab anno 1552. Majellana Abbatia ad noſtram Baſilicam perve-

Vaticanæ Baſilicæ addicitur.

pervenerit; non ideo tamen putandum eſt, Monaſterium S. Barbati parem illico ſubiiſſe fortunam. Serius, & nonniſi XIV. Eccleſiæ ſeculo fere deſinente, in Vaticani Templi jus ac proprietatem pertranſiit. Erat nimirum Monaſterium illud alienæ cuſtodiæ concreditum; nec fas erat a Bartholomæi Ferrattini Amerini Præſulis manibus illud avellere. Quum primum Amerinus Antiſtes huic Monaſterio nuncium miſit, Gregorius XIII. anno 1582. Sacrario Baſilicæ S. Petri illud ſociavit. Atque ita tandem factum eſt, ut univerſa S. Salvatoris Abbatia, quæ Baſilicæ noſtræ imperio ac Juſſis tamdiu paruit, eidem, non jam obſequenti duntaxat animo, ſed opere ac manu, hoc eſt redditibus ac emolumentis, quæ tamen longe tenuiora convexit, perpetuo deſerviat.

Quodnam de hac Diſſertatione judicium ferendum ſit.

LVII. Hæc quæ de Majellanæ Abbatiæ juribus, vicibus, ditione, ac Juriſdictione hactenus proſequuti ſumus, minus utilia, & ad implendas potius paginas excogitata, iis forte videri poterunt, qui nec antiquitatis ſtudio ſatis delectantur, nec de Baſilicæ noſtræ juribus ſunt multum ſoliciti. Multa protulimus hactenus inedita, quibus vetuſta illuſtrantur monumenta; multa item, quæ ſi æqua lance librentur, ut olim Abbatiæ Majellanæ, ita hodie Baſilicæ noſtræ juribus ac dignitati prodeſſe poſſunt. Nec juribus duntaxat; ſed commodo ac utilitati. Etſi enim de latifundiis, quæ Abbatiæ olim inerant, recuperandis, deſperandum fortaſſe ſit; ſolida tamen ſuppetunt argumenta, ut qui ex immenſa meſſe reliqui ſunt nobis manipuli, non excidant, nec alienis injuriis proterantur. Novimus Bona intercidiſſe quamplurima, quo ſiniſtro fato, neſcimus; ſed & illud novimus, nondum excidiſſe Diplomata ac Privilegia, ut quæ ſuperſunt Bona ac jura ſerventur illibata. Oblationum ſeries, quæ prima ſui facie minori in pretio haberi poſſet, reipſa maximi facienda eſt; tum quia Oblationum ætas Privilegiorum tempus antevertit; tum quia Bullis Pontificum explicandis lucem affert quammaximam. Si minus ergo Eruditis arrideat noſtra hæc lucubratio, iis ſaltem probabitur, quibus cordi eſt ea noſſe, quæ domeſticam ſupellectilem in tuto collocant. Quod ſi nihil adhuc proficimus, illud ſaltem rogamus, ne nobis ſuccenſeant; quum hoc unum nobis fuerit propoſitum, Baſilicæ S. Petri juribus, dignitati, ac utilitati proſpicere. Venia dignus conatus, etſi exitus aliquando non ſatis reſpondeat.

FINIS

Digitized by Google

Mendas, quæ exciderunt, in altero Collectionis Tomo caſtigabimus.

R E G E S T U M.

*. **. §. §§. §§§. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. Kk. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Ss. Tt. Vv. Xx. Yy. Zz. a. b. c. d. e. f. g.

Omnes ſunt Duerniones.



R O M Æ

Excudit Jo: Maria Salvioni Pontificius Vaticanus Typographus, in Archigymnaſio Sapientiæ.

M. DCC XLVII.

SUPERIORUM FACULTATE.

13

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google